Terræmotus inter caſus fortuitos enumeratur. 29.110
Terræmotus ingens anni 1564. apud Niceam Maſſilienſium. 30.eo.
Terręmotus anni 116.in Antiochia,ſub Traiano Imperat. 31.eo.
Terræmotus ſub Tyberio Cæſare, tredecim urbes abſumpſit 32.eo.
Terræmotus apud Niceam Maſſilienſium anno. 1218.tempore Honorij, tertij Pontificis. 33.eodem
Terræmotus maximus Reate ſub Bonifacio octauo Pontifice 34.eo.
Terræmotus quomodo cẽſetur remiſſiuè.35.eo.
Tertius obijciens rem eſſe ſuam,non impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui 326.37
Tertij ius coniunctum cum iure ſpoliatoris, adhuc ſpoliatum ante omnia reſtitui impedit 327.eodem
Teſtamento antiquo ſi additur clauſula, nouum efficitur 7.54
Teſtes rem facere claram & notoriam ut inſtrumenta. 198.27.
Teſtes examinati principaliter ſuper poſſeſſorio, ſi incidẽter aliquid de dominio dicunt, illis nõ creditur ut ſpoliati reſtitutio impeditur. 199.eodem
Teſtes ſuper iis, quæ ſenſu tantum percipi poſſunt teſtificari 20.58
Teſtium trepidatio,uultus mutatio, & cætera ſimilia,apud acta ſcribi debent 343.157
Teſtium interrogatio & examinatio Actuario committi poteſt & ſolet per iudices 250.157
Theodorici Regis reſponſum ex Caſſiodoro 420.161
Theodoſij Imperatoris,laus, & commendatio 1.74
Theodoricus Rex.l.ſi coloni.C. de agr. & cenſi. lib.10.ſuo edicto & auctoritate confirmauit. 2.98
Tiberis inundatio miraculoſa 28.110
Tituli duo, unus libri ſecundi Codicis ſi maior fact. ratum hab. & libri quinti, ſi maior fact. alie.ſine decre.fac. ratam hab.quomodo inter ſe differant,nouiter explicatur aliorum reiectis interpretationibus 106.143
Titulus libri.2.C.ſi maior fact. ratum habuerit, in qua alienationis ſpecie loquatur. 107.eo.
Titulus libri Quinti. C. ſi maior fact. aliena. factam ſine decreto,ratam habue. in qua alienationis ſpecie loquatur 108.eo.
Titulum coloratum ſufficit oſtendere agenti remedio reintegrandæ ad ſuam poſſeſſionem iuſtificandam in beneficialibus 463.164
Titulus uerè & plenè iuſtificandus eſt cùm præſumptio eſt contra agentem reintegrandæ 466.165
Titulus nil nouari appellatione pendente, tertiũ non afficit,ſi ratione ſui intereſſe aliquid moliatur 45.185
Triennalis poſſeſſor,non cogitur de titulo docere,cùm ut ſpoliatus agit reintegrari 461.164
Triticaria actio tertium recuperandæ poſſ.remedium 47.5
Triticariam actionem remedium eſſe recuperandæ poſſeſ. 1.44
Triticaria actio conceditur ad omnes caſus, pecunia excepta,& qua ratione id factũ. 2.eo.
Triticariam actionem & illi cõcedi,qui in re nullum ius habuit 6.45
Triticariam & rei domino concedi. 7.eo.

Triticaria actio,non prouidet in caſu.l.ſi coloni. C.de.agri.& cenſ. lib.11. 9.98
Tutoris negligentia in non emendis prædijs ex pecunijs pupilli,quando probetur 23.58
Tyrannus ſpoliatus nō reſtituiť ante oīa. 345.39
Tyrannum occidere pulchrum & beneficio gratum 84.101
Tyrannidis deteſtatio 85.eo.
Tyrones in ſchola militiæ ultimum tenebant locum 99.118

V

VAcua poſſesſione occupata,fructus ante omnia cum poſſesſione reſtitui 367.40
Vagabundus,qui aliquo in loco non conſiſtit,dicitur 50.100
Vaſallus dicitur poſſidere ſeu quaſi, ius feudi 91.19.
Vaſallus dicitur utilis dominus feudi 92.eo.
Vaſallum non teneri ex tit. iuſtificare ſui feudi poſſesſionem 99.eo.
Vaſallus commoditatem feudi donec uiuit perdit,ſi per uim aliena occupat 122.79
Vaſallus feudum ab alio poſſeſſum occupando, an incidat in pœnam l.ſi quis in tantam. C.un de ui 245.86
Vaſallus delinquendo,feudum ad incommodum domini directi non perdit 250.87
Vaſallus ſi ſocium feudo ſua parte ſpoliat, ſuam portionem amittit,& ſocio ſpoliato defertur 158.76
Vaſallos è loco recedentes, cùm ab altero poſſidentur ſua auctoritate prehendere ſua ue manu capere,non poteſt dominus feudi 56.100
Vaſallus mei Vaſalli,nō eſt meus Vaſallus 73.101
Vaſalli & Feudatarij eorum colonos & ſeruos, qui è loco feudi receſſerunt, reuerti an cogere poſſint remedio.l.ſi coloni.C. de agri. & cenſ. lib.11. 72.101
Vaſalli immediati,a domino feudi mediato, onere aliquo grauari non poſſunt 75.eo.
Vaſallus directū dominiū habet aliquādo 76.eo.
Vaſalli & Feudatarij a domino feudi directo cogi an poſſint reuerti, cum receſſerunt & feudum relinquerunt 77.eo.
Vaſalli è loco feudi recedentes,pœna mulctantur 79.eo.
Vaſallus domino inuito,feudo renuntiare nō poteſt,ſi annuum ſeruitium præſtare tenetur 82.eod.
Vaſallus ſi ob commiſſum delictum feudo priuatur,non recuperat colonos & homines,qui locum feudi deſeruerunt 89.102
Vaſallo bannito liberantur ſubditi a iuramento ſi delitatis. 90.eod.
Vaſallus ob loci ſterilitatem, feudo renuntiare poteſt domino reluctante 94.eod
Vaſallus ad gratiam domini reſtitutus, an colonos inquilinos & ſeruos, qui migrarunt recuperare poſſit 101.eo.
Vaſallus reſtitutus,iam alteri conceſſa non recuperat 109.eod.
Verba narratiua nihil probant,nec in eis fieri debet ſolidum fundamentnm 389.42
Verbi pertinere,ampliſſima ſignificatio 13.3
Verbum geſtum a uerbo actum, non differt 82.52
Verba futuri temporis,non operantur ipſo iure 67.51
Verba.l.ult.C.de acq.poſ.multis modis perpenduntur. 29.207
Verbi procedere,ſignificatio 22.206
Verba illa,non aliter nec alio modo,annullatiua ſunt 493.166
Verba ca.reintegranda.3.q.1.ibi poſſesſiones uel res,quam interpretationem habeant 4.136
Verbum aufero,oſtendit ibi agi de re mobili 196.149
Verbum ſancimus,nouum ius induci oſtendit 7.177
Veriſimile quod non eſt, falſi ſpeciem habet 354.157
Viſitatores eccleſiarum non præſumi ferre aliquem diu ſine titulo beneficium poſſidere 271.34
Vis duplex:publica & priuata 37.4
Vis quinq. modis committitur 38.eo.
Vis expulſiua,quæ 39.eo.
Vis ablatiua,quæ 40.eod.
Vis compulſiua,quæ 41.eo.
Vis turbatiua,quæ 42.eo.
Vis inquietatiua,quæ 43.eo.
Vis quotidiana,quæ ab Alciato & Duareno perpenditur 3.12
Vim armatam,hodie aliter ac ſine armis, puniri 8.13
Violentum poſſeſſorem, clandeſtino improbiorem 145.24
Vis compulſiuæ & expulſiuæ egregia differentia 240.31
Vis expulſiuæ & compulſiuæ uitium,quod maius 79.51
Vi poſſeſſum dicitur,quod contra poſſeſſoris animum occupatur 136.80

Violentia in beneficialibus, eſt odioſior 307.89
Violentus occupator pœna ſtatuti affectus, an pœna iuris communis plecti adhuc poſſit 398.97.
Vis ablatiua propriè cadit in re mobili 20.113
Vitium maius eſt occupare hominem, quàm rem 24.99
Vitium primi ſpolij, aliquando prius purgandum 30.184
Vnam rem, diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeri: ſic declaratur. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. 36.eo.
Vna res cenſeri diuerſo iure poteſt in intellectu, quando plures concurrunt intelligendi formæ 37.eod.
Vna res, ex uoluntate diſponentis, diuerſo iure cenſetur 38.eod.
Vnam rem diuerſi iuris eſſe poſſe diuerſis cauſis & reſpectibus 11.54
Vniuerſalis ſermo ad caſus habiles reſtringitur 20.99.
Vniuerſitas quando ex delicto teneatur, ibi plura exempla & caſus adferuntur 124.79
Vniuerſitas perſeuerando in occupata a ſingularibus poſſeſſione uim commiſſam dicitur ratã habere, ob idq; ligatur 127.eo.
Vniuerſitas non puniendo uiolentum occupatorem, an illius uiolentiam dicetur ratificaſſe. 129.eod.
Voluntas morte finitur 66.125
Voluntas ex non facto declaratur 125.144
Vſufructuario ſpoliato, hoc interdicto unde ui ſuccurri 69.17
Vſufructuarius naturaliter poſſidet 70.eod.
Vſufructuario ſpoliato ſuccurri, etiam ſi pendente ſpoliatione uſufructus finiatur 71.eod.
Vſufructuario abſente, ſi ſpoliatio contingat, ad huc tamen ſuccurri. nume. 72.eod.
Vſufructu amiſſo ob uiolentiam ab uſufructuario commiſſam, cui deferatur: an uim paſſo, uel proprietario 242.86
Vſufructus patris, quem in bonis filij habet, quomodo ex patris delicto amittatur 244.eo.
Vſufructuario, an cõcedatur remedium. l. ult. C. de acq. poſſ. 46.123
Vſufructuarius naturaliter poſſidet 47.eod.
Vxor ſine mariti conſenſu, in iudicijs poſſeſſorijs agere poteſt. num. 381. fol. 42.
Vxor a uiro non dicitur diuertiſſe, ſi per temporis momentum abfuit 88.117
Vxorem recuperanti, tanquam ſpoliatus, objici poteſt eum eſſe clericum uel monachum 435.162

Z

Zuccardi intellectus ad. l. 1. §. ult. ff. de annal. excep. improbatus. 313.155
Zeno Iſauricus impius Romanorum Tyrannus. l. non ab re. C. unde ui promulgator 1.105

FINIS.

SVMMARIVM ANTELVDIORVM.

1 Spoliatus is dicitur qui cum poſſideret deiectus eſt.
2 Spoliatus non dicitur, qui poſſidere non potuit.
3 Spolium quid ſit, ibiq. ſpolio ſignificatio multiplex.
4 Verbum reſtituo amplam habet ſignificationem.
5 Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.
6 Fructus et acceſſiones cum re ſpoliato reſtituuntur.
7 Petitorium, & poſſeſſorium duo iudicij genera.
8 Petitorium iudicium quid.
9 Petitoriū iudicium cū in rē eſt actio.
10 Poſſeſſorium iudicium quid, et quando
11 Petitorium iudicium et poſſeſſorium, quando motum dicatur.
12 Dictionis rei ampliſſima ſignificatio.
13 Verbi, Pertinere ampliß. ſignificatio.
14 Petitorium eſt motum, cum petitum eſt rem plene, & libere reſtitui.
15 Dictionis, plené iure, & libere ampla ſignificatio.
16 Clauſula ius, & Iuſtitiam fieri, uis magna.
17 Clauſula, uis & iuſtitia fieri aliquando nihil operatur.
18 Poſſeſſio dicitur motum, ſi non moleſtari petitum ſit.
19 Petitorium dicitur motum ſi terrenum reſtitui petatur.
20 Petitorij iudicij extrema quæ.
21 Poſſeſſorij Recuperandæ extrema quæ.
22 Poſſeſſorij Retinendæ extrema quæ.
23 Poſſeſſorij Adipiſcendæ extrema quæ.
24 Poſſeſſorium Iudicium ſummariū uel plenarium.
25 Summarium poſſeſſorium quod et quo modo tractetur.
26 Praxis poſſeſſorij ſummarij.
27 Libellum non eſſe neceſſarium in cauſa ſummarij poſſeß.
28 Recredentia apud Gallos quæ.
29 Interim interdictū apud hiſpanos qđ.
30 Interdictum retinendæ poſſesſionis dicitur ſummarium poſſeſſorium.
31 Vindiciȩ quid antiqtus apud Romanos
32 Poſſeſſorium momentaneum quod.
33 Decretum Pedemontium, et Sabaudie. titulo delle appellationi uerſ. dalle ſentenze, in quo poſſeſſorio Iudicio loquatur.
34 Poſſeſſorium adipiſcendæ quod.
35 Poſſeſſorium retinendæ quod.
36 Poſſeſſorium recuperandæ quod.
37 Vis dupplex, publica, & priuata.
38 Vis quinq. modis committi.
39 Vis expulſiua quæ.
40 Vis ablatiua quæ.
41 Vis compulſiua quæ.
42 Vis turbatiua quæ.
43 Vis inquietatiua quæ.
44 Remedia recuperandȩ poſſeſſionis quot
45 Interdictum vnde ui primum recuperandæ poſſeſſionis remedium.
46 Condictio Indebiti ſecundum recuperādȩ poſſeſſionis remedium.
47 Tritilaria actio tertium recuperandȩ poſſesſionis remedium.
48 l. ſi me & Titium .ff. ſi certum peta. quartum recuperandæ poſſeſſ. rem.
49 l. extat .ff. quod metus cauſam & l.

creditores ad l. Iul. de ui priua. quintum recuperandæ poſſeſſionis remed. & quo tempore.

50 *l. i. C. ſi per uim uel alio modo, ſextum recuperandæ poſſeſſionis remed. & quo tempore inuentum.*

51 *l. Inuaſor. C. unde ui. ſeptimum recuperandę poſſeſſionis remed. & quo tempore inuentum.*

52 *l. meminerint. C. unde ui octauum recuperandę poſſeſſionis remedium, & quo tempore inuentum.*

53 *l. ſi quis in tantam. C. unde ui. nonum recuperandæ poſſeſsionis remedium & quo tempore inuentum.*

54 *l. ſi coloni. C. de agricol. & ceus. lib. xi decimum recuperandæ poſſeſsionis remedium et quo tēpore inuentum.*

55 *l. Non ab re. C. unde ui undecimum recuperandæ poſſeſſionis remedium et quo tempore inuentum.*

56 *l. Vlt: C. de Præto. pigno. duodecimū recuperandæ poſſeßionis remedium & quo tempore inuentum.*

57 *l. Vltima. C. unde ui decimumtertiū recuperandæ poſſeßionis rem. & quo tempore inuentum.*

58 *l. Vlt. C. de adquir. poſſ. decimū quartum recuperandæ poſſeßionis remedium, & quo tempore inuentum.*

59 *c. Reintegrandæ. 3. q. 1. poſſeßionis recuperandæ decimum quintum remedium, & quo tempore inuentum.*

60 *c. Sępe. de reſtitu. ſpolia. recuperandę 16. poſſeßionis remedium quo tempore inuentum.*

61 *Iudicis officium ſubſidiarium recuperandæ poſſeßionis remedium ultimum.*

TRACTATVS
DE RECVPERANDA POSSESSIONE.

NEMO eſt omnium, qui iuri incumbunt, uel in Gymnaſijs & foro uel mediocriter uerſatus ſit, qui probè non agnoſcat, & ingenuè fateatur ex tribus poſſeſſorijs interdictis, Adipiſcendæ, Retinendæ, & Recuperandæ, Poſtremum hoc, in foro, & in Iudicijs, aſſiduè agi ac ſummę eſſe utilitatis, cū undiq; conclament iura, è ſua poſſeſſione deiectum, ſine cunctatione, illicò, nulla interpoſita mora, reſtituendum eſſe. Quamobrem ut bonis ſimul ac ſtudioſis (quibus prodeſſe in omni uita nobis propoſuimus) aliqua ex parte ſatisfaciam, explicaturus ſum, Recuperandę poſſeſſionis tractatum; quod ut cōmodius pręſtem, illud primum: ſciendū eſt. Poſſeſſionem recuperare, nil aliud eſſe, quā ſemel poſſeſſam, & deinde amiſſam, iterum conſequi, ut eſt apud Iuſtini. in. §. recuperandæ Iuſt. de interd. quare deiectum (quē
1 ſpoliatum noſtri uocant) † illum eſſe dicimus, qui poſſedit ſemel, ſic Vlpianus in. l. j. §. deijcitur. ff. de ui & ui arma. ſic Pontifex Max. in cap. ult. uerb. 5. non enim probatur. 3. q. j. quod uiſus eſt probare Cicero pro Cæcina. Cur ergo aut in illud quotidianū interdictum, unde ille me ui deiecit, additur, cum ego poſſiderem, ſi deijci nemo poteſt qui non poſſidet? nō diſſentiunt noſtri, ut ex multis Bal. in cap. eccleſia Sutrina. col. 4. uerſic. 5. item nota. exemplum de cauſa poſſeſſ. & propr. hinc rectè ſcribunt omnes (quod ſuis locis planius fiet) ſpoliatum deiectumue poſſediſſe, cum ſpoliaretur, probare debere, nam ſic priuatio habitum præceſſiſſe docet. l. manumiſſiones. ff. de Iuſt. & iure. l. decem. §. decem. ff. de uerbo. obliga. ut hac de re interrogatus reſpondit Corne. conſ. 8. num. 2. lib. 1. & conſ. 117. nu. 7. lib. 4. nec diſſentit Iac. Nouellus in Praxi Criminali: in tit. ſpoliatus de facto, incipit, uulgaris regula eſt nu. 44. quare cenſuerūt omnes
2 ſpoliatum † minime dici qui poſſidere non potuit, quale exemplū legitur apud Abba. in cap. ex parte in fi. de reſtit. ſpolia. cum

clericus ſe ut ſpoliatum uxore reſtitui pe-
tit,uel contra,cum laycus ſe poſſeſſione:ec
cleſiæ ſpoliatum queritur ut probat capitu
lum. Cauſam extra: de præſcript. docuit
Ripa in.l.naturaliter.§.nihil cōmune num.
81.ff.de adquiren. poſſeſ.& interrogatus ſic
reſpondit compater meus Aymo Crauetta
Iureconſultorum noſtræ huius ætatis faci-
le Princeps conſ. 322. col.5.uer. 5.6. Prin
cipaliter.uel cum ſpoliatus eſt, qui cōditio
ne non impleta poſſedit, ut egregie ſcripſit
Iacobus Nouellus loco quem paulo ante ci
tauimus nu. 23. ſunt alia exempla quæ con
gruentiore explicabimus loco. Poſſeſſio
autem quid ſit & quotuplex, docēt omnes
in.l.j.ff.de adquir. poſſeſſ. idem ergo eſſe di
cimus Recuperare poſſeſſionem & ſpolia-
tum reſtitui. Spolium autem(ut hoc nec ab
3 re finiamus)res dicitur † qua ſpoliatus poſ-
ſeſſor fuit,& ſi me non lateat,aliā aliquan-
do eſſe huius dictionis ſignificationem. ſic
enim ſpolia plus petētium.i. pœnas exigen
das à ciuitatis defenſore eſſe.l.4. C. de de-
fenſo.ciuit.ſunt & ſpolia ueſtes quibus fuit
indutus condemnatus cum ad ſuppliciū du-
ceretur.l.ult. §.pannicularia.ff. de bo.dam.
ſic ſpolia quæcunque ab hoſtibus capta di-
cuntur. Plinius lib. 7. cap. 26. Magnique
nomine ſpolio inde capto eques Romanus
(id quod antea nemo)curru triumphali re-
uectus eſt.& apud Virgil. in.x. uiximus aut
hodie uictor ſpolia illa cruenta. Et caput
Aeneæ referes. ſic opima ſpolia Ioui dica-
ta, Liuius lib. 4. ab urbe: ſpolia in æde Io-
uis Ferretrij prope Romuli ſpolia,quæ pri
ma opima appellata ſola ea tēpeſtate erāt,
cum ſolemni dedicatione dono fixit.uulgo
quoque ſpolia dicimus bona, quæ a Præla
to uita functo ex eccleſiæ bonis relinquun
tur. Cuius quidem nominis nulla eſt in iu-
re,uel Pontificio, uel Cæſareo mentio, ſi
modo credimus Guid.pp.q. 110. An cleri-
ci,in fi. ſolum huius nominis meminit Pſal
miſta Pſal.118.Letabor ſuper eloquia tua,
ſicut qui inuenit ſpolia multa, & habetur
Exodi 15.

Illud quoque intelligere debemus, uer-
4 bum † Reſtituo, quo prætor deiectum ſuæ
reſtituit poſſeſſioni eam habere uim & ſi-
gnificationem,ut priſtina omnia deiecto re
ſtituantur,l.j.§. qui autem deiectus.de ui &
5 ui.arm.cum ſit † reſtitutio in priſtinum ſta
tum repoſitio.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.
de minor. quo loci Bar. & idē in.l.ab hoſti
bus.§.ſed qđ ſimpliciter.ex quib.cau.maio.
6 quare ex ui uerbi reſtituo † & fructus eſſe
reſtituendos deiecto, clare cenſuit Paulus
in.l.uideamus la.2.§. in Fauiana in ti.de uſu
ris & Pontifex Max. in c. grauis. de reſtit.
ſpolia:& ex noſtris tradūt Iaſ.in. l. Gallus.
§.& quid ſi tantum nu. 69. de lib. & poſth.
Decius in.l.in condemnatione.§. cum uer-
bum de reg. iur. Didacus Couar. lib.1.ua-
ria reſolu. cap.3.nu.1.2. Marſil. ſing.17. re
ſtituitur & omne damnū,quod ob eam de-
iectionem emerſerit,reſt.tuitur,& pacifica
poſſeſſio liberaq. ut deiectionis tempore
fuit,quod late & docte explicat Lucas a Pē
na in.l.ſi Coloni.q.9.C. de agricol. & cenſ.
lib.xj. probat.l.in interdicto.de ui & ui ar-
ma.quod intelligitur quo ad ipſum ſpolia-
tum ſi obtineat.ſecus contra quia ſpoliato
ipſo condemnato agi petitorio poteſt ad
reſtitutionem expenſarum. Rota in deci-
ſionibus nouis tit.de reſti.ſpolia. Deciſ.15.
licet ſpoliat.Cuius rei clara eſt ratio,cū tan
tum reddere debeat reſtitutio quantum ſu-
ſtulit læſio, ſic docuit Bar.in.l.qui proprio.
de procur. in l.ſi quidem. C.de prædijs mi-
nor.Angelus Aretinus in.§.rurſus col.3.uer
ſic.4.præmitte.Inſt.de actio:cuius rei uaria
ſunt exempla apud Barba.conſ.9.col.pen.in
fi.lib.1. Soc.ſen.cōſ.262.col.penul.in fi.lib.2.
Decium cōnſ.436.nu.3. Tiraq. De retractu
conſang.§.j.glo.4. nu.74.& §.32.glo.j.nu.
69.Pariſiū conſ.96.nu. 112. lib.1.& idem e-
gregie conſ.104. nu.4. lib.3. dum affirmat
ſpoliatum ex ui uerbi reſtituo ad priſtinum
ſtatum eſſe reponendum, quod quomodo
contingat, ex ordine oportuniore loco
palam fiet.

Præfabimur & nunc illud, quod eſt omni
7 declaratione dignum,duo eſſe † Iudicij ge-
nera.Poſſeſſorium ſcilicet & Petitorium,ut
aperit gloſ.in.l.momentaneę.C.qui leg.per
8 ſo.hab.ſtand.in Iud. Petitorium † dicitur cū
de rei proprietate eſt quęſtio.l. is qui deſti-
nauit de rei uend.glo.l.j.in uerbo.uendican
te.C. ubi in rem actio.textus qui ſingularis
habetur in quo Iureconſultus uerbo petito
rij utatur in.l. qui petitorio & ibi glo.de rei
uend. & docent omnes in.l.naturaliter.§.ni
hil commune.ubi Ripa nu.10.&nu.197.Ru-
beus nu.30. Fernan.in prima parte nu.32 &
Coraſius in ꝓludijs nu.41. Rebuff.in cōmē.
Regiarū cōſtitutio.tomo.3.art. 7.glo.1.nu.

9 2.3.In hoc conueniunt omnes,† Petitorium
proprie dici, cum in rem eſt actio iuxta.l.
actio in perſonam de actio. & oblig.l.pecu-
niæ uerbum.§.actionis de uerb.ſig. nã cum
aduerſus obligatum agimus non dicimur
propriè petere ſed agere,quare petitorium
dicitur propriè cum quod noſtrum eſt no-
bis reſtitui petimus.hinc gloſ. Iuſt.de actio.
in principio interpretatur uerbum debe-
tur,in ea actionis diffinitione poſitum, im-
propriè poni, quatenus realem actionem,
reſpicit, ſi præſertim ſubtilem uerborũ pro
prietatem conſideramus, ut animaduertit
nouiſsimè Coraſius in diffinitione actionis,
in uerbo.debetur,ſic contra,non ſatis pro-
priè accipiuntur.uerba,rem peto,cum per-
ſonali actione agitur. l.non ſolum.§.ſi mi-
hi. de uſu cap.l.3.§.itẽ quæri.de reb.eorum
qui ſub tutel.&c. & poſt Cynum in.l.j.C.
cõmunia utriuſq; Iud. ſcribit Hormonius
Detus in.l.naturaliter. §. nihil cõmune nu.
2.de adquir.poſſ.Petitoriũ,quoq; dr ſi aga
tur ad uſum uel uſumfructum,cum ſic ad iu
ra hæc incorporalia agens dominus cenſea
tur Alex.d.§.nihil commune nu.4.Maran-
ta in ſua Praxi de ordine Iudiciorum.7.di-
10 ſtinct.iudiciorum num.1.Poſſeſſorium † ue-
rò iudicium eſt,cum de ſola poſſeſsione eſt
cõtrouerſia.d.l.is qui deſtinauit.de rei uẽd.
l.ſi duo.§.ultimo uti poſſid.§.j.&.§.retinẽ-
dæ Inſt.de interd.Alex.conſ.92.nu.6.lib.5.
Rebuffus qui ſupra. Qua ex re facilè intel-
ligimus,quantum unũ ab altero differat;in
praxi animaduertere ſolemus, quibus uer-
bis concepta ſit porrecti libelli cõcluſio, ut
omnes admonẽt & preſertim Rebuffus qui
11 ſupra nu.4.nam ſi petatur † rem reſtitui,di
citur intentatum petitorium,ſi uerò in poſ
ſeſſionẽ mitti,uel manuteneri, uel reſtitui
& reintegrari motum dicitur poſſeſſoriũ,
eſt textus in.c.inter dilectos de fide Inſtr.
quẽ citat Socinus in.l.rem quę nobis nu.14.
de adquir.poſſ.& in conſ.262.col. 1. uer.5.
& in primis lib.2.errore duplicatũ in conſ.
90.lib.3.quod conſilium in indiuiduo con-
firmauit Iaſ.cõſ.170. lib. 2. idẽ placuit Rui.
conſ.164.nu.7.lib.4. & in rub. de operis no
ui nuntia.nu.16.& Soc.Iunio. conſ.128.nu.
8.lib.2. & pręter eos ſic declarat egregiè A
lex.conſ.117.nu.1.2.lib.2. & in additio: ad
Bartolũ in.l.ſi Coloni. C.de agr.cẽſ.lib.xj.
nec diſſentit Riminaldus cõſ.98.nu.1.lib.1.
Declarantur tamen prędicta procedere
cum in libello narrata reſpiciunt ſolũ peti-
toriũ & concluſio ſit,rem reſtitui, uere tũc
dicitur motum petitorium, ſi uerò narrata
reſpicerent tam petitorium quàm poſſeſſo
rium, & cõcluſio eſſet rem reſtitui, dici po
12 teſt eſſe intentatum ẽt poſſeſſorium,† cum
rei ampliſſima ſit ſignificatio.l. j. in ti.ſi cer
tũ peta.l.rei appellatio.de uerb. ſig. iuncto
c.cũ dilectus de ord. cog. quã declarationẽ
probant Socinus Iaſ.& alij nonnulli ex pre
citatis Iaſ.preſertim.d.conſ.170.col.6.uerſ.
non obſtat primo lib. 2. citat Baldũ in cap.
cum ad ſedem.de reſt.ſpolia.& eſt textus in
c.cum dilectus.de ord. cognit. in cap. bonę
il.2.ubi.Panor.de poſtula.præla.quod for-
tius intelligit Riminaldus.d.conſ.98.nu.34.
38. lib. 1. cum uerba libelli aliqualiter ob-
ſcura ex proſecutis declarantur.

Declarantur ſecundo procedere eo etiã
caſu cum actor concludit rem ad ſe pertine
13 re,cum uerbum pertinere, † & ad poſſeſſo-
rium & petitorium adaptari poſſit, ſi mo-
do narrata in libello id patiantur, ſic eſt
text.ubi glo.in.c.querellam de electio.do-
cuit Socinus.d.l.rem quæ nobis nu.14.uerſ.
& idem concludendum de acquir.poſſ.glo.
in. l. ſiquis intentione ambigua de Iud. quã
probat Alex.conſ.42.nu.1.lib.4.Fely.in Ru
br. de reſcrip. nu. 7. c. med. qui alia quam
plura in hanc ſententiam citat, & ſcribit
Pract. Papien.in forma libelli pro actione
reali,in uerbo,ſpectare,& pertinere, & Ne
uizanus conſ.15. nu. 4. late idem docet Iaſ.
d.§.nihil commune nu.184.Ripa nu.198.&
idem placuit Franciſco de Marchis in Deci
ſio.Delphina.q.67.nu.1.2.& dominium ſi-
gnificare tradit Guid.pp. ſing. 473. Cuius
rei ratio illa eſſe uidetur, quia ampliſſima
eſt uerbi pertinere ſignificatio.l. uerbũ per
tinere de uerb. ſig. quo loci Alcia. & Bræ-
cheus notãt & egregiè apud Soc. ſen. conſ.
13.col.pen.in principio lib.j. qui reſpondit
uerbum pertinere ex ſui ſignificatione cõ-
prehendere rem ratione ſolius poſſeſſio-
nis.quare idem Soc.ſen.conſ.8.col. 2. lib.j.
egregiè admodum infert, inquiſitionem
aduerſus furẽ nõ procedere,ſi in ea dicatur
rem ad eum à quo ablata fuit pertinere, cũ
uerbum pertinere ſit ambiguum,nec in ſo-
lo dominio concludat, & huius ſententiæ
citat Bartolum conſ.154.Videtur dicendũ,
quod reperire non potui, addo ipſe Barto-
lum conſ.15.Viſa.nu.1.lib.2.& Soc.doctri-

nam ut ſingularem commendauit Marſil.
ſing.275.ſtatui.&c.& cõſ.26.nu.19.& conſ.
40.nu.24. Roland.a Valle conſ. 51. nu. 20.
ex induſtria cęteros omitto, quæ ſane de-
claratio intelligitur, niſi eſſet dictum, rem
ad ſe pertinere iure dominij, res enim tunc
eſt clara eſſe motũ petitorium Corn. conſ.
23.nu.13.lib.1.

Declaratur tertio, non procedere, cum
14 concluditur rem plenè † reſtituendam, uel li
berè relaxandam, tũc enim dicitur motum
iudicium petitorium, ſic præter Soci.d.l. rẽ
quæ nobis nu. 14. uerſ. aduerte tamen &c.
conſulti reſpondere Alex.conſ.96.nu.1.2.
lib.5.Rui.conſ.13.nu.1.li.4. Riminal. conſ.
98.nu.3.lib.1.licet Iaſ.in.l.naturaliter.§. ni
hil commune nu.183.de adquir.poſſ.ſubob
ſcurè aliquantulũ hac de re loquatur, quod
& facit Ripa.nu.197.idem probauit Neui-
za.conſ.68.nu.2. eam reddũt crebriore ſen
tentia rarionem, quia res obtenta in iudi-
cio poſſeſſorio poteſt retractari & de ea co
gnoſci ſui natura in iudicio petitorio.l.uni
ca.C.ſi de mo.poſſ.fuer.appell.l.& an ean-
dem.§.ult. de excep. rei iud. ſi ergo peta-
15 tur rem liberè reſtitui † uel pleno iure rela
xari, dicitur petitum rẽ reſtitui ſine ſpe fu-
ture retractationis cap.irrefragabili.de off.
ord. talis enim eſt horum uerborum ſignifi
catio; ut dixit Alexand.d.conſil.96.nu.2. &
Craue.conſ.122.nu.5.6.& prẽter eos ſic De
cius conſ.131.in princi.conſil.360. nu. 5. &
in cap.quæ in eccleſiarum.nu. 3. de conſtit.
Ruin.conſ.18.nu.6.conſ.84.nu.9.conſ.100.
num.4.& conſ.219.num.3.lib.1.Corne. 95.
329.num.6.lib.primo Socin.Sen.conſ.13.in
fi.li.1.conſ.170.col.5.in principio li.2.Go-
za.conſ.47.nu.9.cõſ.58.nu.2.Cur. Iun. cõſ.
2.num.3.qui uerbum liberè huius eſſe ſigni
ficationis, oſtendunt. ſic & idem in uerbo,
Pleno iure, cum is rem pleno iure habere
dicatur, qui abſolute eſt dominus & alie-
nandi diſtrahendiq; poteſtatem habet, ut il
lo tex.adductus cenſuit Bal. in l.feminæ.§.
illud in fi.C. de ſecund.nup.quẽ poſt Ruin.
conſ.1.nu.21.conſ.121.nu.7. lib.2. eſt ſecu-
tus. Craue. in reſponſo edito pro Republi
ca Sauiliani nu.130.in fi., cui addo textum.
in l. Iulianus.la.1.§.ult. de rei uend.in.l.ma
ter quæ defuncto.C. ad Tertul.quo loci idẽ
annotauit Baldus, nam cũ quis rem pleno
iure petit, uſumfructum cum proprietate
petere dicitur, ut reſpondit Decius Conſ.
468.nu.11. qui citando textum in l.fidei cõ.
§.quãquam de l. 2. & Baldum, cenſuit rem
apud aliquem pleno iure eſſe, cum ſine dimi
nutione eſt, idem Decius conſ. 498. nu. 10.
Goza. conſ.48. num.3. & declarat conſ.58.
nu.21. ſic & pleniſſima poſſeſſio dominium
oſtendere dicitur, eſt ſing. textus in l. rapto
res ubi Bartol.C. de epiſc. & cler. Gugliel.
Bened. in rep. cap. Raynutius, prima par-
te, in uerbo cętera bona nu.17.de teſtam.

Declarantur 4.non procedere, quando in
libello eſt facta narratio, quę & petitorium,
& poſſeſſorium reſpicit, factaq; eſt conclu-
ſio in ſolo poſſeſſorio, tunc ſi in libello ſub-
16 iiciatur clauſula illa † ius & Iuſtitiam fieri et
miniſtrari; petitorium dicitur eſſe motum,
& probationes petitorij cauſam reſpicien-
tes ad ferri poterunt. ſic poſt Inno. Calder.
& Pan.in cap.cũ dilectus.de ord.cog.docuit
Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil cõmune nu. 191.
de adquir.poſſeſſ. & probauit ibi. Ripa nu.
199.Franc.de Marchis.q.67.nu.2. & in utro
que concludere idem ſcripſit Franc. de Mar
chis.q.195.nu.4.quod intellige cum proprie
tatis ſcilicet facta eſt mẽtio in ipſo libello;
alioqui circa non expreſſa nihil operetur
17 † clauſula illa ius & iuſtitiam fieri, ut reſpõ
dit Alex. conſ.43. & conſ. 117. lib.2. Aret.
conſ.17.col.4.ad ſpecificata enim tantum ſe
reſtringit clauſula hæc, Goza.cõſ.93.nu.15.
Decius in l. perens. nu.5.in fi. C. de pactis,
& alios citat Craue.conſ.151.nu.4.& in Re
ſponſo pro Genero.nu. 215. addo Ruinum
cõſ.19.nu.9.lib.4.& in noſtris terminis Cor
ne.conſ. 8. num.3.lib.1. & conſ.56.nu.18.in
fi.lib.2.& uerè idem quod Ripa ſupra, ſenſit
ipſe Iaſ.d.loco, & in §. omniũ col. 26. Inſt.
de actio.poſt Ang. Aret.ibi, col.7.uerſ.poſ-
ſet tamen opinio &c. & huius ſententiæ a-
lios plures refert Neuiz.conſ.79.num.1.

Declaratur quinto non procedere, ſi eſ-
18 ſet petitum, ne moleſtaretur † dicitur enim
tunc deductum ſolum poſſeſſorium glo. in
cap. audita in uerbo moleſtet de reſtitu.
ſpol. Inno. in cap. cum eccleſia Vulterana.
de electio. quos ad ſecutus egregie reſpon-
dendo Zaſius conſ.11.nu.27.lib.2.niſi eſſent
alia uerba, quibus poſſet comprehendi pe-
titorium, pulchre admodum Caſſado. in
ſuis Deciſ. in tit. de reſcrip. deciſ. 6. qui
uidendus omnino eſt, etſi de reſcripto uer-
ba faciat.

Declaratur ſexto non procedere, quãdo

libellus uerbis illis uulgaribus cõceptus fuiſ
19 ſet.peto terrenum:† cum idem ſonet, quod
peto proprietatem,dicitur tunc intentatum
petitoriũ,ſic clarè Alex.conſ.96.nu.3.lib.5.
Petitorium autem iudicium ratione ſuo
rum extremorũ a poſſeſſorio differt. habet
20 enim † petitorium duo illa extrema.Domi
nium ex latere actoris l.in rem actio in prin
cipio de rei uend.uel quaſi dominium ut in
publiciana.l.1.de plublicia.in rem actio: ex
latere uerò cõuenti datur extremum poſſeſ
ſio, d.l.in rem, iuncta l. qui petitorio de rei
uend.quod propriè intellige in iudicio pe-
titorio, hoc eſt in actione reali,in qua ne-
ceſſe eſt reum eſſe poſſeſſorem, ne fruſtrà
cõtra eum moueatur actio l.1.C.de aliena.
Iudici muta.cau.fact.& d.l.qui petitorio &
l. ſinautem de rei uend. Quare quotidiè fie
ri ſolent interrogationes reo,an poſſideat,
uel dolo poſſidere deſierit.quæ ſanè interro
gationes quando,& qua forma fieri poſſint
tradit Prat.Papien.in forma interroga.fien
dæ cum reo conuento actio.reali, & latiſſi
me Neuiz.conſ.5. quod non modò ad acto
rem pertinet ne fruſtrà agat,ſed & ad Iudi-
cem,ne eluſorium reddatur iudiciũ,ut ſcri-
bit Decius in cap.cauſã quæ 2.nota.de iud.
& Neuiza.conſ.17.nu.11.
Poſſeſſorium uerò ſua habet extrema.
21 Nã illo recuperãdæ † agens, qui ut recupe-
ret agit,præſupponit ſe ãtiquitus poſſediſſe
& nũc conuentum poſſidere,ſic probat tex.
cap.cũ ad ſedem de reſt.ſpolia. Soc.in l.rem
quæ nobis nu.16. de adquir. poſſeſſ.Decius
in cap.bonæ.nu.23.in fi.de appella.& ſuo lo
22 co latius. In poſſeſſorio retinendæ † ex
latere agentis, præcipuum extremum eſt
poſſeſſio. Et apud reum dominium, quia ſi
actor eſſet & rei dominus,nõ diceretur ſim
pliciter poſſeſſor,ſed dominus.l.quæſtio.de
uerb. ſign. quod omnium pulchrè docuit
Franc.Conna.lib.3.cõmen.iuris ciuilis cap.
8.nu.2.& Bræche.Turonenſis in d.l.queſtio.
Propriè enim poſſeſſor (ut illi docent)dici
tur,qui nõ eſt dominus nec eſſe poteſt, quia
& ſi dominus poſſidere dicatur, non tamen
dicitur propriè ut poſſeſſor poſſidere, ſed
ut dominus,& ita interpretari debet textus
l.1.§.huius autẽ i fi.ff.uti poſſid.ut dicimus
in uſufructu, fruitur enim dominus re ſua,
non tamen fructuarius ſed dominus dicitur.
Quare impropriè poſſeſſio deducitur in
hoc iudicio, cum alter ad alterum conuin-
cendum,& dominium deducit ſeu titulum,
iuxta latè tradita per Bar.in l.ſi duo nu.4.in
fi.uti poſſid.cum multis, quæ, ut extra pro
poſitam materiam, ſciens prætereo.In adi-
23 piſcenda † uerò poſſeſſione non ſe poſſeſſo
rem,ſed alterum ut plurimum præſuppo-
nit. & licet dominus multoties quærat iure
ſuo poſſeſſionem adipiſci ea tamen adepta
nõ dicitur poſſidere ut poſſeſſor,ſed dicitur
dominus, quoniam poſſeſſio cum dominio
cõfunditur,ut in uſufructu, quo finito cum
proprietate conſolidatur, §. finitur Inſt de
uſufru.
Poſſeſſoriũ iudicium duobus modis tra
24 ctari ſolet:ſummariè, & plenariè, † ſumma
riè tractaur ex ſolo implorato iudicis offi-
cio,ut eo caſu eum non diſcernitur quorum
alterum contẽdentium ſit in poſſeſſione de
præſenti:nam ne ad arma contendentes ue
niant prouidet iudex prudens iuxta l.æquiſ
ſimũ de uſufru. & tradit Cur. Senior.conſ.
60. Pariſ. conſ.168.li.4. Iaſ.in l.ſi ſuper poſ
ſeſſione nu. 5. & ibi Decius nũ.7.C.de trãſ.
idem Decius in l. ulti.nu.6.C. de ædict.diui
Adria.tollent.hac ergo iuſta ratione ſerua-
25 ri in praxi ſolet.† ut ſummatim,nulla mo-
ra interpoſita cognoſcatur, quorũ alter ex
cõtendẽtibus ſit in poſſeſſione,ut in ea is tu
eatur,donec plenius fuerit cognitum, quod
ante alios affirmaſſe dicitur Caſtren.conſil.
3.in cauſa quæ uertitur coram D.uicario
poteſtatis Pergami col.2.lib.2. ſed ante Ca
ſtrenſ.docuit Bal.in cap. 1.col.2. uerſ. quar
to opponitur extra de ordine cognit.Cuius
doctrinam ut egregiam admodum recipiũt
omnes,Decius cõſ.366. nu.13. Marſil. ſing.
543.Maleficijs &c.Ant.Capic.Neapo. De-
ciſione.14.Deciſiõ.55. Deciſione.96.nu.10.
Deciſ.189.& Deciſ.209.Alciat.reſpon.386.
ubi rem egregiè admodum declarat,Neui-
za.cõſ.80.nu.4.5.Alba conſ.75.Plotus No-
uarien. in repe.l.ſi quando nu. 107.C.unde
ui.Gabriel Saray. in additio. ad notab.Ma
theſ.nota 2.nu.2.3.4.Ioannes Coraſius in l.
naturaliter §.nihil cõmune num.27.de ad
quir.poſſeſſ.et nouiſſimè omniũq; pulchrè
Didacus Couarr.Hiſpa.libro. Praticarum
queſtionum.cap.17.ubi praxim docet.Idem
nouiſſimè placuit ampliſſimo Regio apud
Mediolanenſes Senatori Polictonio Media
barbe Papienſi uiro cõſultiſſimo,& a me nun
q̃ ſatis laudato,in nondũ edita ſubtiliſſima
interpretatione.l.ult. C. de edicto diui A-

dria.tollẽ.ac Ioanni Cephalo Ferrarienſi ce
leberrimo iureconſulto olim præceptori-
bus,& compatribus,nunc meis Cephalo in
26 q̃ conſ.19.in fi.procedit †enim in hac cauſa
iudex ſine ordine iudiciario, iubetq; tantũ
collitigantibus ut deferant iura, quæ tunc
habent,quibus ſummatim re cognita ſtatu
at quis actoris quis rei in plenario poſſeſſo
rio perſonam ſuſtineat,nec hoc in caſu eſſe
27 †neceſſarium libellum, ſed recipi poſſe pro
bationes ſine eo egregie declarat Maria
nus Socin. ſe. in cap. 1. col.16. fallen.54. de
libelli obla. poſt Specul.& alios, quos citat
deſũptaq; eſt praxis iſta ex l. liberis.§.fi. de
liber.cauſa ut Caſtr. & Didacus præcitati
28 ſcribunt. Iudicium hoc † recredentiam Gal
li,uocant,ſic poſt Maſſue.in ſua Practica.in
tit.de poſſeſſorio,ſcribit Didacus.d.cap.17.
col.4.ut refert & Tiraq.in Tract.le mort à
Sai ſit le uiu. 6.parte declaratione 9.in fi.Re
buffus ſuper cõcorda. Regis Frãcie in tit.de
annatis uerſ.quinta tamen ex lege regni, &
in commẽt.Regiarum conſtitutionũ tomo.
tertio tit.de materijs poſſeſſo.art.1.gl.1.nu.
4.5.6.ubi latè, & egregiè admodũ Praxim
docens ſcribit Guid.pp.q.552.in materia,a
29 pud Hiſpanos appellatur interim, † ſic Di-
dacus, qui ſupra nos uerò nouã prouiſionẽ
quandoq; appellamus,qua in re illud unum
30 cenſeo animaduertendũ , hoc dici † poſſeſ-
ſorium retinende, ut cẽſuit egregiè Bald.in
l. quiſquis quorum appell. non recip.quem
probarunt Aret.in cap. præſentia col.4. de
proba. & Ruin. conſ. 28.num.4.lib.4 quod
uel ex eo intelligo quia,poſſidere uterq; cõ
tendunt, uel quia poſſeſſorium ipſum ple-
31 narium retinende præparat.Hoc iudicij †ge
nus antiqui uindicias appellarũt,ut egregie
annotarunt Budeus in annota.Pandect. Al-
cia.lib.1. Parerg. cap.9. Egnina.§.retinen-
dæ inſt. de interd. omnium clarius Coraſ.l.
2.§.deinde ex his legibus nu.8.9. & §. & cũ
placuiſſet num.17.ff. de orig.iur.& hæc poſ
ſeſſorij cauſa dicitur eſſe continens cuius
meminit l. nulli. C. de iud. Alcia. d. cap. 9.
addo Cælium Rodig. lib. 17. cap. 29. Cu-
iacium lib.2. obſeruationum iur. cap.35.hu
ius iudicij ſummarijſſimi nos tractatum nõ
explicabimus, ut à propoſita re noſtra non
parũ diuerſum agemus enim fuſius in tract.
de retinenda poſſeſſione, quem multa cura
quandoq; edemus.interim lectorem moneo
32 hoc † poſſeſſorium iudicium momentaneũ
uerè dici poſſe, ut eo caſu locum nõ habeat
appellatio, ut multi intelligunt. l. unicam.
C. ſi de mom.poſſeſſ. fue. appel. , & hoc in
33 caſu intelligo † nouam conſtitutionem ſe-
reniſſimi Sabaudię Ducis noſtri Emanuelis,
ſub Rub. Delle appellationi, & in quai ca-
ſi &c. uerſ.dalle ſentenze che ſi daranno nel
le cauſe poſſeſſorie , ibi, Però ne i caſi do-
ue &c.in ea enim parte eſt in ſecuta conſtit.
iuris communis diſpoſitionem .

Poſſeſſorium plenarium quod diligenti
ordine iudiciario tractari ſolet.Triplex dici
tur,Adipiſcendæ,Retinẽdæ, Recuperandæ,
34 Adipiſcendæ † agitur, cum nouam quis adi
piſci uult poſſeſſionẽ, ut in hærede,qui præ
deceſſore uita functo ſe mitti in poſſeſſionẽ
bonorum hereditatis cõtendit, quare ſemel
aſſecuta poſſeſſione & deperdita , non am-
plius huic interdicto erit locus, ut eſt ſingul.
glo. in cap.1.de confeſſ. in 6.& ſcribunt om
nes,in §.ſequen.inſt. de interd. & in l. natu-
raliter §. nihil commune.ibi Rubeus nu.42.
& Fernan.in prima parte ſuæ interpretatio-
nis num. 102.de adquir. poſſeſſ.,Retinendæ
35 † uerò poſſeſſionis interdictũ cæteris proba
bilius,ex ſententia Io. Fabri in §.retinendę.
Inſt. de interd. quod poſſidẽt.ut poſſeſſioni
inſiſtat,conceditur,duppliciter dicitur dire-
ctum cum rei corporalis poſſeſſori ne turbe
tur datur , utile cum quaſi poſſeſſori rei in-
corporalis conceditur,ut poſt Bar.d.§.nihil
commune num.18.ſcribit ibi Rubeus nu.37.
qua autem forma in praxi deducatur,docẽt
pluribus oẽs in d.§.nihil cõmune ubi Fernã.
d.prima parte.nu.107.poſt Bar.in l.1.§.hoc
interdictũ.uti poſſide:latè Aret.in §.quadru
pli col.pen. & fi. inſt.de actio.Soc.ſen.conſ.
59.lib.4.Pariſ.conſ.13.nu.80.conſ. 112. nu.
72.74.lib.1., cum alijs quos ſciens præte-
reo.duo hæc poſſeſſionis iudicia ſilentio in
uoluam,cum propoſitum hunc noſtrum tra
ctatum non reſpiciant.

36 Recuperandæ † uero poſſeſſionis interdi
ctum,cuius uerba facturi ſumus;deiecto quẽ
ſpoliatum appellamus , ut priſtinam ſuam
recuperet poſſeſſionem conceditur, cuiusq;
cauſa & iudices ſunt conſtituti quos Recu-
peratores appellarunt antiqui ut pro Cecin
na oſtendit Cic.& declarat Petrus Crinitus
de honeſta diſcipl.lib.9.ca.12. hoc ergo in-
terdictum unam habet ſpeciem à prętore in
troductam,quãm,unde ui, dicimus.§. recu-
37 perandæ. Inſtitu. de interdic. ujs † autem,

uel publica eſt,uel priuata,ut duo iuncti ſi-
mul tituli docent. ad. l. Iul. de ui publica &
ad,l.Iul. de ui priuata & omnium conſen-
ſu uideo probatum publicam uim dici cum
armis fit, priuatam uero cum ſine armis. §.
ſed ex conſtitutionibus;Inſtitu.de interdic.
cuius rei & differentiæ rationem unam ad-
fert Fráciſcus Duaren.lib.1.diſpu.anniuerſ.
cap.22.cui aduerſari uidetur Rober.Aure-
lius lib. 3. ſententiarum iuris cap. 22. qui
38 aliam probat, † uis autem, quinque modis
committi ſolet, ut docet gloſ. in l. extat in
gloſ. ult. ff. quod metus cauſ. & ibi Bartol.
glo.in cap.ad audientiá,in glo.2.quod met.
cau. Aret. Inſt. de actio. §. quadrupli num.
24.inſt.de actio.Alcia.li.1.Parerg.iuris cap.
34.Plot.Nouarien.repe. l. ſi quando nu.63.
cum multis ſeq. C. unde ui. Prima dicitur
39 eſſe uis expulſiua,† ob quam hoc interdictú
deiecto conceditur,ut ante omnia reſtitua-
tur;& ſolet aliquando appellari occupatio,
& poſſeſſionis ſpoliatio ut ex multis infra
dicendis intelligemus.& ideo ſtatutum Pa-
piæ.31. in criminalibus, de pæna illius qui
uiolentiam fecerit alicui in eius poſſeſſio-
ne,& ſi in genere ſit de moleſtia inſcriptú,
in hac tamen expulſiua habet etiam locum
ut uerba tex. oſtendunt,ibi, deinceps ſpolia
uerit,& paulo poſt,ibi,uel ipſum de ipſa poſ
ſeſſione ſpoliauerit. Secunda dicitur uis a-
40 blatiua † cum per uim res aufertur, aſporta
tur,daturq́; tunc actio ubi bonorum rapto-
rum,non interdictum, unde ui,quod pro re
mobili locum non habet l. 1. §.illud, de ui
& ui arm. gloſ. in l. rem quæ nobis, de ad-
quir. poſſeſſione,ſed uerum an ſit, ſuo loco
41 dicemus. Tertia dicitur uis cōpulſiua, † qua
quis compellitur facere, quod ſponte alias
minime eſſet facturus, agiturque actione,
quod metus cauſa, nec deiecto ſeu ſpoliato
per uim compulſiuam ſuccurritur interdi-
cto,unde ui: uel alio remedio, ut ante om-
nia priſtinę poſſeſſioni reſtituatur,ut ſuo lo
co oſtendemus. Quarta dicitur uis turbati-
42 ua,qua † poſſeſſor perturbatur, & cui con-
ceditur interdictum retinendæ,ut ſupra re-
43 tulimus. Quinta dicitur inquietatiua, † pro
qua datur quãdoq́; interdictum,quod ui aut
clã, quandoq́; interdictum retinendæ, cum
non multum à turbatiua differat, ut docent
Alciatus d. lib. 1. Parerg.iur.cap.34.& Fer-
nan.d.§. nihil commune in prima parte nu.
112.& ſi in hanc ſententiam potius deſcen-
dere uideatur Alcia. dari interdictum tan-
tum,quod ui aut clam.

Interdictum ergo, unde ui, potiſſimum
fuit a Prætore inuentum ut remedium,quo
deiecto eſſet conſultum,ut ſine cunctatione
priſtinę reſtitueretur poſſeſſioni. alia poſt-
modum ſunt ſuperaddita remedia recupe-
randę poſſeſſionis, tam iure cæſareo quàm
Pontificio,quare opinatur Specul. in tit.de
Reſtitu. Spolia.§.1.num.11.12. quem ſecuti
ſunt Ripa in cap.ſæpe num.1.de reſt.ſpolia.
& Io.Coraſius in.l.naturaliter.§.nihil com
mune ſecunda parte nu.110.de adquir. poſſ.
octo eſſe poſſeſſionis remedia.quinq; cre-
didit Rubeus.d.§.nihil commune nu.46.ſed
ibidem Fernan. in prima parte nu.114.qua-
tuordecim enumerat. Plenius Philippus
Francus in eo Tractatu quem publicum fe-
cit,de Petitorio in primo dubio,uiginti qua
tuor remedia recuperandę poſſeſſionis eſſe
commemorat. Rober. uero Mara.de ordi-
ne iudiciorum 7. diſtinct. iudicio. duo & ui
ginti eſſe credidit nos.17. eſſe oſtendemus,
44 † eosq́; qui difficiliorem ac in praxi utilio-
rem habent tractatum ex ordine iuxta eo-
rum tempora explicabimus.
45 Primum itaq; † recuperandę poſſeſſionis
remedium eſt, ex interdicto, unde ui, quod
his uerbis conceptum erat. Vnde tu ui illũ
deieciſti: aut familia tua ui deiecit de eo q̃
illi ibi tunc habuit tãtummodo infra annũ,
poſt annum uerò de eo quod ad eum qui ui
deiecit prouenerit:iudicium dabo. Præto-
ris poſtmodum edictũ interpretati ſunt Vl-
pianus,Paulus,Caius,Pompo.Marcellus.Iu
lianus, Papinia. Triphonius,& Iauolenus:
hoc eodem tempore alia recuperandę poſ-
ſeſſionis remedia introducta fuiſſe conſtat,
tamet ſi non ad interpretationem interdicti
46 unde ui,ut illud quod ex condictione † inde
biti deſcendit,quę & ad recuperandam poſ-
ſeſſionem conceditur ex l. indebiti.§. ſed &
ſi numi de cond.indeb.ut nō immeritò glo.
in Rub.ff. de interd., & ibi Ripa num. 3. &
glo.inſt.de interd.in pri., & Philipp. Fran-
cus. in d.diſput. de Petitorio primo dubio
num. 35. hanc indebiti condictionem inter
remedia poſſeſſionis recuperandę connume
rauerint,tamet ſi(ut mox retuli) non attin-
gat interdictũ unde ui,quod latius ſuo loco
explicabimus, eodem met tẽpore remediũ
aliud quod propius interdictum unde ui at-
tingit (& ſi illius non habeat. rationem) eſt
inuentum,

47 inuentum, quod ex actione †Triticaria pró
uenit. l. 2. ff. de tritica. actio. quo ui deiecto
ut poſſesſionem recuperet eſt ſuccurſum.
quare & glo. Rub. ff. de interdic. & ibi Ripa
nu. 4. & glo. inſt. de interd. in princi. & Fran
cus quem modo citauimus. d. primo dubio
nu. 7. triticariam hanc actionem inter recu
perandę poſſesſionis remedia connumerāt,
& latius ſuo loco explicabimus eodē quo-
que tempore aliud adfuiſſe remedium recu
perandæ poſſeſſionis recenſent alij, ut Frá-
cus d. diſput. Petitorii. primo dubio nume.
8. & uiſus eſt ſentire Bart. in l. ſi coloni. C.
48 de agr. & cenſ. lib. 11. † quod eſt ex l. ſi me
& titium ſi certum peta. non tamen inter-
dictum unde ui attingit, cum ſolum ex æ-
quitate concedatur aduerſus eum, qui ex
cauſa lucratiua poſſidet, & cum domino rei
non aliter ſuccurſum eſt, nec is recuperans
facto aduerſarij dicitur ſua poſſeſſione ſpo
liatus, nam ut locus huic remedio ſit, ge-
ſtum aliquid cum aduerſario eſſe debet. in
foro tamen tria quæ proximè retulimus
non ſatis ſunt cognita. quare & nos paucis
ſuo loco rationem habebimus. illius autem
cuius meminit remedij Francus in diſputa-
tione Petitorij primo dubio nu. 35. ex. l. j.
§. conſtat. ff. de cond. ſine cauſ. nullam ratio
nem habebimus, cum nec poſſeſſionem ea
condictione recuperari poſſe dicat, nec (ſi
recuperari poteſt) diſtet ab ea condictio-
49 ne indebiti. interdictum uerò unde ui, † ex-
tendiſſe uidetur Diuus Marcus ut retulit
Calliſtratus iureconſ. in l. extat. §. de eo
quod metus cauſa & in l. Creditores. ff. ad
l. Iul. de ui priua. hunc Diuum Marcum
arbitramur fuiſſe Marcum illum Aurelium
Antoninum Philoſophum, cuius conſtitu-
tiones ſępiſſime retulit Calliſtratus ut in l.
Diui. de pœnis: is inquàm Diuus Marcus,
qui anno chriſtianæ ſalutis centeſimo ſexa
geſimo ſecundo Romani Imperij modera-
tor fuit; animaduertit interdicto, unde ui,
nō eſſe ſuccurſum aduerſus creditoris auda
ciā, qui iure ſui crediti falſo opinabatur ſi-
bi licere ſua manu iuſdicerē & debitoris poſ
ſeſſionem occupare, quā audaciā eſſe repri
mendam conſtituit. Iure itaq; Pandecta-
rum (ut noſtri dicere ſæpiſſimè ſolent) re-
cuperandæ poſſeſſ. remedia prodita quinq;
iā fuiſſe conſtat. Sextum ergo addidiſſe ui-
detur Diuus Conſtantinus cum ſolus Anno
noſtræ ſalutis tricenteſimo uigeſimo ſepti
mo Imperium moderaretur ſub ſuo cōſula
tu 7. & Cōſtantij Cæſaris college. 3. ut re-
50 latum extat in † l. j. C. ſi per uim uel alio
modo &c. cōſtituit enim licere ſeruo ſpo-
liati abſentis ſine cunctatione recuperare
poſſeſſionem, ut & cæteris ſine mandato in
abſentis cōmodum præſtare poſſunt, tamet
ſi & ſeruus & ſine mandato liber legitimā
in iudicio nō ſuſtineant perſonā nec abſen
ti ſpoliato ſuccurſum antea fuerat, quod,
qua ratione ſit factum ſuo loco planius fi-
et. aliquorum tamen ſuadet lectio, ut huius
legis author non Conſtantinus, ſed Cōſtan
tius fuerit ſub conſulatu eiuſdē Conſtantij
7. & Conſtantij Iulij Cæſ. 4. quod fuit anno
noſtrę ſalutis 354. uel 356. receptior tamen
eſt lectio, ut Conſtantini hęc fuerit cōſtitu
tio. Septimum deinde addidit recuperādæ
poſſeſſionis remedium idē met Conſtanti-
nus cū ſolus adhuc imperaret ſub conſula-
tu Gallicani, & Symaci, quod cōtingit anno
ſalutis noſtrę tricenteſimo trigeſimo pri-
mo, conſtituit ergo (interdictum unde ui
moderando) ut extat relatum in. l. Inuaſor.
51 † C. unde ui, occupatores alienę poſſeſſio-
nis ſolam poſſeſſionem ſine alia pæna tene
ri reſtituere, cū non per uim ſed per primi
poſſeſſoris incuriā occupat, uel iuſto ali-
quo errore deceptus eam ingreditur. octa-
uum autem addidit remedium ſeu extendit
potius interdictum unde ui, Diuus Flauius
Gratianus, cum una ſimul cum Valentinia-
no, & Theodoſio Imperium adminiſtraret
& ſub conſulatu Antonini, & Syagrij anno
uirginei partus, tricenteſimo octuageſimo
52 tertio, † ut eſt relatum in. l. meminerint C.
unde ui. qua eſt conſtitutū, nec illi licere al
terius occupare poſſeſſionē, qui, uel reſcri
ptum à principe, uel à iudice ſententiā ad-
uerſario non uocato eſt aſſecutus. quare oc
cupatā reſtituit illicò, & ſi uel pupilli, uel
minoris, fuit poſſeſſio, quā ſi occupator ex
tutorum uel curatorū occupauit colludio,
grauiter i eos tutores, & curatores animad
uerti ſolet. Nono autē loco ut magis ac ma
gis hanc cōprimerent audaciā, Valentinia-
nus, Theodoſius, & Arcadius, ſub conſula-
tu Flauij Thimaſij, & Flauij promoti: quod
contingit anno ſalutis Chriſtianæ tricēteſi
53 mo nonageſimo primo, Conſtituerunt † ut
eſt relatū in l. ſi quis in tantam. C. unde ui.
quod ſi ante latam à iudice ſententiā poſ
ſeſſionē rei dominus per uim occupauerit.

illicò poſſeſſionē deiecto,rei dominio amiſ-
ſo, reſtituere quod ſi rei dominus non erit
æſtimationē illius ſpoliato præſtabit, hacq;
conſtitutione prouiſum eſt plenius,quā con
ſtitutione.l.ſi conſtiterit. C.finium regund.
quam ut remedium recuperandæ poſſeſſio-
nis,& diſtinctum a l. ſi quis in tantam retu-
lit Francus in.d. diſputatione de Petitorio.
primo dubio nu.41.uerſ. uigeſimum primū.
qua inquam conſtitutione nec poſſe proui-
ſum aduerſus uiolentum occupatorem arbi
tratur Fabius in.l.naturaliter. §. nihil com-
mune nu.141.de adquir.poſſeſſ., & dicemus
in interpretatione huius Noui remedij ex.l.
ſi quis in tantam,q.50. Decimum recuperan
dæ poſſeſſionis remedium addiderunt Arca
dius & Honorius cum imperarent ſub con-
ſulatu Timaſij, & Promoti,quod contingit
anno noſtrę ſalutis tricenteſimo nonageſi-
mo octauo, ij enim animaduertentes inter-
dicto, aliaue conſtitutione non eſſe proui-
ſum,aduerſus ſeruos,& colonos, qui fugien
de dominos ſua poſſeſſione. Conſtituerunt,
54 ut relatum † eſt in.l.ſi coloni.C.de agric. &
cen.li.11. colonos,& ſeruos celeris reforma
tione dominis eſſe reſtituendos, cauſamq;
poſtmodum originis & proprietatis tracta
ri.quam conſtitutionem, & in cæteris rebus
mobilibus non ſe mouentibus locum habe-
re credunt interpretes & ſuo loco docebi-
mus. Vndecimum addidit recuperandæ poſ
ſeſſionis remedium Zeno ſecundus,cum ſub
conſulatu Theodorici,& Venantij impera-
55 ret anno noſtræ redemptionis 485. † ut re-
latum uidemus in.l.non ab re. C. unde ui
& in. l. conductores. C. locati conſtituit
ergo is Zeno non leui pœna eſſe plectendos
conductores,qui ſua conductione finita poſ-
ſeſſionem domino non reſtituunt,cui proti-
nus ſine cunctatione reſtitui uoluit Zeno.
nam ſanè iniquum uidetur,ut conductor au-
deat locatori,quem in rei dominum ſæpius
agnouit aduerſari tunc,cui inquam domino
ſuccurri uoluerūt ante Zenonem per annos
ferè ducētos Diocletianus & Maximianus,
dum in.l.ſi quis conductionis.C. locati,con
ſtituerunt, non licere conductori aduerſus
locatorem dominij queſtionē mouere quæ
quidem conſtitutio non apertè ſatis recupe
randæ poſſeſſionis remedium inducit ex in-
terdicto unde ui, ut dominij ſpoliatum præ-
ſupponere uideatur uelut opinantur Fran-
cus in. d. diſputatione Petitorij primo du-
bio num. 42. Maranta qui ſupra & Fernan.
in.d.§. nihil commune. in prima parte nu.
117. quorum ſententia ſi iure etiam uera eſ-
ſet,plenius à Zenone fuiſſe ſuccurſum nega
re non poſſumus. quare utriuſque conſtitu-
tionis rationem unà ſimul habebimus. Duo
decimum addidit Iuſtinianus noſter recupe-
randæ poſſeſſionis remedium cum ſub con-
ſulatu Lampadij & Oreſtis imperaret anno
56 uirginei partus 532. † ut relatum extat in.l.
ult. C. de Prætorio pigno. qua eſt conſtitu
tum,creditores poſſe poſſeſſionem rei apud
ſe pignoratæ ad ſui crediti cautionem recu-
perare, ſi ab ea deijci contingat. Decimum
tertium addidit recuperandæ poſſeſſionis re
mediū Iuſtinianus ipſe, dum imperaret poſt
conſulatum Lampadij & Oreſtis. quod con
57 tingit anno noſtræ ſalutis 536. † ut eſt rela-
tum in.l.Cum quærebatur, (quæ eſt ultima
illius tit.) C. unde ui, ſuſtulit enim Iuſtinia
nus exortam in Illyricana aduocatione di-
ſputationem,dum controuertebatur,utrum
ne aduerſus rei uacantis occupatorem inter
dicto unde ui ſuccurſum eſſet, & conſtituit
occupatorem illum ſine mora rei domino
primo poſſeſſori poſſeſſionem reſtituere de
bere,& hāc unam eſſe ex quinquaginta no-
uiſſimis Iuſtiniani conſtitutionibus ſenſit
Bal. in. d.l.ultima, & clare affirmauit Ca-
gno.in.l.ult. nu.5. C. de pactis, quod ex eo
uerum ſatis conijcio cum Ioanni Præfecto
Prætorio altero ex Compilatoribus nouiſ-
ſimi Codicis fuerit à Iuſtiniano deſtinata.
Decimumquartum ad recuperandam poſſeſ
ſionem prodidit tandem idem Iuſtinianus in
ultima Codicis cōpilatione,edita anno no-
58 ſtræ ſalutis.536. † ut eſt relatum in.l.ult.C.
de adquir.poſſ. quam unam eſſe ex ipſius Iu
ſtiniani quinquaginta poſtremis conſtitutio
nibus fatentur omnes, ut ibi ſcribit Bal. &
clarè Afflictus Neapo. Deciſ.40.nu.12.nam
(ut & præcedens) deſtinata fuit Ioanni Præ
fecto Prætorio, ut aliæ pleræq; ex illis no-
uiſſimis conſtitutionibus,ut illa.l.quoniam.
C. de hæret. l. ult. C. de pactis. l. ult. C. de
nego. geſt.l.ult. C. ubi & apud quem. l.ult.
C. de in offi. teſta. & cum conſtitutio hæc
noſtra ſine die & conſule ſit ſcripta, eſſe om
nium poſtremam exiſtimo. ea ergo conſul-
tum fuit poſſeſſori qui ſeruorum & colono-
rum incuria ac facto à ſua poſſeſſione deie-
ctus dicitur.nam iniquum uiſum eſt Iuſtinia
no dominum facto ſeruorum & eorum qui

ſuo nomine poſſeſſores dicebantur, poſſeſ-
ſionem amittere debere. quod quomodo
contingat, ſuo aperiemus loco. Has iuris
Cæſarei conſtitutiones cum ſumma æqui-
tate niti animaduerterent Pontifices maxi-
mi ut & illas ſua authoritate magis & ma-
gis confirmarent, utq́ue conſultum eſſet
aduerſus poſſeſsionem eccleſiæ ac clericorũ
occupatores, Idem cenſuerunt, ut Euſebius
Pontifex maximus qui anno noſtræ ſalutis
tricenteſimo quarto Petri locum tenuit, &
ante eum Caius, Fabianus & Ioannes ſum-
mi Pontifices ſenſerunt. illius deinde con-
ſtitutiones, cum ſub Eugenio tertio Pon-
tifice maximo anno Chriſtianæ redemptio-
nis 1145. Gratianus uir admodum doctus,
& diligens decretorum compilaret librum
59 inter ſacros canones retulit. † ut eſt relatum
in cap. reintegranda. 3. queſt. 1. & præce-
dentibus. Hoc itaque in ordine, decimum
quintum remedium, noſtri omnibus noui ſ-
ſimum opinantur, arbitranturq́ue pinguius
deiecto ſeu ſpoliato ſuccurri, quã hactenus
cõſultum fuerit. quod uerum an ſit ſuo loco
dicemus. Interim cenſeo animaduertendũ,
non eſſe nouiſsimum remedium, cum Inno.
tertius, qui poſt Euſebium per annos octin-
gentos octuaginta nouem & poſt confirma
tam Gratiani Decretorum compilationem
per annos quinquaginta ac plus Pontificis
maximi locum tenuit, ediderit eam conſtitu
60 tionem quam relatam habemus † in capitu
lo ſæpe. de reſtitutione ſpoliatorum qua
deiecto conſultum fuit aduerſus ſingularem
ſucceſſorem ſcienter in poſſeſsione uitioſa,
& uiolenta ſuccedentem, cum alias nec ex
interdicto unde ui, nec alia conſtitutione
huic caſui eſſet ſatisfactum, quare omnium
nouiſsima hæc uidetur, & ſi me non lateat
eundem Innocentium tertium ſæpius ius di
xiſſe ſpoliatos illicò eſſe reſtituendos, ut in
caſu notabil s textus cap. accedens. il. 1. ut li-
te non conteſtata, & cap. bonæ de appella.
quas conſtitutiones duo recuperandæ poſſeſ
ſionis remedia a iam relatis diſtincta eſſe o-
pinatur Francus in. d. diſputatione Petitorij
prima parte nu. 21. 22. cum tamen non con-
ſtitutiones diuerſas ſeu diſtinctas is Innocen
tius tertius ediderit. Sed tñ ſpoliatos reſti-
tuendos dixerit quod intelligitur iuxta cõ-
munes iuris cõſtitutiones. Dicam tñ illud in
caſu capi. bonæ & capit. accedens, deiecto
61 ſuccurſum uideri officio iudicis, † quod no-
ſtri ſubſidiarium appellant, & quo utimur
cum lite pendente præſertim ſpoliatio fit,
ſeu quid contra poſſeſſorem attentatur, &
officium iudicis noſtri eſſe multis caſibus
ſubſidiarium recuperandæ poſſeſsionis re-
medium affirmant, ſumptum ex. l. Attilius
Regulus. De donatio. quare & nos ut ſubſi
diarium ultimo collocabimus loco. Hæc
ſunt quæ præludiorum loco præfari uolui-
mus, cętera pleniore calamo ſuo ſcribemus
loco, unum nunc moneo iam relata reme-
dia inter ſe uerè diſtincta, cum, ut Prætoris
interdictum Vnde ui, coadiuuent, inuen-
ta ſint.

SVMMARIVM

PRIMI RECVPERANDAE

POSSESSIONIS

remedij.

1 *Interdicto unde ui, qua uterentur in cauſa Athenienſes.*

2 *Interdictum unde ui apud Romanos olim duplex.*

3 *Vis quotidiana quę Alciato, & Duareno.*

4 *Formula interdicti de armata ui, quæ olim.*

5 *Locus Ciceronis pro Cæcina explanatus.*

6 *Locus Ciceronis in familiaribus expoſitus.*

7 *Interdictorum de ui armata, & ſine armis differẽtia hodie ſublata quoad poſſeſsionis reſtitutionem.*

8 *Vim armatam hodie aliter ac ſine armis puniri.*

9 *Immutata hodie multa in interdicto unde ui.*

10 *Armis deiectus quis hodie.*

11 *Interdicto unde ui, reſtituitur ſpoliatus ante omnia.*

12 Regula iuris affirmatiua eſt, ante omnia ſpoliatum reſtituendum eſſe.
13 Regula hæc ſpoliatum eſſe ante omnia reſtituendum, fauorabilis ne ſit uel mixta, uel odioſa potius.
14 Reſtitutio ſpoliati, in ſpoliautis odio fundata.
15 Capi. vltimi de ord. cognit. declaratio & ſenſus.
16 Cauſa quę prępualeat an odioſa uel fauorabilis
17 Cauſa quæ nocet, uel quæ prodeſt, ſpectanda an ſit.
18 Ratio authoris egregia, qua demonſtratur, regulã hanc ſpoliatum ante omnia reſtitui odioſam eſſe.
19 Extenſioue non concedi in interdicto vnde ui.
20 Exorbitare, eſt à communis iuris regula deuiare.
21 Rigor. i. odioſa ſubtilitas quæ æquitati opponitur, & ſummum ius dicitur, & ſumma iniuria.
22 Statutum quo per agnatos excluditur qua ratione fauorabile potius, quã odioſum dicatur.
23 Cap. ultimi de ord. cog. ſenſus & interpretatio, alia.
24 Priuilegium dicitur priuare legem, & iuri communi detrahere.
25 Cap. nullus. 2. q. 2. ſenſus & declaratio.
26 Cap. prius 2. q. 3. ſenſus & interpretatio.
27 l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui publ. declaratio.
28 Fauorabilis diſpoſitio an ſit uel odioſa iudicanda, ſpectãdam eſſe illius perſonam in cuius fauorẽ uel odiũ ſit.
29 Fauorabilis diſpoſitio an illa ſit quã delictũ alias impunitum coercetur, quod multipliciter declaratur.
30 Bar. in l. quemadmodum num. 4. C. de agricol. & cenſ. lib. 11 declaratur multipliciter.
31 Delicta puniri Reipub. intereſſe.
32 Reiutegrandæ remedium ex cap. reintegrandæ. 3. queſtio. prima fauorabile an ſit, & an extenſionẽ recipiat
33 Diſpoſitionem unam fauorabilem partim, & partim odioſ[illegible] eſſe poſſe.
34 Statutũ, quo fœminæ per maſculos ab hæreditate excludũtur, partim odioſum & partim fauorabile dici.
35 Statutum uel conſuetudo quibus licet conſanguineis redimere alienata à conſãguineis, odioſa uel fauorabilis an ſit.
36 Vna res diuerſis reſpectibus, diuerſo iure cẽſeri ſic declaratur l. eum qui ædes de uſucap.
37 Vna res cenſeri diuerſo iure poteſt in intellectu cum plures concurrunt intelligendi formæ.
38 Vna res ex uoluntate diſponentis diuerſo iure cenſeri
39 Re mobili ſpoliatus ex interdicto unde ui, non reſtituitur.
40 Statuto ciuitatis Montis Regalis reſtituitur ſpoliatus poſſeſſione rei mobilis, ſtatuto autem Papienſi 54. contrarium diſpoſitum eſſe.
41 Immobilia iudicantur & illa quæ ſolo cohęrent, quamuis ſui natura mobilia ſint.
42 Spoliatum poſſeſſione nouis interdicto unde ui non reſtitui.
43 Nauem inter mobilia connumerari.
44 Molendinũ inter mobilia cõnumerari.
45 Reditus annui an inter immobilia enumerentur.

6 *Arboris poſſeſſione ſpoliatus quando interdicto, unde ui, reſtituatur.*
47 *Spoliatus quando agat aduerſus illum cuius nomine facta eſt ſpoliatio.*
48 *Cap. primi de reſtitu. ſpolia. declaratio multiplex ſubuerſa, ab authore tãdẽ nouo ſenſu illuſtratur. nu. 50.*
49 *Exceptione de iure tertij nõ opponi.*
50 *Cap. 1. de reſtit. ſpol. nouo ſenſu declaratur.*
51 *Genitiuus dominium oſtendit aliquando, & aliquando prælaturam.*
52 *Ratum habens ſpolium, ut interdicto, unde ui, conueniatur tria concurrere debent.*
53 *Spoliatus ab uno ex familia facta, reſtituitur ex hoc interdicto, unde ui.*
54 *Spoliatio alterius nomine facta mandantem obligat ſiue is expreſſe ſiue tacite mandauerit.*
55 *Factum à ſeruo domini uoluntate dicitur factum, ſi potuit dominus prohibere, nec prohibuit.*
56 *Ratum habere factum is dicitur qui ex facto ſenſit commodum.*
57 *Delicta à familia commiſſa uoluntate domini commiſſa dicuntur quando dominus ſcienter habuit uiros nequam & deprauatos in familia.*
58 *Bar. l. 1. §. ſi quis ipſi prætori nu. 19. de oper. no. nuntiatio. declaratur.*
59 *Furtum, & homicidium a ſeruo comiſſum, quando dicatur uoluntate domini commiſſum declaratur.*
60 *Spoliatio a tutore nomine pupilli, uel à prçlato nomine eccleſiæ facta reſtituitur ante omnia.*
61 *Eccleſia cultrix diuinæ Iuſtitiæ.*
62 *Colonus, et conductor ſpoliati quando interdicto, unde ui reſtituantur uel iudicis officio.*
63 *Colonos, & conductores ſolam rei detentationem habere.*
64 *Detentatio eſt ſola facti inſiſtentia.*
65 *Colono non concedi interdictum unde ui, contra tertium ſpoliatorem.*
66 *Colonus interdicto unde ui experitur contra ſpoliatorem, ſi poſt a ſe introuerſam domini poſſeſſionem, ſpoliatur.*
67 *Statutũ Papie. 54. in ciuilibus de poſſeſſione uiolenta clandeſtina &c. et ſtatutũ 31. in criminalibus. De Pœna illius qui uiolentiam alicui fecerit &c. declarantur.*
68 *Conductori ad longum tempus ſpoliato concedi interdictum unde ui.*
69 *Vſufructuario ſpoliato hoc interdicto ſuccurri.*
70 *Vſufructuarius naturaliter poſſidet.*
71 *Vſufructuario ſpoliato ſuccurri, etiam ſi pendente ſpoliatione uſufructus finiatur.*
72 *Vſufructuario abſente ſi ſpoliatio contingat, adhuc tamen ſuccurri.*
73 *Vſufructuarij ſpoliati hæredes reſtituuntur, ſed paſſum detrimentum conſequuntur.*
74 *Interdictum, unde qui reſtituitur uſufructuarius ſpoliatus, directum ſit, uel utile potius.*
75 *Emphiteotam ſpoliatum interdicto. unde ui reſtitui.*
76 *Emphiteotam naturaliter poſſidere.*
77 *Statuto Papie. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus ſuccurri emphiteotę ſpoliato.*
78 *Emphiteotam, non ſoluto canone deijci non poſſe ipſo facto à poſſeſſione, quare deiectus reſtituitur.*

79 *Sententiam declaratoriam & cauſæ cognitionem exigi cum emphiteota ob non ſolutum canonem eſt priuandus*

80 *Spoliatum dici, qui ſuſpicatur poſſe repelli, ut utili interdicto unde ui reſtituatur.*

81 *Spoliatus quaſi poſſeſſ. rei incorporalis, ex iterdicto unde ui reſtituitur.*

82 *Spoliatum quaſi poſſeſſione exigendi pedagiũ reſtitui, ex interdicto unde ui.*

83 *Spoliatio rei incorporalis dicitur ficta.*

84 *Decreto antiquo Pedemontium, & Sabaudiæ de reſtitutione ſpoliatorum, ſuccurri ſpoliato quaſi poſſeſſione rei incorporalis.*

85 *Statuta Papie. 54. In ciuilibus, & 31. In criminalibus, procedere etiam in ſpoliato quaſi poſſeſſione rei incorporalis.*

86 *Statutum quod diſponit in poſſeſſione procedere, & in quaſi poſſeſſione*

87 *Spoliatus quaſi poſſeſſione annuæ præſtationis, quomodo ex interdicto unde ui, adiuuetur, tam in reali quam perſonali præſtatione.*

88 *Cap. querelam. De electione, nouè declaratur.*

89 *Succeſſor negans ſoluere penſionem, quam anteceſſor ſoluere conſueuit, dominum ſpoliat.*

90 *Feudatarius ſeu uaſſallus ſpoliatus reſtituitur interdicto unde ui.*

91 *Vaſſalus dicitur poſſidere ſeu quaſi ius feudi.*

92 *Vaſſallus dicitur utilis dominus feudi.*

93 *Statuta Papie. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus. uaſſalum à tertio ſpoliatum adiuuant.*

94 *Vaſſallum ex interdicto vnde ui non reſtitui cũ a feudi domino ſpoliatus eſt niſi armata ui ſpoliatus ſit.*

95 *Interdictum unde ui, quam irroget infamiam.*

96 *Vaſſallus & dominus ad paria iudicantur, cum duo Correlatiua cenſantur.*

97 *Argumentari quando liceat a liberto ad uaſſallum.*

98 *Argumentũ ab æquiparatis procedit, cum facta eſt æquiparatio in puncto de quo agitur.*

99 *Vaſſallum non teneri ex titulo iuſtificare ſui feudi poſſeſſionem.*

100 *Andreas Iſernia in feudalibus Euangeliſta a doctoribus appellatur.*

101 *Statutum Papie. 54. In ciuilibus, & 31. in criminalibus, uaſſallũ a domino ſpoliatum non adiuuare.*

102 *Spoliatus per uim compulſiuam an ante omnia reſtitui debeat.*

103 *Metu compulſus poſſeſſionem tradens ſuo facto dicitur ſpoliatus.*

104 *Voluntas coacta, uoluntas eſt.*

105 *Metu factum tenet, donec ex edicto, quot metus cauſa, reſcindatur.*

106 *Bartol. in l. penul. num. 2. ff. de cond. ob turpẽ cauſ. & in l. 2. nu. 12. C. quod metus cauſa declaratur.*

107 *Spoliatio impropria admittit dominij exceptionem.*

108 *Statutum Papie. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus non habent locum cum ſpoliatus fuit poſſeſſor per uim compulſiuam.*

109 *Prædo an ante omnia reſtituatur.*

110 *Prædo ſtricte, large, & largiſſime quis dicatur.*

111 *Poſſeſſione ſua priuari nemo debet ſine iudiciali cognitione.*

112 *Statuta Papie 54. in ciuilibus, & 31.*

in criminalibus, an prædonem ſpoliatum adiuuent.

113 Prædo notorius an ante omnia reſtituatur.

114 Capitu. literas. de reſtitutione ſpoliato. ex ponitur nouo ſenſu

115 Spoliatus non reſtituitur ante omnia cum ſubeſt peccati timor.

116 l.1.§.qui a me.& l.cum fundum de ui & ui arma. declarantur.

117 l. Colonis. ff. de ui, & ui arma. explicatur.

118 Capit. ſignificaſti. de diuortijs, exponitur.

119 l. Bonefidei. §.pen.ff.de poſ.litera & ſẽſus.

120 Præſentatus a poſſeſſore manifeſte iniuſto, non præfertur præſentato à domino.

121 Dominus ſibi poteſt ius dicere contra manifeſtum Prædonem.

122 Facta de facto contra eum qui manifeſte in re nullum ius habet non reuocantur.

123 Capit. Porro. de diuor. ſenſus, & declaratio.

124 Capi. in literis. in fine. de reſtitu. ſpolia. ſenſus, & declaratio.

125 Lex una per alteram diſtinguitur & declaratur.

126 l. Cum fundum. de ui & ui arma. exponitur.

127 l.4.§.ſi dominus. ff. de uſucap. declaratur & exponitur.

128 Delinquentium bona licite lucrari poſſe.

129 Aſſaſinus notorius non reſtituitur ante omnia.

130 Prædo ſpoliatus, ab eo qui nullum ius in re habet ante omnia reſtituitur.

131 Prædo in beneficialibus an ante omnia reſtituatur.

132 Capit. in literis. in fine. de reſtitu. ſpolia. in Predone improprio loqui.

133 Capit. vltimum. 3. q. 1. declaratur.

134 Simoniacum ſpoliatum nõ reſtituitur ante omnia.

135 Simoniacum nullũ ius in beneficio adquirere, nec fructus ſuos facere.

136 Simoniacum beneficio ipſo iure priuatum dici.

137 Criminoſus, qui ipſo iure ſit beneficio priuatus, ſi ſpoliatus fuerit, non reſtituitur ante omnia.

138 Clam ſpoliatus an ante omnia reſtituatur.

139 Ciuiliter poſſidens ſponte naturalem poteſt ingredi.

140 l. ſi ui me deieceris. ff. de ui & ui arm. declaratur.

141 Capit. cum quis. de reſtitu. ſpolia. quo in caſu loquatur.

142 l. is qui deſtinauit. ff. de rei uend. exponitur.

143 l. ſi de eo. §. vlt. ff. de adquir. poſſ. declaratur.

144 Poſſeſſorio agens ex interdicto uti poſſidetis, ſi conetur reus probare dominium, quid contra deduci & probari debeat.

145 Violentum poſſeſſorem clandeſtino improbiorem.

146 Interdictum vnde ui, ob uiolenti poſſeſſoris improbitatem concedi.

147 Interdictum, vti poſſidetis, contra clãdeſtinum rei ſua poſſeſſorem dari.

148 Spoliari is dicitur, qui dum reuertitur, non admittitur.

149 Clam ſpoliatus tenetur ex ſtatu-

to Papie. 54. *In ciuilibus reſtituere ante omnia poſſeſſionē puniturq́. ex ſtatuto Criminali.*31.

150 *Interdictum, unde ui, non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

151 *In regno Neapolitano ex conſtitu. regni agitur contra quemcunq; ſingularem ſucceſſorem ſpoliatoris.*

152 *l. Vitia.C.de adquir.poſſeſ.declaratur*

153 *Succeſſor ſingularis immediatus ſpoliatoris conuenitur interdicto unde ui, ſi uocantē occupauit poſſeſſionē.*

154 *Singularis ſucceſſor in ſubſidium conuenitur interdicto. Vnde ui.*

155 *Singularis ſucceſſor conuenitur interdicto unde ui, cum unus poſt alterum ſpoliatus eſt.*

156 *Spoliator ſi poſſeſſionem amittat, et a ſingulari poſſeſſore iterū eam conſequatur, cōuenitur tamē interdicto, unde ui, ut eam reſtituat ante oĩa.*

157 *Succeſſorem uniuerſalem conueniri interdicto unde ui, ut ante omnia poſſeſſionem reſtituat.*

158 *Hæres ex delicto defuncti conueniri ob id quod in eum peruenit.*

159 *Defuncti delictum cum illius morte non extingui ſi pæna indicta ſit pecuniaria.*

160 *Succeſſorem negantem ſoluere poſſeſſionem, quam ſoluit hactenus defunctus, dominum ſpoliare, ob id dominum ante omnia reſtitui.*

161 *Spoliatum ante omnia non reſtitui, ſi paſſus ſit litem ſuper dominio tractari.*

162 *Capit.* 1. *de reſtitu.ſpolia. exponitur.*

163 *Spoliatum, ſi tacite conſentiat tractari cauſam dominij non reſtitui ante omnia.*

164 *Multa parte non opponente concedi, quæ non concederentur aliàs.*

165 *Notorium, & ſi reuelet ab onere probandi, non tamen ab onere deducendi & allegandi.*

166 *Spoliatus niſi reſiſtat fortiter dominij cauſam tractari cū poſſeſſionis cauſa non debere non reſtituitur ante omnia, an uerum tamen ſit ab authore declaratur.*

167 *Oppoſita exceptione dominij cauſam cum poſſeſſ. tractari non debere, ſi ad ulteriora procedat Iudex appellandum eſt.*

168 *Iudex procedendo ad ulteriora tacite interloquitur.*

170 *Contradictio ſine appellatione, leuis eſt momenti.*

171 *Iudex ſatis ſuper oppoſita excep. cognouiſſe dicitur ſi poſt temporis interuallum ad ulteriora proceſſit.*

172 *Spoliatus ſi tempore ferendæ ſententiæ patiatur litem ſuper dominio tractari, adhuc ante omnia non reſtituitur.*

173 *Iudicem ex ſuo officio non poſſe ſpoliatum ante omnia reſtituere, ſi paſſus is ſpoliatus ſit cauſam dominij tractari.*

174 *Iudicis officium petenti tantum concedi.*

175 *Dominij excep. ut impediat ſpoliatum ante omnia reſtitui, non modo deduci, ſed & probari debet.*

176 *Bal. in l. poſt ſententiam. col.* 1. *uerſ. uenio ad ſecundum C. de ſenten. & interlo. om. Iud. declaratur.*

177 *Proſecuta declarant in libello deducta.*

178 *Allegare aliquid non ſufficit, niſi il-*

lud probetur.

179 Excep. non probata cum ad eam probandam eſt dilatio conceſſa, diffinitiue non abſolutorie a Iudicij ordine pronuntiatur.

180 Dominij cauſam ad poſſeſſorium colorandum deductam nõ impedire ſpoliatum ante omnia reſtitui.

181 Iudicem teneri admittere cauſam dominij, quæ ad colorandum, & corroborandum petitorium deducitur. quomodo procedat, ibi declaratur.

182 Capitula pertinentia eſſe dicuntur, cũ aliquid ad cauſam conferunt.

183 Spoliatus cum non poſſideat, non poteſt dicere ſe dominij cauſam deducere ad poſſeſſorium colorandum.

184 Spoliatorem ſuam uitioſam poſſeſſionem colorare non poſſe.

185 Afflicti Deciſio.7.exploſa.

186 Spoliatum non reſtitui ante omnia cũ per ſuam confeſſionem conſtat de domino ſpoliatoris.

187 Abbatis uerba in cap. 1. 4. nota. de reſtitu. ſpolia. ambigua, quomodo legenda.

188 Confeſſionem probationem probatam eſſe & cæteras omnes probationes excellere.

189 Confeſſionis uim quouis publico inſtrumento maiorem eſſe.

190 Confeſſionem admitti etiam ſi cæteræ omnes probationes excludantur.

191 Probationem per confeſſionem admitti etiam contra rem iudicatam.

192 Confeſſionem admitti contra præſumptionem iuris & de iure.

193 Confeſſionem facere rem notoriam.

194 Spoliatum non reſtitui cum conſtat de dominio per Inſtrumentum publicum, quod duobus modis declaratur.

195 Inſtrumentum facere rem notoriam.

196 Inſtrumentum rem claram, & notoriam non facere, cum illi aliquid obijcitur.

197 Spoliatum non reſtitui cum per teſtes de ſpoliatoris dominio conſtat.

198 Teſtes rem facere claram, & notoriã, ut inſtrumenta.

199 Teſtes examinati principaliter ſuper poſſeſſorio ſi incidenter aliquid de dominio dicunt, illis non credi, ut ſpoliati reſtitutio impediatur.

200 Inſtantia perempta pereunt & acta.

201 Inſtantia perempta non pereunt acta litis deciſoria.

202 Spoliatum non reſtitui cum ex actis iudiciarijs conſtat de dominio, conuenti.

203 Acta faciunt rem notoriam.

204 Spoliatum non reſtitui cum per ſententiã de dominio conuenti conſtat.

205 Sententia facit rem notoriam.

206 §.recuperandæ. Inſt. de interd. declaratur.

207 Spoliatum poſt latam ſententiam in cauſa dominij reſtitui ante omnia.

208 Spoliatus an reſtituatur lata ſententia abſolutoria iudicij ſuper dominij cauſa.

209 Spoliator ſi incidat pænam. l. ſi quis in tantam C. unde ui, non adiuuantur ex lata ſententia in cauſa dominij, ne reſtituat poſſeſſionem ante omnia.

210 Probatio incontinenti ſuper dominio oblata an impediat ſpoliatum ante omnia reſtitui.

211 Probatio quæ incontinenti fit nun-

quàm cenſetur excluſa, cum excluduntur cætere.

212 *Nullitas de qua incontinenti conſtare poteſt impedit ſententiæ executionem.*

213 *Terminis probatorijs elapſis adhuc recipitur probatio quæ incontinenti offertur.*

214 *Delinquendi cauſam & occaſionem præſtari non debere.*

215 *Excep. quæ poſſeſſ. annullat, obijci an poſſit ut probetur in continenti, ad impediendam reſtitutionẽ ante omnia.*

216 *Spoliatorem fictum dominij exceptionem obiicere, ſi eam incontinenti ſit paratus probare.*

217 *Spoliatus reſtituitur ante omnia et iã eo caſu quando ſine uiolentia res ad ſpoliatorem deuenit.*

218 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia ſi imminens periculum deductum probari poteſt incontinenti.*

219 *Conſanguinitatis impedimentum ſi in continenti poteſt probari non conceditur ante omnia cõiugis reſtitutio.*

220 *Spoliatum fauore eccleſiæ nõ reſtitui. ſi ad eccleſiæ cõmodum dominij exceptio. incõtinenti probari offertur.*

221 *Prælatus rem eccleſiæ inuadendo non efficit, ut eccleſia incidat in penam l.ſi quis in tantam.C.unde ui.*

222 *Capit.antiquitus.2.q.2.*

223 *Dictio Protinus illico et incontinenti idem ſignificare.*

224 *Incontinenti aliquid probare quomodo intelligatur, intra quod tempus*

225 *Bar.in.l.ſi is a quo.ff.ut in poſſ.lega.declaratur.*

226 *Incontinenti dicitur aliquando infra tres dies.*

227 *Lex ſæpiſſime ulterius declarando aliquibus in caſibus procedit, qui ad alios de inde nõ trahuntur quia prę ter legem dicitur diſponere.*

228 *Incontinenti dicitur aliquando infra unam diem anteq̃ ad actus extraneos diuertatur.*

229 *Hodie conſtat, hodie agatur, quis loquendi modus.*

230 *Incontinenti probari quid dicitur, ex iudicis arbitirio, a quo hoc totũ dependet.*

231 *Iudicis arbitrium quod eſſe debeat, ut iudicet probationes incontinenti poſſe fieri.*

232 *Spoliatũ non reſtitui ante omnia cum ſpoliator uel licentia uel pacto poſſeſſionem eſt ingreſſus.*

233 *Spoliãs ui, etiam ſi ex pacto potuit ingredi, adhuc tamen ante omnia ſpoliato reſtituit poſſeſſionem.*

234 *Spoliatus, ſi renuntiauit dominio rei poſt factam ſpoliationem, adhuc reſtituitur ante omnia*

235 *Renuntiationem dominij poſt ſpoliationem factam per metum factam preſumi.*

236 *Capit.2. & 3.de reſtitu.ſpolia. ſenſus, declaratio, & conciliatio.*

237 *Metus præſumptio ceſſat, ſi actus coram ſuperiore ſit geſtus.*

238 *l. 2.C. quod metus cauſa, ſenſus & declaratio.*

239 *Actus præſumitur factus in executionem præcedentis cauſæ.*

240 *Vis compulſiuæ, et expulſiuæ egregia differentia.*

241 *Renuntians rei dominio, quando rem pro derelicto habeat.*

242 Renuntiationis diferentia nulla inter beneficialia, & prophana.
243 Spoliatum qui ante ſpoliatorem procuratorẽ ad renuntiandum dominio conſtituit, non reſtitui ante oĩa.
244 Reuocationem procuratoris conſtituti ad renuntiandum oſtẽdit uoluntatẽ conſtituentis eſſe nolle rem perdere.
245 Poſſeſſorem conſtituendo procuratorem ad renũtiandũ ſtatim poſſesſio nem perdere.
246 l. Per procuratorem. ff. de adquir. hered. literam & ſenſus.
247 Spoliatum qui coram ſuperiore renun tiauit dominio rei, poſt ſpoliationem non reſtitui ante omnia.
248 Renuntiationem beneficij fieri in manibus ſuperioris tantum.
249 Spoliatus ſi poſt ſpoliationem renuntiauit dominio rei et per multos dies non eſt conqueſtus ſe metu renuntiaſſe, non reſtituitur, ante omnia.
250 Renuntiationem rei prophane idem eſſe quæ beneficiarie ut ſpoliatus reſtitui impediatur.
251 Fiſcum ius ſuum perdere ſi ſpoliator & ſpoliatus ius ſuum ad inuicem remittant.
252 Spoliatum, ſi poſt ſpoliationẽ cum ſpoliatore paciſcatur ſe poſſeſſorio non acturum, non reſtitui ante omnia.
253 l. ſi unus. §. pacta verſ. item ne experiar. ff. de pactis litera ſenſus, & declaratio.
254 Pactum de non moleſtando à iam ſpoliato factum eum ante omnia reſtitui impedire.
255 Moleſtiæ uerbo tam iuris quam facti intelligi.
256 Controuerſiæ uerbo tam iuris quàm facti intelligi.
257 Spoliatum reſtitui. ante omnia non obſtante pacto de non agendo poſſeſſorio, ſi cauſa publica eſt.
258 Spoliatum, ſi poſt ſpoliationem iurauit ſe non acturum poſſeſſorio non reſtitui ante omnia.
259 Iuramentum. quod ſine interitu æterne ſalutis poteſt ſeruari, ſeruandum eſſe, & ibi declaratur.
260 Iurans pro altero non fideiubere, iuramentum ſeruare non teneri omnino.
261 Iuramentũ an à pari cum renũtiatione, in cauſa ſpoliationis procedat.
262 Clauſulam, ſponte &c. in inſtrumentis ex ſtylo & conſuetudine notariorum adhiberi.
263 Actus ubi ſimulatus præſumitur, ſic & in eo adhibite clauſulæ.
264 Indebiti condictioni renuntians eodem errore renuntiaſſe præſumitur, quo indebitum ſoluit.
265 Iuramentum metu extortum ligat donec abſolutio conceſſa ſit.
266 Cap. cum dilectus, quod metus cauſa, in qua metus ſpecie loquatur.
267 Spoliatum reſtitui ante omnia etiam ſi ante ſpoliationem cum ſpoliatore pepigit ſe poſſeſſorie non acturum.
268 Spoliatum ſi dominio rei ante factam ſpoliationem renuntiauit non reſtitui ante omnia.
269 Spoliatum ſuo facto, & culpa non reſtitui.
270 Poſſidens diu poſt renuntiationem dominij a ſe factam reſtituitur ſi ſpoliari contingat.
271 Viſitatores eccleſiarum non præſu-

mi ferre, aliquem diu ſine titulo beneficium poſſidere.

272 Poſſeſſionem longiſſimam ius adquirere poſſeſſori, quo aduerſus uerum titulatum poſſit ſe defendere.

273 Renuntiatio per renuntiantem reuocata poſt illius admiſſione ante tamẽ colationem operatur ac ſi facta non eſſet.

274 Renuntiatio per ſuperiorem non admiſſa nihil operatur, quare ſpoliatus reſtituitur.

275 Renuntians beneficio a tertio ſpoliatus adhuc ante omnia reſtituitur.

276 Expenſas, & damna adhuc ſpoliatus conſequitur, & ſi beneficio et rei dominio renuntiauit.

277 Spoliatus poſſeſſionem & damna cum expenſis ante omnia recuperat.

278 Iniuriam qui remiſit, non damna & expenſas remiſiſſe dicitur.

279 Spoliatur non reſtituitur ante omnia ſi ex ea damnum poſſit ſequi irreparabile.

280 Caſtro uel oppido munitiſſimo ſpoliatus ante omnia non reſtituitur.

281 Cap. literas. de reſtitu. ſpoliato. intellectus.

282 l. 2. ff. de appella. & l. ante ſententiam. C. quorum appella. non recipiu. intellectus, & declaratio.

283 Ius dicere ſibi in cauſa propria licere ſi aliunde ſuccurſum non eſt.

284 Furari rem propriam licere ſi iuris remedio eam conſequi non poſſumus.

285 Spolij cauſa cũ apud potẽtiſſimũ Principẽ tractatur, adhuc ante oĩa reſtituitur caſtro munitiſſimo ſpoliatus.

286 Fideiuſſor idoneus nõ eſt, qui difficilis conuentionis eſt, ut nobiles illi, qui caſtra habent munitiſſima.

287 Spoliatus caſtro munitiſſimo ſi caueat ſe illud reſtituturũ ſi in petitorio ſuccumbere contingat ante omnia reſtituitur.

288 Spoliatus caſtro munitiſſimo ante omnia reſtituitur cum eſt ſub Principe, qui eum carcerari poteſt iubere, ſi late ſententiæ in Petitorio non obediat.

289 Maritũ uxore ſpoliatum non reſtitui ante omnia ſi ſubſit peccati timor ob conſanguinitatis impedimẽtum.

290 Spoliatum non reſtitui ante omnia ſi ſcandali ſubſit timor

291 Scandalum ut euitetur concedi ſolent multa.

292 Pontifici maximo obediendũ non eſſe, ſi inde oriri poteſt ſcandalum.

293 Iuramenti uinculum alias indiſſolubile, diſſolui ne ſcandalum ex obſeruatione oriatur.

294 Sequeſtrari apud Iudicem contendentium poſſeſſio debet, ne inde oriatur ſcandalum.

295 Spoliatum reſtitui ante omnia etiam ſi crimina in illum obijciantur.

296 Crimen obiectum ſiue uia inquiſitionis ſiue accuſationis non impedit ſpoliatum reſtitui.

297 Spoliatum ab uno & accuſatum criminis ab altero, ante omnia adhuc reſtitui.

298 Spoliatum reſtitui etiam ſi crimen obijciatur ſiue ius Pontificium uel ciuile conſideretur.

299 Spoliatum re una tãtum non reſtitui ante oĩa, ſi in illũ obijciatur crimen.

300 Spoliatus ad quadrantem obolum ueuſque ante omnia reſtitui debet,

quam

quam audiatur ſpoliator.

301 Crimen quod infert priuationem poſſeſſionis ipſo iure, ſi ſpoliato obijciatur is ante omnia non reſtituitur.

302 Priuatus ipſo iure re, poſſidere nõ poſſe dicitur.

303 Declaratoria exigitur ſententia, etiã tunc cum quis ipſo iure re priuatus eſt ob crimen.

304 Inimicus repellitur ab accuſando.

305 Læſæ maieſtatis factus reus bona omnia amittit & ſpoliatus tunc non reſtituitur.

306 Simoniacum ſpoliatum ante omnia nõ reſtitui.

307 Simoniacꝰ ipſo iure beneficio priuatur.

308 Hæreticum ſpoliatum ante omnia non reſtitui.

309 Hæreticum nihil poſſidere poſſe.

310 Pontificem ob hereſim deponi poſſe.

311 Hæreticus beneficijs ipſo iure eſt priuatus.

312 Hæreticũ non defendi Ex Regula cancellarię de Triennali.

313 Hæretici filium beneficia obtenta poſt patris hęreſim retinere non poſſe.

315 Hæretici filius ſuis beneficijs ſpoliatus ante omnia reſtituitur.

316 Hæretici filium beneficijs ipſo iure nõ priuari.

317 Falſarium literarũ apoſtolicarum beneficijs ipſo iure priuari.

318 Falſi crimen non impedire poſſeſſoriũ adipiſcẽdæ, & fortius recuperandæ.

319 Cap. ad falſariorum de crimi. falſi, caſus ſpecialis.

320 Falſificans literas Principis cauſam amittit.

321 Falſificans acta cauſam perdit.

222 Excomunicati exceptio impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui.

323 Periurium ab agendo, iudicijq; limine repelli.

324 Excomunicatio multis caſibus non impedit ſpoliatũ ante omnia reſtitui.

325 Excomunicatio in Regno Neapolitano ex conſtitutione Regni non impedit ſpoliatum reſtitui.

326 Tertius obijciens rẽ eſſe ſuam non impedit ſpoliatũ ante omnia reſtitui.

327 Tertij ius coniunctum cum iure ſpoliatoris adhuc ſpoliatum ante omnia reſtitui impedit.

328 Cap. ſacris. §. ult. de ſepul. intellectus & declaratio.

329 Connexitatis ratione multa concedũtur, quæ non alias.

330 Priuilegiatus nõ priuilegiato tribuit priuilegium in inſeparabilibus & indiuiduis.

331 Connexa quæ eſſe dicantur.

332 Delinquens unus iudicatur impunis ne alter Innocẽs detrimẽtũ ſentiat.

333 Fauor an odium in cauſa inſeparabili præualeat.

334 l. ſi duo rei. ff. ſi quis cautio. intellectus

335 Dolus correi in lucro, correo nõ ꝓdeſt.

336 Reconuentio quando ſpoliatum reſtitui impediat.

337 Spoliatio prima maior ſecundæ, ſecundam impedit.

338 Spoliatus incontinenti ſpoliatorem ſpoliare poteſt.

339 Incontinenti recuperare amiſſam poſſeſſionem dicitur iuxta qualitatem rei & perſonarum.

340 Spoliatio ſecunda lite pendente facta dicitur maior prima et illã impedit

341 Reconuentio non impeditur quando in diuerſis rebus hinc inde contin-

git ſpoliatio.

342 Cap.ult.de ord. cognitio. declaratur.

343 Reſtituendo Rex capitulis Pacis initæ inter Principes, obijci poteſt dominij exceptio.

344 Spoliare is dicitur qui in bello illicito aliena occupat.

345 Tyrannus ſpoliatus non reſtituitur ante omnia.

346 Ciuiliſsima poſſeſsione ſpoliatus ante omnia an reſtituatur.

347 Ciuiliſsima poſſeſsio quæ.

348 l.1.C.quorum bono.loqui in interdicto poſſeſsionis adipiſcendæ.

349 l.Poſſeſsio quoq; §.1.de aquir.Poſſ.intellectus, & declaratio

350 l.Poſſeſsio de uſucap.intellectus.

351 Baldi, Iaſ. & multorum notatur inconſtantia.

352 Defuncti poſſeſsio quomodo in hæredem continuet.

353 l. Cum miles.ff.ex quibus cauſ. maio. intellectus.

354 Extenſio caſus ueri ad fictum fauore animæ conceditur

355 Author ſacramenta puberum. C.ſi aduer.dona. diſpoſitio ad caſum fictum extenditur.

356 Ciuiliſſima poſſeſſio ficta & artificioſa dicitur.

357 Poſſeſſio tranſlata ex conſtituto dicitur uera.

358 Cap.contingit de dolo & contuma. intellectus.

359 Poſſeſſor ex conſtituto ſi a conſtitutario non admittitur ſpoliari dicitur.

360 Interdictum unde ui ad caſus olim fictos non extendi, hodie ſecus.

361 l.1.§. deieciſſe &c.§.prætor ait.de ui & ui armata declaratur, ibidemq; intellectus.

362 Mandans delinqui, ficte & improprie delinquit.

363 Hæres non reſtituitur ad poſſeſſionem qua iam teſtator uiuens ſpoliatus fuit.

364 Hæres intra annum defuncti ſpoliati nomine poteſt agere, ut ante omnia reſtituatur poſſeſſio.

365 Statutum Papiæ.54.in ciuilibus quãdo locum habeat in poſſeſſione ciuiliſſima ſpoliato.

366 Fructus & cæteræ acceſſiones ante omnia etiam ſpoliato reſtitui debẽt

167 Vacua poſſeſ. occupata fructus ante omnia cum poſſeſſione non reſtitui.

368 Fructus qui percipi potuerunt, cum reſtituẽdi ſunt ex cuius pſona ſint cõſiderãdi uel ſpoliatoris uel ſpoliati.

369 Bar. diſtinctio in l.ex diuerſo.§.1.nu. 4. uerſ.quid dicemus de rei uend.exploſa.

370 Bar. diſtinctio in l. domum. C. de rei uend.& communis reiecta.

371 Fructus non æſtimantur, ut ſemel percepti, ſed ut communiter potuerunt percipi.

372 l.Prætia rerum.ff.ad.l.Fal.declaratur

373 Petri lorioti, conciliatio ad l.ſi nauis. §.ultimo de rei uendicatione, & l. domum.C.eo.dubia & non parum diuinatiua.

374 l.ſi nauis.§.ult.ff.de rei uendicatione & l.dominum. C.eo.intellectus genuinus, et conciliatio noua authoris

375 Damnum is pati dicitur qui fructus colligere non poteſt.

376 Damnum is dicitur pati qui ſuo deſiderio non poteſt ſatisfacere.

377 l.cũ aũt.§.ult.ff.de ędil.ed.intellectus

378 *l. ſi hominem. ff. de uſucap. intellectus.*

379 *Contractu per legem commiſſoriam, uel adiectionem in diem reſoluto, hinc inde data & accepta reſtituuntur.*

380 *l. cum hæreditas. ff. de petitio. hered. intellectus.*

381 *Filius fami. ſine patris conſenſu ad recuperandam poſſeſſionem in iudicio eſſe poteſt.*

382 *Filius familias in iudicijs poſſeſſorijs ſine patris conſenſu eſſe poteſt.*

383 *Vxor ſine mariti conſenſu in iudicijs poſſeſſorijs agere poteſt.*

384 *Tempus ſpoliationis factæ an libello poni debeat, cum interdictum, unde ui, mouetur.*

385 *Infamiam irrogat interdictũ unde ui*

386 *Tempus in libello adponitur, cũ actio, quæ infamiam irrogat mouetur.*

387 *Tempus ſpoliationis in libello ponitur, ſiue ciuiliter ſiue criminaliter agatur.*

388 *Cap. cum dilectus. de ord. cog. intellectus.*

389 *Verba narratiua nihil probant, nec in eis fieri debet ſolidum fundamentum.*

390 *Ciuiliter agens in cauſa quo criminaliter poteſt agere tempus in libello adhuc adijcere debet.*

391 *Libellus in interdicto unde ui ſine tẽporis adiectione, non procedit, etiã reo non opponente.*

392 *Libellus in criminalibus ſolemnitatibus carens, ipſo iure nullus eſt.*

393 *Spoliato non ſufficit probare ante tempus ſpolij poſſediſſe, ut euitet neceſſitatem opponendi tempus ſpoliationis in libello.*

394 *In Sabaudiæ, & Pedemontium regionibus libellus procedit ad recuperãdam poſſeſſ. ſine appoſitione temporis ſpoliationis factæ.*

395 *Papiæ ex ſtatuto 54. in ciuilibus ſpoliato eſt ſuccurſum, ut ſine deſignatione temporis factæ ſpoliationis, agat, ut reſtituatur.*

396 *In Regno Neapolitano ſpoliato agi conceditur ut recuperet poſſeſſionem ſine deſignatione temporis in libello.*

397 *Temporis deſignatio in libello ſolemnitatem capit rigoroſam.*

398 *Cadauere, & iure ſepeliendi ſpoliatus, ante omnia non reſtituitur.*

399 *Cadaueris uexatio non conceditur.*

400 *Aequitas non rigor ſuadet ſpoliatum cadauere non eſſe ante omnia reſtituendum.*

PRIMVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM,

EX INTERDICTO VNDE VI.

PRAETOR AIT, VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, aut familia tua deiecit, de eoque quod ille tunc ibi habuit: tantummodo intra annum poſt annum uerò de eo, quod ad eum qui ui deiecit prouenerit, iudicium dabo. Interdictũ, unde

ui apud noſtros (ut Græcos illos Athenien-
1 ſes † præterea,qui,ut Franc. Balduin.refert.
§. recuperandæ inſtit.de interd. interdictum
unde ui habebant quo utebantur, qui à debi
toribus mitti in poſſeſſionem prohibebātur
cum præſtituto tempore æs conflatum non
diſſoluiſſent, uel potius cum iudicatum non
ſatisfeciſſent,ut teſtari mihi his uerbis uide-
tur, Demoſthenes contra Midiam, Nā quæ
cauſa eſt,ſi quis iudicatum ſolui non ſolue-
rit:cur lex actionem.Vnde ui,non priuatam
fecerit, ſed ad crimina publica referri uolue
rit. In ea tamen eiuſdem Demoſthenis ora-
tione contra Onetorem ſentiunt interpre-
tes actione. Vnde ui ad poſſeſſionē actū fuiſ
2 ſe)duplex † teſtatur Cicero in oratione pro
Cęcina,apud quem Latomus optimus illius
interpres his ſic ait. Vis duplex eſt armatis
hominibus facta, & ſine armis. Itaq; & duo
interdicta erant,quæ in libris digeſtorum in
unum conflata ſunt, quod & titulus indicat,
de ui:& ui armata:ſed ex his quod de ui ſine
armis erat,ad poſſeſſorem tantum pertine-
bat,quod de ui armatus hominibus ad quē-
libet,ſiue poſſediſſet,ſiue nō poſſediſſet, ita
que ius erat diuerſum. Hæc ille.quod & cla-
rè oſtendunt Ciceronis uerba, quorum me-
minit, & Alcia. lib. 1. Parerg.iuris cap.34.
Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdi-
cta ſunt. in illa ui quotidiana non ſatis eſt
poſſe docere ſe deiectum,niſi oſtendere poſ
ſit cum poſſideret tum deiectum,ne quidem
id ſatis eſt niſi doceat ſe ita poſſediſſe,ut nec
ui,neç clam nec precario poſſederit,Hęc Ci
cero. Alciatus tamen.d.cap.34. uim quoti-
3 dianam exturbatiuam interpretatur † ob
quam uti poſſidetis interdictum cōceditur.
quod uerum ne ſit dubito, cum uelit Cicero
in ui quotidiana deiectionē probari illamq;
uim quotidianam his uerbis interdictum un
de ui appellat.cum ergo aut in illud quoti-
dianum interdictum unde ille me ui deiecit.
cum tamen uti poſſidetis interdictum ab eo
moueatur,qui ſe in poſſeſſione eſſe & ab ad-
uerſario iniquè turbari contendit.l.1. §. eſt
igitur hoc uti poſſide. quotidianam ergo
uim interpretatur Duare.lib.1. diſputa. an-
niuerſa.cap.20.uim illam,quę ſine armis fit,
hisque uerbis interdictum de ui quotidiana
conceptum credit. V N D E tu uel familia
tua uel procurator tuus illum ui deiecit, cū
nec ui nec clam nec precario à te poſſideret
eò reſtituas, de eo quod tunc ibi habuit tan
tummodo &c. arbitraturq; Duaren.hāc ex
ceptionem, quod nec ui nec clam nec preca
rio huic interdicto ſine armis tantum adſcri
ptam fuiſſe, ex Cicerone & Paulo lib.5.ſen
tentiarum quem tamen Alciat. in citato ca.
4 34.in ui exturbatiua intelligit.† Vis uerò ar
mata ſic interdictum inſcriptū habebat. De
ui armatis hominibus, author eſt Latomus
quem mox citabā,eratq; ſine ulla exceptio-
ne his uerbis conceptum. V N D E T V
hominibus coactis armatiſue illum ui deie-
ciſti,aut familia tua,aut procurator tuus de
iecit eò reſtituas, ut Duaren. & ante eum
Alcia. in citatis iam iam locis referunt, &
5 ſuadent † Ciceronis uerba in ea ipſa pro Cę
cina oratione. P. Dolabella interdixit, ut
eſt conſuetudo. De ui hominibus armatis ſi
ne ulla exceptione tantum, ut unde deieciſ-
ſet reſtitueret. Qui ſanè locus ſatis ex eiuſ-
dem Ciceronis uerbis lib.7.familiarium Ad
Trebatium,illuſtratur. N E Q V E eſt quod
illam exceptionem in interdicto pertime-
ſcas,quod tu prior cum armatis hominibus
ueneris.ſcio enim te non eſſe procacem in
laceſſando. eſt enim genuinus horum uer-
6 borum ſenſus. † ſi utaris interdicto de ui ho
minibus armatis, non potuerunt excipere
aduerſarij & in defenſionē adducere, quod
tu prior armis ſis uſus. Hodię autem quo
ad poſſeſſionis reſtitutionem nullam certè
7 arbitror eſſe † differentiam inter interdictū
de ui armatis hominibus, & interdictum de
ui ſine armis, quod probat Iuſtinianus in §.
recuperandę inſt.de interd. dum indiſtinctè
nulla habita ratione antiquæ differētiæ uult
deiecto poſſeſſionem reſtitui,& ſi is adijci-
erite ui uel clam uel precario poſſediſſet nō
me latet tamē Duaren.d.li.1.diſputa. anniu.
cap.20.intellexiſſe Iuſtinianum. De ui arma
tis hominibus loqui, Cuius argumentatio-
nes docte euertit,Duareni nomine tamē ſup
preſſo quod ſemper facit, Rober. Aurelius
lib.3.ſententia. Iuris cap.20. Quam ſenten
tiam & communis forenſis uſus recipit, quā
do & uis in iure noſtro ſine armis tanta indi
cetur,ut is uiolētus poſſeſſor iure omni ſuo
priuetur.l.extat.quod metus cauſa.l.Credi-
tores.ff. ad. l. Iul. de ui priua. T V V I M.
(inquit Diuus Marcus)putas eſſe ſolum ſi ho
mines uulnerentur? uis eſt, & tunc quoties
id quod deberi ſibi putat, non per Iudicem
re poſcit. Quare hoc apud nos immutatum
quo,ad poſſeſſionis reſtitutionem intelligi-
mus,

8 mus,etſi † quoad pœnã & iuris publici uin-
dictam non parua adhuc extet differentia,
ut iuxta atrocitatem uiolentiæ is pœna ple
ctatur,& docet Robertus quem nunc cita-
uimus. Vnum hoc eſt,in poſſeſſionis reſtitu
tione nullam eſſe diſtinctionẽ iure noſtro,
quo & alia plura uel addita uel ex ueteri iu
re immutata ſunt.cuius rei præſtat argumẽ
tum,quod anxiè olim pro Cęcina oſtende-
9 re conabatur Cicero, † eum eſſe deiectum
qui ingredi prædium ſuum prohibitus ſit.
Cum tamen ceſſet hodie diſputatio ex Vl-
piani interpretatione.l.1.§.idcircò. De ui
& ui arma.quod ſuo loco explicabimus.ſic
familia hodie deiectũ intelligimus, qui uel
uno tantum ſeruo deijcitur.l.1.§.familię.de
ui & ui arma.cum tamen nec ſatis clarum
10 olim fuerit.ſic hodie † armis deiectum cre
dimus,qui uel ſaxis uel telis quibuſuis deij-
citur.l.3.§.armis de ui & ui ar. §. ſed ex con
ſtitutionibus uerſ.armorum inſt. de interd.
cum tamen ſuadere multis conaretur tunc
pro Cecina Cicero.immutatum quoq; eſſe
interdictum de armatis hominibus illud;eſt
argumento quod hodie is uerè deiectus dici
tur ut reſtituatur,qui cum deijceretur poſſi
debat.l.1.§.deijcitur. de ui & ui arma. cum
tamẽ in eo interdicto.de ui armatis homini
bus,nõ quærebatur an poſſideret, quod his
oſtendit Cicero eo loco quem nunc citaui-
mus. Cur ergo aut in illud quotidianum in
terdictũ. Vnde me ille ui deiecit. Additur,
cum ego poſſiderem. ſi deijci nemo poteſt
qui non poſſidetur aut in hoc interdictum,
de hominibus armatis,nõ additur,ſi opor-
tet quæri poſſederit nec ne?Interdictum au
11 tem unde ui,ut æquiſſimum. † ui deiecto,ut
priſtinæ ante omnia reſtituatur poſſeſſioni
ſuccurrit.quare iam conſtitutiſſimum cer-
nimus,deiectũ quem ſpoliatum appellamus
ſine mora,ſine cunctatione celeri reforma-
tione,reiecta omni ſpoliatoris exceptione
reſtitui,ut placuit Conſtantino. in.l.ſi quis
ad ſe fundum. C. ad.l.Iuli.de ui.ſic Arcadio
& Honorio in.l.ſi coloni.C.de agr.& cenſ.
ſic & ſine ulla diſtinctione priori poſſeſſori
licere e manibus uiolenti occupatoris uẽdi-
care conſtituit Iuſt. in.l.ſi quis emptionis.
§.ſed hæc ſuper illis.C. de anna.exce.quod
clarius. Iulio & Zephyrino Pontificibus ui
deo placuiſſe,in ca.nullus.2.q.2. quos eſt ſe
cutus Alex. tertius in cap. literis, & in cap.
conquerente de reſtitu.ſpolia. idem proba-
uit paulo ante Iuſtinianũ Theodoricus Ita-
liæ tunc Rex,ut extat illius reſpõſum apud
Caſſiodorum lib.1.uaria.epiſtola.Domitia
no & Vuiliæ tranſmiſſa,in qua ſic legitur.Si
Romani prædiũ(ex quo deo propitio Sonti
fluenta tranſmiſimus,ubi primũ Italiæ nos
ſuſcepit Imperium)ſine delegatoris cuiusq;
pyctatio,præſumptor barbarus occupauit,
eũ priori dño ſubmota dilatione reſtituat
ſic legitur,apud eundem.Caſſiod.li.3.uaria.
epiſtola Grimodæ Saioni deſtinata & lib.4.
epiſtola. Theodahado tranſmiſſa. Quare
Bar.in.l.ſi quis in tantam nu. 3. C.unde ui,
interpretatus eſt,ſpoliatum ante omnia tũc
reſtitui, cum non alia cauſa quam poſſeſſio
nis contenditur,uel alia non obijcitur exce
ptio,quam poſſeſſionis cauſam reſpiciens.
12 Regulam itaq; ex prædictis ſumunt † affir-
matiuã interpretes noſtri,ſpoliatũ eſſe ante
omnia reſtituendũ, ſic inter cæteros Ripa.
in.l.naturaliter.§.nihil cõmune nu.47.& ibi
dem Rubeus nu. 42. de adquir. poſſ. Hanc
nos regulam per quæſtiones finiemus,in eiſ
que interdicti unde ui iuxta iureconſulto-
rum interpretationes rationẽ habebimus,
ut inde in praxi præſertim non paruum ſibi
comparatum cõmodum intelligat lector di
ligens.cætera quæ in interpretatione inter
dicti unde ui apud Eguinarium Baronem li
bro. manualium habentur,nõ repetam.illa
enim ſummatim ſingula iureconſultorum
capita exponunt.
13 Quæro itaq;.Primo an hæc regula, † qđ
ſpoliatus ante oĩa reſtitui debeat,ſit fauora
bilis uel odioſa, quod idem eſt ac ſi dicerẽ,
utrumne interdictum unde ui,ſit à prætore
introductum principaliter in fauorem ſpo-
liati & deiecti,uel in odium potius principa
liter ſpoliatoris, res eſt ut nõ parũ utilis ſic
nec mediocriter dubia, cũ quatuor adfuiſſe
interpretum ſententias quandoq; animad-
uerterim,illa una(ut dicam quod ſentio)pla
cet.quam Io.Coraſio uiro diligenti & non
mediocriter erudito placuiſſe uideo lib.2.
Miſcella.iuris ca.2.nu.2.qui uno affirmauit
14 uerbo.† Reſtitutionem hãc non in titulo &
iure petentis ſed in odio ſpoliantis fundari
quare odioſa erit cum ſpoliatoris perſonã
principaliter reſpiciat iuxta egregiam illã
Bar.doctri.in.l.qui exceptionem de cond.
15 indeb.& licet.† textus cap.ulti.de ord.cog.
qui à Coraſio in hanc ſententiã citatur eã
parum iuuet,cum in eo nõ magis unius per-

ſona principaliter quàm alterius conſidera
ri uideatur,nam dum negat ſpoliatorem au
diri antequam reſtituat, odium ſuæ perſo-
næ conſiderat,dum uerò tribuit priuilegiū
ſpoliato ut reſtituatur,ſpoliati perſonā cō-
ſiderare uidetur,quo fit ut uix conſiderare
in eo textu poſſimus, quæ perſona magis
conſideretur, nec eo, etiam fundamento in
hanc adducor ſententiam,quo utuntur alij,
ꝙ ubi cauſa odioſa cum fauorabili concur-
16 rit, † odioſam præualere,illamq́; ſpectandā
magis,ut notant Io. And. Gem. Ancha. &
Francus in cap.ult.uerbo. ſimilibus de uer-
bo.ſigni.in.6.& docet Bal.in.l.1.col.1.uerſ.
item nota quod priuilegium. ff. de conſt.&
Bal.egregiè probat ſubtilis Franc.Are.in.l.
uenia.nu.2.in ti.C. de in ius uoca. quod nō
ē longè diſſimili regula confirmatur, cum
dicimus ex duabus cauſis, quarum una pro
17 deſt,altera nocet, † cauſam,quæ nocet ſpe-
ctandam magis ut odioſam eſſe,quàm quæ
prodeſt ut fauorabilem,ſic Bar.in.l.ſi uir in
ti.de uſucap. pro dona. Bal. in proœm. De
cretalium col.4. uerſ. ibi doctoribus,quem
retulit & Alciatus in.l. 2. in prin.nu. 40. de
uerbo.ob.& tracta.præſump. regula.1.præ
ſum.30.nu.4.Petraſanta ſing.42.Nota quā
doq́; Iaſ.in.l.ſi arrogator.ff.de adoptio.nu.
46.& Tiraquel.de retract. cōſang.§.30.glo.
1.num.29. nam ſcio Io. And.Gem. Franco
Bal.& Aret. alios plures aduerſari,ut recen
ſet Tiraquel. in præfatione Tractatus,de re
tractu conſang.nu. 66. qui huius ſententiæ
Baldum parum ſibi conſtantem citat in. l.2.
C. qui non poſſunt ad liber. perue.non diſ-
ſentit Panormi. in c.in literis in fi.de reſtit.
ſpolia.Ancha.conſ.37.circa med.Decius in
l.ſi ruffinus num. 11. C.de teſta. mil.Craue.
noſter conſ.118.nu.10. quemadmodū & idē
uidemus in ſecūda illa regula, quam ſtatim
ad confirmationem citauimus: nam ſunt &
alij plures,qui cauſam illam magis eſſe ſpe
ctandam,quæ prodeſt;affirmant,ut multos
huius ſententiæ citat Alcia.d.l.2.in prin.nu.
42.uerſ. in contrarium,de uerbo. obliga. &
Tiraquel.de Retract.conſang. §.30.gloſ.1.
nu.27.quare perplexā,& ambiguam admo-
dum hanc multi credunt regulam ut ex an-
tiquis Cynus in.l. uenditioni. C. de uſucap.
& ex recentioribus Iaſ.in.l.ſi arrogator nu.
47.ff.de adoptio.Brocardicam enim eſſe do
ctrinam teſtantur. Quare hanc ſententiam
18 uel ex eo ueram opinor, † quod ſi fauorabi
lis ſui origine eſſet,iam ad nō expreſſos ca-
ſus ſe ſe extendiſſet,ad quos cum ſe exten-
dere datum non eſſet,lege expreſſa cautum
illud eſt, ut teſtatur Iuſtinia.conſtitutio in.
l.ulti.C. unde ui, & Inno.3. in cap. ſæpe. de
reſtit.ſpo.idem oſtendit textus.l. ſi coloni.
C.de agr. & cenſ. lib. 11. quæ cum demon-
19 ſtrent extenſionem † ante non eſſe conceſ-
ſam,oſtēdunt pariter odioſam eſſe regulā,
nam ſi fauorabilis extēſio fuiſſet conceſſa,
cum non in correctorijs,ſed in exorbitanti
bus ſimus, in quibus extenſio conceditur,
glo.in.l.illud in ti. C. de ſacroſ. eccle. quam
probāt Alex.in.l.ſi conſtante ubi & Iaſ.nu.
78. uerſ.2. limita.ff.ſol. ma. & d. Craue. de
antiq. tempo. quarta parte princip. nu.78.
quod exorbitet,non corrigat,re ipſa patet,
cum nullam iuris conſtitutionem tollat,ſed
deuiat tantum:ut ob audita ſpoliatoris ex-
20 ceptione is reſtituatur.exorbitare † enim à
cōmun. iuris regulis eſt deuiare, ut probat
textus, & ibi glo. in cap.ea quæ de reg.Iur.
in.6.Ripa.l.ſi conſtante.nu.78.ſol.ma.hanc
ipſam noſtram ualidius confirmat ſenten-
tiam Vlpia. reſponſum in.l.1.§.interdictum
hoc quia de ui,& ui arma. dum ait interdi-
ctum,quo deiectus reſtituitur, facinoris a-
trocitatem in ſe continere,quare negat ad-
uerſus patronum, & aduerſus parentes con
cedi,ut odio ſpoliaroris inuentū eſſe oſten
dat.nec ab hac re diſſentit multū Inno.ter-
tius in cap.in literis de reſtit. ſpolia. dū ait
ſecundum rigorem, & Prædonē eſſe reſti-
21 tuendum,nam rigorem † ibi intelligit Pon
tifex(ut animaduertit eo loco Pano. nu.6.)
pro odioſa illa ſubtilitate, quæ benignitati
opponitur;quod probat textus. l.generali-
ter.§.ſi quis ſeruo.in ti.de fideico.liber. ubi
rigor ius ſubtile dicitˀ & in cap. 2. de re iud.
in cap. cum illorum de ſenten. excōmuni-
ca.& latè ſcribit Tiraquel. de retractu con
ſang.§.35.glo.1.nu.21. dum docet rigorem
iuris eſſe ſummum illud ius,quod à Cicero-
ne,Terentio,& alijs,ſumma appellatur in-
iuria.rigoroſa enim diſpoſitio,dura dicitur
in.l.proſpexit.ff.qui,& a quibus, quæ odij
plena eſt,quod latius explicat Didacus Co
uarr.in cap.poſſeſſor. in ſecunda parte rele-
ctionis.§.6. de reg. iur. in.6.in odium ergo
ſpoliatoris eſt conſtitutum,ut omni ſua ex-
ceptione ſpreta deiecto reſtituat poſſeſſio-
nem,clarius(ni fallor)hoc affirmat Clemēs
Pontifex in clem.unica de cauſa poſſ.& pro

prie.dum his utitur uerbis, & in ſpoliantis
odium ante cauſæ concluſionem perſona.
ergo ſpoliantis principaliter conſiderat, q̃
& multas pati pœnas,etiam corporales ui-
demus,in tit.ff.ad l.Iul.de ui pub.l.ſi quis ad
ſe fundum.C.ad.l.Iuli.de ui pub.quibus cer-
tè coniicimus ſpoliatoris perſonam conſi-
derari,& in odium ipſius principaliter indu
ctum iure hoc eſſe ut ante omnia reſtitua-
tur ſpoliatus, quod tandem ea notabili ra-
tione comprobatur.nam conſultus reſpon-
dit Bald. in conſ.373.circa quæſtionem pre
cedentem.col.1.in fi.lib.5.ſtatutum,quo ma
22 ter † excluditur per agnatos,non eſſe ea ra
tione odioſum,quód excludatur mater, cũ
non demeruerit delicto,cauſaue aliqua,ſed
dicitur fauorabile pro conſeruatione agna
tionis.ſimile eſt,quod ſcribit Aretinus cõſ.
29.nu.20.Bal. & Aret. eſt ſecutus.d.Craue.
conſ.118.nu.9. addo eiuſdẽ ſententiæ Ang.
conſ.345.Primo matris.&c.col.1.in fi.ſic à
contrario ſenſu in caſu noſtro,cum hic ſpo
liator demeruerit,in ſui odium dicitur hoc
conſtitutum.nec enim hic ſpoliati fauor cõ
ſiderari poteſt,cum ſuo facto,quid ſit eme-
ritus: quid enim egit ut hoc commodum ſi
bi tribuatur , quod ergo ei conceditur non
fauore ſuæ perſonæ, ſed odio ſpoliatoris
tribuitur.hinc Cicero pro. A. Cæcina , cũ
Maiores uim armatam nulla iuris defenſio
ne texerint,nõ ueſtigium eius, qui deiectus
ſit, ſed factum illius, qui deiecerit,in iudi-
cium uenire.quare falſa eſt.

Secunda illa opinio , hanc regulam eſſe
fauorabilem,quam probauit Abbas in cap.
1. in 3.nota.ut eum ibi intelligit Bero. nu.
19. de reſtitu.ſpoliat. & ſi Abb. ſubobſcurè
loquens uix hoc ſentiat:nam,quæ iuuare ui
debantur hanc ſententiam, minimè urgent
23 fundamenta,ut illud ex † cap.ult. de ord.co
gnit. & ſi enim adfirmet, tributũ eſſe in pri
uilegium reſtitutioni , ne audiatur ſpolia-
tor ante factam reſtitutionem,attamen in-
telligimus odioſum hoc eſſe , cum priuile-
24 gium † iuri communi detrahat,dicaturq́ue
penſionẽ quis annuam ſoluat, & ſucceſſorẽ
160 relinquat,isq; neget ſoluere † cũ nunquàm
ſoluerit,aduerſus eum agi poterit remedio
recuperandæ,ut egregie decidit Guid.pp.q.
629.incip.ſupra quæſtione,non dicã tñ hoc
eſſe ex interdicto unde ui,per ea quæ ſcripſi
mus ſupra.q.8.ubi in fine hoc retulimus.

Quæro.15.utrumne ſpoliatus agens hoc
interdicto,ut ante oĩa ſuæ poſſeſſioni reſti-
tuatur, uere reſtitui debeat ante omnia,
161 † cũ paſſus eſt litem tractari ſuper cauſa do-
minij,& ita ſuper petitorio cognoſci, iure
Cæſareo non reperitur clarè definita q̃ſtio
iure Pontificio ex.c.1.de reſtit. ſpolia.eſt ab
ſolutum non reſtitui, nec eſt, qui hodie diſ-
ſentiat.nam ut ait Abbas in.d.c.1.tertio no-
tab.potuit ſpoliatus huic iuri ſuo renuntia-
re,quod intelligitur tam expreſſe quàm ta-
cite,expreſſe inquam ſi facto ſpolio cũ ſpo-
liatore conueniat,ſe hanc exceptionem nõ
oppoſiturum,ut ſic intelligi a cæteris textũ
d.ca.1.ibi ſcribit Bero.nu.20. qui Bartolum
citat ac Bal.& Inno.is tamen Inno. ſolũ in-
quit hoc contingere propter uoluntatẽ par
tium,quæ in hoc concurrunt,ab hac ſenten
tia non diſſentit Io. Baptiſta Ferretus conſ.
95.nu.11.Bero.tñ.d.c.1.nu.20. ambigit non
162 mediocriter,in caſu † d.c.1.non interueniſſe
expreſſum conſenſum,ſed tacitum tantum,
qui in iudicio idem quod expreſſus opera-
tur ut tradunt omnes in l.quæ dotis ibi Iaſ.
nu.77. & in ſi.ſol.ma.quod in ſe uerum eſt,
attamen hic tex.uere ſecundũ Inno.& alios
intelligimus de conſenſu expreſſo,ex ui for
te illorum uerborum,conſentiente illo con
ſtituit ſe legitimè probaturum, quod dictũ
eſt ſimile illi Terentiano in Hecy.Nam con
ſtitui eum quodam hoſpite me eſſe illũ con
uenturum.i.conueni, expreſſe egi, & hoc
uerbo ſæpe utimur in eo actu ſeu cõtractu,
quod de cõſtituta pecunia dicitur, quod nil
aliud eſt quàm paciſci,& de ſoluendo con-
uenire,erit ergò concluſio præcipua, cum
expreſſus intercedit conſenſus.

Extẽditur primo procedere & eo caſu cũ
163 tacita intercedit † conſenſus,ut cum opponi
tur dominij exceptio, & ſuper ea ſpoliato
nõ opponente proceditur, ſic probat oẽs,
ut apud Bartolum in.l.ſiquis ad ſe fundum
nu.2.C.ad.l.Iul.de ui pub. qui citat.d.cap.1.
etſi dixerim loqui de cõſenſu expreſſo: hãc
quoq; ſententiam probat Bero. d.c.1.num.
20.& ibi oẽs, iure autem ciuili non probaẽ
ut ait Bar.qui ſtatim ſupra citatus eam attu
lit rationem,nã ſicut ſe habet exceptio ad
actionẽ,ita ſe habet replicatio ad exceptio
nẽ.l.2.de exceptio.ſed ſi exceptio non obij-
ciatur, actio non impeditur,eadẽ ratione ſi
obijciatur exceptio & replicatione non re
ſpõdeatur,exceptio illa locum habet.l.quo
niam Alex.C.de adulter.& toto tit. De re-
plica.Bar.probauit Bero.d.c.1.nu.21.uerum
etſi nõ animaduertant nec Bero.nec cęteri,
hæc fuit ratio Iac. Butrig.quam refert Bal.
in.l.ordinarij col.ſi.uerſ. quid de hac q̃ſtio-
ne.C.de rei uen. Bar. autẽ eſt quoq; ſecutus
Dec.conſ.84.col.ulti. uerſ. nam prout dicit
Bar.& Alex.d.§.nihil cõe nu.31.Claud.Mer
me.nu.163.Zaſius nu.64.Boe.in ſuo ſing.de
petitorio & poſſ. iudicio nu. 5. & ibi Ripa
nu.72.qui & alia plura retulit,ad illud pro-
164 bandum multa concedi parte † non oppo-
nente,quæ alias non concederẽtur & plura
alia ſcribunt Iaſ.in.l.licet nu.5.uerſ.3.fallit.
C.de procura. Dec. in.l.qui iuriſdictioni in
ſi.de iuriſd.om.iud.in. l. nõ eſt nouũ nu.5.6.
de reg.iur.conſ.469.in ſi.conſ.557.num.13.
plura ſimilia cõgerit egregie Craue.noſter
conſ.150.nu.2.conſ.220.nu.5.conſ.248. nu.
2.conſ.272.nu.9.& in tract.De Antiq. tẽpo.
quinta particula primę partis prin.num.26.
27.& præter eũ Rui.conſ.3.nu.10.lib.3.Mar
ſil.conſ.19.nu.7. Contra tñ hanc ipſam am
pliationem ſenſit Bald.in.d.l.ordinarij.col.
ult.uerſ.quid de hac quæſtione, ea ratione
utitur, hanc exceptionem, quod ſpoliator
nõ debeat audiri in cauſa dominij antequã
poſſeſſionis ſit facta reſtitutio,eſſe iuris ex-

ceptionẽ,q̃ cũ ſit notoria, ipſo iure ſpolia-
torẽ ipſum repellere debet: citat l.ſi de ui.
de iud.uerũ Bal. argumentatio leuis eſt ad
modũ,ut rectè animaduertit Aret.in d. l.na
turaliter. §. nihil cõmune nu.10. de adquir.
165 poſſ. nam etſi, quæ † notoria iuris ſunt, à
probandi onere releuẽt,non tamen ab one
re allegandi & proponendi iuxta regulã.l.
ſi adulterium cũ inceſtu.§.idem ſi Pollioni.
de adulte.& eſt glo.in Clem. appellanti. de
appella.ſcribit Bar. in. l. cum quid nu.15. ſi
certum peta.Fely. in cap. 2. tertio nota. de
præſump.Alciat.tract.præſump.reg.2.præ-
ſump.12.nu.33.& reſpõſo.132.in fi. uerſ.2.
reſpõdeo, declarat Barba.conſ.62.col.2.in
fi.lib.conſ.57.col.6.lib.3.Alex.l.1.nu.4. C.
ut,quæ deſunt aduoca.&c.&d.§.idẽ Pollio
ni.egregie declarat Bell.li.2.ſupp.iuris.c.6.
Extenditur.2.ut fortius etiã procedat &
166 eo caſu,quo † ſpoliatus opponeret,ſed leui
ter & ſimpliciter,quod nõ intendit ingredi
iudicium petitorium nam non ſufficit ſim-
plex oppoſitio & replicatio, ſed eſt neceſſa
ria clara proteſtatio,ſic Aduocatos inſtruit
Alex.in d.§.nihil com.nu.31.uerſ.14.fallit.
quẽ eſt ſecutus. D.Craue.conſ.248.nu.3.in
fi.ubi eiuſdẽ ſententiæ citat Afflict.Dec.193
addo ipſe Capicium Neap.Decis. 28.nu.1.
Pariſ.conſ.1.nu.171.conſ.107.num.27.con.
113.nu.7.lib.1.conſ.11.in fi.lib. 4. clarè hoc
idem affirmat nouiſſ.Neuiz.con.79.nu.2.6.
& Natta con.289.nu.11.12.li.2.cenſeo ipſe
animaduertendum hanc ampliationem ha-
ud ſatis ueram eſſe, quia etſi Alex. admo-
nuerit aduocatos ut proteſtentur nõ tamen
per modum neceſſitatis ſed conſilij admo-
nuit nec relati interpretes affirmant neceſ-
ſariam omnino eſſe expreſſam proteſtatio
tionẽ,ſolum inquiunt bonum eſſe proteſta
ri,alias eſſet in uerbis conſtituere differen-
tiã,cũ opponẽdo,quod nõ intendit cauſam
ſuper petitorio tractari nil aliud ſit, quàm
proteſtari,quod ante omnia eſt reſtituẽdus
tanquàm aduerſus legis præcepta ſpoliatus
Extenditur.3.ut procedat & eo caſu, cũ
167 opponitur,& proteſtatur,† ſed eis nõ obſer
uatis ad ulteriora progreditur iudex, tunc
n.eſt neceſſaria appellatio,ut poſt Io. Mo-
nachum & Io.Andre.in cap. 1.de accuſa.in
6.cenſuit Aret.in dic.§.nihil commune nu-
mero 10.circa princip. qui huius opinionis
fuiſſe Fortunium Garziam refert, quorum
ſententiam probauit Felin.in cap.inter mo
naſterium nũ.23.circa fi.uerſ. Tempera ta-
men hanc octauam de ſent. & re iud. idem
placuit Crauet.conſ.238.nu.4.cõſ.302. col.
penul.uerſ.ſed dicet aliquis &c.& idem no-
uiſſ.in reſponſo pro genero nu.236. Illa au
tem prima ratio qua Are. & Garzia utitur
eſt ſatis leuis,non appellando (aiunt illi) is
excipiens ſuæ exceptioni dicitur renunciaſ
ſe,quod poteſt.l.pen.C.de pactis, leuis in-
quam eſt,cum is iam excipiendo declaraue
rit animum proprium,ſe ea cum exceptio-
ne uelle iudicium impedire,eſt ergo illa ra-
tio uerior,& firmior,quia ſi actor replica-
uit & oppoſuit,animi ſui non eſſe, uelle pe
titorii iudicium aggredi. illiſq; ſpretis cum
168 iudex procedit ulterius † dicitur tacitè ad-
uerſus actorem interlocutum.l.1.C.de ord.
iud.l.a procedente ubi Bart.C. de dila. un-
de hæc interlocutoria facit ius.c.cum deli-
cti de electio.hinc rectè Bar.in d.l.a proce-
dẽte nu.3.uer.aduerte & nu.4.affirmat tunc
opus eſſe appel.cũ iudex oppoſita exceptio
ne & ea non obſtante cauſa cognita ad ulte
riora procedit. Bar. probarũt cęteri ut latè
ſcripſit Feli.in cap.ſuborta.col.4.uer.limita
tñ prædicta.de re iud.illis addo Barba.con.
45.col.pen.in fi.li.2.Signo.uel quiſquis is eſt
conſ.242.nu.12.Aret.conſ.73.col.2.uerſ.ali
quando iudex,& conſ.107.nu.2.uerſ. 2. ca-
ſus,Rui.cõſ.61.nu.36.li.5.alia Dec.cõſ.276.
nu.4.Iaſ.conſ.105.nu.2.conſ.199.in fi. lib.1.
Tiraq.late de legib.connubia.in glo. 5. nu.
50.& Sebaſt. Vantius tract. nullitatum titu.
quibus modis ſententia nulla poſſit repara-
ri nu.9.quibus addo Soc.ſenio.conſ.99. col.
pen.lib.3.Pariſ.con.98.nu.15.lib.3. Chaſſa.
cõſ.68.nu.41.& Alci.reſpõſ.409.nu.3.quare
ſcite admod. Anch.cõſ.192.nu.4.uerſ.con-
170 firmat hoc &c. dixit, † contradictionem ſi-
ne appellatione leuis eſſe momenti. Hanc
tamen declarationem ueram tunc intelli-
git Aret.præcitato.§.nihil commune,quan
do re ipſa cognouiſſet iudex ſuper cauſa
exceptionis,& ſi Felin.in d.ca. ſuborta col.
4.uerſ.limita tamen prædicta, ex ſententia
Bal.& Imol.immò,& eiuſdem Aretini quẽ
171 citat.affirmet † ſufficere ſi iudex aliquo tem
poris interuallo ad ulteriora procedat,ſatis
enim ex eo conijcit cognouiſſe,quã ſenten
tiã uerã probauit Ruin.cõſ.117.nu.18. li.5.
quo fit,ut neceſſaria ſit oĩbus caſibus appel.
Extẽditur quarto ut procedat,etiã ſi eſſe
172 mus in executione † iã latè ſententiæ ſuper

reſtitutione ipſius poſſeſſionis,nam ſi & eo caſu patiatur ſpoliatus probationes ſuper dominio fieri non leue ſibi adferret detrimentū, ut nouiſſime interrogatus reſpódit uir cõſultiſſimus Natta,cóſ.289. nu.12.li.2. & eiuſdē ſententiæ citat Alexá.conſi.77.nu. 13.lib.2.qui tamen principaliter hoc nõ affirmat.ſed ad ſuæ certę doctrinæ confirmationem hoc ſenſit.Arbitror tamen Nattæ ſententiam ueram,cum poſſit & eo tempore ſpoliatus iuri proprio in totum renunciare,nedum pati ut exceptio illa opponatur.

Extēditur.5.ut procedat, & uerum adeo ſit,ut factis his probationibus ſuper domi-
173 nio,non poſſit † iudex ex officio ſupplere, & ante omnia ſpoliatum reſtituere:ſic Berous in cap. 1. nu.23.uerſ. & huiuſmodi.de reſt.ſpol.qui eiuſdē opinionis fuiſſe Butriū ſcribit,cuius rei eſt ratio,quia tunc reſtituēdus eſt ſpoliatus,cū reſtitui petit,nō ex mero iudicis officio, ut docet glo. in d.cap. 1. Quare ſi conſentiat ſpoliatus cognoſci ſuper dominio,non modò petit ſe reſtitui ante omnia, ſed negare uidetur uelle reſtitui.
174 Siquidem † iudicis officium ſoli petenti impertitur,ut latè docet Ripa.in.l.4.§. hoc autem iudicium num.12.15. 18. ac multis ſeq. ff.de damno infecto: quanto ergo fortius hoc caſu dicendum eſt,ubi non modò petitur, ſed ſpernitur. immò (quod fortius eſt) nec in notoriis regulariter iudex ſupplet, ut docet Alex.in.l.1.nu.4. C.ut,quæ deſunt aduoca. hanc tamen extenſionem intellexit præcitatus Berous,niſi peccati timor immineret.ex tex.in ca.1.de diuor.&c.eſt glo. in ca.quia præſulatus.1.q.4.conferunt, quę ſumus dicturi in ea queſtione.quando concedatur, uel negetur reſtitutio ob animæ periculum.

Extenditur.6.procedere & eo caſu,quando cauſa petitorii prius fuiſſet cœpta,& lite ſuper illa conteſtata obiicit ſpoliatus,eſſe prius cauſam ſpoliationis cognoſcendā, nam ex quo tunc uenit per modum exceptionis,& hæc exceptio impediens cognoſci in petitorio antequam ſpoliatus ſit reſtitutus eſt dilatoria ante litem ſuper petitorio cõteſtatam debet opponi.Bar. d.l.naturaliter.§.nihil comm.nu.24.ibi Iaſ.nu. 136. ff.de adquiren poſſ.Capicius Deciſ.13.nu.3 quos eſt nouè ſecutus Cra.in reſponſo pro Genero.nu.237.egregiè idem cenſuitAng. in.l.inuaſor in fi.C.unde ui.Scio tamen rem eſſe maxime dubiam cum alij plures aliter ſenſerint ut late ſcripſit Rip.d.§.nihil cõm. nu.161.& ibiRub.nu.312.& Io.Cora.2.par. nu.86.quibus accedit Franc de Mar. q.316. nu.10.latiſſ.Didac.li.1.uaria.reſolut. ca.16. nu.14.& infra alio loco forte attingam.

Limitatur nunc primo hæc concluſio,ut
175 ita demū dominij exceptio † impediat ſpoliatum reſtitui, quando ipſa exceptio fuit in libello legitimè deducta ac legitimè poſtmodum probata. nec enim ſufficit ſimpliciter opponere dominij exceptionem.nam ſi ſolum opponatur,nec probetur, ſuper ſola ipſa reſtitutione poſſeſſionis eſt pronuntiādum,ſic Dec.in.l.ultima num.21.in fi. C. de edict.diui Adria.tollen.& conſil.84.col. ultima uerſ.nec obſtat, quod Neuizanus cóſ. 79.num.9.uerſ.3.reſpondetur,huius ſenten
176 tiæ citatur tantum † Bald.in.l. poſt ſententiam.col.1.uerſ.uenio.ad.2.C. de ſenten. & interlo.om.iud.qui loquitur in interdicto retinendæ uti poſſidetis.Quare in interdicto recuperandæ non credo hanc declarationē abſolutè ueram,nam etſi in libello non fuerit deducta,& ſuper ea lis conteſtata, attamen ſufficit in proſecutione cauſæ eſſe ſuper ea cognitum. Solent enim proſecuta
177 † maximè obſeruari,ut his in terminis conſuluit Pariſ.conſ.112.num.55.lib.1.quo loci communē teſtatur,eum eſt nouiſſime ſecutus Rolan. à Valle conſ.79.num.37.non ergo noſtro caſu proceditBal.ſētētia,quod & ex eo demonſtratur cum non poſſit reus conuentus in libello,qui ab actore dari debet, hanc dominii exceptionem deducere niſi intelligamus libellum pro prima ipſius conuenti reſponſione,uel eo caſu cum ipſemet actor ſpoliatus in ſuo libello utramq; cauſam deducit,ut in eo caſu conſuluit Neuizanus.d.conſ.79.num.9.quod ſanè uiri ſatui eſſet.Quare Pariſ.conſ.109, num.29. li. 1.affirmat,ſufficere conuentum probare eā
178 exceptionem. dum inquit † non ſufficere ſiquid allegetur,& non probetur iuxta glo. l.1.in princ. in uerbo.dicatur.ff.ſi quadrup. paupe.feciſſe dicatur,quā ut notabilē ſunt ſecuti omnes ut apud Alex.in.l. ſi præſens. de oper.no.nuntia. latè Ripa in. l. admonendi.numero 21. de iure iurando & præter eum Curt.ſen.conſil. 67. colum. decima octaua in fine.Cur.Iunior in l. ſi certis annis.nu.21.C.de pactis.Pariſ.conſ.10.nu.

35.lib.1.late Marſil.ſing.570.Aduertas.&c. intelligerem ipſe preter alios,uerã hanc declarationem, cũ ſola dominij exceptio eſt oppoſita,& allegata,nulla deinde ſubſecuta ad probandum dilatione, non enim tunc ſuper deducta exceptione pronuntiandum erit diffinitiue,ſed abſolutorie ab ordine iu
179 dicij,ſecus cum † ad probandam exceptionem conceſſa fuit dilatio, nam etſi tunc nõ fuit per excipientem, quid probatum, contra eum tamen diffinitiue eſt pronuntiandum,iuxta doctrinã glo.in.Autent.Qui ſemel in uerbo.locum.C. quomo. & quando iud.& ſcribit Iaſ.in l.qui accuſare.nu.6.& ibidem Dec.nu.17.C.de eden.egregie Marſilius ſing.169.Notat late Didacus Couarr. Hiſp.li.1.uariarum reſolut.cap.1. num.8.& Neuizan.conſ.19.nu.15.

Limita.2.non procedere,quando domi-
180 nij cauſa & † exceptio deducuntur ad colorandũ poſſeſſorium,ſic clare in terminis noſtris conſuluit Neuizanus conſ.79.nu.9.qui huius ſententiæ citat Dec.in.l.ultima nu.21 C.de ædicto diui Adria.tollen.qui in ſimili ſolum affirmat,licere coram laico cognoſcente de cauſa poſſeſſionis rei eccleſiaſticæ, deducere dominium ad corroborandũ poſſeſſorium,non tamen, quo ad terminos noſtros hoc affirmat,nec leuis eſt inter utrunque caſum differentia,ut re ipſa ſtatim oſtendam.Citat & Dec. in cap. licet cauſã col. 8. de proba. qui loquitur in interdicto uti poſſidetis;in quo,cum eſt dubium, quis eſt, qui poſſideat, fertur pro eo ſententia, qui titulum probauit,ut declarat Bar. in. l. ſi duo.num.2.ff.uti poſſide.citat demum Neuizanus Calcaneum cõſ.82.col.2.nu. 2. qui ſe ipſum non declarat an loquatur in interdicto retinendæ uel recuperandæ, & arbitror loqui in interdicto retinendæ, cum citet.Calca.Bal.in.l.ordinarij.col. pen. uerſ. ſed iuxta prædicta.C.de rei uend.qui loquitur in interdicto retinendæ, quam difficultatem animaduertens forte ipſe Neuiza.d. conſ.79.nu.32.idem eſſe dixit in hoc recuperandæ interdicto,quod in retinendæ, cũ in ipſo recuperandæ cauſa dominij tractatur:citat huius ſententiæ Alex.in l.rem quę nobis in fi.de adquir. poſſeſſ. & in conſ.76. in fi.& conſ.118.col.3.lib.2.uerum Alex. loquitur,non quando ſolum ad colorandum poſſeſſorium cauſa dominij tractatur, ſed quando etiam de dominio ipſo diſputatur & ſuper eo ferenda eſt ſententia, quod non contingit in caſu noſtro. Pro Neuizani tamen ſententia, doctrina Bald. eſſe uidetur in l.unica.col.pen.uerſ.quęro, quid ſi in poſſeſſorio reus.C.ſi de momenta.poſſeſſ.fuer.
181 appella. dum inquit.† iudicem teneri admittere exceptionem reſpicientem dominiũ in remedio recuperandæ: etſi non admittat appellari poſſe ad ſuperiorem, quam doctrinam intellexit cõſ.Neap. ut refert Afflictus Deciſ. 7. cum exceptio deducitur, & ſuper ea exceptione capitula facta coadiuuãt poſſeſſorium, & ſolum contenditur ſuper admiſſione capitulorum, an ſint pertinentia,
182 uel nõ,& eſſe pertinentia affirmant, † cum aliquid cauſæ conferant iuxta communem omniũ ſententiam,ut apud Iaſonem in. l. ſi duo.§.idem Iulia.num.12.de iure iura.Dec. conſ.84. & conſ.517.nu.2.Ripa.in.l.1.n.41. ſi certum peta. & in noſtris terminis Alcia. reſponſo 387. nu.4. qui loquitur in caſu e contra,quando ſcilicet cauſa eſt in petitorio,& capitula fiunt ſuper poſſeſſorio, ſubdit tamen Afflict. cauſam dominij in fine litis diſputari an ea ferenda ſententia ſit. Cõtrariam itaq; ſententiam aduerſus Baldum Afflictum, & Neuizanum probauit Hubertinus Zuccardus uir admodum in noſtris legibus eruditus, is inquam in.l.ult.num.164 C.de ædicto diui Adr.tollen. & cum eo etſi ſubobſcure aliquantulũ ſenſiſſe uidetur Brunus conſ.21.nu.9.horum ſententiam ueriorem credo. Nam ſiue ſpoliatum conſideremus, ſiue ſpoliatorẽ ſemper Bal. & Afflict. ſententia non poteſt procedere.Conſiderato enim ſpoliato uerum eſſe non poteſt.Primõ,quia,ut ſubtiliter dicebat Brunus.d.nu.
183 9.in fine, ex quo † non eſt in poſſeſſione nõ poteſt dicere ſe uelle colorare poſſeſſoriũ, ac illud ex cauſa hac dominii uelle iuſtificare,cum non entis nullæ ſint qualitates. l. eius,qui.ff.ſi certũ pet.quare tunc potius petitorii ac poſſeſſorii cumulatio diceret. Secũdo conſidero hoc non poſſe cadere in ſpoliatum,cui utile nullo uidetur modo deducere cauſam dominii, quia, ut ſpoliatus ex ſola poſſeſſione eſt omnino reſtituẽdus cũ & prædo reſtituatur ut ſupra diximus.q.11. ſic pariter ſi conſideramus ſpoliatoris perſonam,nã cum is ante omnia reſtituere teneatur.d.ca.in litteris de reſt.ſpolia.non poteſt
184 aliquo modo uitioſam † colorare, & iuſtificare.l.ultima.C.qui leg.hab.ꝑſo.ſta.in Iud. quam

quam ſic citat Zuccardus.in.d.l.ult.nu.164.
C.de edicto diui Adria.tollen.quo loci af-
185 firmauit Afflictum male † ſentire, & recte,
mea ſententia cum & hoc caſu cap.imperti
nentia cenſeantur,ut ſcribit Bar. ad quem
nemo animaduertit in.d.l.ult.n. 5. in fi. C.
qui leg.habea.perſo.ſtan.in iud.& Barr. ſe
ipſum citat.in l.ult.nu.11.C.unde ui.
186 Quæro.16.an ſpoliatus† tunc reſtituatur
cum per confeſſionē cōſtat de ueritate do-
minij ad cōmodum ſpoliatoris: & non eſſe
reſtituendum affirmare uidetur Abbas ca.
187 1.in.4.notab.† de reſtitu.ſpoliat.his uerbis.
Nota quod ſi per teſtes admiſſos cōſtat pro
reo de iure proprietatis, denegatur reſtitu
tio.Idem ſi conſtat per confeſſionem ipſius
rei,quę ſanè ultima uerba ſubobſcura ſunt
& corrupta fortè,ut rectè aduertit Beroius
in.d.cap.1.nu.27.de reſti.ſpolia. ſic etenim
apud Abba.eſt legendum. Idem ſi conſtat p
confeſſionem de dominio ipſius rei , ut ſit
ſenſus,ſi conſtat de dominio ipſius ſpolia-
toris per cōfeſſionem ipſius ſpoliati, quod
affirmauit & Inno.in cap.conſtitutus de fi-
lijs præsbyter.Rota in nouis Deciſ.tit.de re
ſti.ſpol. Deciſ.16.17.19.qui ſic in beneficia-
libus affirmat Caſtren.cōſ. 254. col.2. uerſ.
ſuper.3.circa med.lib.1.Corſet. tract. Fal-
len.regula quod ſpoliatus reſtitua.ante om
nia.Fallen.34.Bella.conſ.3.in.5.dubio circa
fi.Alex.in. l. naturaliter. §. nihil commune
nu.27.uerſ.x.fallit.de adquir. poſſeſſ. & ibi
Zaſius.nu.51.Ferretus conſ.4.nu. 5. Franc.
de Marchis.q.316.nu.11 cuius concluſionis
188 uera ratio illa eſt,quia confeſſio eſt † pro-
batio probata,ac aliarum uerior & poten-
tior.l.ult.C.de fideico.in.l. Generaliter. §.
etſi,quidem.C.de reb.cre.in.l.Generaliter.
C.de non numer.pecu.& tradit Grammati
cus Neap.Deciſ.36.nu.66.Soc.Iun.conſ.39
189 nu.18.lib.2.immò† confeſſio dicitur maior
quouis publico inſtrumento ut poſt Bal.cō
ſuluit.Crau.conſ.61.nu.3.con.171.nu.4.Za
ſius.conſ.1.nu.4.5.lib.1.ſi ergo, quando cō
ſtat de nō iure ſpoliati per inſtrumenta,de
negatur reſtitutio,quāto fortius hoc caſu,
190 immo confeſſio & eo caſu admittitur,† cū
ceteræ probationes excepta ſcriptura reij
ciuntur,ut docet Deci.in.l.cum te. 2. in 4.
notab.C.de tranſ.immò Iaſ.in d.l.cum te.
nu.5.dicebat,ob uim confeſſionis,ſenten-
tiam poſſe ferri ſuper inordinato proceſſu
quam doctrinam dixit ſingularem. Marſil.

191 ſing.201.& admitti† probationem per con-
feſſionem etiam contra rem iudicatā,quod
probauit & Curſ.Iun.conſ.17.num.12. qui
192 conſ.53.nu.2.inquit † confeſſionem admit
ti contra pręſumptionem iuris & de iure.
omnes in Rub.extra.de proba.Alcia. tract.
pręſumptio.in præludijs. in ſecunda parte
pręſumptio.nu.4.& alia plura de ui confeſ
ſionis tradidere Barba.conſ.40.col.3. lib.1.
conſ.70 col.1.2.lib.2.Pariſ.conſ.112.nu.42
lib.1.conſ.66.nu.103.conſ.99.num.12.lib.3
Chaſſa.con.68.nu.30.latiſſime Craue.in re
ſponſo pro Genero.nu. 11. & num. 224. &
193 ut finiam † confeſſio dicitur facere rem no
toriā c.ult.de cohab.cler.& mulier.Gram-
maticus Deciſ.36.num.66.non eſt ergo mi
rum ſi hoc caſu impeditur reſtitutio , cum
in notorijs ſine dubio impediatur, ut utrun
q; caſum æquiparādo,docet Alex.in d.l.na
turaliter.§.nihil cōm.nu.27.uerſ. 10. fallit,
ibi Zaſius.nu.50.& quē ſunt ſecuti D. Cra-
ue.cōſ.399.nu.7.conſil.302.nu.6.conſ.322.
nu.3.in fi.qui Oldrac.ac alios in hanc cita-
uit ſententiā.idē Crau.in reſponſo pro Ge
nero.nu.220.qui alios addit . & præter eū
eandem affirmant ſententiam Iaffredus Lā
francus in ſuis deciſio.cōcluſione 498.Gra-
tus.conſ.24.nu.13.lib.1. Rota in Deciſ. an-
tiquis tit.de ord.cog.Deciſ.1.num.2. & Du
rand.de arte teſtandi.in ult cautela.nu.8. in
fi.Iaſ.conſ.9.facti ſeries.col.1.lib.2. Gratus
conſ.13.nu.15.lib.2.Cur.Iun.conſ. 127. nu.
6.Paris.conſ.2.nu.36.conſ.10.nu. 68. lib. 1.
conſ.12.num.7.8.lib.4.Neuizanus conſ.81.
nu.32.Nec hac in re conſtituo difficultatē,
ut dicamus conſtare per confeſſionē de do-
minio ſpoliatoris,uel de non iure ſpoliati,
quia ſi fateatur ſpoliatus ſpoliatorem do-
minum,fatetur ſe non eſſe: cum in ſolidum
duo domini eſſe non poſſint.l.3.§.e contra
rio.de adquir.poſſeſſ.& praxim docet Bero
ius.d.cap.1.nu.34.in fi.de reſtitu.ſpol.
194 Quæro 17.an ſpoliatus † reſtituatur , cū
de ſpoliatoris dominio cōſtat ex publicis
inſtrumentis,& non eſſe reſtituēdū affirma
uit Lapus allega.24.circa med.Rota in de-
ciſio.nouis.tit.de reſt.ſpol.Deciſ.16. A con
ferratur,Bella.conſ.3.in.5.dubio.in.fi.Cor
ſetus.d.tract.Fallen.ad regulam,quod ſpo-
liatus ante omnia reſtituatur Fallen.35. So
ci.ſen.conſ.87.col.pen.uerſ. ſed tamen his
non obſtantibus.li.3.quem ſequitur Crau.
conſ.302.nu.6.conſ.322.nu.3.in fi.Capicius

Deciſ.77.nu.4.& Deciſ.121.num. 27. Dec. cõſ.303.nu. 24. uerſ. ſimiliter. adferri ſolet
195 iã citata ratio,quia & inſtrumenta † rẽ faciunt notoriã cũ non ſit illa probatio probãda,ſed probatio probata.Bar.l.1.in prin. nu.8.& ibi Iaſ.n.10.de ope.no.nũtia.& latè ſcribũt Dec.conſ.423.nu.9.coſ.474.n.3.cõſ. 682.nu.3.latiſſime Tiraq.de retra.conſang. §.2.gloſ.1.nu.20.21.Crau.cõſ.10.nu.7.Soc. Iuni.conſ.17 .nu.1.conſ.pen.num.14.lib.2. conſ.127.nu.7.li.3.Grammaticus Deciſ.45 nu.9.&.q.193.nu.2.3.& alibi ſæpiſſime.

Declaratur tamen & intelligitur. Primo hæc concluſio tunc procedere, cum inſtrumenta habent paratam executionem ex diſpoſitione ſtatuti, ſic in his terminis affirmat Corſetus.d.fall.35.& Iac. Nouellus in praxi criminali tit.ſpoliatus de facto incipit.Vulgaris reg.nu.35.uerſ.limita.35.Corſetum eſt ſecutus Io.Bapt.Caſtellio.in allegatio. poſitis poſt ſingularia Cremen. col. 8.uerſ.4.pars &c. Durandus de arte teſtandi cau.ultima nu.8.quę ſanè declaratio(quo ad terminos noſtros) nõ ſatis uera uidetur, nã ſiue inſtrumentum executionem habeat paratã,ſiue non,attamen rẽ notoriam ſemper facit,quod ſufficit, ut impediat ſpoliatũ reſtitui: quinimo & contra illa inſtrumẽta obijci multa poſſunt,ſic Bal.l.peremptorias.C.ſentẽtia:reſc.non poſſe,quem in noſtris terminis eſt ſecutus Rui. conſ.37.n.10.
196 lib.4.non inficior tamen † ita demũ inſtrumentum rem clarã facere cũ nihil illi obijcitur,nam ſi opponantur, & in controuerſiã uocetur,res clara eſſe deſinit, quod probauit Bar.in.l.ſi cauſa cognita nu.4. & ibi Alex.nu.9. C.de tranſact.clarè Rui.in l.1.nu. 44.de oper.no.& in.cõſ.37.nu.10.conſ.128. in fi.lib.4.Dec.conſ.351.num.9.Neuizanus conſ.46.num.13.14.& conſ.57.in fi. Craue. conſ.299.nu.8.& conſ.306.nu.6.

Declaratur ſecundo dummodo producãtur in cauſa poſſeſſorii,nõ ſi in inſtãtia petitorij,ſic Rota.d.Deciſ.16.ubi egregiè decla.
197 Quero 18.an ſpoliatus † reſtituatur ante omnia,cum per teſtes conſtat de dominio ipſius ſpoliatoris: & non eſſe reſtituendum affirmat Oldra.conſ.274.in cauſa, quæ uertitur;quẽ uno uerbo eſt ſecutus Iaco.Nouellus in Praxi crimina.titu.ſpoliatus de facto &c. incip.uulgaris eſt regula &c.n.12.uerſ. Limita.12.Abbas in.c.1.tertio notab. de reſtitu.ſpolia.Craue.conſ.299.num.8.& conſ.
198 302 nu.3.illa eſt ratio,quia per teſtes † rem redditur euidens & notoria.l.ultima. C. de proba.immo a pari procedunt inſtrumenta & teſtes.l.in exercendis.C.de fide inſtr.Bar. in.l.ſi quis ex argẽtarijs.§. nec iterum nu.3 ff.de eden.Ripa rub.C.de eden.nu.1.latè Tiraquel.De retractu conſang. §. 2. glo.1.nu. 11.13.quod quomodo procedat egregiè declarat Zaſius.lib.2.ſingul.reſponſo.cap. 23. Hanc tamen concluſionem intelligebat Beroius.d.cap.1.nu.25.de reſtitu.ſpolia.procedere,cum oppoſita fuit illa dominij exceptio,& principaliter poſtmodũ ſuper ea examinati fuerunt teſtes,ſecus quando inciden
199 ter † tantum ut ſi teſtes, qui debuerunt examinari ſuper ſolo poſſeſſorio,teſtimonium etiam ſuper petitorio attulerunt, tunc non dicitur conſtare de petitorio,cum incidenter tantum conſtet,non deducta exceptione,ex quo enim teſtes extra capitula deponunt,fides adhibenda non eſt, iuxta glo. in l.ſiquis.§.ult.ff.de petitione:hęred.Bar.in.l. ſi duo.§.idem Iulianus nu.7.& ibi Iaſ.nu.27 de jureiu.idem Bar.in. l. ſi quis legatũ in fi. ff.de falſis in l.1.§.diuus,ultimo.de quæſtio. Hic tamen in re cenſeo eſſe non mediocriter animaduertendum, quia hæc ipſa concluſio in teſtibus non uidetur ſatis uera. Nam loquimur nos de opponenda à principio dominij exceptione, quam non eſſe admittendam negat ſpoliatus,& ſpoliator cõtra uult admitti,quia notorium eſt, ut illa recipitur, quæ notoria per confeſſionẽ & inſtrumentum oſtenditur, quæ exceptio tunc dicitur probata non probanda, quod non contingit in caſu noſtro, quia ſi uolumus teſtes debere ſuper oppoſita exceptione examinari præſupponumus iam eſſe ipſam exceptionem admiſſam,quæ tamẽ probata non dicitur,ſed probãda, & ideo, rectè dicebat Craue.d.conſ.299.nu.8.& conſ. 302.nu.3.exceptionem probatam admitti. non probandam, & ad illam examinationem eſſet neceſſe nouum proceſſum facere & aduerſarium citare. ut pulchrè in ſimili tradit Saly.l.3.col. 12. uerſ. & aduerte quia ſignanter.C.de pigno. Niſi dicamus teſtes in alia cauſa olim fortè inter eaſdem partes iam fuiſſe interrogatos,quæ fidem ſatis alio in iudicio inter eaſdem partes faciunt Dec.l.2.n.60.C.de edẽ.Paris.cõſ.80.in fi.li. 1.& ad eam euitandam difficultatem,quam olim ſentiebam,quod aut intelligimus iudi-

eium ſuper quo teſtes fuerũt examinati ad hunc pendere,& tunc parum dicitur prodeſſe dominij exceptio,tũ quia ſpoliatio hæc eſt,quamuis alia odioſior,ut docuit Ripa in d.l.naturaliter.§.nihil commune nu.67. de adquir.poſſ.tum quia adhuc eſt incertum de fide teſtium, quorum fides in iudicis pectore reſidet.l.4.§.tu magis de teſtib.aut uo
200 lumus illud iudicium eſſe extinctũ ob† lapſam inſtantiam,& tũc quia inſtantia perempta pereunt & acta.l.Cum lite mortua.ff.iu dica:ſoluit Decius l. 2. num. 53. C. de eden.Ruin.con.69.nu.5.lib.1.Soc. Iun. conſ. 132.nu.2.lib.2.prodeſſe minime poſſe uidẽtur.aut uolumus dicere iudicium eſſe extinctum per ſententiam & tunc dicendum eſt ſtandum eſſe ſententiæ, non teſtimonio teſtiũ,ut ergo hanc euitarem difficultatem,in telligebã propoſitã quæſtionẽ procedere, cum lis eſt finita perempta inſtantia , & cũ de fide teſtium non adeſt probabilis hæſita
201 tio,nã etſi perempta † inſtantia dicentur periſſe iudicij ordinatoria,non tamen deciſoria,ut ſunt dicta teſtiũ ſic Bar.in.d. l. cũ lite mortua.num.5.& Abbas in.cap. cauſam il. 1. de teſtib . Ruinus conſil. 69. numero. 5. lib.1.
202 Quæro.19.an reſtituatur † ſpoliatus, cũ ex actis iudicij conſtat de dominio.d.ſpoliatoris,& nõ eſſe reſtituendum,cenſuit Inno. in.cap.cum eccleſia Sutrina,de cauſ.poſſeſſ. & propr.quem eſt ſecutus Io. Staphileus in tract.de Gratiis & expectatiuis.in tit. de literis iuſtitiæ.nu.7.addo eiuſdem fuiſſe opinionis Iac. Nouellum in ſua Praxi crim. in illa parte ,quæ incipit. uulgaris eſt regula. nu.5.uerſ.limita.5.& nu.12.& Dec.cõſ.191. nu.9.uerſ.4.facit,Crau.cogſ.299.num. 8. & conſ.302.nu.6.communem illam adferunt
203 rationem,quia † acta faciunt notorium, ut multis oſtendit citatus nunc Dec. & tradit Abbas in.c.olim de uerb.ſig.Soc.ſen.cõſ.38. col.8.uerſ.7.princ.lib. 1. Aretinus conſ. 42. nu.5.Pariſ.con.111.nu.7.lib.4.Soc. iun. cõſ. 16.nu.18. li.1. Neuizanus con.70.nu.3.apud quos infiniti prope alij citantur.

Quæro 20. quid ſi per ſententiam conſta
204 ret de dominio † ſpoliatoris,& crebrior eſt ſententia non reſtitui, ut hanc eſſe communem doctorum ſentẽtiã affirmauit latè Ripa in d. l.naturaliter.§.nihil commune nu. 35.& Iaſ.nu.43.Alex.nu.12.de adqu.poſſeſ. & ibi Fabius nu.42. inquit eſſe communem tam canoniſtarum quam legiſtarum , idem affirmauit eo loci Bologni.nu.20.Coraſ.in 2.parte nu.67. & Zaſius num. 46. & præter multos ab illis relatos , eiuſdem addo ſententiæ Corſetum.d.tract.quod ſpolia. reſti tu.ante omnia fallent.28.idẽ reſpondit Ferretus cõſ.11.nu.21.ubi idem eſſe adfirmauit in Beneficialibus Cardinalis Zaba.conſ.10. col.1.uerſ.ex his apparet , & Rota in nouis Deciſio.titu.de reſtit.ſpolia.Deciſ. 3. num. 6.& in antiquis in tit.De ord.cognitio.Deciſ.1.nu.3.& in tit. De cauſ. poſſ. & propr. Dec.14.Iacobus Nouellus Praxi criminali titulo ſpolia. de facto &c. incip . Vulgaris regula eſt.nu.29.uerſ.limit.29. idẽ Ferretus cõſ.12.nu.12.conſ.13.nu.4.ubi & communẽ teſtatur,idem adfirmaſſe uidetur Franciſcus de March.q.273. in fi.& Afflict.Deciſ.303. nu.1.Paris.con.1.nu.163.lib.1. hanc pariter opinionem probauit,quare nephas quodãmodo uidetur a tantorum patrum authoritate recedere quanquã me non lateat Bart. ac alios nonnullos aliter ſenſiſſe, ut ex multis Fabius.d.§.nihil commune nu.43.44.conatur Bartolum tueri Ruy.conſ.59.num.5. lib.4.quod in praxi non forte recipietur,cũ n. notoria dominij exceptio repellat ſpoliatum agentem,ut ſæpius diximus , & ue-
205 tum ſit ſententiam † rem facere notoriam l.emptorem in principio.ff. de actio. empt. c.ueſtra de cohab.Cler.& mul. Bar. l. ictus fuſtium. de his qui no.infa.

Sequitur,ſpoliatum non eſſe reſtituendũ, quo argumento utuntur.Alex.Ripa Cora. & cęteri oẽs.ſed illud magis urget,negligẽtię ipſius ſpoliati hoc eſſe adſcribẽdum,qui cum poſſeſſorio agere potuerit, ſolo paſſus fuit agi petitorio, ſuo enim facto dicitur poſſeſſorio renuntiaſſe, quare ſibi tantũ nõ cæteris hoc tribuat incommodum.c.1.de reſtit.ſpol.& iam ſupra.q.15.& late infra dicemus in.q.23.cum agemus de renuntiatione expreſſa poſſeſſorij ab ipſo ſpoliato facta, nec ſolidum hoc ſatis fundamentum diluit illa Ripæ conſideratio.d.§.nihil comm.nu. 38. uerſ. conſidera ſi poſſit , in caſu. d. cap. 1.ſpoliatũ conſenſiſſe cognoſci de dominio ad poſſeſſorij excluſionem: in caſu uero noſtro ad excluſionẽ ſolius dominij nõ poſſeſſorij,falſa enim eſt opinatio hæc.Nã ſi iam manifeſtũ eſt,qs dominus ſit, fruſtra poſſeſſio diſputatur ut millies dictum eſt.Qua ratione tollitur & illa conſideratio Fabij.d.§.

nihil commune nu.46. Cætera, quæ leuiora ſunt ex induſtria miſſa facio, ijs autem quę ad Bar. tuendam opinionem adferri ſolēt ex Ripa ac cæteris ſatisfactum uideo, quæ uero ſatis doctè à Fabio. d. §. nihil cōmune num. 43.44.45. pro Bar. ſententia, quam is tuetur adferuntur tolli ſic poſſunt, quod. n. ait, ſpoliatum ex interuallo iuxta. l. 3. §. Cū igitur. de ui & ui arma reſtitui, etſi notoriè conſtet eum iam hunc ſpoliatorem ſpoliaſſe, ea ratione ſolum procedit, quia de dominio quod poſſeſſioni præponderat, nō conſtabat, nec enim quod domino conceditur ſolo poſſeſſori hoc iure eſt permiſſum, qua ratione tollitur, quod ait idem Fabius
206 ex. l. ſed ſi de ui armat. de ui & ui arm. & † §. recuperandæ inſt. de interd. deiectum reſtitui, quamq; precario à ſpoliatore poſſideat, quod ſane precarium & notorium eſſe poſſit, cum inſtrumentis inde confectis concedatur, nam & hic ſolum in controuerſia eſt poſſeſſio, uel rurſus in ea armata ui locum illud habebat, ut iam declarauimus ſupra in præludijs ſi Alciato credimus lib. 1. Parerg. iuris cap. 34. tex. autem. l. authoritatem. C. unde ui, a Fabio citatus aliam habet à caſu noſtro diuerſam rationem, cum apud principem non fuerit demonſtratum ſe dominum, nec principis reſcriptum ius tertij lædit. l. 2. §. merito. §. ſi quis à principe. ne quid in loco pub. quod latius ſuo declarabimus loco, nec ad rem facit, quod de compenſatione obiicitur, ut nec caſus. l. meminerint. C. unde ui, cū is nouus ſit caſus nec iure hoc conſideratus, & in iudicijs diuerſam habet praxim, ut cū de illo agemus remedio, palā à nobis fiet, quamquam & relati caſus una hac quam ſubijcio declaratione procedere poſſint.

Declarari tamen ſolet. Primo cōmunis hæc ipſa ſententia, tunc demum procedere, cum ante controuerſum petitorium facta
207 eſt ſpoliatio, nā ſi † ſpoliatus eſſet poſt ſententiam, non certè ſententia ſpoliatori ſuffragabitur, ita Alex. d. §. nihil cōmune. ubi Ripa. nu. 44. uer. 2. intellige, & Cora. d. 2. parte nu. 67. in fi. nō enim licuit ſpoliatori ſua manu ſibi iuſdicere iux. l. extat, quod met. cau. ſua inquā manu ſententiam exequi nō debuit, debuitq; perpēdere ſpoliato ius ex poſt potuiſſe ſuperuenire, quibus rationibus arbitratur Cora. nō aliam Bar. ac cęteris fuiſſe opinionē, quæ ſane declaratio dura admodum uidetur, ſi eam probemus ſententiam, ſpoliatum non reſtitui cum de dominio conſtat ex inſtrumentis, nam cū maior uis ſit ſententiæ inſtrumento fortius, & hoc noſtro caſu dicendum erit ſpoliatum non reſtitui: quamquām is ſpoliatus aduerſus ſpoliatorem alio nūc iure agere poſſit, niſi & ipſam intelligamus declarationem cum non eſt commiſſa uiolentia ob quam manifeſtè conſtat legem uiolaſſe.

Declaratur ſecundo non procedere quā
208 do ſola ſententia abſolutoria † eſt lata ab obſeruatione iudicij, nam cum non probauerit ſpoliator in ea ſe dominum, non dicitur ſententia rem notoriam in cauſa dominij facere. l. ſed ſi poſſeſſori in prin. de iureiuran. Ripa. d. §. nihil cōmune nu. 44. quo loci Coraſ. in. 2. parte num. 68. dum hanc unam reiicit declarationem, unam adſert rationem, quæ pro Ripa aduerſus ſe ipſum concludit, ut re ipſa eſt uidere: ipſe tamen aliquando conſideraui, fruſtra immo minus conſideratè declarationem hanc adferri; nā ſi lata eſt ſententia abſolutoria contra ſpoliatorē, lata dicitur, quo ergo pacto ſi conueniatur poſtmodum. poterit hanc ipſam obijcere? Nec enim eſt credendum ſpoliatorem conuentum uelle obijcere, quæ ſibi non proſunt modo, ſed nocēt potius.

Declaratur tertio non procedere ſecun-
209 dum Angelum: quando is ſpoliator † incidiſſet in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui, quam declarationem probauit Fabius. d. §. nihil commune nu. 50. & ueram intelligo, ubi declaratum eſſet ipſum ſpoliatorem in eam pœnam incidiſſe, alias aduerſus Angelum ſentio unà cum Ripa. d. §. nihil commune num. 45.

Declaratur quarto quando alio ſuo facto ſpoliatus poſſeſſionē in alio iudicio amiſiſſet, ut puta ſi Clericus inuitus trahat clericum coram iudice layco & actor ſuccūbat, etſi enim iudex is non ſit cōpetens, tamen conuentus ſemel abſolutus defenditur ſic egregie Fredericus de Senis. conſ. 90.

Quæro. 21. utrumne ſufficiat ſi ſpoliator
210 offerat incontinenti † probationem ſui dominij, ne ſcilicet ſpoliatus ante omnia reſtituatur. & non ſufficere ſenſit glo. 1. in. c. 1. de reſtitu. ſpolia. quo loci idem adfirmarunt Abbas nu. 5. & communem teſtatur Beroius nu. 30. & eiuſdem ſententiæ fuit Alex. in. l. naturaliter. §. nihil commune num. 20. Ripa.

Ripa nu. 52. de adqnir. poſſ. addo Craue.
conſ. 322.col.2.uerſ. quod ipſum &c.qui in
ter alios citat Decium conſ.57.col.ulti.cõſ.
84. col.ulti. addo Boerium. q.238. nu.2.qui
& alios citat,quibus adiungo Iaſ.conſ. 162.
col.2.in fi.lib.2. Lucam à Penna.in.l.ſi Co-
loni.q.22.C.de agricol.& cenſ..lib.xi.Paris
conſ.1.num.165.lib.1.Io. Baptiſtam Ferre.
conſ.13.nu.2. conſ.203. in fi.Rola.à. Valle
conſ.1 .nu.26.& nouiſſimè Plotũ in.l.ſi quan
do nu.732.in fi.C.unde ui,& Didacum Co-
uar.in Epitome de ſponſa.ſecũda parte cap.
7.nu 9. quæ ſanè ſententia clarè ſatis proba
tur ex.c.literas. §.penul.de reſtitu.ſpolia.&
ex.l.i..ibi, ſine ulla cunctatione reſtituatur.
C.ſi per uim uel alio modo in.l. ſi quis ad ſe
fundum.ibi , eademq; protinus reſtituta.C.
ad.l.Iul.de ui,ſi enim ſine cunctatione,ſi pro
tinus eſt facienda reſtitutio, non certè per
temporis momentum differri res ipſa pote-
rit, contrariam tamen ſententiam ueriorẽ
opinatur glo.in.l.ſi de ui infi.ex tex.l.Dolo.
de exceptio.doli,qui.tamẽ(ut ipſa met glo.
animaduertit) in petitorio non in poſſeſſo-
rio locum habet. ex.l.1. §. 1. quorum lega.
quod placuit & Rui. conſ. 140.col. 1.lib.5.
qui & in poſſeſſorio ſed adipiſcendæ proce-
dere dixit,& idem ſenſiſſe uidetur Bar.in.l.
3.§.cauſæ. §.1. de Carbo.edicto Soc.l.rem,
quæ nobis.q.9.eſt col.pen.uerſ.hanc tamen
concluſionem de adquir.poſſeſſ.ſic etiam in
telligitur text.l. 3. §. cauſæ de Carbo. edi-
cto,ut ibi intelligit eum Bar. quãquàm glo.
d.l.ſi de ui ad ſuam adfirmandam ſententiã
eum citauerit,hanc tamen ſententiam illud
adiuuare non parum uidebatur,quod nun-
211 quàm in diſpoſitione prohibẽte † probatio
nes fieri,non continentur. quæ in continẽti
fieri poſſunt ut docuit Abbas in.c. ſuper eo
in fi.de off.delega.in.c. ſuſcitata in uerbo af
fectum de reſtitui.in integ.Iaſ.in.l.iurisgẽ-
tiũ.§.quod fere nu.14.de pact.Dec.in. c. ex
parte col.48.fal.de off.de leg.in.c.an ſit.nu.
2. de appell.& in conſ.424.nu.6.addo Abb.
cõſ.44.circa fi.lib.1.Areti. conſ.75. in fi.So-
cinum ſen.conſ.3. in fi.lib. 1. hinc uidemus,
quod et ſi nullitatis exceptio non impediat
ſententiæ & rei iudicatæ executionem im-
212 pedire tamen,cum illa incontinenti † pro-
bari offertur,ut docuit Bar.in.l.4.§.condem
natum,ubi Ripa.nu.15. in fi.de re iud.& nu.
30. latius declarat idem in reſtitutione in in
tegrum,ſic idem eſſe eo uidemus in caſu cũ

lapſa ſunt tempora probatoria,quod etſi is
213 ad probandum non admittatur.† admitti ta
men cum offertur probatio incontinẽti . ſic
Oldra.conſ. 139.Ad habendam. in fi.quem.
eſt ſecutus.Craue.cõſ.207.n.8.plura adfert
ſimilia idem conſ.104.nu.10.illi addo Cor-
ſetum.in ſing. in uerbo. exceptio. incipit ſi
ſtatutum tollat. citat inter cætera.d.cap.lit
teras.de reſtitu.ſpolia. & Abba.in.d.cap. ſu
per eo.de off. de leg.addo & Dec.conſ.467
numero 4.5.Goza.con.10.numero 24.con.
ſil.99.numero.6. & Grammatic. Deciſ.86.
nu.3.quæ ſanè ratio aduerſus cõmunem ur
gere plurimum olim opinabar, uerum recti
us perpendi nõ obſtare ex declaratione Ab
ba.in.cap. 1.nu.5.uerſ. ego reddo aliam.de
reſti.ſpolia.dum reddit rationem diuerſita-
tis,inter interdictum adipiſcendæ,& hoc re
cuperandæ,inquit enim,noſtro hoc caſu nõ
admitti probationes, quæ incontinenti of-
feruntur, quia non licuit ipſi ſpoliatori ſua
manu ſibi iuſdicere, cum ergo in illius odi-
um,& pœnam.lex hoc conſtituerit.l. ſi quis
in tantam. C. unde ui.cap.eum qui.de præ-
ben.in.6. hoc commodum ſentire nõ debet
ſpoliator, ne ex proprio delicto illud ſenti
at contra.l.auxilium.de mino. &.l.itaq; ful
lo.de fur.quam egregiè in his terminis cita
uit Bal.in l.1. in fi. C.de appella.& ſi hoc cõ
cederetur (inquit Abbas,)non leuis delin-
214 quendi † anſa preſtaretur contra capitulũ
quanto . de diuor.l.non eſt ſingulis. de reg.
iur.l.conuenire.de pactis dota, eſſet enim in
facultate domini probationibus inuẽtis ac
paratis manu ſibi iuſdicere & uim illam ac
audaciam oblatis probationibus tueri,non
ignoro tamen Beroium.in d. ca.1.nu. 30.in
fi.refragari huic rationi,dum inquit, eandẽ
eſſe rationem in interdicto adipiſcendæ,in
quo quis ſua manu ſibi iuſdicere poſſet con
tra.l.1. in prin. ff.quorum lega. & tamẽ pro
batio offertur incõtinẽti, quæ ſanè conſide
ratio ad rem nõ facit , cum in adipiſcendæ
anteq̃ adipiſcatur iure,ſi manu propria oc-
cupet dicitur ſpoliare & eo caſu non admit
tetur probatio in continenti, cum idem ſit
caſus,admittitur enim cum de ea adipiſcen-
da inter duo cõtenditur,& alter potiora iu-
ra in rei dominio. oſtendit, ex alio tamen,
dura nimis uiſa eſt Abba. ratio. Nam ſi li-
cet ſpoliatori inſtrumentis & actis ſeipſum
tueri.Cur non ei conceditur ea perquirere,
& ſuo uti iure. Quamobrem uerior illa eſt

declaratio ex ſententia Bar.in.d.l. ſi de ui in
fi.uerſ.in eo uero,quod &c. de iud.dum di-
xit, hæc procedere eo caſu, quo poſſeſſio
cũ uiolẽtia fuit occupata a ſpoliatore quia
tunc non auditur is ſpoliator. et ſi uelit in
continenti probare, dicitur enim ius ſuum
amiſiſſe,ſecus quãdo ſine uiolentia, & uitio
poſſeſſio ad illius manus deuenit qui et ſi ut
ſpoliator conueniatur,nõ tamẽ dicitur pro-
priè, ſed fictè ſpoliator, hoc enim caſu op-
poni poterit dominii exceptio, ſtatim pro-
banda,cũ ceſſet illa ratio, quod manu ſua ſi
bi iusdixerit, ut in primo illo caſu, uerũ eſt
aduertẽdũ, quia cõtra Bartolũ in.d.l.ſi de ui
in fi. uidetur eſſe cõmunis ſententia ut teſta
tur Bero.in.d.c.1.nu. 31.de reſtit.ſpolia,quę
uera an ſit infra limitatione. 1. ſubijciam.

Extenditur ergo hæc ipſa communis con
cluſio procedere,etiam ſi obiiceretur exce-
215 ptio,† quę poſſeſſorium penitus annullaret,
ut in beneficijs,reſeruatio,nam,& eo caſu,
non poteſt illa opponi oblatis ſtatim proba
tionibus,ſic conſuluit Io.Bap.Ferr.cõſ.113.
nu.2.qđ an uerũ ſit ſuo loco dicemus fuſius.

Limitatur primo ſecundum Bartolum in
216 d. l.ſi de ui in fi.non procedere † in ficto ſpo
liatore,ut idem Bar.notauit in.l.ult.num.11
C.unde ui. quo loci.Barba.in apoſtillis, di-
xit eſſe ſign.doctrinam,& dñ Bar.ponit exẽ
plum in caſu.d.l.ult.ibi eſt glo.in uerb.igno
rantia,quæ idem dicit, & illam cõiter pro-
bari dixit Alex.in.d. §. nihil cõe nu. 14. &
nu.37.& ibi Zaſius nu.65.& idem,quod Bar
tolus in d.l.ultima nu.11.affirmauit Corſe-
tus in trac.fallen ad regulã, quod ſpoliatus
ante omnia reſtit.fallen.10.Ripa.c.ſæpe nu.
65.in fi.de teſtit.ſpolia.Iac. Nouellus in pra
xi crimin.in titulo.quod ſpoliatus ante om
nia reſtituatur incipit, uulgaris ẽ regula nu.
10.uerſ.limita.decimo,& nu.15.uerſ.limita.
15.illa poteſt eſſe ratio,quam & ſupra retu-
li,quia ceſſat illa pœna,& illud odium, quæ
contra eum,qui ſua manu ſibi ius dixit mili
tant. Contrariam tamen ſententiam uerio
rem,eſt opinatus Bero.in.d.c.1.nu.31. de te
ſtitu. ſpolia. qui & contra Bar. communem
eſſe opinionem teſtatur & eandem ſenten-
tiam ſibi parũ conſtans uiſus eſt affirmare
Bar.in.l.ſi Coloni.num.2. C.de agr.& cenſ.
lib.21. & in remedio reintegrandæ Soc.in.l.
rem quæ nobis col. ante pen. in prin.de ad-
quir.poſſeſſ. in hoc omnis eſt poſita difficul
tas,uidere,an iure diſpoſitum ſit eo in caſu,
217 quo nulla eſt commiſſa uiolentia, † ſpolia-
tum protinus & ſine cunctatione eſſe reſti-
tuendum ut eo caſu cum commiſſa eſt uio-
lentia.d.l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad.l.Iul.
de ui in.l.1. C. ſi per uim uel alio modo, &
alibi ſæpe,& idem eſſe omni caſu diſpoſitũ,
ſuadere uidetur tex.in.c.1.de reſtit.ſpol.quo
loci Bero.nu. 31.uerſ.at contrarium &c. dũ
is tex.uult indiſtinctè ſpoliatum,eſſe reſtitu
endum (ut Bero. animaduertit) ad rẽ nõ
facit,cum appareat eo caſu commiſſam fu-
iſſe uiolentiam, ut oſtendunt illa uerba,uio
lenter ablata &c. rurſus, nec uerbũ aliquod
fit,quo appareat, probationem eſſe inconti
nenti oblatã, nec tex.l.ſi quis conductionis
C.locati, qui a Beroio citatur,probat, ut is
tandem animaduertit, in.d.c.1. nu.33. uerſ.
ſed in ueritate, cum nullo in eo tex.uerbo,
conſtet probationem fuiſſe incontinenti ob
latam,quare diuinare non licet,minus quo-
q; hanc adiuuat ſententiam tex.l. ſi coloni.
C. de agr.& cenſ.lib xi. cum is eo caſu pro-
cedat,quando.ſ. colonus a domino aufugit,
nam aufugiendo propria auctoritate dici-
tur ſibi iusdicere,dicitur & ita pariter domi
num immediatè ſpoliare, cum tamẽ nos eo
in caſu loquamur,in quo ſpoliator fictus di
citur, hoc eſt, ſine uiolentia, fortius tamen
Bar.ac cõem oppugnat tex. l. meminerint
C.unde ui,quo ſpoliatus à tutore pupilli no
mine illico aduerſus pupillũ reſtituitur, cũ
tamen pup. fictus ſpoliator dicatur,& illico
is nõ reſtitueretur ſi probatio poſſet offerri
incontinẽti,niſi dicamus pupillum eſſe uerũ
ſpoliatorem,cũ acta a tutore,a pupillo acta
dicantur,uel in eo caſu re ipſa nõ fuiſſe ob-
latam probationem in continenti.

Limit.2.non procedere ſec.Bero.in.d.c.1
218 nu. 34. de reſtitu.ſpolia.† quando immine-
ret periculum.nã tunc,nullo modo eſt faciẽ
da reſtitutio,ſi de periculo ſtatim oſtẽdatur.
dolo enim tunc is dicitur facere, cum petit,
quod ſtatim, & cũ periculo eſt reſtituturus
iux.glo.d. l.dolo. ff.de doli excep.latius ta-
men hæc ſuo loco finiemus.

Limit.3.nõ procedere in caſu.c.literas.de
219 reſtitu.ſpolia.ſcilicet quãdo petitur† reſtitu
tio coniugis,& probationes obiiciuntur in
continenti,de cõſanguinitate, ſic Abb.in.d.
c.literas & Corſetus.d.tract.fallẽ.ad regulã
quod ſpolia.reſtitu.ante omnia,falle.6. Iac.
Nouel. in ſua praxi criminali. in illa parte,
quæ incipit.Vulgaris eſt reg.nu.6.uer.lim.6

Limit.4.non procedere fauore Eccleſiæ
220 cuius † nomine factū fuit ſpolium, nā tunc
opponi poteſt dominij exceptio, ſi proba
tio incontinenti offeratur,ſic Bal.in .l.1. in
fi.de appella.quem eſt ſecutus Alex.in. d.§.
nihil cōe nu.30.uer.terciodecimo fallit, ibi
Zaſius n.63.qui clarè affirmant opinionem
gloſæ,in d.l.ſi de ui,poſſe hoc caſu procede
221 re, ea utitur ratione Alex. quia † prælatus
inuadendo rem eccleſiæ non facit incidere
eccleſiam in pœnam.l.ſi quis in tantam. C.
unde ui,ut placuit glo.in.c.2.De dolo & cō
tuma.ſed eo caſu,quo quis non incidit in eā
pœnam,poteſt opponere dominii exceptio
nem,ut tradit Ang.in d. §. nihil commune
ab Alex. relatus,quamquam in meo Codi-
ce Ang. non ſit interpretatus.d.§.nihil com
mune,contra Bal.tamē & Alex.ſenſiſſe ui-
detur Ripa.in d.§.nihil comm. nu.94.uerſ.
ſed contrarium & ibi Rubeus nu.155.uer.9
limitatur , & ante eos Corſetus, qui ſupra
fallen.37.in fi.&eo tacito idem cenſuit Iac.
Nouellus in praxi criminali in illa parte,
quæ incipit Vulgaris reg.eſt &c.nu.37.uer.
limita.37.citant textum.d.c.1.de reſtit. ſpo
lia.qui non probat ex declaratione quam
ſupra in prima limitatione retuli,adferunt
222 & textum † c.antiquitus.2.q. 2.qui pariter
non probat,cum ſimpliciter dicat epiſcopū
teneri ad reſtitutionem,nec enim dicit,no-
mine eccleſiæ ſpoliatorem ſpoliaſſe,nec af-
firmat incontinenti oblatas fuiſſe probatio
nes,arbitror tamen ex alijs Bal.& Alex.opi
nionem non eſſe ueram,nam etſi uerum il-
lud ſit prælatum occupantem, ſeu poſſeſſo-
rē eccleſiæ nomine ſpoliantē, non efficere,
ut incidat eccleſia in pœnā. l. ſi quis in tātā
C.unde ui,ut dixit glo.in.d. c. 2. de dolo &
contum.& in d.l.ſi quis in tantam in glo. ul
tima circa prin.uerſ.7. de Abbate Prælato,
quæ & idem noluit in cæteris adminiſtrato
ribus,ut,in tutore curatore & ſimilibus &ci
tat tex. l. proximæ præcedentis. quæ eſt. l.
meminerint, quæ optimè probat, attamen
non ſequitur,ſpoliato poſſeſſionem non eſ
ſe reſtituendam,ante omnia:& ſine cuncta-
tione,nec contra eum poterit etiam hoc ca
ſu hæc exceptio dominij,cuius probatio of
fertur incontinenti, opponi, quod probat
d.l. meminerint, dum affirmat poſſeſſionē
a tutore occupatam pupilli nomine eſſe illi
223 cō reſtituendam, quæ † dictio illico idem
oſtendit, quod dictio protinus &ſine cūcta
tione.l.litigatoribus.C.de appel.quorū ſu-
pra ratione habuimus. Ceſſat ergo pœna il
lis caſibus,nec minus illis in caſibus retarda
tur tunc reſtitutio,quàm in cæteris,quin u-
bi cautum ex d.l.meminerint,hoc nō eſſet,
uix eſt, ut uera ſit Bal. ſententia, nam hoc
caſu duo in eccleſiā & pupillum cōcurrerēt
priuilegia,Primum ne incideret in pœnam
l.ſi quis in tantam,alioqui cæteris commu-
nem, quod quidem priuilegium iuſta, ac
æqua ratione eſt conceſſum,ne eccleſia uel
pup. re propria adminiſtratoris delicto pri
uet,quod latius declarabimus in. d. l. ſiquis
in tantam.q.10.ſecundum eſſet priuilegium
quod ſcilicet poſſet contra iuris regulas do
minii exceptionem incontinenti etiam pro
bādam opponere, ante factam poſſeſſionis
reſtitutionem.Nec aliqua ſubeſſe uidetur
ratio, qua hoc eccleſiæ, & pupillis magis,
quàm cæteris concedi debuerit,cum nec u-
ni,nec alteri liceat cum alterius iactura lo
cupletari,& ſuam conditionem meliorem
reddere. Accedit, quod hoc remedium eſt
in rem ſcriptum,ideo ſequitur quemuis poſ
ſeſſorem ſic hac ratione noſtram hanc pro
bauit ſententiam Ruin.conſ.37.nu.4.lib.4.
Dubitari tamē contingit (ut hoc nec ab
224 re ſubijciam,) quo modo † in continenti
hoc intelligatur,& inter alios cenſuit Bar-
tolus in.l.ſi is à quo.ff. ut in poſſeſſ. lega. &
in l.4.§.condemnatum.de re iud. incontinē
ti dici,ſi fiat intra tempus, intra quod pro-
ceſſus cauſæ debet expediri, quam ſenten-
tiam probauit Saly.in.l.2.C.de ed.diui Adr.
tol.Alexan.d.§.condemnatum numero 30.
& Ripa numero 32. Hæc tamen ſententia
non placuit Beroio in.d.cap.1.nu.38. uerſi.
ſed mihi &c. ea ratione,quia eo modo, eſ-
ſet dare tempus triennii, intra quod cauſæ
finiri debent.l.properandum.C.de iud.Qua
re uerificari illud non poterit hodie con-
ſtat,hodie agatur.d.l.ſi is a quo,Verum ali-
quando animaduerti Bartolum non ita ge
neraliter fuiſſe locutum ut a Bero. intelligi
225 tur,ſolum enim † Bartolus ſic ait,quod di-
citur incontinenti probari,intelligitur cum
non exceditur tempus,intra quod actus exe
cutionis fieri poteſt,ut in caſu ſuo agitur de
exequenda ſententia, in cuius executio-
nem, cauſæ cognitio adhibetur, ut primo
ad mobilia, deinde ad immobilia deuenia-
tur, iuxta. l. a diuo Pio. §. in uend. de re
iud. ſi ergo nullitatis exceptio obijciatur,

ut incontinenti probari dicatur, probanda
intra illud tempus erit, intra quod illa cau-
ſæ cognitio adhibenda eſt, ſic Bartolum
intelligere uidentur iam relati Alex. & Ri-
pa, niſi Beroium defendendo dicamus, re-
latiuè ad terminos noſtros Bart. doctrinam
non conuenire.

Secunda ideo fuit Bal. ſententia in.l. ult.
C.de iud.quem fuit ſecutus Fel. in. cap.ue-
niens.2.c.5.de teſt.quos refert Neuiz.conſ.
226 56.nu.8.incontinenti † dici,intra tres dies,
ex.l.ult.C.de erro.aduoca.ubi Bal.& tex.in
l.ult.C.de iud.ubi exponitur incontinenti.i.
intra triduũ,quæ tñ opinio, nec Beroio pla
cuit in.d.c.1.num.38.uerſ.& ex prædictis.de
reſt.ſpolia. quia (ut ille ait) in caſibus illis
lex proceſſit ulterius declarãdo,quomodo
illud incontinenti intelligatur, quod nõ eſt
de Arimi.in additi.& probat hanc ſententiã
Hier.Gigas,in tract. de crim.læſæ maieſt.li.
2.tit.Qui accuſare poſſint in cri.lęſę maieſt.
q.6.nu.4.ubi.nu.5.ſubijcit,non quoq; licere
inimico per uiam exceptionis crimẽ obijce
re.& huius ſententiæ citat Specul.qui ſupra
& Præpoſitum.in cap.accuſatoribus.2.q.5.
quare uix eſt,quod hanc ſic ſimpliciter pro
bem ſententiam, quæ fortè procedere poſ
ſet,ſi aliqua extarent iudicia, præſumptio-
nes,uel probationes,quibus accuſatorẽ cul
pa,ac dolo,carere appareat ut in non diſſi-
mili caſu intelligit textum cap. per tuas. de
Simo.quo Specul.& cæteri nituntur Coraſ.
lib.5.Miſcell.iuris.cap.20.nu.5.Exempla an
te illorũ caſuum adferri poſſunt quàm plu
ra,in quibus accuſatus non reſtituitur tam-
305 quam ſpoliatus,quia ipſo iure † re priuatus
eſt. ut in crimine læſæ maieſtatis, in quo,
quis ipſo iure omnia amittit.cap.cum ſecũ-
dũ leges de hæret.in.6.in l.quiſquis.C.ad. l.
Iul.maieſt.& clarè rem hanc finit incertus,
quidam author,qui tractatũ edidit.de Pote
ſtate ſecula. & eccleſia.li.1.ca.ult.nu. 2.qui
tractatus in aliorum tractatuum uolumine
reperitur.Adferri quoq; poteſt exemplum
(ſi in beneficialibus loquamur) in Simonia-
306 co † qui ſpoliatus ante omnia non reſtitui-
tur Ripa d.§.nihil commune num.91. Cor
ſetus.d.tract.qui ſupra fallen.21.& Francus
de March.q.497.nu.13.priuatur enim Simo
307 nia. † ipſo iure. e. tãta.c.accuſatũ. de ſimo.
Pari.conſ.15.nu.13.conſ.29.nu.14.con.30.
nu.15.lib.4.Boe. q. 117. circa med.Gomeſ.
in regula cancellariæ de triennali poſſeſſo-
re.q.12. circa finem. Rebuffus in praxi Be-
neficio.in tit.de ſimonia in reſignatione nu
7.& ibi.num.8.refert Conſtantienſi conci-
lio ſic fuiſſe determinatũ,ut ipſo iure Simo
niacus ſit priuatus.Adferri,& illud poteſt e
308 xemplum in Hæretico † nam & is ſpoliatus,
non reſtituitur,Corſetus,qui ſupra fall. 18.
& Ripa.d.§.nihil commune.nu.88.Beroius
d.cap.item cum quis.nu.42.de reſtitu.ſpoli.
glo.in cap.1.in uerbo poſſideri.14.q.1. Iac.
Nouell.in Praxi criminali, ſpoliatus de fa-
cto &c. incipit uulgaris regula eſt.num.18.
uerſ.limita.18.reddunt plures rationes,tum
309 quia hæreticus † non poteſt aliquid poſſide
re,capit.1.2.3.23.q.1. non ergo poteſt dici
poſſeſſione priuatus,& ſupra retuli, uel ſe-
cundum Bero.d.nu.42. quia ſi hoc crimen
tale eſt,ut poſſit Pontifex Maximus a ſede
310 deponi, † .c.Agatius.24.q.1.ubi glo.fortius
ſpoliatus reſtitui non debet, Hęreſis enim
311 crimen tale eſt,ut ipſo iure † beneficio priua
tus dicatur hæreticus.capit.ad abolendam.
§.1.de hæreticis. quare cenſuit Rebuffus in
praxi Beneficiorum.in tit.de modis amittẽ-
di Beneficia nu.5.beneficium illud ut uacãs,
poſſe impetrari,& nu.27. ſubdit,non defen
312 di ex regula cancellariæ † de Triennali poſ
ſeſſore cũ poſſeſſor dici non poſſit,idẽ Re-
buff. tract. de pacificis poſſeſſo. 4.limit.afer
ri & illa ratio poteſt glo.in c.in nomine do
mini in uerbo.audientia.23.diſt. dũ inquit,
ſciſmaticum (qui & ipſe dicitur hæreticus.
c.inter.24.q.3. Rebuff.qui ſupra nu.29.)nõ
reſtitui,quia in iudicio audiri non debet.

Extenditur primo exemplum hoc de hæ
retico.ut locum etiam ſibi uendicet in bene
313 ficijs † filiorum hæretici,quæ tamen a filijs
ipſis poſt mortem patris fuerunt impetra-
ta. nam cum filij ob patris delictum in ha-
biles fuerint redditi,non potuerunt illa im-
petrare.ca. ſtatutum li. ſecundo de hæreti.
glo.in.cap.ſatis.50.diſtinct.& ita in capella
Toloſana fuiſſe deciſum, refert Auffrer.
Deciſ.120.& tradit Rebuffus.d.titu.de mo-
dis amittendi beneſ.num.25. qui nume.26.
ſubdit idem eſſe in nepotibus hæretici, ex
cap.ut commiſſi. §. ut priuandi de hæreti.
in.6.uerum Bero.in d.ca.item cum quis nu.
315 43.contrariam ſententiam † ueriorem cre-
didit,quam nũc ſequor,eum præſertim iure
316 non uideatur cautum hos nepotes † & fili-
os,ipſo iure priuari,& tradit Abbas.c. uer-
gentis,de hæret.plures alios congerit caſus
Rebuffus præcitato loco, quibus beneficio
quis ipſo iure priuatur,quos libenter omit-
to. unum tantum attingo, quem is Rebuf-
fus ibi.nu.43.de falſario attingit. inquit. n.
317 falſarium literarum † Pontificis ipſo iure
beneficio priuari.cap.ad falſariorum.de cri.
falſi,quare iuxta iã relata,ſpoliatus cui fal-

ſi obijcitur crimen, nõ uidetur ante omnia
reſtituendus. ſed in oppoſitum illud urget,
318 quod ſi falſi † crimen non impedit poſſeſſo-
riũ adipiſcẽde iuxta gl.l.2.ubi Bar.Saly. Iaſ.
& cæteri.C. de edict.diui Adr. tolen. & per
Bald.conſ.348.ſuper eo,quod li.3. Capiciũ
Deciſ.25.in fi.ſentit.Rui.conſ.129. in fi. li.2
tanto fortius non debet poſſe impedire poſ
ſeſſorium recuperandæ,quod eſt fauorabi-
le magis, credo cauſam poſſeſſorij regulari
ter non retardari, cũ non priuetur regulari
319 ter falſarius re ſua ipſo iure.ſed is caſus † ca.
ad falſariorum,erit ſpecialis,cum erga Pon
tificem max.committatur,quare Capicius.
d. Deciſ. 25. in fi. retulit ex uoto ſupremi
Neapolitani conſilij fuiſſe in cauſa illa tunc
in conſilio uertenti cõcluſum ſuper ſederi,
quia ex Pragmatica erat ſancitum, falſariũ
puniri in amiſſione cauſæ, ſic ergo fortius
in caſu.d.c.ad falſariorũ,idem eſt in eo, qui
320 falſificauit litteras † alterius ſupremi Princi
pis & Imperatoris & Regis Boe.q.83. nu.5.
6. & iuxta illam Capicij deciſionẽ, idẽ erit
dicendum in cæteris caſibus, in quibus de iu
re communi falſarius amittit cauſam, qui
caſus explicantur a Boe.q.191.quo loci affir
321 mat hoc uerius † cum acta falſificantur.
Quæro.31.(non multum a præcedẽti quę
322 ſtione recedẽdo,)cũ ſpoliato obijcitur † ex
communicationis exceptio (nam delictum
eam alij,alij delicti pœnam,appellant) an is
ſpoliatus adhuc reſtituatur ante oĩa;& non
reſtitui placuit Abbati.in.d. capit. cum quis
nu.9.quo loci & Bero.nu.40.de reſti.ſpolia.
idem adfirmauit Corſetus.d.tract.fallen.ad
regulã,quod ſpoliatus reſtituatur ante om-
nia fallen.17. Ripa.in.l. naturaliter.§. nihil
cõmune. nu.85.& ibi Rubeus nu. 155. uerſ.
10.fallit,late Felyn. in.c.dilectus filius. il.1.
de reſcrip.nu.11.Iac.Nouell. in praxi crimi
nali tit.ſpoliatus de facto &c. incipit uulga-
ris eſt regula &c.nu.17.uerſ.limita.17.de ad
quir.poſſ. eſt glo.notab.in.ca.in nomine do
mini in uerbo. audientia.23. diſt. quæ eã ad
fert rationem,quia excommunicatus dicitr
inhabilis nec in iudicio audiri debet, quæ
ratio ſi uera eſt,idem erit in multis alijs ca-
323 ſibus dicendum,ut in periuro. † qui ut tra-
dunt omnes.in.l.ſi quis maior.C.de trãſact.
ab agendo repellitur, & ipſo iure a limine
iudicij repelli tradit Bolog.in cõſ.28. col.2.
Iaſ.l.nam & poſtea.4.no.de iure iura. Cra-
ue.in reſponſo pro Genero. nu.6.& alibi ſæ
pe,quod ſi uerum eſſet,notatu dignum erit.
Declaratur autem hęc ipſa cõcluſio mul
tis in caſibus locum non habere, ut ſex enu
324 merat † Corſetus,& eo tacito Fely. & No-
nel.qui ſup. ſtatim ſunt citati,& ſeptem re-
cenſet Ripa,nec unus alterum retulit,quã-
uis eiuſdem ſententiæ fuerint, non ulterius
illos proſequar.addo tum in regno Neapo-
325 litano † excõmunicationem, non ſuſpende
re iudicium hoc poſſeſſionem ex conſtitu.
regni,Folerius in Praxi crimi.in uerbo. Au
diantur excuſatores.nu.54. & in ſuis frag-
mentis num.226.tit.de excommunicatis.
326 Quæro,32.quid ſi tertius † contra ſpolia
tum agentem ut ante omnia reſtituatur,ob
ijciat rem eſſe ſuam, an adhuc reſtituatur
ſpoliatus, & non reſtitui affirmant Abbas
in cap. litteris. nu.7.& nu.33.de reſtitu. ſpo
lia.Guid.pp.ſing.276.Alex. in.d.l.naturali-
ter.§. nihil cõmune.nu. 33. & ibi Ripa. nu.
79.Rubeus.nu.155.& Zaſ.nu.66.de adquir.
poſſ.idẽ Rubeus conſ. ult.nu.7. Claud. Sey-
ſellius.l.Celſus.nu.29.de uſucap.Iac.Nouel.
in Praxi criminali tit.ſpoliatus de facto in-
cipit uulgaris eſt regula &c.nu.38.uerſ.limi
ta.38.q̃ ſententiam probat tex.l.bona fides
uerſ. quod ſi ego depoſiti, quẽ præter alios
egregie declarat Franc. Conna.li.4.cõmen.
iuris ciuilis cap.7.nu.12.contra tertium ete-
nim ſic obijciente ceſſant illæ rationes,quę
a legis latoribus ad reprimendam ſpoliato
ris audaciam conſideratæ ſunt.
Extenditur hæc concluſio etiam habere
327 locum eo caſu,quando ius tertij † ita eſt cõ
iunctum cum iure ſpoliatoris,ut ab eo ſepa
rari minime poſſit. nam etſi tunc aliquod
commodum ratione cõnexitatis ſentire ui
deatur ſpoliator,non reſtituitur tamen ſpo
liatus ratione iuris tertij, in hanc ſententiã
probauit Abba.in cap.ueniẽs.il.2. de reſtib.
Felyn.in cap. ſuper eo.num.2.de off. deleg.
qui eiuſdẽ ſententiæ citat Roma. d.§. nihil
commune etſi aliter is ſentiat idem affirma
uit Corſetus.d.tract.fallen.ad regulã,quod
ſpoliatus ante omnia reſtitua.fallen.38.Iac.
Nouellus,qui ſupra.d.num.38.& Rebuffus.
d.§.nihil commune.nu.155. Verum euitari
poſſunt, quæ ſolent pro hac ſententia ad-
328 ferri fundamenta nam tex. † cap. ſacris. §.
fi. de ſepul. cuius argumento dicunt re-
329 lati interpretes ratione connexitatis † uni
concedi, quod alias ſui tantum cauſa, non
concederetur, ut ſimili in caſu ſic ex eo

textus ſcribit Iaſo. in.l.ſi emancipati. nume.6.C.de colla.ſic nunc ſpoliatori,hoc cõ ceditur nõ ratione ſui ſed ſocij, hic inquam tex. in caſu illo loquitur in quo impoſsibile erat aliquã ſeparationem dare:erat enim im poſsibile ſeparare excommunicatorum oſſa ab oſſibus cæterorum,ideoq;illa excommu nicatorum non eijciuntur. ne & alia ſepul-
330 tura careant: tunc enim † priuilegiatũ ad ſe non priuilegiatum trahit, ſic etiam probat tex.l.ſi communem.ff. quemad.ſeruit.amir. quã egregie declarat Afflict.Deciſ.213.Iaſ. conſ.238.in fi.lib.2.Cur. Iun.conſ.53.nu.4. Marſil.ſing.180.& pulchre Didacus Couuar libro Practicarum quæſtio.cap.34.ſed in ca ſu noſtro licet tertius, cum ſpoliatore concurrat.non tamẽ cauſa adeo connexa eſt ut
331 inſeparabilis dici poſſit, † connexum enim illud dicitur proprie, quod alteri ita adhæret & connectitur,ut ex eo ſequatur neceſſario,ſiue in antecedens ſiue in cõſequens, ſic poſt Aret.quem,citat egregie tradit Craue. conſ.232.nu.1.2.qui iura quam plura retulit & eum eſt ſecutus Didacus.d.cap. 34.Pract. quæſtio.alia ſcripſit Boe.conſ.7.num.1.2.3. illud eſt conſ.Signoroli.Ripa.l.admonẽdi.n. 124.ff.de iure.iur.ſed in caſu noſtro, cũ adſit perſonarum diuerſitas:ſpoliatoris ſcilicet & tertij,cõnexitas dari non poteſt,cum unum ſine altero eſſe poſſit. nec enim neceſſario ſe ſe contingunt. nam licet ius tertij poſſit habitu,& potentia ſpoliatori prodeſſe, non tamen actu.& ita neceſſario non prodeſt. ut nec nocet,quare dicebat idem Craue.d.cõſ. 232.num.2.poſt Iaſ.in.l.ſed etſi plures.§.1.2. notab.de uulga.& alios plures,quod quãdo unum poteſt ſtare ſine altero, conexitatem non dari. Quod autẽ docuit Ripa.d.§.nihil commune.nu.80.ex glo.in cap.ſed & continuo.de pœnite.deſtin.1.& Bar.in.l.Atheius.
332 §.de opere.ff. de aqua plu.arcẽ.† impunitatẽ cõcedi delinquẽti propter ſocij perſonã,qui non deliquit,quando ſcilicet unus puniri nõ poteſt quin lędatur & alter.ſic intelligitur ut & ipſe Bar.declarat,dũ loquitur in cauſa dãni adeo connexa,ut ſeparari nullo modo poſſit,ut cum domus dirui ex delicto debet. nõ diruitur cõis, quia neceſ. alterius pars dirueτur,quod nõ ita in caſu noſtro cõtingit accedit præterea Bar.referre plures caſus,in quibus ſocius ob factũ ſocij damnũ patitur, etſi aduerſus eũ actionẽ habeat, qui aũt ſint apud eum eſt uidere.nec.n. ex illis unus hic

eſt Diluitur non diſſimili argumento,quod adfert Ripa.d.§.nihil cõe.nu.80.ex.l.2.C.d in ius uoca.quod ubi concurrit odium,& fa
333 uor,† fauore odio prœualere,ſic nunc tertij fauor ſpoliatoris odio anteferri debet,dico in caſu.d.l. 2. odium & fauorem circa.unã. & eandem concurrere rẽ,nec unũ ab altero ſeparari poſſe ut latius hæc explicaui ſupra q.1.in.quarta opinione,diuerſum uidetur in caſu noſtro. Quamobrem contrariam ſen tentiã probauit Butrius in.c.literis. de reſt. ſpol.Ripa.d.§. nihil cõe.n.80.& Roma.quẽ Rubeus citauit Freti Inno.authoritate.in.c. ueniens.de ſponſ. dũ affirmat tertium excipi entẽ de proprietate matrimonij cõtra ſpoliatum agentẽ ad Thori recuperationẽ,non impedire reſtitutionem,niſi probationes in continenti offerat. ſed probabilis eſt, non neceſſaria.Inno .authoritas,qui tamẽ ſcribit reſti.adhuc impediri ſi is tertius dicat ſe ſpoliatum re illa Nec ſuffragatur tex.quem in hanc Butrij ſententiam citauit Roma.d.
334 §.nihil cõe tex. inq.† l. ſi duo rei.ff. ſi quis cautio. quo probatur ſocij dolũ alteri non poſſe prodeſſe,quia intelligimt illum Ripa. d.§.nihil commune.nu.79.&Rubeus.n.155.
335 procedere ubi ex dolo†correus lucrum con ſequitur,ſed in iam quæſitis dolus unius alteri nocere non debet.l.ſi unus.in prin.de pactis, & eandem attulit declarationem Bar. in.l.ex duobus. nu.23. nu. 27. & num.40.de duob.reis quare dũ docerẽ res uiſa eſt dubia & non ſemel perpendi Ripæ.d.§.nihil cõe. nu.40.diſtinct. Primo ſic diſtinguentis, aut tertij exceptio æque principaliter reſpicit utilitatẽ ſpoliatoris ratione iuris cõnexi,& tunc ſpoliatus reſtitui nõ debet.& hoc caſu procedat ſententia Butrij, aut non reſpicit æque principaliter & tunc reſtitui debet, & ita procedat cõmunis opinio,argumẽto.l.1. ff.de author.tuto.à qua diſtinctione,nõ multum recedit ſecũda quã ſubiicit idem Ripa, quod aut factũ ſpoliatoris prodeſt tertio ratione cõmunionis,& tũc exceptio tertij nõ impedit reſtitutionẽ ne uiolentiis præſtetur anſa, aut nõ prodeſt & tunc reſtituitur,quæ ſane diſtinctiones æquitatẽ ſapiunt, uerũ ſi iudicãdi munus mihi hac de re iniũgeretur omni diligẽtia perſcrutarer.quo iure is tertius niteretur.an aliquibus coiecturis poſsẽ deprehẽdere doli participẽ,quod ſi dolo ca rere animaduerterem ſpoliatũ nõ reſtituerẽ iux.d.l.bonafides.depoſiti,ſi uero dolũ in eo

eſſe coniicerem reiecta exceptione deiectũ reſtituendũ decernerẽ,erit tñ cogitandum.

336 Quæro.utrum ne † reſtituatur adhuc ante omnia ſpoliatus reiecta ſpoliatoris reconuentione alterius ſpolij, iure ciuili res clara ſatis eſt,iure autem Pontificio non parum obſcura: ob tex.c. ult.de ord.cogni. ut res clarior fiat,plures caſus diſtinguo. Pri. eſt cũ ſpoliatus agit ut contra ſpoliatorem, qui ex interuallo ſpoliauit reſtituatur,nã et ſi excipiat uel eum reconueniat ſpoliator aſſerendo ſe ſpoliatum prius, non auditur tamen:ſed is ultimo loco ſpoliatus ante omnia reſtituitur.l.1.§.qui ui.&.l.cum fundum, de ui & ui arma.clarius tex. in.l.ſi quis ad ſe fundũ.C.ad.l. Iul.de ui.§.recuperandæ inſt. de interd.eſt enim ultimum uitium purgandũ,hoc probant omnes.in.d.c.ult.de ord.cognitio.ubi Abbas.nu.11. Rota in nouis deciſ.tit.de reſtit.ſpolia.deciſ.16.in fi.& Thomas Faſt.in deciſ. Rotæ cauſa.1. Dubio.4. Aegid.Boſ.tract.cauſarum criminal.titu.de plurib. uiolentijs nu.26.27. doctores.in.d.l. ſi quis ad ſe fundum.et.in.d.§.nihil commune.ubi Ripa.nu.68.Rubeus.nu.158.uerſ.primus caſus,quod intelligunt omnes cum ſuper una re tantum facta eſt prima,& ſecunda ſpoliatio, & hanc ſententiam probauit Cy.l.momentariæ.col.2. & Albe. col.1. C. unde ui & Cyn. in.l.1.in fi. C. ſi per uim uel alio modo: ubi refert rationem poſt Iac.de Arena purgato ergo ultimo ſpolio agetur ſuper primo ne impunitum remaneat,ſic declarat Rubeus.qui ſup. ſtatim.

337 Declaratur caſus iſte cum prima † ſpoliatio fuit maior ſecunda. illa enim ſecundæ præualet. ſic tex.d.l.ſi quis ad ſe fundũ, declarat Caſtren. cõſ.399.Priuſquam iura. col.ult.uerſ.3.ſimiliter lib.1.quem uoluit citare eum probando Dec. conſ.200. num.3. uerſ.4.benefacit,& Alcia.reſponſo.408.nu.6.quare cum ſpoliatio. quæ fit lite pendente dicat maior,& grauior Clem.2.ubi gloſ. de.appell. obſtabit hoc caſu,Abbas. cap.bonæ de appell. Dec.d.conſ. 200.num.3.& Ripa.d.§.nihil commune.no.68.

Secundus eſt caſus, quando ſecunda ſpoliatio facta fuit immediate poſt primam, tunc agẽti ex ſecunda obſtat prima, potuit

338 enim primus ſpoliator † incontinenti impune ſpoliari.l.3.§.eum.l.qui poſſeſſionem de ui & ui arma.quo loci Bart. hanc probauit ſententiam,& eum ſunt ſecuti Barba.conſ. 38.col.4.lib.1.Angelus in diſput. quæ incipit;renouata guerra. primo dubio, Iaſ.in.l. clam poſſidere.§. qui ad Nundinas nu. 25. de adquir.poſſ. Dec.conſ.460.num.17.Rui. conſ.38.nu.1.conſ 42.nu.2.3. conſ.43.nu.2. lib.4.Goza.conſ.1.nu.19. Matanta diſputa. 1.nu.27.28.Neuiza.conſ.82.nu.10.D.Crau. conſ.4.nu.8.9.ſic dicimus fortius licere occidere furem res rapientem & fugientem.l. furem. ubi Bar.ff.de ſicca. Dec.l.ut uim nu. 31.de iuſt.& iure, quod intelligo cũ ſtatim hoc agitur,quod lege clarius erat apud Athenienſes cautum,teſt s eſt Demoſthenes aduerſus Ariſtocratem,his uerbis lex,dicta erat. Quod ſi quem auferentem, uel abducentem per uim & iniutiam ſtatim cauſa de ſenſionis occiderit:impune occiſum eſſe iubet, & uno ore intelligunt noſtri ſatis dici

339 † immediate,cũ ratione qualitatis rei & perſonarum potuit, & hanc ſententiam & caſum in noſtris terminis, affirmat Abbas.d. c. ult.nu.11.de ord. cognit. & Rubeus. d.§. nihil cõmune nu.158. uerſ. 2. caſus Lucas a Penna.l.ſi coloni.q.7.&.q.ult. C. de agr. & cenſ.lib.xj.& ita intelligitur tex.in.c.Olim. 1.de reſtitu.ſpoliat. Aegidius Boſſius tract. cauſarum criminalium tit. De pluribus uiolentijs nu.6.7. quin licet amicos conuocare pro rei propriæ recuperatione glo.l. cum fundũ in uerb.poſtea de ui & ui arma.Bart. l.deuotum. C. de meta. & epid. lib.12. in.l. prohibitum 3.nota.C.de iure fiſci lib.x.Iaſ. l.1.§.ulti.nu.5.ff.de ope.no. no. & conſ. 86. col.2.lib.3.Rui.conſil.1.col.2.lib. 5. Marſil. ſing.456.habuiſti. Neuiz. conſ.82.nu.3.Alcia.reſponſo 286.in fi. Soc.iu. conſ.68.num. 66.lib.3.Craue.conſ.4.nu.14.15.

Declaratur hic caſus non procedere, cũ

340 lite iam pendente † fit ſecunda ſpoliatio,nã tunc agenti ex prima obſtabit ſecunda, cũ tanquam facta lite pendẽte,dicatur grauior & maior:ut iam dixi, etſi iam uiam unam erat is ingreſſus,eam ſequi debuit, iux. tex. l.ſi mulier.§.ulti. de eo quod metus cauſa, Dec.l.fin.nu.31. C.de ed. diui Adria.tollen. & Soc. iun.conſ.122.nu.11.12.lib.1. & alibi ſæpiſſ. ſed aliter decidit Thomas Faſtoli, in Dec. Rotę cauſa.19.nu.40.

Tertius eſt caſus, quando ſpoliatio hinc inde diuerſis in rebus facta eſt:tũc ſpoliatus

341 unus agens reſtitui † reconueniri poteſt. ut & ipſe pariter reſtituat, exempli cauſa.ſi occupaui fundũ tuum,& tu domum occupaſti meam,

meam, Si agas contra me , te reconuenire,
uel excipere poſſum : ſic intelligunt omnes
342 tex.d.†.c.ulti. de ord. cog. ubi Abbas num.
11.Maria. Soc. ſe.in.c.ex literis col.26.uerſ.
12.fallit.de mutuis petitio. Corſetus tract.
fal.ad reg.quod ſpoliat.ante omnia reſtitu.
fall.2.Rubeus.d.§.nihil cōe nu.158.in fi. nō
mediocriter tamen in hac cōi noſtrorū de-
claratione dubito.nā etſi quoad primā par
tem,ſtare poſſit, ut ſpoliatione rei diuerſæ
facta reconuentio concedatur,iuxta princi
pium tex. attamen nō uideo qūo ultima il-
lius pars(quę uult exceptionē alteriusſpolij
impedire agētē)loqui poſſit,cū ſpoliatio cir
ca duas diuerſas res hinc inde interceſſit,cū
.n.non ſeſe contingant duæ hæ cauſæ , qūo
una alteram excludit? ut.n.primus egit reſti
tui:ſic poteſt & ſecundus,p̄ter illud poſtmo
dum,quod in toto ipſo cōtextu , diuinare ē
circa plures res ſpoliationē fact am fuiſſe.

343 Quæro.34.Quid ſi ex capitulis † pacis in
ter duos Principes initæ hinc inde occupa-
ta reſtitui debent,ut noſtris temporibus cō
tingit,an ante omnia faciēda ſit reſtitutio ,
ut dominij exceptio obijci minimè poſſit,
& non reſtitui ante oīa affirmauit Bal. in.
tit.de Pace Conſtantiæ.§. ſententiæ in glo.
in uerbo.reſtituantur:eum ſecuti ſunt oēs .
in d.l.naturaliter.§.nihil cōe ibiRipa nu.85.
Hormo.Detus nu.41.uer. 6.limi.qui eiuſdē
ſentētię ibidē citat Aret.ſic Alex. ſic ibi Ru
beus nu.162.uerſ.16.declaratur,Claud.Sey-
ſellius col.4.uerſ.18. & ultimo, & licet Bal.
nec lege,nec ratione,ſuam probent ſenten-
tiā,ea tn̄ ratione firmari poteſt, quia is poſ
ſeſſor non dicitur eſſe in aliquo uitio, cuius
odio grauari debeat ante omnia reſtitue-
re, licuit.n.iure belli occupare , ut tradunt
oēs in.l.1.ff.de adquir.poſſeſſ.Declaratur er
go nō procedere, cū Bellum fuiſſet illicitū:
344 nā tūc is poſſeſſor cōuentus † ſpoliator dici
poteſt . ſic declarat Claud.Seyſellius ſtatim
allegatus, & pręter arg. a ceſſante ratione
ſupra relata,cōfert Bal. doct.quā is Claud.
citat Bald.ſ.in.c.in literis col.2.de reſt.ſpol.
& in.l.ut uim col.pen. de inſtit. & iure,hos
milites,qui latrocinātur caſtra ſine iure bel
li, poſſe etiā ex interuallo de facto expelli,
quando autem illicitum & licitum dici poſ
ſit bellum.docent oēs in.l.1.in prin.ff. de ad
qui.poſſ.& unus oīum uir doctiſ.ſimulac in-
tegerrimus Ser. Ducis Sabaudiæ a ſecretis
cōſiliarius Petrinus Bellus tract.de Bello.2.
par.tit.1.addo Didacū Couarr.Hiſpa.in.ca.
peccatū.2.parte.§.8.9.& 10.de rig. iur.in.6.
qui infinita prope doctè &egregie cōgeſſit.

345 Quæro 35.quid ſi ſpoliatus † fuiſſet Tyr-
an. an reſtitui ante omnia debeat, ſi ſubditi
impiam illius Tyrannidem & ſęuitiam ob-
ijciant.& non eſſe reſtituēdum affirmat Za
ſius in.d.§.nihil commune nu. 61. qui nouā
& a ſe excogitatam declarationem credi-
dit , excogitauerat prius Ripa ibidem .d.§.
nihil commune nu.90.qui eiuſdem ſentētiæ
citauit Martinum Laudenſem, nam (ut in-
quit Zaſius) ſi ſæuitia eſt in cauſa ne uxor
ſpoliato marito reſtituatur. c. literas de re-
ſtit. ſpolia.Ripa.d.§.nihil cōmune num.84.
& Corſetus tract.fallen.ad regulam , quod
ſpoliatus reſtituatur ante omnia fallen. 26.
quanto fortius Tyranno reſtituenda nō eſt
Iuriſdictionis ac locorum poſſeſſio.

346 Quæro 36.quid ſi ſpoliatus † ciuiliſſimā
tantum habuit poſſeſſionē. Cum uera poſ-
ſeſſio a ſpoliatore occupatur, an adhuc an-
te omnia reſtituatur , utputa ſi ex ſtatuto
cautum ſit:defuncti poſſeſſionem in hæredē
continuare debere,ut extant ſtatuta in mul
tis Italiæ & Galliæ locis,ut refert Tiraq. in
tract. Le mort a ſaiſit le uiu. in præf. Papię
.n.& Mediol. ſic extat Decretum,ut eſt relā
tū in Decretis Papienſib.16.ſub Rub.Quod
poſſeſſio defuncti continuetur in hęredes,
hæc ergo poſſeſſio in hæredem continuata
347 † ciuiliſſ. dicitur ut eam ſic appellant oēs in
l.1.ibi Ripa nu.36. de adquir. poſſ. idem in
Rub.de cau.poſſ. & propr. nu.23.latiſſ. Ti-
raquel.in.d.præf.decla.7.in hoc ergo caſu,
ſi mortuo patre uera poſſeſſio ſtatim a ſpo
liatore occupetur,antequām ſit eam ingreſ
ſus naturaliter filius, an reſtitui ante omnia
debeat filius:dubium eſt nō leue, in quo no
ſtri interpretes mutarunt,& cōſtantes parū
ſibi fuerunt,Bal.n.in auct.defuncto. q.3. C.
ad Tertull.non eſſe reſtituendum docuit:il-
lum ſunt ſecuti Alex. in.l. in ſuis nu.9.de li.
& poſth. qui hanc eſſe receptiorem ſenten
tiam dixit Soc.ſen.cōſ.49:col.4.lib.3. Alex.
conſ.37.nu.5.lib.1.& conſ. 87.nu.9.li.3.Za-
ſius conſ.10.nu.22.lib.1.ſic Iaſ. in.l.ſi ſorori
col.ult.uerſ.2.limita. C.de iure delib.Paris.
conſ.1.nu.158.160.lib.1.conſ.54.nu.33.li.3.
Alcia.in tract.pręſump.in præfat.in.3.parte
nu.6.Zuccardus in.l.ult.nu.107.C.de ed.Di
ui Adria. toll.Fernand. Berenga.d. §. nihil
cōe prima parte nu.77.in fi.Cora.lib.6.mi

ſcella.iuris.ca.14.nu.4.uerum, quæ a Bal.&
ceteris relatis adferuntur fund.non illorum
348 ſententiæ ſuffragantur.text. enim †.l.1.C.
quorum bono.qui a Baldo citatur, non me
ruit allegari cũ in poſſeſſorio adipiſcendæ
loquatur,quæ poſſeſſio ſecundũ Soc.in.l.rẽ
quæ nobis nu.13.uer.4.& ult.de adq.poſſeſ.
hæredi tunc conceditur cũ nullo modo quę
ſita ſibi fuit poſſeſſio, ſed diuerſum in caſu
noſtro, in quo uirtute legis municipalis
tranſlata eſt poſſeſſio qua ratione & illud
diluitur, quo dicebant hi interpretes, hoc
unde ui interdictũ concedi ei,qui ſemelpoſ
ſed.t.l.1.§.hoc interdictum il.2.&.§.eum q.
neq; de ui & ui arm. & latè ſupra in antelu
dijs nu.2.& ob id huic hæredi nõ concedi,
cũ nunquã poſſederit,falsũ.n.hoc eſt,cũ ſa-
tis legis diſpoſitione poſſediſſe dicatur.tex.
349 aũt † l.ſi poſſeſſio quoq;.§.1.de adq.poſſeſ.
quo in hac alii adducuntur ſententiã, ad rẽ
non facit,dũ.n.affirmat nullam eſſe filii exi
ſtentis in poteſtate patris poſſeſſionẽ,ſequi
tur ut uita functo patre,nõ poſſit dici poſſe
diſſe & per cõſequens non poſſe uti interdi
cto,ſolum is tex.procederet in filio cum tñ
hæredes alii ſint quãdoq;, & hæredis quali
tas à qualitate filiationis diſtincta eſt.nec in
ter extraneos hæredes & ſuos quoad caſũ
hũc aliqua extat differẽtia,ut latiſſ.ſcrip.Ti
raq.tract.Le mort a ſaiſit le uiu.declar.3.n.
6.præterea conceſſo filium in patris uita nõ
poſſediſſe,eo tamẽ ipſo, quod mortuus eſt
pater ſtatim ex ipſius ſtatuti ui poſſediſſe di
citur. Non adiuuat pariter hanc ſententiã,
quod dicitur,quod quemadmodum poſſeſ-
ſeſſionis continuatio cõceſſa a iure cõi,è te
ſtatore in hæredẽ ad uſucaptionis effectũ:
p occupationẽ ab altero medio tpe factam
350 impeditur † l.poſſeſſio.de uſucap.l. Põp. §.
quæſitũ.de adqu.poſſ.ſic in caſu noſtro con
firmationẽ impediri,cũ ante uerã & natura
lẽ apprehenſionẽ hæredis alter occupat, ſi
ergo ceſſat cõtinuatio, & ita poſſeſſio ſpo-
liatus is dici non poteſt,huic.n. argumento
ſatisfacit Didacus Couarr.lib.3.uaria. reſo
lu.c.3.nu.6.uerſ.ſic &interdicto,in caſu.d.l.
poſſ.& d.§.quæſitum,poſſeſſionẽ fuiſſe ua-
cantẽ cũ ab altero occuparetur, in caſu ue-
ro noſtro uacantem nullo modo potuiſſe
dici,cũ eo ipſo,quod mortuus eſt teſtator,
ſtatim hæres poſſidere dicatur.Cõtrariã ita
351 q; ſententiã probauit ſibi parũ cõſtãs † Bal.
in.l.1.in fi.C.de appela.& in rubri.de cauſa
poſſ.& proprie:ut refert ibi Ripa nu.24.qui
hanc tandem & ipſe affirmaſſe uidetur ut
clarius fecit in l.1.§.hoc interdict.nu. 14. ff.
quorũ bono.in.l.ult.nu.135.C.de reuo.do-
na.& lib.1.reſponſ.c.1.nu.48.& eiuſdẽ ſen-
tentiæ uere fuit(quamquã pro contraria ci
tari ſoleat)Io.Fabri.§.ſui.Inſt.de hær.qual.
& differẽtia,& ſibi parũ conſtãs Iaſ.cõſ.85.
col.1.li.3.con.:45.col.:.li.4.hanc eſſe uerio
rẽ ſententiam & in Gallia ſeruari ſcripſit
nouiſſ.Rebuff.in comment.Regiarum cõſti
tutio.tomo 3.tit.de materijs poſſeſſorijs,in
præfatione nu.41. & ante eum Tiraq. in. d.
tract.Le mort a ſaiſit le uiu.6. parte. decla-
ratione.4.nu.4.ubi citat Dec.conſ.84.& ſi-
bi contrarium Pariſium conſ.21.n.12.lib.1.
& Bello.con.35.nu.8.& hanc,quam ueram
dixit,probauit Didacus.d.li.3.uaria.reſolu.
c.5.n.6.idẽ in Gallia ſeruari affirmauit Mo
linæ.ad Alex.conſ.37.nu.5.li.1.& conſ. 87.
nu.9.li.3.placuit hæc ſentẽtia Riminal.cõſ.
340.nu.8.li.2.Io.Crotto in l.1.nu.44. de ad
quir.poſſ.Franc.de Marchis.q.71.nu.4. Al-
ciat.reſponſo 256.nu.9.reſponſo 352. nu.1.
reſp.564.nu.14.Cephal.conſ.47.nu.41.li.1.
ex quorum dinumeratione poſteriorẽ hanc
ſententiam eſſe crebriorẽ,uidemus, & cui
ut probabiliori accedo, etſi non ignorem
plura ſolere adferri argumenta, quæ eam
non adiuuant,ut illud,quo dicitur etiam ex
352 iuris communis diſpoſitione † defuncti poſ
ſeſſionẽ in hęredẽ continuare.l.cũ miles.ex
quib.cau.maio.l.cœptam.de uſucap.quæ in
hanc ſentẽtiam citauit Io.Fabri.idem dicẽ-
dum eſt in caſu noſtro,ut abſq; apprehen-
ſione hæres poſſeſſor efficiatur & per cõſe-
quẽs ſpoliatus dicatur, hoc etenim corruit
353 fundamentũ cum tex.† d.l. cum miles, ſolũ
quoad uſucap.caſum procedat.d. l.cœptam,
&.l.nunquã in poſſeſſionibus.§. uacuum de
uſucap.quo in caſu licet iacens hæreditas
nõ poſſideatur.l.1.§.Scęuola. ff. ſiquis teſta.
liber eſſe iuſſus fuerit, in uſucaptione tamẽ
fingitur qualisqualis poſſeſſio. l. gerit. ubi
Roma.dicit ſingularem de adq.poſſ.& ſcri-
bit.Iaſ.in l.eius qui.2. nota. ff. ſi certũ peta.
& declarant glo.Bar.ceteriq; omnes in l.cũ
hæredes,de adq.poſſ.Tira.d.tract. Le mort
a ſaiſit le uiu. in præfatione declar. 3. nu.4.
ſed in caſu noſtro,fingi aliqua poſſeſſio nõ
poſſe uidetur.ut in ea interdictum recupe-
randæ locum habeat, quod in caſu ficto &
in proprio non procedit.l.1.§.ait pretor.de

ui & ui arma.Soc.autem in d.l.rem,quæ no
bis nu.13.in fi.huic hæredi reſtituẽdā eſſe
poſſeſſionē ait quia etſi ficta hęc dici poſſit
354 poſſeſſio.attamen † fauore animæ conſtitu
tum eſt,ſpoliatum quocũq; caſu eſſe reſtitu
endũ.c.reintegranda.3.q.1. ad caſum ergo
fictum extendi debet diſpoſitio:ut uidemus
355 in ſimili,fauore animæ diſpoſitionē † auth.
ſacramenta puberum ad caſus fictos exten
di,ut tradit Bar.in d.auth.ſacramenta pube
rũ nu.19.ubi longa apoſtilla,& ibi Cur.ſen.
nu.47.C.ſi aduer. uẽditio. Craue. de antiq.
tẽpo.prima part.4.partis princi. nu. 10. Sed
Soc.argumentatio procedit in diſpoſitione.
d.remedij ex.c.reintegranda, quod ſuo lo-
co dicemus,iam.n.in interdicto unde ui,cō
ſtat eſſe rationem differentiæ, poſteaquam
non extenditur ad caſum fictum.d.l.1.§. ait
prætor. de ui & ui arma. corruit & illa ar-
gumentatio Crotti in d.l.1. nu. 44. de adq.
poſſeſſ.dum inquit quod quẽadmodum ciui
lis poſſeſſio dicitur uera,nō ficta: ſic & ciui
liſſ.ut ergo pro ciuili datur interdictũ unde
ui.l.1.§.ſiue autem corpore.de ui & ui arm.
ſic &pro ciuiliſſima,corruit inquàm poſtea
quàm crebrior eſt interpretum ſententia
356 † ciuiliſſimam poſſeſſionem eſſe non ue-
ram, ſed fictam & artificioſam ut tradit Ri
pa.in rub. de cauſ.poſſeſſ. & proprie nu.24.
& teſtatur cōmunem Tiraq.d.tract.Le mort
a ſaiſit le uiu. in præfat. decla. 7. nec a pari
procedit ciuiliſſ.hæc poſſeſſio, cum illa ex
clauſula conſtituti: ut falſo opinatur præci
357 tatus Crottus,etſi illa poſſeſſio † ex conſti
tuto actu ficto tranſlata,uera dicatur.l.cer-
te.§.j.deprecario omnes.l.quod meo. de ad
quir.poſſ.Bar.l.ſi is,qui pro emptore nu.70
ibi.Iaſ.nu.350.396.de uſucap. non idem eſt
in hac noſtra,cuius differẽtiæ eſt ratio.quia
in caſu iſto nullo geritur actus uel a teſtato
re,qui poſſidere deſinit,uel ab hærede, qui
poſſidere incipit,ſed quod cōceditur, legis
diſpoſitione totum cōceditur, at in caſu cō
ſtituti partes operantur, quoniā uult conſti
tuens ex eo actu poſſeſſionis cauſam muta-
re glo.l.quædam in uerbo.poſſeſſionem de
rei uend.immo ex quo dominium transfert
is conſtituens, dicitur & poſſeſſionē trans-
ferre:cum dominium ſine poſſeſſione non
trāsferatur.l.traditionibus C.de pactis, An
gelus in d.l.quædam,quē ſecutus eſt Tiraq.
tract.de iure cōſtituti prima par. nu.3. Nec
358 ad rem facit † tex.c.cōtingit.de dolo & cō
tuma. quo dicebat Crottus probari,poſſeſ-
ſionem illam dici ueram, quæ ſine apprehē
ſione acquiritur,nā is tex.loquitur de poſ-
ſeſſione actori adiudicata,qui elapſo dein-
de anno in rei contumaciam,uerus efficitur
poſſeſſor,cuius inquā contumacis patien-
tia traditionis loco eſt, ut ibidem declarat
Bal.& Tira.d.Tract.Le mort a ſaiſit le uiu.
in præfatione decla.6.nu.12.quare hanc cō
munē & uerā ſẽtẽtiā eo iuuari ſolo animad
uerti fundamento, quod perpenſum uideo
a uiro diligentiſſimo Didaco Couuar. li. 3.
uaria.reſol.ca.5.nu.6.uerſ.ſic & interdicto.
Cōis & uera eſt ſententia ex ui ſtatuti, poſ-
ſeſſionē poſſe abſq; aliqua apprehenſione
transferri,ut docuit Bart. in. l.cum unus.§.
ult.uerſ.ex quo nota.ff.de bo.auth.iud.poſ.
quem cæteri ferè omnes ſecuti ſunt, ut re-
tulit Tiraquel.d.tract.le mort a ſaiſit le uiu.
declaratione.6.n.5.quo fit ut eo ipſo,quod
mortuus eſt teſtator, ſtatim hæredem eſſe
effectum poſſeſſorem, & apud eum per tem
poris momentum ſaltem poſſeſſionem ad
fuiſſe dicitur,ad quā ſi is,qui eam poſtmo-
dum occupauit illum non admittat.ſpolia-
re dicitur, ut in ſimili dicimus in tranſlata
poſſeſſione ex conſtituto(etſi caſus fortior
359 uideatur)uel ex precario.† ſi conſtitutarius
uelit admitti ad naturalem poſſeſſionem,
& impediatur,ſpoliari dicitur,ſic Bart. in l.
non ab re C.unde ui,Afflict.deciſ.40.nu.14.
Tiraq.tract.de iure conſtituti, prima parte.
nu.69.una eſt ſola difficultas, interdictũ un
de ui ad caſum fictum non protendi. d. l. 1.
360 §.ait prætor † dico ea ratione illud ibi olim
in ueteri interdicto factũ, quia in perſonā
cōcepta erant uerba, a quibus recedere nō
licebat,ſed poſtmodũ declaratum fuiſſe ui-
demus,ut ad caſus fictos & improprios tra
361 hatur,ut mādantē ligat,& mandatariũ† d.l.
1.§.deiecisse.de ui & ui arma.cū tamen mā
362 dans † impropriè ſpoliare,ac ficte delinque
re dicatur,ut tradunt oēs in l. ſi is, qui pro
emptore.ibi Iaſ.latiſſimè nu.361.de uſucap.
latiſſimè quoq; Petrus Placa Hiſp.in Epito
me delicto.cap.15. quod & uidemus cōceſ-
ſum in interdicto,quod ui aut clā.l.aut,qui
aliter.§.fin.& l.ſeq.ff.quod ui aut clam. qua
ſententia crebriore probata, non eſt quod
ad illā Ripæ diſtinctionē confugiamus,quā
is facit in l.j.nu.37.de adq.poſſ.inquit enim
aut ſtatutum transfert poſſeſſionem ipſo iu
re ex defuncto in hæredem abſq; ficta tra-

ditione,ut hoc caſu procedat illa ſententia negantium interdictum unde ui non conce di.aut ſtatutum transfert, ſeu continuationem inducit fingendo aliquem actum fictũ, & tunc tranſit uerè in hæredem poſſeſſio, cum hoc caſu tantum operetur fictio, quantum ueritas,iuxta.l.adoptio de adoptio. & ideo hoc caſu interdicto unde ui locus erit, & procedet communis ſententia. nam hæc diſtinctio non eſt uera,quam & reiecit Tiraquel.d. tract. le mort a ſaiſit le uiu. 6. parte declaratione.4.nu.7. ut apud eum. & communis hęc,quã probamus ſententia,fortius procederet,quando ſtatutũ diſponeret poſſeſſionem e teſtatore,in hæredem transferri non obſtante alterius occupatione: ſic Zuccardus.l.ult.nu.107.uerſ. q cõmunis.C. de ed. diui Adr. tollen.citat Bal. in.c.cõtingit.de dolo & contuma.

Declaratur tamen communis hæc ſenten
363 tia,non procedere,cũ ipſemet teſtator † uiuens ſpoliatus fuit,ceſſat.n. tunc poſſeſſionis continuatio,& per cõſequens ſpoliatio in hæredis perſonam:ſic Guliel.Benedictus, in cap. Raynutius in uerbo.mortuo itaque teſtatore.nu.78.de teſta. quem ſecutus fuit Didacus.d.li.3.uaria.reſolu.cap.5.nu.6.Zuccardus.d.l.ulti.nume.108. C. de edicto diui Adr. tollen.poſt Alex.conſ.83.num.3.lib.2. Afflict. in cap.1.§.ſciendum,in fi.de feudi cognit. quam declarationem intellige: niſi in
364 tra annum ſpoliati hæres † nomine teſtatoris agere uelit,quod poſſe uidetur ſecũdum glo.in.c.cum ad ſedem.in uerbo. interdictũ de reſt.ſpol.argumento.l.1. §. hoc interdictum.i.l.2.de ui & ui arma. ca.ſignificauerit ubi glo.in uerbo.ratione.de teſtib. ubi Abbas.in 3.notab.quos fuit ſecutus Tiraquel. d.tract.le mort a ſaiſit le uiu.6.parte declaratione.4.nu.8.quod in praxi ſæpiſſimè cõtingit,& iam obſeruari uidi. & hoc caſu de
365 clarari poteſt ſtatutũ Papiæ. 54. † de poſſeſſione uiolẽta uel clandeſtina &c. in illis uerbis,uel ab eius prædeceſſore tunc temporis uerè poſſidebatur,quæ uerba oſtendũt,ſucceſſorẽ ſpoliati poſſe agere pro ſpolio cõmiſſo cõtra ſuũ prædeceſſorem ,cũ uerba illa,tunc tẽporis poſſidebatur,reſpiciant præteritum, ita ut intelligantur, iam prædeceſſorem poſſidere deſiſſe, & ſucceſſorẽ poſſe agere,quod intra annũ a die quo ſucceſſit intelligitur, ut ſtatim admonui.

Quæro.37.an hic ſpoliatus,cui ante omnia poſſeſſio reſtitui debet, reſtituatur, &
366 ante omnia fructus † & acceſſiones, & reſtitui debere cenſuit gloſ.in capit.1. in uerbo. reſtitui.de reſtitut.ſpolia. ex claro tex.cap. grauis.eo. tit. & probat tex. l. uideamus.§. in Fauia.de uſuris.omnes.in.d.capit. grauis Ripa.in.d.l.naturaliter.§. nihil commune. nu.50.de adquir.poſſeſſ. Cur. Iun. conſ.41. in fi.Pariſ.conſ. 1. nu. 147. lib. 1. Alcia. reſponſo.370.num.5.Plotus Nouarien. in.l.ſi quando nu.732. C. unde ui, Aegidius Boſſius tract. cauſarum criminalium.tit. de pluribus uiolentijs.n.32.qui alias ſubijcit quæſtiones,præſertim quando integra fructuũ reſtitutio non eſt facta,quo obijci poſſit agenti poſteà petitorio, quod non attingo, cum præſentis inſtituti non ſit. rationem alias ſupra in anteludijs attuli,quia reſtitutio, dicitur in priſtinum repoſitio. l. quod minor.§.reſtitutio,de mino. probat.l.uerũ. §.1.l.patri. §. ſi pecuniam. de minor. in. l. ſi prædium.C.de predijs mino. intelligitur tamen quando probata fuit uiolẽtia, alias.n.
367 ubi domus † uacua ſine uiolentia,fuiſſet occupata,is ſpoliatus,fructus non conſequeretur.ſic egregiè declarat Rota in nouis Deciſ.tit.de reſti.ſpolia. Deciſ.10.non ſufficit, & ibidem Deciſ.14. Ex præmiſsis, intelligit,quoad cætera omnia reſtitui, quæ ſunt connexa,ſecus ſi ſeparata nec ab una dependerent,ſic contra tertium, qui habet tit. coloratum non uenire fructus,qui percipi potuerunt Rota in Deciſ.antiquis.tit. de reſti. ſpolia.Deciſ.10.& ult.in ipſo met ſpoliatore, qui aliquam coloratam cauſam habuit occupandi,cætera autem ad fructuum reſtitutionem ſpectantia,latiſſimè infra in remedio ex.c. reintegrãda.in.q.33.diſcutiemus, ubi latiſſimè agemus,quos fructus ſuos faciat poſſeſſor,& quos non.illa una tñ nũc explicatur difficultas, quæ non mediocriter interpretum ingenia exercuit, quonam modo fructus,qui percipi poterant, cõputentur, an ſcilicet relatione habita ad
368 ſpoliatoris † perſonã,uel ſpoliati potius,& conſiderata ſpoliati perſona cenſuit glo.in l.fructus.in uerbo.reſtitui.ff.de rei uẽd.Bal. in.l.ſi nauis. in fi. ff. eo. de rei uen. Butrius in.d.ca.grauis,quã ſentẽtiam probat is tex. l.ſi nauis,& in l.apud Iulian.§.1.de lega.1.et in.d.cap.grauis.in.l.ſi de poſſeſſione. C.unde ui. Aduerſari tamen uidetur huic ſententiæ tex.in.l.Domum. C.de rei uend. ubi re-

latio ad ſpoliatoris perſonã habetur. dum
inquit domus occupatorē, reſtituere quod
percepit,uel percipere poterat,ut hanc diſ-
ſolueret antinomiam Bart.laborauit multū
369 nec fęliciter ſatis. Primo enim † in.l. ex di-
uerſo.§.1.nu.4.uerſ. quid dicemus. ff. de rei
uend.diſtinguit.aut conuenitur ſpoliatus ab
eo,qui non aſſerit ſe dominum, & tunc ſo-
lum ueniunt fructus,qui a ſpoliatore perci-
pi potuerunt, quod primum diſtinctionis
membrum, nec lege, nec ratione probauit
Bar.quin illi aduerſatur tex.d.cap.grauis,&
l.ſi de poſſeſſione.C.unde ui.aut inqt Bart.
conuenitur ratione dominij, & iure dige-
ſtorum intelligitur de percipiendis ab ipſo
petitore,iure uero Codicis,de his,qui perci
pi potuerunt ab ipſo poſſeſſore,Nec(inquit
Bart.) lex codicis corrigit in eo,quod dici-
tur de percipiendis à petitore, ſed in eo,
quod prohibet de percipiendis a poſſeſſo-
re.erit ergo in electione agētis petere,quos
uelit modo, uel habita relatione ad ſuam
perſonã,uel ad illam conuenti petat.Quod
ſecundum diſtinctionis caput,non eſt pari-
ter uerum,quia, etſi iure digeſtorum conce
datur fructus petere habita relatione ad a-
ctoris perſonam, non tamen prohibet quin
poſſint peti habita relatione ad poſſeſſorē,
rurſus nō ne in hoc ſaltem corrigeretur? ut
ipſemet Bar.ſentit,quod in dubio conceden
dum non eſt. quod ergo inquit Bar. eſſe in
electione uerum non,cū uerius eſt in diſpo
ſitione ſit.accedit præterea,quod tex. in.d.
l.ſi nauis.§.ult. generaliter loquitur ſiue iu
re dominij ſiue alio iure agatur. ſcđo ergo
370 loco idē Bar.in † d.l.domū.C. de rei uend.
diſtinguebat,aut actor uult ſe referre ad il
lud, quod percipi potuiſſet ſingulariter, &
relatio tunc ad actoris perſonã habebitur.
d.l.ſi nauis.§.ult.aut actor uult ſe referre ad
illud,quod percipi communiter potuiſſet,
& tunc eſt differētia ad cuius perſonam ha
beatur relatio,quia ſemper communis æſti
matio conſideratur,Bar.aſſentiunt Alex.in
l.apud Iuliam.§.fructus circa med. deleg.1.
Barba.conſ.80.col.12.circa med.li.3.Ruin.
conſ.161.nu.19.in fi.lib.4.& ueram ac com
munem eſſe Bar.diſtinctionē, teſtatur Boe.
q.268.num.3.qui.nu.4.ſubijcit, eam in iudi
ciis ſeruari,& hanc fuiſſe ante Bart. diſtin-
ctionem, Gugliel. a Cuneo,retulit.Nō pla
cuit hæc Bar.ſententia Dec. in.l.Generali-
ter.num.5.de reg. iur. ut nec Matheſ. nota.
160.Nota,quod &c.nam inquit Dec.primū
diſtinctionis membrum falſum eſt, cum ſin
gulare actoris intereſſe non ſoleat conſide-
rari.l.ſi ſeruum.ad.l.Aq.l.pretia rerum. ad.
l.Falcid.l.furti. in prin.de furtis.confert,qđ
ſcribit Bart.in.l.cotem ferro. §. qui maxi-
371 mos.num.8.ff.de publica.fructus † non eſſe
æſtimandos,ut ſemel percepti ſunt, ſed ut
cōmuniter conſueuerunt percipi. Bar. ſunt
ſecuti Pariſ.conſ.55.num.45.lib.3.Grāma.
Deciſ.76.nu.14.uerum a Decij impugnatio
ne Bar. diſtinctionē poſſe defendi,quādoq;
animaduerti,cum in caſu noſtro iam conſti
tutum ſit,fructus conſiderari relatione ha-
bita ad perſonam ſingularē, licet in.d.l.do-
mum. uideatur conſiderari rei perſona; &
d.l.ſi nauis.§.ult.& in d.l.ſi de poſſeſſione,
uideatur conſiderari perſona actoris, unum
hoc eſt, quod conſideratur perſona ſingu-
laris,quæ ſanè perſona ſingularis, non æſti
mabit ſola ſua affectione,tot fructus potuiſ
ſe percipi:ſed neceſſe habebit hoc probare,
372 & hoc caſu ceſſabit regula. † l. pretia. re-
rum ad.l.Falcid. quia ibi conſideratur inter
eſſe,quod eſt in ſola affectione animi, & ap
petitu nos autem ſumus in caſu ueritatis,
quia actor probando,quod ſi ipſe fuiſſet in
poſſeſſione,percepiſſet tot fructus, non in-
nititur affectioni,ut lucrum,quodammodo
captet,ſed innititur ueritati, ne damnū ſen
tiat. Arbitror tamen alia ratione Bart. in
primo hoc diſtinctionis membro minus re-
cte ſentire.nam in.d.l. domū habetur ratio
fructuū,qui ſingulariter percipi potuerunt,
& tamen rei conuenti perſona cōſideratur,
nec reddit rationem Bart. cur magis ſic in-
telligi debeat tex.l.ſi nauis.§.ult.quam tex.
d.l.domum. ſecundū membrum diſtinctio-
nis Bar.inquit Dec.eſt ſine difficultate uerū
quia ſi habetur relatio ad cōmunem ęſtima
tionē,nec actoris nec rei perſona obſerua-
bitur.quaſi uelit dicere Dec.res eſt clara.ut
tradit & Boe.d.q.268.nu.4.& ſi rectè perpē
datur ſecundū hoc diſtinctionis membrū,
nihil confert ad conciliandā præcitatam le
gum antinomiā,quæ non cōmunem;ſed ſin
gularis perſonæ conſiderant æſtimationē.
Perpendebam olim conciliationem, quam
poſteriore loco attulit uir diligentiſſimus
373 Petrus † Loriotus in. l. fructus. col. 11.de re
gulis iuris: dum ſic diſtinguendū putat. aut
reſtituuntur fructus actione mota, aut iudi
cis officio iuxta.l.ſi non fortē.§.libertus,&

glo.l.in ſumma.§.ei qui.de cond.indeb.glo.
l.pro ſocio.§.ſi tecum.ff.pro ſocio,iuncta.l.
utiq; in prin. de rei uend. Primo caſu, cum
per actionem petuntur attendendum eſt,qd
ipſe percipere potuit litis conteſtatæ tem-
pore.l. præterea.ff.de rei uend. & hoc caſu
procedit tex.d.l.ſi nauis. §.ulti. & hoc caſu
eſt ratio(inquit Loriotus,) quia petitor, cũ
fructus petit, ius non ex eo metitur, quòd
poſſeſſor occupauit:ſed ex ſuo iure,iuxta.l.
1.§.1.ff.ſi pars hæred. pet. ideſt ex eo, quod
ipſe percipere potuit,non ex eo,quod poſ-
ſeſſor ſua induſtria.l.3.in prin.ad.l.falcid.ne
que ex eo,quod habuit.d.l.ſi nauis. §.ult.d.
l.apud Iulian.§.1.uerſ.nec quos hæres per-
cepit.ſecundo caſu, cum fructus officio iu-
dicis reſtituuntur,ꝙ fit qñ res tantum peti-
tur,quoniam actio de ſola re mota, nõ con
tinet fructus.l.fundum.uerſ.item.ff.de exce
ptio.niſi poſtquàm lis eſt conteſtata, quia
ueniunt tunc officio iudicis.l.uideamus ge-
neraliter.§.ſi actionem uerſ.quod ſi.ff.de u-
ſuris,hoc ergo ſecundo caſu conſideratur,
quid ipſe poſſeſſor percepit,& percipere po
tuit.l.1.in fi.C.de petitio.hæred.uel debuit.
l.ſed etſi lege.§. ſed & fructus.ff. de petitio.
hæred.& hoc caſu procedat.d.l.domum, ꝗ
loquitur cum res ſolum eſt petita,ut ibi cõ
ſtat domum ſolam in controuerſiam poſi-
tam fuiſſe.ſic etiã intelligitur.l.2. C.de fru-
ctib. & litium expen.cuius rei eſt ratio ſe-
cundum Loriotum,quia ex quo hoc ſtatim
iudicis officio.is iudex magis tuetur partes
poſſeſſoris.quàm petitoris.§.ult.inſt.de per
pe.& tempo.actio.pronior.n.eſt ad liberan
dum iudex,quàm ad condemnandum.l.Ar-
tianus.ff.de actio.& obliga. Quæ ſanè ſubti
lis conſideratio,eſt dubia, quia non medio-
criter diuinat, & ad.d.l.domum.in qua non
plus conſtat ſolam petitam fuiſſe domum,
quam cum fructibus,& ad.l.ſi nauis. §. ulti.
in quo non conſtat fuiſſe petitos fructus ꝑ
actionẽ,cum generaliter loquatur, quando
agitur de fructibus æſtimãdis,nec diſtinguit
ſeu declarat qũo petiti ſint,immo principiũ
tex. ſuadet rem fuiſſe petitam, ut ibi nauis
petitur,& in conſequentiam fructus. acce-
dit præterea,non eſſe abſolutè uerum, peti-
tionem,reſtitutiones rei non continere, &
fructuũ reſtitutionem, hoc patet in caſu no
ſtro, ubi uerbum reſtituo ſui natura, conti-
net & reſtitutionẽ fructuum. d.l. uideamus
generatim.§.in Fauiana. de uſur.d.cap.gra

uis.de reſtit. ſpolia.& ſuprà diximus in an-
teludijs, quod animaduertens Loriot. poſt
aliam a ſe recenſitam difficultatem. in iudi-
cis ponit arbitrio, ut apud eũ. Cogitabam
374 itaq; an conciliari iura ſic poſſent, † ut dica
mus idem eſſe ex.d.l.domum diſpoſitum, ꝙ
ex.d.l.ſi nauis.§.ult. & cæteris nam.in.d.l.ſi
nauis.§.ult. ideo conſtituitur, actorem poſ
ſe petere quantum ipſe fuiſſet conſecututus
ſi in ſua poſſeſſione permãſiſſet, quia ſic pe
tendo petit omne damnum,quod ſenſit cau
ſa noui poſſeſſoris:modo hoc idem diſpoſi-
ſitum eſt.in.d.l.domum dum cõſtituit Gor
dia.petitorem conſequi poſſe,quod perce-
pit, & percipere poterat ille occupator,de-
inde ſubdit,& omni cauſa damni dati &c. ſi
ergo actor habebit relationem ad perſonã
rei & conſequatur, quod ille percepit cum
omni cauſa damni dati,non eſt dubiũ,quod
tantum conſequetur,quãtum ſi peteret fru
ctus,quos ipſe actor percipere poterat, nã
damnum is dicitur pati,qui lucri ſpem amit
tit.l.proinde.la.1.§. ult. &.l.ſeq.ff.ad. l. A-
quil. ſic & damnum dicitur, quis ſentire cũ
lucri ſpem amittit.l.2. §. merito uerſ.dam-
num.ff ne,quid in loco pub.glo.in.l. nõ am
plius.§.1.delega.1.quare in locatore eum di
375 cimus † damnum ſentire, qui fructus alte-
rius cauſa deuaſtatos, & deperditos collige
re non potuit.l.ſi merces.§. uis maior.l. ex
conducto.§.ſed & ſi habes. §. ſi uis tempe-
ſtatis.ff.locati.l.damnum.C.de locato,egre
gie conſuluit Soc.Iun.in conſ.78.nu.16.li.2.
376 quinimo † damnum is dicitur ſentire, qui
ſuam uoluntatem implere & ſuo deſiderio
ſatisfacere impeditur,ut probat tex.§.prete
rea.inſt.de actio. ut eo adductus ſic cenſuit
Bar.in.l.ſi filius,qui patri.n.7. circa med. de
uulgari.Soc.in rub.ff.ſol. ma.nu.60. Tiraq.
de retractu conſang. in præfatione nu. 25.
& Io. Iaco. de Leonardis inter conſ. Bruni
conſ.114.nu.56.& ita intelligi debent.l.1.§.
ult.C.de petitio.hæred. & l.2.C.de fructib.
& litium expẽ.&.l.ſed etſi lege.§.ſed,& fru
ctus.ff.de petitio.hære.&.l.ait prætor.§.per
hanc.ff.de his,quæ in fraud.cre. ut ſcilicet il
li ſuppleantur illa uerba cum omni cauſa
damni dati.ex.d.l. domum cum incongruũ,
non ſit unam legem ſuppleri ex altera,& di
ſtingui declarariq;.Aduerſus quoque com-
munem ipſam concluſiouem aduerſari uide
377 rur tex. † l. cum autem.§.ult.de ędilitio edi
cto,ubi fructus reſoluto cõtractu reſtituun-

tur,non quos non potuiſſet conſequi uendi
tor,ſed quos eſt coſecutus emptor, qui poſ
ſidebat,ſicq; poſſeſſoris perſona inſpicitur,
uerum declarabam olim non diſcerni ibi q̃
ſit perſona actoris & perſona rei conuenti,
eum æqualis ſit hic inde reſolutio, ex quo
enim emptor uult principaliter ad ſui com-
modum contractum diſſolui,detrimentum,
quoq; illud ferre debet.ut quæ accepit reſti
tuat omnia:uel ſi placet ſic declara,ibi con-
tractum ipſo iure reſolui ideo non mirum ſi
omnia hinc inde reſtituuntur perinde ac ſi
nihil unquam fuiſſet actum, hinc uidemus
eo caſu acceſſiones omnes reſtitui, ut in.d.
378 §.1.dicitur,& ſimilis eſt tex.in. † l.ſi homi-
nem de uſucap.quem ſic intelligit Ruin.cõſ.
33.nu.3.lib.1. ſic dicimus,cum contractus p
adiectionem in diem uel per pactum legis
379 cõmiſſoriæ † reſoluitur, tunc enim omnia
hinc inde reſtituuntur.l.quod dictum eſt. &
l.Imperator.de in diem adiect.l.cum fundus
in prin.de lege commiſſo.declarat Tiraq.de
retractu conuentio.§.5.gloſ.2.nu.2.3. Tex.
380 autẽ † l.cum hæreditas.ff.de petitio. hæred.
qui & ipſe aduerſari communi ſententiæ ui
detur,dum cõſideratur ſola poſſeſſoris per
ſona.ſic intelligitur,ut loquatur de fructib.
uerè ab ipſo poſſeſſore perceptis, quos ex
honeſtate reſtituere tenetur iuxta.l. ſi poſ-
ſeſſor ex hæreditate. illo tit. niſi enim reſti
tueret locupletaretur,quod non licet.

381 Quæro.38.utrumne in hoc † iudicio, fi-
lius familias,ſine patris cõſenſu eſſe poſſit:
& poſſe conſultus reſpondit Baldus conſ.
217.uerba libelli.col.3.uerſ.2. principaliter
dubitatur.lib.2. a cuius ſententia,non uide
tur recedere,Petrus Rebuffus in commen-
tarijs Regiarum conſtitutio. in titulo de
materijs poſſeſſorijs articulo.7.glo.1.num.
382 13.quo loci idem in cæteris oĩbus † cauſis
poſſeſſorijs uerũ affirmauit ex.l.1. C. ſi per
uim uel alio modo,&.l.ultima.C.qui legiti
mam hab.perſo.ſtandi in iudicio. Quin eo
loci,ſcripſit idem Rebuffus.nu. 32. uxorem
383 † ſine uiri mandato,in cauſis his poſſeſſorijs
agere poſſe. uerum ipſemet Baldus (ut ſui
moris eſt) ſibi parum conſtans in conſ.492.
In cauſa uertente inter li.3.aliter reſpondit
nempè filiumfamilias in iudicio recuperan
dæ poſſeſſionis, experiri non poſſe ſine pa-
tris conſenſu,quam ſententiã affirmauit cla
rius Franc.de Marchis.q.69.hanc ipſe docto
rum controuerſiam non diſcutio.ſed eã ſuo
loco fuſius tractandam reſeruo in 15. ſcili-
cet remedio Recuperandæ poſſeſſionis ex.
cap. reintegranda.3.q.1.in quæſtione.23.

384 Quæro.49. utrumne cum hoc † interdi-
cto agitur, neceſſe ſit ſpoliationis factæ tẽ
pus in libello deſcribere: & deſcribendum
eſſe cenſuit Bar.ib.l.1.§.ſiue autem.nu.2. de
& ui arma. Alexand.conſ.6. nume.2. lib.3.
Soc. Senior conſ.109.col.1.lib.3.& in.l. rem
quæ nobis.num.14.uerſ.dubitatur etiam.ff.
de adquirend. poſſeſſ. Afflict. Neapol. de-
ciſ.250.& in cap.1.num.20. de milite uaſſa.
qui contumax fuit. Rober.Maranta.de or-
dine iudiciorum.7.diſtinct. iudic.nu.21.26.
385 27. ea ratione omnes adducuntur,quia † in
famiam irrogat.l.1.§.interdictum hoc.de ui
& ui arma. glo.in.l.neque eo titulo,& pro-
bat tex.in.l.honori,& in.l.licet.ff.de obſeq.
a liber.præſta.at in caſibus in quibus irroga
386 tur † infamia tempus in libello ſolet appo-
ni.l.item exigit.ff. de dolo.l. prætor edixit
ubi Bar.ff.de iniurijs, idem ergo dicendum
eſt in caſu noſtro.

Extenditur primo procedere etiam ſi ex
387 hoc ipſo interdicto. † unde ui, ageretur ci-
uiliter tantum ad ſolius poſſeſſionis recupe
rationem,nam tunc eſt neceſſaria temporis
appoſitio,cum nulla ſit differẽtia, quòd uel
ciuiliter,uel criminaliter agatur, cum utro-
que caſu irrogari dicatur infamia. Nec me
mouet,quod contrarium reſponderit inter
rogatus Soc. Sen.d.conſ. 109. col.2.libro.3.
quia ſingularis eſt, & nullo iure ſuffulta il-
lius opinio,cæteri enim relati interpretes,
abſolutè utroq; in caſu loquuntur, quin ip-
ſemet Soc. ibidem col.1. uerſi. ſed præmiſ-
ſis.&c. ſentit contra ſe crebriorem eſſe ſen
tentiam. Nec quæ citantur iura a Socino,il
388 li opitulantur. tex.enim in † cap. cum dile-
ctus.de ordine cognit. etſi ſentiat libellum
eo in caſu ſine diei appoſitione fuiſſe por-
rectum non tamen is tex.ad rem facit,cum
ibi relata ſolum fuerit dubitationis ſubſtan
tia, quæ inter partes uertebat, an ſcilicet,
anterioris ſpoliationis exceptio nouum
ſpoliatum agentem impedire poſſet, & cũ
libellus in ea cauſa porrectus, non fuerit
ex integro,ſed ſolum narratiuè per tranſen
389 nam quodammodo relatus, non eſt † in
uerbis narratiuis conſtituendum ſolidũ fun
damentum iuxta notab. gl.in.l.unica. in gl.
magna. in.3. parte. C. quando non peten.
partes &c. ubi latiſſimè Iaſ.nume. 22. Cur.

Iun.conſ.59.nu.5.cōſ.125.nu.6.Tiraq.in l.ſi unq̃ i uerbo.libertus.n.37.C.de reuo. dona. Rurſus eſt diuinare,quòd in caſu.d cap.cum dilectus intentatum fuerit hoc interdictum unde ui,quin potius dicendum eſt,fuiſſe intentatum remedium reintegrandæ, ut iuris Pontificij,& magis conueniēs.Non pariter urget illud, quo adducitur Soc. d.conſ.109.
390 col.1.dum inquit,quòd quotieſcunq; † ciuiliter agitur in eo caſu,in quo alias criminaliter agi poteſt, non apponi tempus, etiam ſi infamiam irrogaret, cum in cauſis ciui libus neceſſaria nō ſit temporis deſignatio. l. ult.C.de annal.exce.& huius opinionis fuit Fulgo.& Are.ut refert & probat Iaſ.in.l.edita nu. 22. C.de eden.quia reſpondetur crebriorem ſententiam. eſſe in oppoſitum, ſic Bar.in.d.l.prætor edixit in prin.de iniurijs, ubi longa appoſtilla, communem teſtantur Dec.in.d.l.edita.nu.38.& Cur. Iun. nu. 110. Gomes. Inſt. de actio. in prin.nu.44.Quam obrem defendi iure non poteſt Socini ſententia.

Extenditur ſecundo procedere etiam par
391 te non opponente nam, & tunc † is libellus ſine temporis deſignatione nō procedit;cū ipſo iure nullus ſit, quare partis oppoſitio non eſt neceſſaria,licet aliter ſenſerit in noſtris terminis Soc.d.conſ. 109.col.2.uerſ. 3. principaliter &Gomes.Inſt.de actio.in prin. num.45.ſed communis ſententia aliter ſe habet ut ex relatis ab ipſo Gomes:intelligere poſſumus,& quàm ueriorem arbitror,nam, ſi quoad hunc actum, cauſa hęc ciuilis crimi
392 nali æquiparatur, ut ex relatis patet,in † criminalibus,eſt clarum, libellum deficientem in ſolemnibus,eſſe nullum,etiam parte non opponēte,ut patet in generali libello.Dec. l.edita nu.6.C.de eden.

393 Extenditur.3.procedere etiam ſi is † ſpoliatus agens,probaret ſe ante ſpoliationem poſſediſſe, quia non ſufficit, niſi tempus in libello fuerit appoſitum. Nec me mouet, quòd contrarium, (& malè) reſponderit Barba. conſil.4.col.ultima lib.3. ubi inquit, ſufficere,ſi præſumptiuè probetur, probando ſcilicet antiquiorem poſſeſſionem, quia ſtatim ſequitur poſſeſſionē ſpoliatoris præſumi clandeſtinam , & uitioſam,nam quædam in eſſe præſumuntur eo ipſo,quòd cōtrarium non probatur.l.1. C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcal.lib.10.glo.l.1.C.de teſta. mil.ſic Barba. declarat & intelligit Bar.in.l. 1.§.interdictum autem. de ui & ui arma. & āte Barba.ſic ſenſiſſe uiſus eſt Abbas.in cap. cum ad ſedem. num.17.de reſtitutio.ſpolia. & malè ut iā admonui,nam,ſi in libello dies & tempus factæ ſpoliationis eſt apponendum,ſequitur,quòd etſi ex probationibus inſurgat,nouā poſſeſſionem eſſe clandeſtinā, id, effectum parit reſtituendæ poſſeſſionis, non ut poſſeſſor oſtendatur ſpoliaſſe , quo infamia hac notetur.Rurſus,ſi in libello eſt tempus deſignandum , non certè erit ſatiſfactum, etſi,præſumptiuè tempus incertum ex probationibus demonſtretur, unū enim oſtendit poſſediſſe , alterum uerò tempus, quo non poſſidere deſijt.

Declaratur nunc hæc concluſio,non pro
394 cedere in hac † Regione Pedemontium, & in Sabaudia ex decreto Ducali , ſub rubr. de reſtitutio. ſpolia.quo eſt cautum: in cauſa ſpoliationis eſſe procedendum ſola facti
395 ueritate inſpecta , ut etiam Papiæ † cautum eſt ex ſtatuto. 54. in ciuilibus , ſub rubr. de poſſeſſione uiolenta , uel clandeſtina reſtituenda , hoc enim caſu non eſt in libello apponendum tempus factæ ſpoliationis. ſic Alexand. conſil. 6. col.1. uerſic.tamen hoc non obſtante. & uerſ. accedit. lib.3. & clariſſimè hoc affirmauit Afflictus Deciſ. 250.
396 dum loquitur in conſtitutione † Neapolitana , diſponente in cauſis ſummariè, & ſola facti ueritate inſpecta,eſſe procedendum, ut in omnibus cauſis proceditur in hac regione , ex nouis decretis Sereniſſimi Ducis
397 noſtri , eſt ratio , quia † temporis appoſitio eſt de ſolemnitate rigoroſa iuris ciuilis, ut eſt text. in. l. libellorum in principio de accuſatio. Alexander, qui ſupra & Socinus.d. conſil.109.col.2.uerſic.ſecundo principaliter, non mirum ſi dicitur reiecta ex ſimilibus conſtitutionibus.

398 Quæro.40.an ante † omnia reſtituatur is qui ſe iure ſepeliendi ſpoliatum dicit. & reſtituendū non eſſe omniū primus affirmauit Inno.in.cap. cum liberum.de ſepul.quem ſecutus fuit Rota in Deciſionibs antiquis, in titulo.De cauſa poſſeſſionis,& proprietatis. Deciſ.1.nu.2. idem cenſuit Geminia.in cap. non ſolum in fine.de appella.in.6. Felyn.in. cap.ſicut Iudæi.col.1.uerſ. item nota ibi. de Iudæis.& hanc ſingularem eſſe noſtrorū doctrinā,tradit Marſil.ſing. 199.in iure expreſſum.addo ipſe eiuſdem ſententiæ Rotam in deciſionibus antiquis,in titulo. ut lite pendente

dente.Deciſ.ult.Antonium Corſetū in tra-ſta.Fallentiarum ad Regulam. Quod ſpoliatus ante omnia reſtituatur, Fallen.3.idē placuit Iacobo Nouello in Praxi criminali in ea parte,quæ incipit.Vulgaris eſt regula. nu.3. uerſ. limita. tertio, is enim Nouellus (ut ſæpius admonui) omnia Corſeti uerba & dicta paucis admodum immutatis, tranſcripſit ſibiq; uendicauit. illa adducuntur
399 ratione interpretes noſtri. ne † corporis humani ſequatur uexatio, iuxta textū. l. ſunt perſonæ.ff.de religioſis & ſump. fune.ne in ſepulta corpora iaceant. Maximum enim dedecus eſſe exiſtimarunt antiqui, ſi inſepulta relinquerentur cadauera, ut probat Pomponius.in.l.ꝗ ſi nulla in fine.ff.de religio. & ſump. funerum. quin tanta fuit antiquorum in cadaueribus humandis relligio, ut etiam ipſimet inimici,impium exiſtimauerint,ſi inimicorum ſua manu interfectorum,corpora inſepulta paterentur. ſic Dauid laudauit uiros religione claros. Tabes & Galaad,quod Saulis interfecti a ſe inimici,cadauer humi, ac ſepulcro condiderint, ſic laudatur Annibal maximus alioqui Romanorum inimicus, qui (ut author eſt Plutarchus in illius uit.) iure iurando, Hamilcari patri promiſit,Populo Romano ſe perpetuum fore inimicum. is inquam, plerunq; Romanis Ducibus pias exequias celebrauit,ut de Paulo Aemilio apud Cannas trucidato legimus.ut pariter,de Tiberio Gracco, ac M. Marcello literis eſt proditum. Hanc tamen ſententiam relati noſtri inter
400 pretes ueram † ex equitate,non ex iure ſtricto intelligūt.nā in ambiguis,pro religione ſtricta ratio ſpernitur, ut clarē teſtatus eſt Papinianus.d.l.ſunt perſonæ,in illis uerbis: ſtrictam rationē inſuper habemus. 1. ſuſq; deq; habemus uel omittimus, ut cum eruditiſſimo Iacobo Cuiacio.lib. 3. obſerua. iuris.cap.22.locum illum interpretor in qua ſignificatione,ſic apud Gellium lib. 1. noct. Atticarum.c.19.legimus.ibi, confidentiamque,non inſuper habēdam, quod oſtendūt, & quæ ſequuntur eiuſdem Papiniani uerba,quæ nonnunquàm in ambiguis religionum quæſtionibus, omitti ſolet.ſic etenim in meo Codice lego. nonnunquàm,non autem nunquàm, ut in cæteris. Hæc, ſummi dei auxilio,ad primum Recuperandæ poſſeſſionis remedium ex interdicto. unde ui.

PAVLVS
LIBRO DECIMO
AD SABINVM.

Indebiti ſoluti &c.§. ſed etſi nummi alieni dati ſint,cōdictio cōpetet, vt vel poſſesſio eorum reddatur quemadmodum ſi falſo exiſtimans poſſeſſionem me tibi debere alicuius rei,tradidiſſem,condicerē. Sed etſi poſſesſionem tuam feciſſem,ita ut tibi uel longi temporis pręſcriptione auocari nō posſit,etiam ſi recte tecum per indebitam condictionem agerem. Sed etſi uſusfructus in re ſoluta alienus ſit,deducto uſufructu,a te condicam.

SVMMARIVM
SECVNDI
remedij.

1 *Condictionem Indebiti Remedium recuperandæ poſſeſſionis eſſe.*
2 *Condictionem Indebiti æquitate niti.*
3 *Condictioni Indebiti, pro poſſeſſione recuperanda,ut locus ſit quæ cōcurrere debeant.*
4 *Poſſeſſio translata ex contractu cum minori geſto, condictione indebiti recuperatur.*
5 *Poſſeſſio ex cōtractu inutili quomodo transferatur.*
6 *l.1.§.ſi uir,de aliquir. poſſ. declaratio.*

7 *Dominij exceptio an agēti remedio cō dictionis Indebiti poſſit obijci.*
8 *Petrus Stella.l.repetitio.n.53.de condictione indebiti,declaratur.*
9 *Bal. in.l. indebiti.§.ſed etſi nummi col. 3.uerſ. ſed quæritur de condict. indeb.declaratur.*
10 *Condictio indebiti an domino concedatur ad auocandam poſſeſſionem in alium translatam indebitè.*
11 *l. ul.ff.uſuſru. quē ad: caue.intellectus*
12 *Poſſeſſione amiſſa quomodo indebitè eam ſoluti conſultum deinde ſit.*
13 *Cōdictio indebiti datur contra recipiētē quatenus eſt factus locupletior.*

SECVNDVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium.*

EX CONDICTIONE INDEBITI.

1 INTER recuperādæ † poſſeſſionis remedia cō
numerari, & hoc ſolet,
ut affirmauit Accurſius
in rub. ff. de interdictis,
& ibi Ripa.nu.3 . & idē
Accur. Inſt.de interd.in
prin.in glo.maximè Frā
cus in tract.De petit.& poſſeſſorio, primo
dubio.nume.35.Rober.Mara. de ordine iu
diciorum.7.diſtinctio.iudiciorum.num.33.
quod ſanè remedium,a iureconſulto in.l.in
debiti. §.ſed etſi nummi. ff.de cond. indeb.
2 † ex æquitate quadam fuit adinuentum,ad
auocandum præſertim rei mobilis poſſeſ.
ſionē , pro qua nullum fuerat conceſſum in
terdictum recuperatorium.l. rem quæ no-
bis de adquir.poſſ.l.1.§. illud utiq; , de ui &
ui arma. & latè retulimus ſupra in primo re
medio ex interdicto unde ui. q. 2 Zaſius.
d.§.ſed etſi nu.5.
3 Quæritur itaq; Primo,quæ habeant † cō
currere, ut huic remedio locus ſit , & arbi-
tror primo adeſſe debere,ut inter actorem,
& cōuentū,geſtū aliquid ſit,ſic Bar. in.l.ſed
etſi me putē.§. cū inter.nu.6.uerſ. declaro.
ff.de cond.indeb.& ibi Ang.& tradit Fran.
in d.tract.de petitorio,& poſſeſſorio.1. du.
n.35.citari ſolet. l.area de cond.inde.cōcur
rere,& illud debet indebitā rē hic indè fuiſ
ſe ſolutā,ita ut cōtractus ſit oino inualidus
ſic oēs. d.§.ſed etſi nūmi ut in eo notabili
exēplo.quod a Bar.ibid.nu.2.ponitur, ſi ex
cōtract.inualido,cū minore celebrato,trāſ-
4 feratur poſſeſſio † hoc remedio auocari po
terit,ut ī eodē.§.ſed etſi nūmi probauit Iaſ.
nu.2.& Zaſ.nu.3.ſic & Bar.in.l.ſi alienā rē.
n.3.ff.ſol.matr. Dec.cōſi.187.col.1. uerſ.ſi-
militer &c.Rober.Maran.de ord.Iudiciorū
in.7.diſt.iudiciorū.nu.33.Iaſ.§.ſic itaq; nu.
38.Inſt.de actio.& nouè Crauetta in reſpō
ſo pro Genero.nu.214.in fi. Ripa.in rub.ff.
de interd.nu.3.Plotus in l.ſi,qn.u.205. in fi.
C.unde ui,& Natta cōſ.288.nu.3.lib.2.Nec
huic ſententiæ aduerſatur, quod docuit idē
Bar.in.l.1.§.ſi uir,pē.opp.de adquir.poſſeſſ.
5 † ex inutili cōtractu poſſeſſionē nō trāsfer-
ri:reſpōdet Iaſ.d.§.ſed etſi nūmi nu.2.in fi.
Bar.d.§.ſed etſi, loqui de poſſeſſiōe nudi fa
cti,ſicq; de corporali detētione,quę ex inu-
tili cōtractu trāsferē,& in .d.§.ſi uir. loqui,
cū trāsferē poſſeſſio,ut dominiū inde acqui
ratur,quod ex cōtractu inutili, nō acquiri-
tur.ſed nō defenditur,cū in caſu.d.§.ſed etſi
nūmi,eo aīo ſit tradita poſſeſſio , ut domi-
niū transferreretur.Quare uſucapio deindè
procedit rectius ergo ſenſit Zaſ.d.§.ſed etſi
nūmi.nu.4.in.fi.Bart.ibi melius ſenſiſſe quā
6 in.d.§.ſi uir, † cū is tex.procedat accedente
iuris prohibitione,quia uir nō potuit dona
re uxori, nec contra tertio debet concurre
re dominium non eſſe adhue acquiſitum
uſucaptione,tūc ceſſaret hoc remedium,ſic
glo.& omnes.in.d.§.ſed etſi nummi,quo lo
ci Zaſuis nu.8.9.declarat quomodo eo caſu
procedat uſucapio,probatq;gloſæ ſenſum,
dantem & accipientem fuiſſe in bona fide,
cum uterq; ignoraret indebitum ſolui , &
una cum Alber.Fulgo.Caſtellio.Alex.& cę
teri,reiicit Bartol. declarationem.
7 Quero.2.utrumne huic † agenti ex hoc
remedio,obijci poſſit dominij exceptio,&
non poſſe affirmauit Bart.in l. ſi alienam rē
nu.2.in fi.ſol.matr.inquit.n.quòd ubi moue
tur actio perſonalis extra illud , quod agiē

dominij exceptionẽ opponi non poſſe, ut
in hac condictione indebiti.d.§.ſed etſi nũ-
mi.Bar.ſunt ſecuti Caſtren.Roma.Areti.&
Alex. in d.l.ſi alienã,& clarè Aret.d. §.ſed
etſi nũmi.in fi.& nouiſſimè Zaſius in d.l.ſi a
lienã nu.9.Contrariã ſentẽtiã defendere co
natur Petrus Stella Aurelianus,in.l. repeti-
tio.nu.51.52.ff.de cond.indeb. huiuſq; ſen-
tentiæ fuiſſe Bal.Caſtren.& Ang.in d.§. ſed
etſi nũmi retulit,& eã probaſſe uidetur Iaſ.
in l. ſi in area,in fi.de cõd.indeb. & Alcia.in
l.rem,quę nobis.num.6. de adquir. poſſeſ.
adducuntur illo text. l. repetitio, dum ibi
agitur condictionem indebiti,quę ex quaſi
contractu reſultat. §. ult. Inſt. de obligat.
quæ ex quaſi contractu,& datur præter id,
quod agebatur a partibus. §. item is cui. in
fin.inſt.quib. mo. re contrah. obliga. atta-
men ſi repetat à domino cui rem ſuam re-
ſtituerat,dominij exceptione repellitur,ue
8 rum ſi rectè uerba † Stellæ perpendantur
ſub.num.53. in fi. is intelligit,quando pro-
prietas, & dominium rei indebitæ condici-
tur,ſecus ſi ſola poſſeſſio:& citat.d.§. ſed et
ſi nummi, quod aliud non eſt quàm fateri
Bar.& ſequacium oppoſitionẽ in d.l.ſi alie-
nã eſſe ueram,cũ loquantur illi in ſola poſ-
ſeſſionis auocatione,& rem ſic intelligẽdo
nõ obſtabit tex.l.repetitio, cũ ibi nulla ip-
ſo iure concedatur repetitio,ex quo rectè
domino rei ſoluta res eſt.Quare nec dubita
ri contingit an cui ſolutum eſt competat
exceptio,quod non eſt in caſu noſtro, ubi
ipſo iure cõcedit̃ actio ad poſſ. auocãdã. d.
9 §.ſed etſi nũmi.Nec ſi perpẽdãtur † Bal.uer
ba. d.§.ſed etſi,aliter ſẽtit,imò in co.3.uer.
ſed quæritur &c. affirmat exceptionem do
minij præſcriptione acquiſiti,nõ poſſe obij
ci contra condicentẽ poſſeſſionem indebitè
tranſlatã, nec aliter ſentit Ang. ſic & Aret.
abſolutè fatetur, poſſeſſionem eſſe reſtituẽ
dam illi condicenti,uti ſpoliato, & reſtitu-
tione facta,conuentũ poſſe ratione quæſiti
dominij agere rei uendicatione aduerſus
eum, qui iam poſſeſſionem auocauit. &
clarius ſenſit Zaſius d.l.ſi alienam. num. 10.
ſol.matr. quam ſententiam ſequor & pro-
bo,cum nec Alciati ratio urgeat multum.
Quæro.3.an hoc remedium concedatur
10 † & domino rei ad ſolam auocandam poſ-
ſeſſionem,quã indebitè in alium tranſtulit,
& dicendũ uidetur nõ concedi ex text.l.ult.
ff.uſufr.quemad. caue. quo dicimus dñm rẽ
ſuã à nemine,ꝑter quã a fure cõdicere poſ-
ſe,nec fur hic iudicãdus eſt,in quẽ tranſlata
eſt poſſeſſio:& hanc ſententiam ꝓbare ui
detur tex.d.§.ſed &ſi nũmi dũ in prin.loqui
tur,cũ nũmi alieni ſoluti ſunt ratione domi
nij,& dũ ſubdit de poſſeſſ. de aliena,non de
propria intelligi debet,quo fit,ut appareat,
quod ſi propria eſſet,non poſſet fortè cõdi-
ci.d.l.ult. Cõtrariũ tñ eſt uerius, & probãt
oẽs in d.§.ſed etſi nũmi ubi Iaſ.& Zaſi. n.3.
Ripa.d.Rub.ff.de interd.nu.3.in fi.quæ ſen-
tẽtia uerè probatur in.d.§. ſed etſi nũmi cũ
de poſſeſſ. propria ipſius trãsferrẽtis loqua
tur,qui niſi in ea fuiſſet,non eo poſſeſſorio
remedio uti potuiſſet,probatur & in. l.2.ff.
11 de tritica.tex.uero. † d.l.ult.ff.uſufruct.quẽ
ad.caue.loquitur in condictione rei, quoad
dominium,ut intelligunt eũ omnes: & ſua-
dent uerba tex. tam in prin. quàm in fine,
dũ præſertim illis uerbis utitur,ſuam rem.l.
5.§.argento,de auro & arge. lega.
12 Quæro.4.quid ſi is cui tradita † eſt(&ſi in-
debitè)rei poſſeſſio,eã rem amittat, quo e-
rit ſoluenti conſultũ ad eã poſſeſſionẽ auo
candã.Bar.in d.§.ſed etſi nũmi.nu.4.inquit,
qđ ſi deperdita ſit,ſeu conſumpta res ad cõ
modum illius cui eſt tradita,cum nihilhomi
nus teneri,cum locupletior ex ea ſit factus.
ſi uerò res ſimpliciter ſit deperdita tunc eſt
dubium.Nam glo.d.§.ſed & ſi nũmi, affir-
mat conuentum adhuc teneri,cum in gene
re obligatus uideatur ſecuta rei comſump-
tione,quã ſententiã &eo loci probauit Bar.
& ante eũ Azo. ſed cõtra Azo.glo. & Bar.
Crebrior eſt aliorum interpretum ſenten-
tia,ut teſtatur Alex.d. §. ſed & rei ratio eſt
ſecundum omnes, quia cõdictio indebiti in
ſola æquitãte fundatur.d.l.indebiti.in prin.
de cond.indeb.quare nõ datur niſi quatenus
13 accipiens † eſt factus locupletior.l.nam hoc
natura.l.quod indebitum.l.ſi non ſortem.§.
libertus, ſecundo reſponſo de cond. indeb.
Eſſet ergo iniquum ſi concederetur contra
eum,qui factus non eſt locupletior,ſed ſine
dolo,& culpa,eã amiſit.ſic uidemus in cęte
ris,ut in petitione hæreditatis.l.ſed etſi.l.§.
cõſuluit.& l.utrũ. de petitio.hæred.ſic uide
mus in.l.ſi ex legati.de uerbo.obliga.ubi,ca
ſus amiſſionis,nõ onerat debitorẽ, q culpa
caruit.cęteras q̃ſtiunculas, q̃ apud alios in-
terpretes explicantur in d. §. ſed etſi nũmi
& apud Zaſ. li.2.Intellectuũ ſingula.in intel
lectu huius. §.ſed etſi nummi,non ſubijcio.

SVMMARIVM TERTII
remedij.

1 *Triticariam actio. remedium eſſe recuperandæ poſſeſsionis.*

2 *Triticaria actio, conceditur ad omnes caſus, pecunia excepta, & qua ratio ne id factum.*

3 *Valorẽ rerũ, ad pecuniæ ualorẽ referri*

4 *Actionem Triticariam ad poſſeſsionẽ auocandam, locum tunc habere, cũ inter partes geſtum aliquid eſt.*

5 *Poſſeſſio, cum uitio in poſſeſſorem perueniſſe debuit, ut actioni triticariæ locus deinde ſit.*

6 *Triticariam actionem, & illi concedi, qui in re nullum ius habuit.*

7 *Trticariam & rei domino concedi.*

8 *Exceptione dominij obijci nõ poſſe contra auocantem poſſeſsionem ex triticaria actione.*

9 *Vſufructus condici an poſsit ex actione triticaria.*

VLPIANVS
LIBRO XVIII. AD SABINVM.

Sed, & ei qui vi aliquem de fundo deiecit, poſſe fundũ condici Sabinus ſcribit, & ita, & Celſus. Sed ita, ſi dominus ſit, qui deiectus condicat. Cæterum ſi non ſit, poſſeſsionem eum condicere Celſus ait.

TERTIVM
RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM,
EX CONDICTIONE TRITICARIA.

TRITICARIA quoq; † actio ad recuperan
1 dã poſſeſſionem conce
di ſolet.l.2.ff.de condi-
ctio.tritica.quare gl. in
rub.ff. de interd. quam
ibi probat Ripa.nu.4.&
glo.in Inſt.de interd.in
prin.in glo.max. & Franc.in diſp.De Peti-
torio & poſſeſſorio 1.dub.nu.7.hãc actionẽ
inter recuperãdæ poſſeſſionis remedia, emi
nerant, nec diſſentit Bal. conſ.217.uerba li-
belli.col.3. uerſ.item datur condictio &c.
lib.2.nec Rob.mara.De ordine Iudiciorum
7.diſtinct.Iud.nu.31.& Corne.conſ.56.nu.
4.lib.2.& Rube.in.l.naturaliter.§.nihil com
mune.n.73. de adquir. poſſeſſi. quæ ſane a-
ctio utiliter olim adinuenta fuit ratione poſ
ſeſſionis rei mobilis, ad quam recuperandã,
non concedatur interdictum unde ui, ut de
condictione indebiti ſupra in præcedenti re
2 medio in prin.dixi. Prouidet ergo in † om-
nibus caſibus preterquám cum ſoluta eſt pe
cunia numerata.l.1. in princ.ff.de condictio
tritica.rationem huius conſtitutionis aſſi-
gnare conantur omnes, tandem cum Gugli
el.Cunienſi, conueniunt Bar. & Bald.ideo,
triticariam pro pecunia numerata non dari
quod illa condictio pro rebus iis, quæ pro
temporis mutatione quam facillimè uariã
æſtimationem recipiunt, concedatur. l.in
hac.&.l.fin.ff.de tritica.quæ facilis uariatio
non ita in pecunia contingit. uerum ratio
hæc, non ſatis placet, cum quotidiana docea
mur experientia, pecuniarum ualorem æſti
mationem, ac breuitatem, quam facilimè ua
riare, & ex Principũ placitis hodie augeri,
cras minui, quod niſi ita res ſe haberet, fru-
ſtrà contẽderent interpretes tum.in.l. Cum
quid.ff.ſi certum petat. tum.in. l. Paulus.ff.
de ſolutio.cuius temporis ualor, & æſtima-
tio ſpectetur, & probat.l.4.ff.de eo.quod cer
3 to loco, non Inficior tamen † rerũ omnium
æſtima

mationem,& ualorem quotidiè ad pecuni-
am numeratam reduci.l. ſi ita fideiuſſore in
ſi.ff.de fideiuſſo.ſed hac ratione,non deſinit
eſſe incerta pecuniarũ æſtimatio. quare di-
cendum eſt,non fuiſſe conceſſam triticariá
pro pecunia numerata, quia ſatis erat ſuc-
curſum certi condictione,ut clarè ſignificat
Iure conſ.in.l.1.in prin.ff.de cõd.tritica.quo
autem ad hanc noſtrá, hæc ipſa actio, tunc
demum conceditur ad auocandam poſſeſſio
4 nem,† cum inter actorem,& conuentú poſ-
ſeſſorem geſtum aliquid eſt, quo poſſeſſio
deinde translata eſt,ſic declarat Bar.in l. ſo-
det ſi me putem.§.Cum inter.nu.6.uerſ.de-
claro,de cond.indeb. dú generaliter in om-
nibus condictionibus loquitur,quod clarius
explicat Corne.conſ.56.n.17.lib.2.Francus
in præcitato loco.nu.36.quo loci affirmat,
hac ratione non habere locum contra poſ-
ſeſſorem benefidei, cum quo nihil geſtum
eſt cuius quidem poſſeſſoris,potior eſt con-
ditio.ſic Alcia.d.l.rem quæ nobis.nu.11.re-
iecta ibi Bar.ſententia aliter opinantis. idē
cenſuit Alex.& Maran.qui ſupra. Quinimò
5 ut locum habeat, † cum uitio in poſſeſſorē
conuentum res perueniſſe debuit, ut docuit
Bart.l.rem quæ nobis, & ibi Ripa.nu.17. in
fin. Alciat.nu.11.probant de adqui. poſſ.idē
Bar.in.l.fi.§. ſed cum,nu.3. C.de furtis, idē
cenſuit Francus, qui ſupra num.7. & clarè
Rubeus. d. §. nihil commune num.83. Ro-
ber.mara. De ordine Iudiciorum 7.diſtinct.
Iudicio.n.31.& Corn.d.conſ. 56.n. 17.quic
quid ſenſerit Bar. in l. ſi coloni. C. de agri-
col.& cenſ.lib.xj. Hoc autem remedium cõ
6 ceditur † & illi, qui olim poſſeſſor fuit, & ſi
ius in re non habeat, ut uoluit glo. in. l. &
ideo.§.neratius,quam ibi probauit Bart.nu.
2.de cond.fur.quo loci negaro uidentur,ſo-
7 lo detentatori concedi.† Domino quoque,
rei,olimq; poſſeſſori, ut ſolam deperditam
poſſeſſionem recuperet,conceditur.d. l.1.§.
ul.& l.2.ff.de cód. trit.ubi glo.ul. & ſi aliter
& malè ſenſerit Rip.in.d.rub. de interd.n.4.
qui miratur cur nõ detur,ſed ceſſaſſet admi
ratio,ſi rectè præcitata iure perpendiſſet.fa
teor tamē ueram eſſe eiuſdē Ripę doctrinā
d.rub.nu.5.dum utilius eſſet cēſet domino,
ſi agēdo hac ipſa triticaria,ſolá auocet poſ-
8 ſeſſionē,† cum reſtitutio ab aduerſario im-
pediri minimè poſſit, quando dominij exce
ptionem obijcere uellet,quæ ſanè reſtitutio
impediretur, ſi triticaria ad auocandum rei
dominium ageretur:quod & caſtren.placu-
9 it d.§. neratius, utrum autem † uſusfructus
rei cõdici poſſit hac actione, ambigit Bar.
in.l.1.§.fi.de tritica.& diſtinguit ut apud eũ.
huius quoque remedij meminit tex. in.l.ue
rum eſt,quod,ubi glo.ff.de furtis,cætera nõ
proſequor, cum præſertim,nec in forēſi pra
xi ſit multum uſu receptum,remedium hoc
poſſeſſionis recuperandæ.

SVMMARIVM QVARTI
remedij.

1 *Remedium.l.ſi me & Titium. ff. ſi certum peta.ut locũ habeat, inter partes geſtum aliquid eſſe debet.*

2 *l.Si me & Titium.ff.ſi cer.peta.æquitate niti,ideo dari cum poſſeſſor poſſidet tit.lucratiuo.*

3 *Locupletari cum aliena iactura iniquum eſſe.*

4 *l.ſi me & Titium. ff.ſi cer.peta quinque modis declaratur.*

CELSVS
LIBRO QVINTO DIGESTORVM.

SI & me & Titium mutuam pecuniã rogaueris, & ego meũ debitorē tibi promittere iuſſerim,tu ſtipulatus ſis, cum putares eum Titii debitorē eſſe, an mihi obligaris? ſubſiſto; ſiquidē nullũ negotiũ mecum contraxiſti. Sed propius eſt ut obligari te exiſtimem, non quia pecuniam tibi credidi: hoc enim niſi inter cõſentientes fieri nõ

poteſt, ſed quia pecunia mea, quæ ad te peruenit, eam mihi a te reddi bonum, & æquum eſt.

QVARTVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM,

EX. L. SI ME ET TITIVM. ff. ſi certum peta.

ENVMERARI & hoc ſolet inter cetera recuperandæ poſſeſſionis remedia, ut enumerat Francus, in ea ſæpius citata diſpu.de Petitorio, & poſſeſſorio, primo dubio.nu.8.& ſentire uidetur.Bar.in l.ſi coloni.C.de ag.& cenſ.lib.xj. Rubeus.§.nihil commune.nu. 82.Alcia.d.l. ſi me & Titium nu.2.Robertus Mara.De ordine Iudicio.7.diſtinct. Iudiciorum.nu. 36.
1 quod ſane † remedium, ut locum habeat, aliquid inter ipſas partes, geſtum eſſe debet, ut clare cenſuit Bar.in.l.ſed & ſi me putem. §. cum inter.nu. 6.uerſ.declaro hoc.ff. de cõd.
2 indeb.& Francus, qui ſupra, † ex æquitateq; conceditur aduerſus conuentum, ſi tamen is ex cauſa lucratiua rem ipſam aſſecutus ſit. quod & concedit Bar.in d.l.ſi me & Titiũ & clarius ibi Dec.nu.1.Riminal.nu.3.& iniquũ
3 ſane eſt (ut Dec. multis probat) † aliquem cum alterius iactura locupletari:& hanc eãdem ſentẽtiã affirmauit Bal.in conſ.348. factę fuerunt per Bonromeum de Bõromeis. col.2.li.1.quẽ forte uoluit allegare Iaſ.in.d. l.ſi me et Titiũ, in primis uerbis.reſpõdit itaq; Bald.hanc eſſe nobilẽ & diuinam æquitatẽ ex hac ipſa.l.ſi me & Titium, quę (ſecundũ ipſum Baldum) tamquam ſpeculũ ante oculos mercatorum eſſe debet, hanc ęquitatem fatẽtur cæteri omnes, eſſe admiratione dignã, in.d.l.ſi me & Titiũ, quo loci.Soc.nu. 3.poſt Inno.& Hoſtiẽ.quos citat, inquit, hoc eſſe optimum remedium poſſeſſoriũ: & cenſuit ibidem Riminal.nu.2.locum habere nõ modo in re propria, ſed & in ſibi debita, & in re prouenientĩ ex re propria, ex l.ſi eũ ſeruũ.ff.ſi cer. peta. & ibi Alcia.nu.10.&Loriotus.nu.2. Hanc ergo diſpoſitionẽ Declara. Primo procedere, cum æquitas ſubeſt, ſecus ſi illa ceſſet.Declara.ſecũdo procedere cum ex titulo lucratiuo res data fuit, ſecus ſi ex titulo oneroſo, ut iã retuli, & clarius explicat Soc.d.l.ſi me & Titium.nu.3.uerſ.2.limita, qui eiuſdẽ ſentẽtię citauit Caſtren. in l. ſi ueto pro patre.§. ſi dom ni.ff.de in rem uerſo.Loriot.tamen in d.l.ſi me Tit.n.4.in fi.ſubdeclarat Mara. qui ſupra Declara. 3. procedere, cum res eſt tunc dantis:ſecus ſi futura eſt ſua;ſic declarat Soc. d.nu.3. uerſ. limita tamen primo, poſt Ang. in.l.Lapes.§. fina.de furtis. & Marat. d.nu.36.Declara.4. procedere, ſi contra alium domino rei non eſt conſultum, ſecus ſi eſt prouiſum, iuxta.l. ſi eum ſeruum ff.ſi cer.peta.ſic Soc. d.nume. 3.uerſ.3.& ultimo limita, & ibi clare Riminal.nu.2.in fi.uerſ.intellige etiam.Alex. ibidem nu.2. & conſi.92.nu.6.li.1.Loriotus.d.
4 l.ſi me & Titium nu.4. † quã ſane quartam declarationẽ, duobus modis ſubdeclarat (ut ſic dicam) Soc.qui ſupra, & tribus Riminal. eodem loci non refero, ne omnium relator ſim, a Soc.& Riminaldo non recedit Zaſius ibidem.num.5. Declara. 5. procedere, cum culpa is caret qui ſoluit alteri rem non debitam, ſecus ſi culpa adſit, ſic omnes in d. l. ſi me & Titium.ibi Dec. & Loriotus. num.4. uerſi.3.regula &c. Maranta qui ſupra d. nu. 36.Cætera, quæ ab interpretibns ſcribũtur, ex induſtria non refero.

SVMMARIVM QVINTI *remedij.*

1 *Antonini Philoſophi probitas & modeſtia maxima.*

2 *M. Aurelius Antoninus & Aelius Verus fratres Imperatores, Diui fratres appellantur.*

3 *M. Aurelius Antoninus, quo tempore fuerit. & l. extat quod met. cauſa quando promulgauerit.*

4 *l. Extat. ff. qd met. cau. remediũ ad poſſeſſionẽ recuperandã proditum eſſe.*

5 *Lex Lõgobarda abrogat.l.extat, quod metus cauſa, & an illa lex Longobarda legis uim habeat.*

6 *Creditor occupans rem non debitam pro debita, an in pœnam l. extat. quod metus cauſa, incidat.*

7 *Extenſio cõceditur, ſi eadẽ militat rõ.*

8 *Creditor occupans rem tibi debitam ex licentia Iudicis incompetentis, an ius crediti perdat.*

9 *Iurisdictio iudicis extra territorium, nulla eſt.*

10 *Iudicatum dicitur, quod eſt diffinitum ab eo, qui Iudicandi munere fungitur, & è contra.*

11 *Iudici incõpetenti impunè nõ paretur*

12 *Iudice competente deficiente, deficit perſona, & ordo.*

13 *Statutum auferẽs omnes exceptiones, non aufert proueniente ex Iuriſdictionis defectu.*

14 *Incompetentia quacunq; cauſa proueniens, reddit Iudicium nullum.*

15 *l. Quamquam in prin. ff. de aqua pluu. arcen. declaratur.*

16 *Citatio facta contra eum, qui comparere non tenetur, eſt nulla.*

17 *Bannum factum contra eum, qui comparere non tenetur, nullum eſſe.*

18 *Occupans rem ratione ſeruitutis, an incidat in pœnam. l. extat. ff. quod metus cauſa.*

19 *Creditor occupãs debitoris perſonam, an ius ſui Crediti perdat.*

20 *Debitoris ſui filios detinens loco pignoris pro Credito, ius crediti perdit.*

21 *Creditor occupans rem apud debitorẽ depoſitam, ius ſui Crediti amittit.*

22 *Noſtrum dicitur, quod per actionem nobis debetur.*

23 *Creditor ſub conditione, ius Crediti perdit, ſi pendente conditione rem debitoris occupat.*

24 *Creditor ſub conditione, non differt a creditore puro in materia indifferẽti, & ſi eadem ſit ratio.*

25 *Debitoris fugitiui bona occupans, quãdo ius ſui Crediti amittat.*

26 *Fugæ ſuſpectus debitor, quãdo capi poſſit.*

27 *Debitor fugitiuus iudicis incompetentiam allegare non poteſt.*

28 *Creditor occupãs debitoris rem ex pacto cõuento, non amittit ius Crediti*

29 *Creditor ex urbanitate iudicem poteſt adire, & ſi ex pacto liceat debitoris rem occupare.*

30 *Legatarius rem legatam occupans, nõ incidit in pœnam. l. extat. ff. quod metus cauſa.*

31 *Legatarius occupans rem legatã apud hæredem iam exiſtentem, ius legati perdit, ex. l. nõ eſt dubiũ. C. de lega.*

32 *l. Non eſt dubium. C. de legatis, diſpoſitio rigoroſa.*

33 *Legatarius nõ perdit legatũ ſi ex teſtatoris uoluntate rem legatã occupat.*

34 *Legatarius teſtamenti executor, legatam rem ſibi ſoluere iure, poteſt.*

35 *Inſtitutus in re particulari, ſub authoritate rem occupare poteſt.*

36 *Vſufructuarius omnium bonorum ſua authoritate res, ex quibus uſumfructum habet, occupare poteſt.*

37 *Filius occupans rem patris iure ſuæ legitimæ, an incidat in pœnam l. extat. ff. quod metus cauſa.*

38 *Creditor pro dimidia Crediti occupans rem debitoris, dimidiam Crediti amittit.*

39 *Pœna cum delicto cõmẽſuranda eſt.*

40 *Creditor occupans rem fideiuſſoris ſui debitoris an ius perdat.*

41 *Fideiuſſoris facto, non liberatur principalis.*

42 *Fideiuſſoris factũ & factum principalis, eſt quid diuerſum.*

43 *Pœna duplici plecti, qui non debet.*

44 *Locator expellens Inquilinum è domo ob canonem non ſolutum, nõ perdit ius ſui crediti.*

45 *Emphyteota propria autho. expelli poteſt, ſi non ſoluit debitum Canonem.*

46 *Emphyteota ob Canonem non ſolutum expulſus, ſe ſpoliatum conqueri non poteſt, ibi tamen de ueritate.*

47 *l. Cum domini horreorum. C. locati, caſus ſpecialis.*

48 *Creditor an iuſta aliqua cauſa poſſit excuſari ne incidat in pœnam l. extat. ff. quod met. cauſ.*

49 *Cauſa leuis & beſtialis (ut noſtri dicunt) excuſat a dolo.*

50 *Statutum puniens turbatorem poſſeſſionis, non punit eum, qui cauſam aliquam occupandi habuit.*

51 *Homicida ex cauſa, quando excuſetur.*

52 *Læſæ maieſtatis crimen ceſſat in eo, qui cauſam aliquam ſic agendi habuit.*

53 *Cauſa excuſat a crimine falſi.*

54 *Conuenticulæ & congregationis crimẽ ceſſat, ſi cauſa concurrat aliqua.*

55 *Cauſa, excuſat a mora.*

56 *Contumacia, diluitur ob cauſam.*

57 *Cauſa leuis, etiam a uiolentia excuſat.*

58 *Cauſa an excuſet à dolo, cum actus iure naturali prohibitus geritur.*

59 *Cauſam non excuſare, cũ delictum notoriè prohibitum committitur.*

60 *Cauſa excuſans a dolo, probari debet.*

61 *Occupãs ex cã pęna aliqua, ẽ plectẽd.*

62 *Cauſa excuſat a dolo, ne pœna ordinaria locum habeat.*

63 *Statutum puniens quo uis modo occupantem aliena, uel delinquentẽ, operatur, ne ex cauſa inexcuſetur.*

64 *Cauſa excuſat ab actibus, extra iudicialibus, non tamen a iudicalibus.*

65 *l. Extat. ff. quod met. cauſa, in quo uiolentiæ genere locum habeat.*

66 *Creditor occupans, rem ſui debitoris, an ipſo iure perdat ius ſui Crediti.*

67 *Verba futuri temporis non operantur ipſo iure.*

68 *Simoniæ crimen, inducit beneficij priuationem ipſo iure.*

69 *Delictum, quo quis ipſo iure ius ſuum perdit, debet eſſe deductum, & probatum, ut in ſimonia.*

70 *Conſtitutiones punientes uiolentos occupatores per uerba futuri temporis, priuant illos ſuo iure.*

71 *l. Extat ff. quod metus cã, an dolum uel ſolã temeritatẽ ĩ occupatore exigat*

72 *Temere agere, quid.*

73 *Dolus quid ſit.*

74 *Culpa ſufficit ut pœnæ pecuniariæ ſit locus.*

75 *Singularis ſucceſſor an conſtitutione l. extat. ff. quod met. cau. cõueniri poſſit*

76 *Actio, quod metus cauſa, quomodo in rem ſcripta dicatur.*

77 *Actio, quod metus cauſa, datur cõtra quemcumque poſſeſſorem.*

78 *Differentiæ ratio cur actio, quod met. cauſa detur contra ſucceſſorem ſingularem, non interdictum unde ui.*

79 *Vis expulſiuæ & compulſiuæ, uitium, quod maius.*

80 *Grauatus in uno, in altero debet releuari, & ibidem quomodo intelligatur.*

Actio

81 *Actio de dolo nō eſt in rem ſcripta, actio uero quod metus cauſa. eſt, & quæ differentiæ ratio.*
82 *Verbū.Geſtū,a uerbo.Actū,nō differt*
83 *Actionē de dolo eſſe in rē ſcriptam, ex Ioānis Coraſii & authoris ſentētia*
84 *Actio de dolo datur in hæredem,& cęteros ſucceſſores.*
85 *Actio de dolo infamiam irrogat.*
86 *Exceptio dominij obiici pōt contra agētē Remedio. l.extat ff.quo met.cauſ.*
87 *Appellare an liceat,an lata ſententia in caſu Remedij.l.extat.ff.quod met. cauſa.*
88 *Appellatio in maioribus & minoribus cauſis conceditur.*
89 *Appellatio in dubio admitti recipique debet.*

QVINTVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium.*

EX l. EXTAT .ff. DE EO quod met. cauſ. Et. l. Credito-res.ff.ad.l.Iul.de ui priua.

1 DIVVS † Marcus alſ-
ter Titus Aurelius An-
toninus Philoſophus,
in quo (ut ſcripſit Capi
tolinus) tanta fuit pro-
bitas, & tanta in Impe-
ratorio Prjncipatu mo
deſtia, & exiſtimatio,ut
procuratores ſuos puer adhuc ſemper mo-
neret, Ne quid arrogantius facerent, qui in
compendio Iudicans, fiſco fauit nunquám,
& de quo docte plura retulit. Io.Cora.in.l.
nā ita Diuus.ff.de adoptio.is ergo,quo ma-
gis eorum audaciam reprimeret, qui ſpreta
Magiſtratus authoritate ſibi iuſdicere non
inuerecunde audebant,cōſtituit.nec credito
ribus quidem licere iure ſui crediti debito-
rū res occupare,cuius cōſtitutionis uerba re
tulit Calliſtratus in. l. extat.ff. de eo, quod
metus cauſ.& in l.Creditores. ff.ad.l.Iul.de
2 ui priua.hic † Marcus Aurelius, (aliter ex
Diuis fratribus unum uocitant Iure conſul
ti),cum cogente Populo Romano Imperij
aſciuerit participem Aelium Verū fratrē,
quos poſtmodum,Diuos fratres appellauit
idem Calliſtratus.in l. Diui fratres. de pœ-
nis,& ſæpiſſ.Vlpia.& cæteri in tit.pręſertim
ff.de Quæſtio. &ſi Sextus Aurelius Victor,
in huius Marci uita, exiſtimauerit Aelium
Verum, non fratrem, ſed propinquum tan-
tum Diui Marci fuiſſe,nec rectè ſatis,cū Iul.
Capitol. uerba repugnent. quod & ex no-
ſtris rectè credidit Io.Bapt. Aſinius Floren.
in l. Pater fam.§. ſi adhuc.n.8.ff. de religio.
& ſumpt. fune.is ergo Diuus Marcus,ſolus
3 tūc Imperator hanc ipſā promulgauit † cō-
ſtitutionē : quod factū uideo anno ab urbe
cōdita.923.& a noſtra ſalute.172.nec aliter
ſuo edicto cauit Theodoricus tunc Italiæ &
Galliarum Rex,ut apud Caſſiodorum legi-
tur lib.4 .uaria.epiſtola Ioanni. V.S.conſuli
Campanię trāſmiſſa,in hæc uerba,Proinde
edictalis programmatis tenore comperto,
ſpectabilitas ueſtra ad cunctorū faciat noti
tiam peruenire,ut quisquis, quod repetere
debuiſſet,pignorādi ſtudio fortaſſis inuaſe
rit,uoce iuris amittat,ne liceat cuiquam ſua
ſponte niſi obligatum forſitan pignus aufer
re. Si uerò alterum, pro altero, quod ne-
phas dictū eſt, pignorare maluerit, in du-
plū,cui uim fecit,direpta reſtituat,quia ſce-
lera damna,plus cohibent,& ſola detrimēta
cogitāt,qui pudoris fecere iacturā,hac ergo
cōſtitutione noſtra ex noſtris multi ut Spec.
in titu.de Reſtitut.Spoliat.§. 1.num.16.opi-
nantur nouum eſſe introductum recuperan
dæ poſſeſſionis remedium poſt interdictum
unde ui.tamet ſi glo. in d.l.extat,& Bart.ibi
dem.nu.5.aliter ſenſerint,quia(inquit Bar.)
res & poſſeſſio per uim uel data uel ablata,
uel occupata alijs actionibus,repetitur, ut
cōdictione indebiti uel ſine cauſa, uel ui bo
norū raptorū,hoc uult probari Bart.ex tex.
hoc ipſo.l.extat,qui ſuper iure decreti non
ſuper re diſponit,quod clarius explicaſſe ui
detur,Alber.ibi col.pen.uerſ.irē quęrit,quæ
actio,dum inquit hanc conſtitutionem eſſe
iuris occupatoris priuatiuam tantum, non
actionis inductiuam, & ideo parare tantum
uiam ad alias actiones, ad quas adaptatur.

Horum ſententiam probauit & Bal.in hac.l.
extat.col.1.uerſ.quærit gl.cũ Specula.tamẽ,
4 uerius ipſe exiſtimo,† proditam eſſe ex hac
cõſtitutione actionẽ ad rẽ, uel poſſeſſionẽ
auocandã repetẽdãq; ne fruſtra alias cõmo
dũ hoc debitori.D. Marci conſtitutio, ſine
actione tribuiſſet,qua illud conſequi uidea-
tur,cũ ipſi debitori contra hunc occupatorẽ
nulla ſit conceſſa actio: nec enim(ut cæteri
falſò opinãtur,)conceditur indebiti condi-
ctio,quæ ſoluenti,quod erat indebitum da-
tur,cũ hic debitũ à principio fuerit ſolutũ,
& ob id ceſſat.l.ſi pœne cauſa.§.1.& l.repeti
tio.de cond.indeb.licet poſtmodum per ex-
ceptionem ob occupationẽ deſinat eſſe de-
bitũ, nec hic per debitorẽ eſt quicq̃ ſolutũ,
uel datũ,quod repeti ab eo poſſit,qua ratio
ne ceſſat,cum & in remedio condictionis in
debiti ex.l.indebiti.§.ſed etſi nũmi de cond.
indeb.ſit neceſſe aliquid eſſe actũ,ut iam ſu-
pra in.2.remedio recuper. poſſeſſ. diximus.
ceſſat & cõdictio ſine cã,qua agit̃ cũ ſine cã,
q̃d dat̃,nã & hic cauſa ſubeſt debiti .ſ. Nec
actio ui bonorũ raptorũ locũ habere poſſe
uidet̃,cũ nr̃a hæc conſtitutio generalis ſit ut
ẽt pro ui turbatiua concedatur,ut infra dice
mus , cũ tñ in actione.ui bonorũ raptorum
poſſeſſor non turbet̃,ſed poſſeſſione priuet̃.
Quãobrẽ arbitror cũ Specul.hãc cõſtitutio-
nẽ actionẽ nouã introduxiſſe,q̃ cũ ſpecificũ
nomẽ nõ receperit,dicemus legis condictio
nem appellari ex.l.unica.ff.de cond. ex lege
quo loci Bar.& cæteri oẽs. Nec me remora
tur illa Alber. Bar. ac Baldi ratio priuatiuã
hanc eſſe cõſtitutionẽ,quia priuatiua quidẽ
eſt ex creditoris occupãtis parte:ſed ex latẽ
re debitoris actionis inductiua dicitur, qua
ei ad auocãdã ablatã occupatã ue poſſeſſio
nem,cõſultum eſt.hãc tamen conſtitutionẽ
5 ex † Longobarda in tit.de debitis & Gaudi
monijs.l.1.2.ſcripſit Albe.in.d.l.extat cir.pr.
eſſe abrogatã.uerũ an legis uim obtinuerit
Lõgobarda,dubiũ eſt ut ex multis latè ſcri-
bit Robertus Maran.in ſpeculo aduo. tit.de
ordine iudiciorũ.3.par.diuiſio.iudicio.n.96.
Alex.in.l.pro herede.§.ult.de adquir.hered.
Quæro.1.utrũne hęc cõſtititutio locũ ha
6 beat cũ creditor† nõ rẽ ſibi debitã ſed diuer
ſam nullo modo ſibi obligatã occupat & ha
bere locũ placuit Iac.de Raue. in hac.l. ex-
tat nec.diſſẽtit Iac.Cuiacius, iſq; à Rauẽna
ea rõe utitur,quia aliàs in hoc caſu cõſtitu-
tio diui Marci,nec ãte eã alia quęuis proui-
diſſet,ꝙ certè & mea ſententia , neceſſariũ
ualdè erat cũ frequẽtius & facilius ut pluri-
mũ occupari ea poſſint.quę obligata nõ ſũt
q̃uã quæ obligata , cũ ſub arctiori cuſtodia
obligata cuſtodiri ſoleant,confirmatur alia
urgenti ſatis ratione,quia nõ debet eſſe me
lioris conditionis occupans non obligata ,
q̃ occupans obligata,cũ in obligatis ſubeſſe
uideatur color,quidam,& iuſta quędã ratio
ad excuſandũ,hãc poſtmodũ ſententiã pro
batam uideo in uerbis.d.l.extat.&.l.credito
res,dum ait.D.Marcus. Quiſquis igitur pro
batus mihi fuerit rem ullã debitoris,uel pe
cuniã debitam &c.uerba.n.illa rem ullã de-
bitoris intelligimus cũ ad eã conſequendã
nulla alteri datur actio nã cum actio datur ,
illius eſſe quodãmodo dr̃.l. q actionẽ de re.
iur.& præſertim ut differantur illa uerba a
ſubſequentibus,cõuenit p̃terea gñalis ratio
cõſtitutionis,q̃ eſſe uidemus ne audax cre-
ditor ſpreta iudicis authoritate ſua,ſibi iuſ-
dicat manu in hancq; ſentẽtiã cõfert Theo
dorici edictũ cuius meminit Caſſio.li.4.uar.
in epiſtola tranſmiſſa Io.V.S.Conſuli Cãpa
niæ,ibi,ſi uerò alterũ pro altero, ꝙ nephas
dictu eſt,pignorare maluerit,in duplum,cui
uim fecit,direpta reſtituat. ex quibus depre
henditur lapſos non parũ fuiſſe Andr.& Al
be.Roſa.qui in hac.l.extat.col.1.uerſ.extra
gloſam aliter ſenſerũt,leui illa rõe freti, ꝙ
cũ alijs conſtitutionibus hoc in caſu proui-
ſum nõ eſſet. D.Marci pœnalẽ conſtitutio-
nẽ extendendã,q̃ ſanè ratio leuis ſemper eſt
uiſa, tũ qa nõ uidi alijs cõſtitutionibus hoc
in caſu prouiſum, tum qa extẽſio ad caſum
dici hæc nõ poteſt , ſed cõprehenſio quin ſi
extẽſio eſt adhuc cõcedi affirmarẽ , cũ non
7 modo eadẽ,ſed & maior† ratio in lege ſcri
pta militet,ut rectè noſtri tradũt.in.l.cũ mu
lier ubi Alex.ff.ſol.ma.Dec.l.factũ.§. in pœ
nalibus.7.fallẽ.de reg.iur.latiſſ.Dñs Craue.
de Antiq.tempo.1.parte.4.part.prin.nu.18.
& ibi.nu. 24. uult extendi,qñ aliàs abſurdũ
ſequi poſſet,ut noſtro hoc caſu.
8 Quæro.2. quid ſi authoritate † Iudicis in
cõpetentis rõe præſertim territorij debitor
occupat,an huic conſtitutioni locus ſit:& eſ
ſe rectè crediderunt Gul. Cuneus & Albe.
Roſatus in hac ipſa.l.extat.col.2. uer.item
qa,nã etſi uerba cõſtitutionis in occupante
ſine Iudicis authoritate ſint,is tñ,qui incõ-
petentem adiuit,neminẽ adiuiſſe dicitur, ar
gumento.l.quoties.ff. qui ſatiſda.coga.nul-

9 la.n.eſt prorſus iudicis † extra territorium
iuriſdictio, ut nec coram eo denuntiata lis
præſcriptionē interrūpat, ut probat notab.
tex.l.ſi pater.C.ne de ſtatu defunc.ibi, apud
procuratorem Reip. incompetentem, uel
rei priuatę: ut legit eruditiſſimus Iac.Cuia-
cius lib.1.obſerua. iuris ca.24. in fi.nam quē
10 admodum † iudicatum, quid ab eo dr, qui iu
dicādi munere fungitur.l.1.§.ult.ad Tertul.
ſic contra, quod tradit & Iaſ. cōſ.9.facti ſe-
ries.n.2.li.3.Vantius tract. Nullitatū de nul
litate ſentētiæ ex defectu iu.or.n.1. Hinc di
11 cimus † iudici incōpetenti impunè nō pare
ri glo.in.c.ueniens in uerſ.propter cōtuma-
ciā extra de accuſ.& in. l.2. ff.ſi in ius uoca.
nō ierit, quod declarat Dec. in.d.l. ult.n.16.
de iu.om.iud.& Afflict. Deciſ.2.nu.8. cū.n.
12 † iudex eſt incōpetens, deficit perſona, & or
do, ſic Bal.in.l.teſtamēta.C.de teſta. q & in
l.pen. C. de iuriſd.om. iud.egregiè dicebat.
Iudicē incompetentem procedēdo, ſemper
grauare partem. nam ubi incōpetens eſt Iu
dex, ibi deficit iudicium, ut idē Bal. affirmat
in.l.clarū.C.de autho. præſtan. & alia citat
Barba.conſ.50.col.3.in fi.lib.1.& adeo nul
lū eſſe, quicquid ab incompetēti iudice eſt
actum noſtri credunt interpretes, ut ex sta-
13 tuto † omni ēt exceptione nullitatis ſubla-
ta, non cenſeri tñ ſublatam, quæ ex iuriſdi-
ctionis defectu prouenit, ſic gloſ. in Clem.
unica de ſequeſtr. poſſ. & fructuum, quam
probār omnes Felin.in rub.de foro compe.
nu.2.& in c. paſtoralis de excep. latè Van-
tius præcitato loco nu. 3. 4. & Barba.conſ.
39.col.6.7.lib.1. Corſetus in ſing. in uerbo
ſtatutū incipi.ſtatuto cauetur &c. Cur. Sen.
conſ.69.dñs Ioannes.in fi.Dec.conſ.8.num.
6.7.conſ.38.nū.7.conſ.360. nu.1. conſ. 520.
in fi. Pariſ.conſ. 45.num. 28.lib.1.conſ.24.
nu. 102.lib.2.declarat Marſil.ſing.10.Tuſcis
exceptio.hanc tñ, quam multis affirmaui-
mus ſententiā, intelligebat Albe. Roſatus
in hac ipſa.l.extat col.2.in fin.uerſ.aut non
erat iudex.qñ nō erat iudex ob territoriū,
ſecus, qñ erat incōpetens ratione cauſæ, ut
quia declinari iuriſdictio poſſet, tunc inqt
Alber.iuſſus illius Iudicis excuſat, argumen
to. l.pen. de iuſtitia & iure &.l. quamquam
de aqua pluu. arcen. quod tñ, inquit Albe.
illicitè factū erit, p ſuperiorē reuocari pote
rit.l.ult.ff.de eo, quod met. cau. & fuit hæc
declaratio Gug.à Cuneo.q̃ & Bal. hic inqt
eſſe dignā notatu. ſed nō ita uerā, ut p̄citati
14 opinati ſunt. arbitror cū † incōpetentia prō
ueniens ſiue ratione rei, ſiue ratione finiū,
ſemp nullū penitus reddat iudiciū.d.l.ult.de
iuriſdic.om.iud.quo loci & Alber.ipſe ſic te
xtum illū intelligit, & cōmuni calculo docto
res affirmant, ut ibi teſtatur Iaſ.nu.27.Dec.
nu.20.Marſil.nu.1.Zaſius. nu.15.nec difficul
15 tatem facit.† l. quamquam in prin.de aqua
plu.arcen.quia ibi erat iudex & Alber. hoc
caſu nr̃o p̄ſupponit non eſſe Iudicē ratione
rei.Quāobrem intelligerem ipſe hanc decla
rationē ueram fore, cū clarum nō eſt ac no
torium, illum eſſe iudicem. ſed eſt dubium,
iuxta tex.l.ſi quis ex aliene.ff.de iud. decla-
rat Dec. in.d.l.ult.nu.16. & plura referā. in.
8.remedio recuperandæ poſſ.ex.l.memine-
rint.q.1.C. unde ui.'uel & ſecundum Alex.
in.l.iuſtè poſſidet nu.39. de adquir.poſſ.in-
telligi poteſt hæc Alb. & aliorū declaratio.
qñ nulla declinatoria eſt appoſita, ſed po-
tius ex cōparitione iudicis habilitata perſo
na: alias ſecus, ut ſi per contumaciam pro-
ceſſum eſſet iuxta. l. non uidetur Ia. 1. ubi
16 Bar.de iud.nam † citatio contra eum, q cō-
parere nō tenetur, nulla eſt, quod declarat
17 Soc. tract.fallen.regula.49. ſic & † Bannum
factū contra contumacem, qui cōparere nō
tenebatur eſt nullū, ſic Bar. d.l.non uidetur
in fi.& egregiè ac latè Marſi.ſing.72.& cōſ.
16.nu.33.Gramma. Neap.Deciſ.29.nu.3.4.
18 Quęro.3.quid ſi quis rem † occupet ratio
ne ſeruitutis ſibi debitæ an locus huic reme
dio ſit, & eſſe locū cenſuit Alber.in hac ipſa
l.extat col.3.uerſ.quid ſi apprehēdo, cui ac
cedo, cum & ſeruitus debitum dicatur.l.cor
ruptionem. C. de uſufructu, militat & ea-
dem ratio reprimendæ audacię, quin & hoc
caſu locū eſſe remedio.l.ſiquis in tantam.C.
unde ui, dixit Alb. qđ ſuo loco planius fiet.
19 Quæro.4.quid ſi non rem ſed † debitoris
perſonam capiat ſua authoritate creditor,
an locus huic remedio erit: & eſſe locū cen
ſuit Albet.in hac ipſa.l.extat.col.3.uerſ. itē
quærit Iac. poſt Iac.Rauēnatem, quē citat,
ea adducuntur ratione, quia maior ratio in
hac occupatione ineſt, maioris ſcilicet auda
ciæ cauſa quam cū res occupātur afferri, et
illud poteſt conſtitutionē noſtram generali
ter in rei occupatione loqui, & rei appella-
tione hominem liberū uenire probat. l. 1.§
quędā.de rerū diuis.§.1. Inſt.de reb. corpo.
& in corpo. quod placuit Io. Coraſio in. l.
naturaliter, §.nihil cōmune.in p̄ludijs. n.36.

de adquir.poſſeſſ.etſi aliter ſenſerint Alber.
Caſtren. & Dec.ut is Dec.ſcripſit.in l.1.ter
tia lectura nume.32.34.ff. ſi certum petatur
& Gomes.in.§.omnium n.24. Inſt.de actio.
& Barba.conſ.26.col.4.circa med.lib.2.ad-
uerſus quos pugnat tex.l.procurator. 2. §.
ti.ff.rem ratam hab. Extenditur procedere
20 etiam ſi creditor detineret † filios debitoris,
& illos ad ſeruile miniſteriū induceret,tunc
etiam ius crediti amittit,ex noua Iuſtiniani
conſtitutione.in.§.quia uero.in auth.ut nul
li iudicum &c.& in uerſione Holoandri eſt
Nouell.134.§.quoniā uero,& declarat glo.
in cap. ex reſcripto de iure iura. & apud Di
uum Gregorium lib.2.epiſt.cap.94.& li. 3.
ca.43.quem hic citauit Iac.Cuiacius,qui &
Diuum Ambroſium in li.de Tobia,cap.8.re
tulit,non tamen caſus hi ad diui Marci con-
ſtitutionem pertinent. Declara non proce-
dere,quando ita pacto fuiſſet conuentum.
paciſci enim ſic poſſe egregiè declarat Za-
ſius lib.2.ſing.reſponſorum.cap.8.

21 Quæro 5. quid ſi creditor † non rem pro
priam ſui debitoris,ſed ab eo bona fide poſ
ſeſſam,ut puta depoſitam, uel cōmodatam,
occupet,an locus huic remedio & conſtitu
tioni ſit,& eſſe credidit Alber. in hac ipſa.l.
extat col. penul.in fi. uerſ. item quæritur ſi
res &c. argumento. l. & non tantum.ff. de
22 petitio.hęred.quo dicimus,ea † noſtra eſſe,
uel in hæreditate nobis debita contineri, q̄
depoſita ſunt,ſed clarius probat tex.in.§.ſa
ne. Inſt. ui bono. rapto. dum conſtituitur,
actionem illam habere locum, cū bona fide
poſſeſſa ut depoſita, ui rapiuntur; militat
& ratio illa audaciæ reprimendæ,nam dum
creditor occupat,non eo nomine occupat
ut uerum dominum re illa priuet, ſed ut à
debitore auferat, qui domino æſtimatio-
nem poſt modum ſoluere tenetur,quę ſanè
q̄ſtio,ex his, quæ latius infra in remedio re
cuperandę poſſeſſ. ex cap. reintegranda &
ex officio iudicis dicemus,declarabitur.

23 Quæro.6.quid ſi is creditor † ſit ſub con
ditione,& pendeat adhuc conditio cum res
debitoris occupat, an huic conſtitutioni lo
cus erit: & eſſe placuit Alber.in hac.l.extat.
col.pen. in fi.uerſ.item quærit ſi debes, etſi
enim tex.l.extat in debitore loquatur,& de
bitor ſub conditione, non dicatur propriè
debitor.l.cedere diem de uerb. ſign.attamē
hoc caſu nulla eſt inter hunc improprium
debitorem & proprium differentia.ut eſt in
argumentum tex.l.Sempronius Attalus in
princ. uerſ.idem euenit de uſufr. leg. ea ra
tione huic ſententiæ ſubſcribo, quod in ma
teria indifferenti, cuius ratio æque militat
24 tam in debitore † uel creditore conditiona
li,& debitore purè, nulla inter eos ſit diffe-
rentia,ut declarat Dec. in.l.1. in prima lect.
nu.29.& in 3.lect. nu.96.ff.ſi cer.peta. ſentit
ibi Cur. Iun.nu.74. & ſi non ignorem, eſſe
quamplures, qui uerius affirment creditorē
ſub conditione, eſſe propriè & uerè credi-
torem,quod eſſet fortius.ſed in caſu noſtro
una eſt ratio in utroque caſu, immò maior
cum creditor ſub conditione occupat. nam
ſcire debuit ſe adhuc creditorem non eſſe,
& ideo ne colorata etiam ratione niti poſ-
ſe ad occupandum,qua uerus creditor iuua
ri credidit,etſi malè.

25 Quæro.7. quid ſi † debitoris fugitiui bo
na occupentur, an locus erit huic conſtitu-
tioni:& non eſſe locum cēſuit gloſa in hac
l.extat.ibi Bar. prima oppo. idem in. l. ait
prætor.§.ſi debitorem.num.1.ff.de his,quæ
in fraud. cred. quod & in remedio ex.l.ſi qs
in tantam.C. unde ui,ſenſit Ripa.cap.ſæpe.
nu.85.uerſ.retenta,de reſt.ſpolia.lege enim
12.tab. conceſſum hoc fuit, ut hic adnota-
uit Cuiacius.quam ſententiam ueram intel
ligo,quando is debitor cum pecunia uel a-
lia re fugiens capitur,licet enim tunc credi-
tori ſibi iuſdicere,cum(quod aiunt)in mora
ſit periculum,nec aliunde ſibi conſultum,ut
ſcripſit Dec.in.l.qui iuriſdictioni.nu. 12. de
iuriſd. om.iud.ſecus ſi immobilia occupa-
rentur, quo in caſu nec uerba nec ratio.d.l.
ait prætor.§. ſi debitorem locum habet ſed
eadem conſtitutionis noſtræ ratio militat.
illo ergo caſu,quo fugientem debitorem ca
pere,& bona auferre licet, nulla iuris ſolen
nitas obſeruatur:ut docuit Ang. in. d. L.ex-
tat,& alia retulit Soc. Sen.conſ.99. nu.4.lib.
4.quo loci diſtinguit inter debitorem fugiē
tem(ut noſtro hoc caſu,) & fugæ ſuſpectū.
26 Nam is fugæ † ſuſpectus,non niſi multis ob
ſeruatis,præhendi,& carcere mancipari po
teſt ut latè tradunt Iaſ.in.l.ſi ab arbitro.nu.
3.qui ſatiſda.cog.Neuiza.cōſ.52.n.12.Mar
ſil.ſin.43.ſing.282. creditor &c.& ſing.638.
Soc.Sen. conſ.99.101.102.lib.4.qui. d. conſ.
100.n.2.poſt Roma.& Ancha.affirmat,hoc
27 caſu non poſſe † opponi Iudicis incompe-
tentiam.etſi Neuizanus.d.conſ.52.num.15.
multis contrarium uerius exiſtimet.i. alia

retulerunt Rui.conſ.89.num.13.lib.1. Dec.
conſ.75.Ripa lib.1.reſponſo. cap.13. Pariſ.
conſ.99. 101.107.lib.3.cætera ſciens præte-
reo,quæ præſentis inſtituti non ſunt.
Quæro.8.utrumne huic conſtitutioni lo
28 cus ſit,cum ex pacto † conuento creditori
licet rem propriam occupare iuxta.l.3. C.
de pigno.& nõ eſſe locum credit glo.&Bar.
ibi nu.1. d.l.extat.in hanc ſententiam cele-
bre Theodorici Italiæ, & Galliarum tunc
Regis edictum extat euius meminit Caſſio.
lib.4.uaria.epiſtola, deſtinata Ioanni V. S.
cõſuli campaniæ,cuius hęc ſunt uerba. Pro
inde edictalis programmatis tenore com-
perto,ſpectabilitas ueſtra ad eunctorum fa
ciat notitiam peruenire, ut quiſquis,quod
repetere debuiſſet pignorandi ſtudio for-
taſſis inuaſerit,uoce iuris amittat.nec liceat
euiq; ſua ſpõte,(niſi obligatum forſitan) pi
gnus auferre,hæc ille,& in ſimili quoq; ar-
bitratur Ripa in cap.ſæpe nu.85. uerſ.ſecun
do intellige.de teſt.ſpol. conſtitutionem. l.
ſi quis in tantam non habere locum noſtro
hoc caſu,quod ſuo loco dicam. ceſſat enim
uatis cæteris ſolemnitatibus teſtamentū cō
26 ficit.ſic data facultate † alienanti Feudum in
telligitur cæteris ſolemnitatibus obſeruatis
ſic Goza. conſi. 4. nu.29.poſt Alex.& alios
quos citat,ſic plura alia ſimilia congeſſerūt
Rui.conſi.110.in fi.lib.1.& conſi.82.n.9.li.3.
Cur.Iun conſi.105.nu. 3.conſi. 78.n.19. 20.
& egregie Boe.q.244.nu.3. 4.
27 Quæro.6.an † ſeruus ille, qui ad recupe-
randam domini poſſeſſionem admttitur, te
neatur cauere de defendendo, & non teneri
cenſuit gloſ.in hac l.1.in uerbo ſerui,quam
ibi probauit. Bart.numero. 6. nam cum tex
tus dicat ſeruato iudicio,& non ſoleant pro
curatores iſti a lege dati cauere de lite de-
fendenda,nec hoc erit in ſeruo conſtituen-
dum. Illud præterea accedit, quod cum
ſeruus domino adquirat,quicquid adquirit.
quomodo cauendo & non obſeruando po-
teſt cautioni ſatisfacere? & in ſeruis uel li-
28 bertis uel alijs ſanguine coniunctis, † quod
non committatur ſtipulatio de ſoluendo iu
iudicatum eſt textus in.l.3. §.2.3. ff. iudica-
29 tum ſolui,& quod ij a lege † dati procura-
tores defenſionem promittere non tenean-
tur l.ſed & hæ.in principio.de procura.cla-
rius habetur in l. ſeruum quoque. §. ult. de
procura.iuncto principio tex.nam ſerui de-
fendunt dominum abſentem,ſed non tenen
tur cauere de iudicato ſoluendo.
30 Quæro 7. an ſerui iſti,† ſaltem cauere te-
neantur, quod dominus ratum habebit,
gloſ.huius l.1. in uerbo.ſerui circa fin. affir-
mauit,teneri.quam opinionem approbauit
ibi Bartol.nume.7. ea ratione quia idem in
31 coniunctis † perſonis uidemus.l.ſed & hæ.l.
ſeruum quoque. §. prætor ait de procura-
tor. & quod ibi declarat Barto.in fine,quan
do non extat ſufficiens expreſſum manda-
tum l.1.C.de procurator.nam ſi extat, iam
explicitur dominus ratum habere,quod la-
tius explicant omnes.d.l.1.C.de procur.qui
uidendi ſunt.
32 Quæro.8.an conſtitutio † iſta,quæ in ſer
uo loquitur,locū etiam ſibi uendicet in pu-
pillo:& habere locū cēſuit glo.in hac.l.1. in
uerbo ſerui in fi.ubi Barto.nu. 8. ea ratione
33 adducuntur,quia cauſa † huius poſſeſſionis
momētaneæ hoc habet commodum:ut qui
cumque aliàs nō habens legitimam perſonā
ſtandi in iudicio,in ea audiri poſſit.l. momē
taneæ.C.qui legit.perſo.non habea.ſtādi in

34 iud.Sed admonui † aliàs ſupra in primo re-
medio ex interdicto unde ui..q.38.quę ſit in
ter has differentia: nam hic fauore abſentis
ſpoliati cōceditur,ibi quia momentanea eſt
poſſeſſio,& utriq; modici detrimenti.nec eſt
35 quod cum Bart.dicamus † in hac noſtra con
ſtitutione agi de momentanea poſſeſſ. quia
36 uerba illa momentariæ † perindè poſſeſſio.
ſimilitudinariè poſita ſunt. quod dictio per
indè aduerbium oſtendit, ut apud M. Tulli-
um in 3.Tuſcula.in quo facetum illud Bio-
nis,perindè ſtultiſſimum regem in luctu ca-
pillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror le
uaretur,Cicero ad Atticum.lib.13.Quod er
go perindè tuebar ac ſi uſus eſſem,uel dic il
lam poſſeſſionē appellari momentaneam,
quia ſtatim domino reuerſo in diſputatio-
nem reincidit,non quod uerè momentanea
ſui natura ſit. Vnum tamen eſt hoc caſu,ſer
ui & pupilli perſonam eſſe idoneam. Nec
uerba noſtræ conſtitutionis refragantur,
quæ in ſolo ſeruo loquuntur,quia in ſeruo
quidem exemplum ponitur, non tamen ad
caſum ipſum ſolum ſerui reſtrictio fit,cum
37 non ſoleant exempla reſtringere † ſed de-
clarare. l. damni infecti quidam, de damno
infecto.§.hactenus Inſt. de grad.poterit er-
38 go minor † & pupil. in hoc iudicio ſtare,
quod intelligimus ſine difficultate in hoc ca
ſu.d.l. momentaneæ,ſeu ult.C.qui legit.per
ſo.&c. ut eo loci concedunt Bartol.Bal.Sa-
ly.& cæteri omnes,quod ſenſit & poſt mul-
tos,quos citat,Neuiz.conſi.19.n.2.3.nec diſ
ſentit Bal.in hac ipſa.l.1. circa med.uerſic.
idem in filio.C.ſi per uim uel alio modo, &
conſi. 217. uerba libelli. col. 3. uerſi. item
quia ſpeciale eſt,lib.2.
39 Quæro.9.quid ſi ſeruus † iſte, uel minor
pro abſēte agens,ſuccumbat in cauſa,an ab
ſēti domino præiudicet,glo.huius l.1.in uer
bo differratur,inquit non præiudicari.ſed fi
deiuſſores tantum,qui de ratificatione cum
actore promiſerant teneri, quam ſententiā
eſt ſecutus hic Bart.num.9.illa ratio adferri
poteſt,quia abſenti prodeſſe preſēs.& agēs,
nō autem nocere poteſt. quamobrem niſi is
ratum habeat,ex eo actu damnum ſētire nō
debet,nam quod noſtrum eſt,ſine facto no-
ſtro a nobis auferri non poteſt. l.id quod de
reg.iur.& quoad ipſum agētē, ſuę facilitati
eſt adſcribendū,quod cauſam uel temerè ſu
ſceperit,uel ſuſceptam malè defenderit, ſua
enim culpa damnū hoc ſentit: quare alteri
imputare nō debet.ca.damnum de reg. iur.
in 6.quibus rationibus idem dicendum eſt
in fideiuſſore,qui facilis fuit ad interceden-
dum pro actore ratificationem promitten-
te,contra quem fideiuſſorem, poſſeſſor de-
nuò a domino reuerſo moleſtia affectus, ex
perietur.
40 Quęro 10. an ſeruus † iſte poſſit pro ab-
ſente mouere actionem ex. l. ſi quis in tan-
tam.C.unde ui:& non poſſe concludit gloſ.
huius.l.1.in uerbo perſonis.C.ſi per uim &c.
quam probauit hic Bart.non 10. & Bald. in
fine,cuius rei ratio ē quia in eo caſu nō ſola
poſſeſſionis cauſa,ſed & proprietatis tracta
tur,cum tamen ob ſolam cauſam poſſeſſio-
nis uti de re momentanea,& modici detri-
menti ſit hoc conceſſum, quod & probant
omnes.in d.l.ultima.C. qui legit.perſ.& illa
pariter adferri poteſt ratio, in caſu noſtro,
agi, ne per abſentiam ſuum perdat poſſeſ-
ſor.at ibi lucrum caperet.ſi pæ.ā conſeque
retur,& latius forte ad d.l.ſi quis in tantam
dicemus.
41 Quæro.11.an agentes † iſti ad recuperan
dam poſſeſſionem pro abſente re cōueniri
poſſit:& non poſſe affirmauit Cy.in hac l.1.
q.pe.C.ſi per uim,ea ratione:quia cauſa hęc
ſine ulla cunctatione finienda eſt, nimirùm
ſi ipſa reconuentio non admittitur,quam ra
tionem idem Cy.conſiderauit in.l.momen-
taneæ,col.2.C.unde ui.uerum nou ſatis con
cludit,cū tex.in cap.ult.extra de ord.cogn.
reconuētionem ſuper poſſeſſorio admittat,
ex quo cauſa illa reconuentionis, ita breui
tempore,ut cauſa conuentionis diffiniri po
teſt.quod iam ſuo loco ſuprà in primo recu
perādæ poſſeſſionis remedio.q.33.diximus
quare melior eſt antiquorū ratio.quā retu-
lit & non probauit Cy. hoc ſcilicet contin-
gere priuilegio perſonarū:quia ſerui iſti pri
uilegialiter admittuntur, ut abſentis amiſſā
poſſeſſionem recuperare ualeant.non ergo
reconueniri poſſunt, cum recuperandi non
amittendi habeant facultatē. nam taxatiuè
loquitur conſtitutio ipſa, ut id ſolum dili-
genter requirant,an eius, qui, quolibet mo
do peregrinatur,poſſeſſio ablata eſt,&c. &
in fine,ibi,cum ualdè ſufficiat poſſeſſionem
tenentibus abſentium nomine contra preſē
tium uiolentiam ſubueniri,& ibi, gloſ.ulti-
ma,iure ergo poſſeſſor cōuētus,expectabit
domini præſētiam,uel alio medio ſibi ſatis
fieri curabit, cum & præſentibus aduerſus

abſentes ſit a iure prouiſum & ſuccurſum.
42 Quæro.12. an quemadmodũ † ſeruis iſtis
recuperandi poſſeſſionem abſenti nomine
facultas conceſſa eſt, poſſint & fructus, qui
percepti ſunt uel potuerunt recuperare: &
non poſſe uidetur affirmare glo. huius l. 1.
in uerbo ſuperuenerunt. cum ſentiat ſupereſ
ſe diſcutiendum ſuperuenienti domino, quę
non ſupereſſet ſi a ſeruo diffiniretur. cuius
rei ratio eſſe uidetur, ſolam facultatem recu
perandæ poſſeſſionis eſſe conceſſam, Verũ
aliter ſenſit Petr. & Cy. in hac l. 1. in fin. agi
ſcilicet, & pro fructibus poſſe, ea ratione:
quia idem eſt iudicium de acceſſorio, quod
43 de principali, citant l. ad rem mobilem & †
l. ad legatum de procurat. quæ tamen iura
non in acceſſorio ſed in neceſſario præpara
torio loquũtur, ſine quo cauſa ipſa principa
lis a conſtituto procuratore tractari nõ poſ
ſet, ut tradunt omnes in rub. C. de edendo
ibi Dec. num. 1. & hoc eſt quod habetur. in
l. 2. ff. de Iuriſd. om. Iud. ubi interpretes om-
nes, & ſic intelligit Cur. Iun. in conſil. 112.
44 num. 2. quo loci ſubiicit, quod conceſſo †
conſequenti dicitur & conceſſum neceſſari-
um antecedens, etiam aliàs nullum & inua-
lidum. Verum & ſi in caſu noſtro fructus ac
ceſſorij prædii ſint, non tamen adeò in ſepa
rabiles uidentur, ut conceſſa agendi faculta-
te ſuper uno, cẽſeatur ẽt data ſuper altero,
45 nam quod dicimus † cõceſſo principali con
ceſſa eſſe omnia acceſſoria iux. l. Cũ princi-
palis de reg. Iur. & c. acceſſorium de reg. Iur.
in 6. intelligitur cum acceſſorium eſt a ſuo
principali inſeparabile, ut declarat egregiè
Bar. in l. quiſquis. nu. 1. C. de agricol. & cenſ.
lib. xj. quod affirmauit & Ripa in. l. 1. §. is ſi
quis ita nume. 39. in fin. de uerb. ob. & ſi nec
Barto. nec alterum citauerit. & hoc idem ui
detur ſenſiſſe Iaſ. cõſil 185. in fin. lib. 2. eſt er
go difficultas cognoſcere, an fructus ad fun
dum acceſſorij adeo ſint ut inſeparabiles
46 eſſe uideãtur. & in fructibus † pendentibus,
res eſt abſoluta, inſeparabiles eſſe, cum fũdi
pars dicantur. l. fructus pendentes de rei uen
d cat. quod latiſs. explicant Tiraq. De retra
ctu conſang. §. 1. gl. 7. nu. 35. & multis ſequen
tibus, & Didacus Couuarr. lib. 1. Varia. reſo
lu. cap. 15. nu. 1. 2. quo loci egregiè declarat
47 fructus † eſſe partem fundi ſuppoſitiuã, non
integralem, uel ſubiectiuam uel prædica
48 mentalẽ, ſed difficultas uerſatur in illis † fru
ctibus, qui a fundo ſeparati ſunt: nam illi in-
ter mobilia ſolẽt numerari l. ultima. ff. de re
quir. reis, ibi, ſed & Diuus Traianus inter mo
uentia fructus quoque haberi reſcripſit, quę
uerba de ſeparatis a ſolo intelliguntur. ut re
ctè poſt Specul. & alios, quos citat, cenſuit
Decius conſi. 472. num. 5. Alciat. reſponſo.
660. nu. 2. & ſi Tiraq. quem ſtatim ſupra retu
li, num. 44. de pendentibus ſit uſus intellige
re, ut ergo, quid diuerſum a fundo: fructus
iſti ad fundum acceſſorium non ſunt, qua ra
tione non ſatis uera uidetur Petri et Cy. ſen
tentia. Quic quid tamen ſit, eos alia ratio-
49 ne ſequor. † quod eorum opinionem proba
ri uideam ex uerbis ipſiuſmet conſtitutio-
nis noſtræ: dum in principio concedit, domi
num abſentem cuiuslibet rei poſſeſſione
priuatum, poſſe reſtitui medio ſui uel alte-
rius abſentis. Cum ergo & in fructibus eti-
am ſolo ſeparatis aliqua inſit poſſeſſio non
erit dubium quin eodem modo ſeruus pro
fructibus, ut pro poſſeſſione prædii recupe-
randa experiri poſſit. hoc idem probat tex-
tus l. 1. dũ uult domino nullum inferri præ
iudicium ſeruorum negligentia, ſed illi reſti
tutionem debere fieri, cum ergo loquatur
per uerbum reſtitui ſui natura, nõ fundi mo
dò poſſeſſio, ſed & fructus reſtituendi ſunt,
ut iam ſupra in præludijs docui, cum præci-
pue dicat, nullum debere inferri præiudici-
um, accedit præterea quod & fructus ſolo
ſeparati, ſæpiſſimè ueniunt ſub rei principa-
50 lis appellatione, ut, facta † rei principalis cõ
ceſſione, & fructus conceſſi dicuntur, ut cõ-
ſultus reſpondit Soc. Sen. conſil. 93. col. 8.
uerſi. confirmantur prædicta lib. 1. quo loci,
citat inter multa. tex. d. l. ultimæ. ff. de requir.
reis & hanc ſententiam probare affirmauit,
nec enim diuerſa (ut mea fert opinio) aſſi-
gnari poteſt ratio, cur magis hìc ſeruis lice
at poſſeſſionem rei immobilis, quàm mobi
lis recuperare.

Quæro. 13. an hæc conſtitutio, quæ loqui
tur de recuperãda illa poſſeſſione, quam no
mine abſentis, ſeruus, uel amicus detinebat
& amiſit, ut probat hæc l. 1. ibi poſſ. abla-
ta eſt, quam propinquus, &c. & ibi nec eos
qui deiecti ſunt abſẽtium nomine poſſiden
tes &c. habeat inquam locum hæc conſtitu-
51 tio ſi dominus † & poſſeſſor pręſens deiciat.
& facta deiectione abeſſe ſtatim incipiat,
(nã ſi ex interuallo non uidetur dubiũ quin
ſuæ negligentię ſit aſcribendũ) & certè noua
eſt quęſtio, quam hactenus excitatam ab ali

quo ex multis, quos uidere contigit, non uidi. in qua concludendum arbitror nō eſſe locum, tum quia alio iure ſibi cōſultum erat, tum quia parum ſibi erat uno uerbo procuratorem conſtituere: ſibi ergo erit imputan-
52 dum, quod ſponte † in eam neceſſitatem ſeſe iniecerit iuxta l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. cum aliis egregiè congeſtis a Tiraq. De retractu cōſang. §. 1. glo. 10. nu. 25. Ripa Tract. de peſte tit. de Priuileg. contractuum nu. 7. 36. accedit quod conſtitutio ſuccurrit abſenti, cū non ipſe, ſed q ab eo ſuo nomine relictus eſt poſſeſſor, ſpoliatus fuit, & cōſtitutio ipſa, tum quia odiū deicientis, tum quia priuilegium continet, extenſionem non patitur, ut de caſu ad caſum trahatur. Hęc de ſexto remedio.

SVMMARIVM SEPTIMI remedij.

1 *Conſtitutio. l. inuaſor. C. unde ui. quo tēpore edita.*
2 *Inuaſor, quis propriè.*
3 *Inuadere eſt in alienis irruere.*
4 *Inuaſor propriè, & impropriè in caſu. l. inuaſor. C. unde ui. ſumitur.*
5 *Conſtitutio. l. Inuaſor. C. unde ui. an noua ſit.*
6 *Lex Iulia de ui. quo uim coerceret.*
7 *Accurſii lapſus ignoratione temporū editarum conſtitutionum.*
8 *Rationes, quibus edita fuit conſtitutio l. Inuaſor. C. unde ui.*
9 *l. Inuaſor. C. unde ui. quam nouam induxerit utilitatem.*
10 *Summariè in poſſeſſoris procedi.*
11 *Bartoli declaratio ad. l. Inuaſor. C. unde ui exploſa.*
12 *Noua ab authore ad. l. Inuaſor. cōſ. C. un. ui, cōſiderata utilitas et praxis*
13 *l. Inuaſor, & l. ult. C. unde ui quomodo differant.*
14 *Error qualis eſſe debeat ut excuſetur inuaſor.*
15 *Succeſſorem alterius iuſtā habere ignorantiæ cauſam.*
16 *Hæredē cōductoris excuſari. ſi domino ſtatim rē locatā reſtituere negat*
17 *Credens uiris probis & fide dignis excuſatur.*
18 *Negligentia poſſeſſoris debet eſſe probabilis ut excuſetur inuaſor.*
19 *Negligentiam, ut quid non formatum, ſenſu & intellectu non percipi.*
20 *Teſtes ſuper ijs, quæ ſenſu tantum percipi poſſunt, teſtificari.*
21 *Negligens is dicitur, qui nō facit quod facere oportuit.*
22 *Negligentia in genere quomodo probetur.*
23 *Tutoris negligentia in non emendis prædijs ex pecunijs pupilli, quomodo probetur.*
24 *Negligentia ex eo probatur, cum quis ad rem conſequendā remedijs opportunis uſus non eſt.*
25 *Poſſeſſio ciuilis decennio perditur.*
26 *Negligens multa fert incommoda.*
27 *Poſſeſſorem mediatum remedio. l. Inuaſor. C. unde ui non conuenire.*
28 *Feudi inuaſor an iuuetur remedio. l. Inuaſor. C. unde ui.*

IMPERATOR CONSTANTINVS A. AD TERTVLL.

INVASOR locorum pœna teneatur legitima: ſi tamen ui loca eadē inuaſiſſe cōſtiterit. nam ſi per errorem, aut incuriā

domini loca ab alijs poſſeſſa ſunt: ſine pœna poſſeſſio reſtitui debet. Dat. ſex. Calen. Maij, Gallicano & Symmacho Coſſ.

SEPTIMVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM, EX. L. INVASOR C. unde ui

DIVVS idem Conſtantinus (quem & in ſexto proximo recuperandæ poſſeſſiõis remedio retulimus) ſub conſulatu Gallicani, & Symmachi, hanc ipſam. l. Inua
1 ſor † edidit conſtitutionem, qua moderatur alias inflictam pœnam occupanti aliena, ne is, qui uel incuria dominorum rem ipſam occupauit, uel per errorẽ inuaſit pœna afficiatur. ſola. n. reſtitutio ablatæ uel occupatæ rei facienda eſt, nã, cum (ut ſuo dicemus loco) ratione pœnę excuſatione aliqua is uiſus ſit: abolita eſt pęna. ſed cũ non ei liceat cũ alterius iactura effici locupletior, rẽ neceſſario reſtituere de-
2 bet. Et licet inuaſor † is propriè dicatur, q rem, in qua nullum ius habet occupat, ut declarat Iac. Concen. li. 3. queſtio. c. 13. in fi. &
3 ſit inuadere † irruere & impetũ facere, ut apud Virgiliũ, inuadũt urbem ſomno uinoq; ſepultã. & Cicero pro Cecinna, ut in Cecinna aduenientẽ, cũ ferro inuadere, & in Philippica. 12. in totũ alicuius domum inuade-
4 re, & alibi ſæpiſſimè, quo tñ ad † conſtitutionis noſtræ caſum propriè inuaſor hic ſumitur: quo ſcilicet ad principium tex. dum inqt. Inuaſor locorũ pœna teneatur legitima: ſi tñ ui loca inuaſiſſe conſtiterit, quo uero ad ſecundam cõſtitutionis partẽ dum ſic legitur. nam ſi p errorẽ uel incuriã dñi, loca ab alijs poſſeſſa ſunt ſine pœna poſſeſſio reſtitui debet is inuaſor non propriè, ſed impropriè accipitur quin eos poſſeſſores non inuaſores appellat Conſtantin. cum uim uerè commiſiſſe non uideatur.
5 Quæro. 1. utrumne † noua cõſtitutio hęc ſit: & eſſe rectè credidit Bart. in hac ipſa. l. inuaſor, quem eſt ſecutus Rober. Maran. de ordine iudicio. 7. diſtin. nu. 42. & ad interdictum non pertinere dixit Bar. nam ut idem in. 3. lectura ſenſit, & rectè ſatis, finis cõſtitutionis noſtræ eſt noui iuris inductiuus, etſi principiũ ius antiquũ reſpiciat, quod & Cyno ibidem in fi. placuit. iure. n. antiquo ſan-
6 citũ erat † ex. l. Iul. de ui, occupantem ui aliena, eſſe uel capitis, uel interdictione aquæ, & ignis pœna plectendũ, ut extat relatũ in tit. ff. ad. l. Iul. de ui, quod intelligimus, cum uis erat publica; ſi uero priuata, publicatio partis bonorum erat ut. l. 1. ff. ad. l. Iul. de ui, & alibi, qua ratione rectè cenſuit Cõſtant. inuaſorẽ teneri pœna legitima, hoc eſt a lege cõſtituta, ꝙ intelligere neceſſe habemus a iure antiquo, nõ ut male hic eſt opinatus Accur ex. l. ſi quis in tantam. C. unde ui, cũ illa cõſtitutio poſt hanc per annos ſexaginta edita fuerit, quæ ſanè antiquæ conſtitutiones cũ nullam eorum rationẽ habuiſſent qui uel errore uel dñorum incuria rem occupaſſent, uiſum fuit æquum Conſtantino, pœnã ipſam tẽperare, hinc facile cõijcimus
7 quas diuinationes fecerit hic † Accur. temporum ignoratione, nam quod ille ait, hanc conſtitutionẽ nec ueteri iure nec nouo locũ habere, ueteri, quia lege ciuili nulla pœna erat huic inuaſori indicta, nam q̃ erat pretorio iure erat, non ergo legitima, falſa eſt argumentatio, etſi multis alijs modis reſpõdere conatus fuerit ipſe Accur. iure ſcilicet ueteri fuiſſe pœnã ratione fructuum, q eiecto reſtituendi ſunt. quę ſanè reſtitutio, quo ad ſoluentẽ pœna dicitur, ut in argumentũ eſt tex. l. 1. §. ſi plures. ff. de eo per quem factum erit, uerũ ut ibi animaduertit Bar. non dicitur illa mera pœna, cũ ſit proprie intereſſe, de quo intereſſe nõ loquit̃ tex. noſter, cũ ſimpliciter de pœna intelligatur, & ideo hac ratione præter cæteras tum a Bar. Saly. & alijs relatas, non placet. quare ſecũdo loco glo. dicebat principium, & finem ſemper loqui ſecundũ ius nouum, principium ex. d. l. ſi quis in tantam. C. unde ui, finis ſecundũ. l. cum quærebatur. C. eo. quorum utrunque præter Bar. Saly. & alios aperte eſt falſum, ſi temporum rationem habebimus, ſecundum quæ ſingulæ conſtitutiones æditæ ſunt.

Et in præludijs diximus,ut anteq̃ hæc con-
8 ſtitutio promulgaretur † duo fuerunt in
cauſa illius primi poſſeſſoris,neglĩgẽtia, ob
q̃ & alia multa in iure noſtro cõceduntur,
ut infra.q.5.dicemus,ſecundo probabilis oc
cupantis error, qui ſolet & ſępiſſimè excu-
ſare ut infra in.q.4. fuſius uidebimus.
9 Quæro.2.quæ noua † ſit huius conſtitu-
tionis utilitas . cum in rei uendicatione (ut
Bar.hic eſt opinatus) uideatur ſufficere pro
bare,quæ requiruntur hoc caſu , cum quis
uult poſſeſſionem ab altero inuaſam recu-
perare,nam inquit Bart.hæc conſtitutio cõ
petit domino propter eius incuriam uel er-
rorem,quando loca uacabant:unde habeat
neceſſario probare ſe dominũ,& poſſeſſio-
nem ab eo uacantem,quod ſatis ſuperq; eſ-
ſet in rei uendicatione, quia probãdo domi
nium,obtineret.Huic difficultati & quæſtio
ni reſpondet Bar.hanc eſſe utilitatẽ in hac
conſtitutione,quia in hoc poſſeſſorio pro-
10 ceditur † magis ſummariè, nec requiruntur
probationes ita liquidæ,ſicut in rei uendica
tione,quæ ſanè reſponſio,etſi in ſe uera ſit,
11 non tñ † ſatis propè ad caſum noſtrum acce
dit,cũ hæc uera praxis noſtræ conſtitutio-
nis,non uideatur q̃ Bart. ipſe præſupponit,
12 quare arbitror in eo eſſe † conſtitutionis no
ſtræ utilitatem ex latere inuaſoris cõuenti,
ut pęnam legitimam olim indictã effugiat,
ſi uel errorem,uel dñi incuriam oſtenderit,
eritq; praxis hæc obſeruanda,ut agat olim
poſſeſſor,& nunc ſpoliatus;poſſeſſionem ſi
bi reſtitui,& inuaſorẽ pœnis legitimis ple-
cti,aduerſus quem excipiet inuaſor,ſe iuſto
errore deceptũ,poſſeſſionem occupaſſe,uel
ob domini incuriam id egiſſe , qui fortè ua
cantẽ per multos annos(ut Ang.hic animad
uertit) poſſeſſionẽ,ut derelictã habuit. ea q̃
ratione pœne aduerſus eũ locum non eſſe.
13 Quęro.3.quid differat hæc † conſtitutio
a cõſtitutione.l.ult.C. unde ui.cũ in ea plus
prouiſum uideatur Bart.in hac ipſa.l.Inua-
ſor,quẽ cæteri ſunt ſecuti reſpondet: maxi
mè differre. nam nĩa hæc cõſtitutio loquit̃,
cũ quis iuſto errore uel alia iuſta cauſa,poſ
ſeſſionẽ inuaſit , ob q̃ pœnæ non eſt locus,
cuius rei rationem nunc ſubijciam.conſtitu
tio autem l.ulti.locum habet cũ dolosè qs
rem uacãtẽ occupauit,quod uerũ an ſit ſuo
loco dicemus , nec aliter ſenſiſſe uiſus eſt
Bal.in.l. improba. C. de adquir.poſſeſſ.ubi
dum nouũ ſtudet adferre ſenſum, idẽ, quod
Bar.tandẽ docuit. ratio in hac cõſtitutione
illa aſſignari poteſt,quòd iuſta cã excuſat a
dolo,& per cõſequens a pœna.l.igitur.§.po
teſt.delibera.cauſa:quòd latiſſimè explica-
uimus ſupra in.5.remedio recuper.poſſ. ex
l.extat.ff.quod metus cã. q.13. nõ repeto.
14 Quæro. 4. qualis error † is eſſe debeat,
quo poſſit inuaſor excuſari:& arbitror eſſe
intelligendũ de errore iuſto, cũ & gloſ. hic
exponat,credens eſſe ſuã, nam ſi ſuam non
eſſe crederet,ſed ſolũ cuius eſſet ignoraret,
occupauerit.locus erit conſtitutioni. l. ulti.
C.hoc tit.unde ui,ut ibi cũ gloſa in uerbo.
ignorantiam,dicemus & ſenſit Rober. Ma-
ran.de ordine iudiciorũ.7. diſtinct. iudicio.
nu.42.ſed hoc caſu noſtro ſubſiſto,quod nã
exemplũ poſſit adferri,quo intelligamus :
occupantem credere rem eſſe ſuam. & cer-
te poteſt eſſe exemplum in eo qui in alte-
rius locum ſucceſſit, & a fide dignis audiuit
prædium illud fuiſſe illius defuncti cui ipſe
15 ſucceſſit,nam qui † in alterius locum ſucce
dit,iuſtam habet ignorantiæ cauſam. l. qui
in alterius. de regulis iuris,& in terminis ſic
ſenſiſſe uiſus eſt Baldus in conſil. 217. uer-
ba libelli col. fin. uerſicul. nam ſi quidem
lib. 2. ſic uidemus hac ratione , hæredem
16 † conductoris excuſari cum negat rem do-
mino reſtituere,ut tradit Bar.in.l.non ab re
nu.5.C.unde ui,& ibi latius forte dicemus.
17 ſic etiam,qui fide dignis † credidit accuſan-
dus non eſt,ut eſt notab.glo.in.l.Titio fun-
dus.de cond.& demo.quam exornant & no
tabilem dicunt omnes,ut apud Barba.conſ.
1.col.25.lib.3. Cepolam conſ.40.col.7.late
tradit Alcia.tract.præſum.reg.3.præſum.2.
latiſſimè Neuizanus lib.4.Syluæ nuptia.nu.
55. Cur. Sen. conſ.72.col.8. uerſ. recipitur
enim,Cur.Iun.conſ.19.nu. 5. Rubeus conſ.
44.nu.1. Pariſ. conſ.57. nu.50. conſ.58.nu.
17. lib.1.conſ.29.nu.24.lib.2. Soc.Iun.conſ.
37.nu.20.lib.2.late Tiraq. tract.de pœnis le
gum &c..cauſa.51.nu.26.29.35.36.Grãma.
conſ.15.nu.13.Craue. conſ.277. col.3.uerſ.
quod autem & conſ.319.nu.14.quibus locis
poſt Bar.in.l.Celſus.nu.4.de uſucap.& alios
plures quos citat,eum dici bonafide poſſide
re, & cum titulo ſi poſſidere cœpit ex quo
a uiro bono rem illam ſuorum predeceſſo-
rum fuiſſe , accepit quod rectè ſatis caſui
noſtro conuenit.
18 Quæro.5.qualis eſſe debeat † & quanta
prioris poſſeſſoris incuria,ut hic inuaſor ex

cuſetur,& probabiles eſſe debet,ut eo in caſu, quem refert Ang. in hac.l.inuaſor, cum dominus & poſſeſſor primus per multos annos prædium incultum reliquit, nec illud per ſe uel per ſeruos uiſitauit: adeò ut pro derelicto habuiſſe uideatur, quę ſanè negligentia maxima cum difficultate probari poteſt noſtro hoc caſu,nam ut reſpondit Bar. conſ.102.chariſſime domine,iſti noſtri Nu-
19 cerini.nu.3.negligentia † eſt quid non formatum,cum ſenſu non percipiatur,nec eius eſſentia uiſu poteſt percipi, uel auditu uel alio ſenſu corporeo, quo fit ut uix teſtibus illa probari poſſit,cum ferè ii teſtimonium
20 tantum habeant ſuper ijs,quæ ſenſu † percipi poſſunt.c.cauſam.de teſtib. l.teſtium. C. eo.& licet multi ſint caſus in quibus poteſt negligentia probari.ut ſi in facto certo & limitato tempore & loco loquamur, illius negligentia probatur ſi demonſtretur illo tempore & loco non ſatisfeciſſe obligatio
21 ni, † quia eo ipſo,quòd non facit dicitur negligens:niſi impedimentum oſtendat.l.3.§. ſi ad diem.l.quicomeatus de re mil.l.2.§.ſed etſi quis ubi oës. ff.ſi quis cautio ſic Bart. d. conſ.102.nu.1.cuius doctrinam in eo ſecutus fuit Felin.in cap.ſi autem.n.3.de reſcrip. Craue.conſ.132.n.4.& egregiè Ruin. conſ.
22 12.nu.8.lib.5.ſi uerò † in genere negligentem aliquem fuiſſe probare uolo,cum ad factum in genere tenebatur, tunc ſecundum Bar.d.conſ.102.nu.1.uerſ.quandoque: quis probandum,eſt illū ſciuiſſe omnia propter, quæ erat obligatus ad aliquid faciendum, quod uarijs exemplis eò loci docet Bar. illud maximè placet, ſi probare uolo tutorē
23 fuiſſe † negligentem in non emendo prædia pro pupillo probare debeo eo tēpore fuiſſe prędia uenalia,quæ emi potuerunt.idem Bar.in.l.tutor,qui repertorium.§.ſi poſt depoſitionem in ff.de admi.tuto.ex claro tex. §.pen.in auth.ut ij qui ſe oblig. res minor. perhib.quam ſententiam probant quāplurimi,ut apud Soc. Sen.conſ.149.col.2.in prin. lib.1.& cōſ.278.col.4.conſ.283.col.5. lib.2. Ruin.conſ.92.nu.3.lib.5. Dec. conſ.178. in fi.conſ.430.nu.4.& conſ.562.nu.12. Craue. conſ.21.nu.5.Rolan.a Valle conſ.49.num. 34.Plotum.l.ſi quando.nu.219. C. unde ui, qui & alios poſtmodum quamplures cita-
24 runt. ſic etiam arguitur † ex eo negligentia,cum quis nō eſt uſus mediis oportunis ad aliquid conſequendum, quibus uti poterat.ca.licet epiſcopus.de preben.in.6.quem ut notabilem citat pro hac ſententia Soc. Sen.conſ.273.col. 4. uerſ. confirmatur iſta concluſio lib. 2. quem ſecutus fuit Craue. conſ.132.nu.4.ſed maius eſt dubium quoad terminos noſtros, quanto ſcilicet tempore cauſata poſſit dici hæc negligentia,& certè nemo eſt(quem hactenus uiderim.)qui rem ad terminos conſtitutionis noſtrę explicet, quamquam uno ferè ore affirmēt interpre
25 tes noſtri,poſſeſſionē † ciuilem,quæ animo detinetur decennali negligentia amitti ut ſcripſit Din. in cap. ſine poſſeſſione.nu. 32. de reg. iur. quam ſententiam ferè omnes ſunt ſecuti ut multos congeſſit Tiraq.tract. de iure conſtituti in 3. parte. Limi.21.& late.Craue.conſ.235.nu.1.2.qui rem hanc latiſſimè explicant, qua ex re ſatis intelligimus,quantum proſit negligentia occupatori,& quantum primo poſſeſſori noceat, ut
26 & in alijs multis uidemus ob † negligentiā multa negligentem illum pati, ut late apud Barba.conſ.41.col.14.li.1.conſ.57. col.5.li. 2.Iaſ.l.eum qui.ſecundo nota.C.de procura.Dec. in.l.pen.6.nota.C.de pactis.Marſil. ſing.360.Chaſſa.conſ.38. Craue.conſ.132. nume.3.conſil. 240. num. 3. & ducentos & quatuordecim caſus,in quibus nocet negligentia,congeſſit Gomeſ. Hiſp. in commentarijs ad regulam cancellariæ De Triennali poſſeſſore,poſt.queſtio.28.

Quæro.6. an ex ui huius cōſtitutionis reſtitui,& tunc debeat poſſeſſio, cum non ip-
27 ſe inuaſor ſed mediatus † alter poſſeſſor detinet:& dicendū eſt non teneri,cū conſtitutio loqui uideatur de ipſomet inuaſore ſicque de prima occupatoris perſona,dum inquit Inuaſor &c. quod ex alio ſuadetur,qa is dominus reſtitui debet aduerſus eum, qui ſuam occupauit poſſeſſionem, non autem actionem contra tertium poſſeſſorem habere uidetur,ut nec interdictū unde ui a Prætore fuit conceſſum cōtra illum tertium, ut iā explicauimus ſupra in primo remedio recuperandæ poſſeſſionis.q.13. accedit præterea,quod ſuperfluo eſſet poſtmodum conſtitutum,& inductum a Pontifice maximo remedium ex.cap. ſepe.de reſtitu.ſpolia. quo contra tertium poſſeſſorem ſuccurſum eſt. ut ſuo loco dicemus. Nec difficultatem mouent aliqua cōſtitutionis noſtræ uerba,ibi, loca ab alijs poſſeſſa ſunt, nam ſatis de ipſo occupatore intelligi poſſunt, non autem de

alio tertio poſſeſſore, cogitandum tamen erit, quia noua hæc eſt excitata quæſtio.

28 Quarto.7.an hec cõſtitutio † loci etiam habeat in feudalibus, & habere affirmarũt Io.Defaſſo, & Bal.in.c.1.§.ſi duo homines, ubi clarè Afflictus.n.8.de pace tenen.& eius uiola.in uſibus feudorũ, quo loci ſubdit inuadentem ſua authoritate illud etiam amittere ex conſtitutione.l.ſi quis in tantam. C. unde ui, ut ſuo loco dicemus. Hæc ad ſeptimum recuperandę poſſeſſ. remedium.

SVMMARIVM OCTAVI remedij.

1 *Gratianus Imperator rei militaris, & literariæ inſignis.*

2 *Conſtitutio.l.meminerint.C.unde ui. nouum attulit ad recuperandam poſſeſſionem remedium.*

3 *Spoliatus iudicis authoritate, quomodo reſtituatur & quando.*

4 *Spoliatus iudicis authoritate aduerſatur iuris præſumptio.*

5 *Spoliatus iudicis authoritate, ſe iniuſte ſpoliatum probare debet.*

6 *Præſumptio transfert probandi onus in aduerſarium*

7 *Sententiam iniuſtã mero iure ualere.*

8 *Iudex extra iudicialiter ſpolians, uti priuatus ſpoliare dicitur.*

9 *Iudici reſiſti poſſe, cũ uti priuat⁹ agit.*

10 *Iudex infert iniuriam ſpoliato quem ut priuatus ſpoliauit actioneque tenetur iniuriarum.*

11 *Bart.in.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccleſias confugiunt.*

12 *Spoliatũ a Iudice, ſi notorium ſit ius non habere nec habuiſſe conqueri non poſſe.*

13 *Spoliatus etiam ordine indiciario ab eo Iudice qui incompetens eſt, a priuato ueluti dicitur ſpoliatus.*

14 *Iudicatum non dicitur, quod ab incompetenti iudice iudicatum eſt.*

15 *Sententiam ab incompetenti iudice latam omnino nullam eſſe.*

16 *Præſumptionem pro iudice non eſſe, Cum quid extra ſuã poteſtatẽ agit.*

37 *Iudex incompetens procedendo, dicitur ut priuatus procedere.*

18 *Iudex incompetens ſi ignorans ſuæ Iuriſdictionis uires procedat, p erro rẽ potius, q̃ per culpã dicitur lapſus*

19 *Iudex competens ſi nulliter proceſſit ſpoliaſſe dicitur.*

20 *Cap.Conquerente de reſtitu. ſpolia.declaratur, & nouo ſenſu illuſtratur.*

21 *Capit.Cauſam matrimonij. de officijs delegatis explicatur*

22 *Delegatus mandati fines excedens, ut priuatus dicitur procedere.*

23 *l.Meminerint.C. unde ui. nouo ſenſu aperitur.*

24 *l.Vltimæ.C.ſi per uim uel alio modo, ſenſus & intellectus.*

25 *C. Ex inſinuatione de proc.illuſtratur*

26 *Ripæ ratio euerſa ac exploſa.*

27 *Aymonis Crauet.inſignis Iurec. egregia ac noua declaratio q̃uo iudicis author. ſpolia.ante oĩa reſtituatur.*

28 *l.Vlti.§.ulti.ff.quod met.cauſ.declara.*

29 *Differentię ratio inter ſpoliatum à Iudice & à priuato.*

30 *Caroli Molinæi declaratio quomodo à iudice ſpoliat⁹ reſtituatur, euerſa*

31 *Recurſ⁹ ad ſuperiorẽ nunq̃ denegatur.*

32 *Spoliatus etiam ſi obtineat ſentẽtiam iudicis authoritate, poſſeſſionẽ non ingreditur, ſi reſiſtentem reperiat.*

33 *Iudicem non poſſe licentiam concedere ingrediendi poſſeſſion[illegible]er uim.*

34 l. Non eſt ſingulis de regulis Iuris, intellectus & declaratio.
35 l. Miſſi opinatoris. C. de exacto. tribut. lib. x. intellect⁹ ſenſus & declaratio.
36 l. Meminerint. C. unde ui. declaratio et intellectus.
37 l. ſi qs in tantã C. unde ui illuſtratur.
38 c. In noſtris de cõceſſ. p̃ben. declaratur.
39 l. Diu⁹. ff. de ſeruis fugitiuis, explicatur
40 l. Si ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt declaratur, eſſeque conſtitutionem iniquam multorum authoritatibus exponitur.
41 l. Vnica. C. quando liceat unicuique ſe ſine iudicis licentia uind. declaratur & exponitur.
42 l. 2. in fi. ff. quod met. cauſ. declaratur.
43 l. fundi. §. 1 de adquir. poſſ. explicatur.
44 Iudicis factum, quando factum partis cenſeatur.
45 Iudicis factum, non dicitur factũ partis cum iniquè procedit.
46 Iuriſdictio & priuato mãdari poteſt.
47 Executionẽ is mandare poteſt, qui exequendis ius habet non q illo caret.
48 Abbatis ac aliorũ exploſa diſtinctio.
49 Ripæ diſtinctio & doctrina reiecta.
50 Spoliatus Principis authoritate, quomodo reſtituatur ante omnia.
51 Executorẽ Pontificis, uel alterius non poſſe ordine iudiciario non ſeruato poſſeſſorem ſpoliare.
52 l. authoritate. C. unde ui declaratur.
53 l. Meminerint. C. unde ui. qũo intelligatur in ſpoliato Prĩcipis authoritate
54 l. ult. C. ſi. per uim uel alio modo, declaratur.
55 Citationem a Principe numquàm tolli. & nu. 58.
56 Capitulum conquerente. de reſt. ſpolia. nouo ſenſu illuſtratur.
57 Principem Iudiciarium ordinẽ in procedendo non ſeruare.
58 Citationẽ Princeps non poteſt tollere
59 Cauſam iuſtã in Principe præſumi.
60 Principis beneplacitum leui cauſa Iuſtificari.
61 Principem bonum et iuſtum præſumi, nec metum alicui uelle inferre.
62 Principem de ſubditorum bonis ad libitum diſponere non poſſe.
63 Cauſam in Principe iuſtam non præſumi cum ſpoliat.
64 Preſcriptione q̃ſita ſine cauſa a Principe non poſſe auferri.
65 Spoliatum a Principe extra iudicium ante omnia reſtitui.
66 Proditorem notorium de facto Principem poſſe priuare.
67 Princeps occupãdo caſtrũ ſuæ defenſionis cã ſi ſecuta pace illud nõ poſſeſſori primo, ſed uero domino reſtituat, poſſeſſorẽ illũ nõ dicitur ſpoliare.
68 Spoliatum cauſa cognita a Principe, non reſtitui.
69 Ingrediens alterius poſſeſſionem authoritate reſcripti principis, poſſeſſore non uocato eum ſpoliare dicitur.
70 Spoliatorem ẽt Principis authoritate nõ poſſe in uitioſa poſſeſſ. cõfirmari.
71 Antonij Capitij declaratio ad l. authoritate C. unde ui exploſa.
72 Spoliatore in poſſeſſione ex certa ſcientia Principis cõfirmato, uocato ſpoliato, reſtitutioni locum eſſe dari.
73 Confirmationem nihil noui tribuere.
74 Abſente poſſeſſore ſpoliatore, quem cõuenire debeat ſpoliatus, ut ſuæ poſſeſſioni reſtituatur.
75 Decretũ ſecundũ quãdo eſt interponen

dum, non procurator, ſed poſſeſſor ipſe conueniendus monendusque eſt

76 *Procuratorem citare non ſufficit, cum agitur de beneficij priuatione.*

77 *Praxis & modus citandi poſſeſſores, cum ſpoliatus uult ſententiam reſtitutionis exequi.*

78 *Citatio in ſententię executione neceſſaria non eſt, cum ſit executio in ea ipſa re ſuper qua eſt iudicatum, ſecus ſi in diuerſa.*

79 *Citatio in ſentētiæ executione, neceſſaria eſt, cū ſucceſſor iudicijs qui iudicauit, eam uult exequi.*

80 *Citatio in ſentētiæ executione neceſſaria eſt, cū cōtra tertiū exequēda eſt*

81 *Libelli forma quæ ſit in caſu.l. meminerint.C.unde ui.*

82 *Priuatio in caſu.l.meminerint.C.unde ui.non ipſo iure, ſed per ſententia, inducitur.*

83 *l.Meminerint.C.unde ui.an de ſententia diffinitiua uel interlocutoria loquatur.*

84 *Sententiæ appellatione uenit diffinitiua non interlocutoria.& paulo infra declaratur.*

85 *Sententia qua pronunciatur quid exequendū eſſe dicitur, interlocutoria.*

86 *Sententia qua pronunciatur, aliquem eſſe in poſſeſſione mittendum, interlocutoria dicitur.*

87 *Citatio neceſſaria eſt, in executione interlocutoriæ magni præiudicij.*

88 *Oldradi & Saly. euerſa extenſio ad l. meminerint C.unde ui.*

89 *Domini, in caſu. l. meminerint. C.unde ui qui eſſe intelligantur.*

90 *Colluſione adminiſtratorum ceſſante an locum habeat.l. meminerint. C. unde ui.Conſtitutio.*

91 *Dictionis Plerunque ſignificatio.*

92 *Expreſſio caſus ratione maioris frequentiæ non excludit minus frequentem.*

93 *Minor ſi ratum habuit quod ab adminiſtratoribus geſtum eſt conqueri non poteſt in caſu l.meminerint. C. unde ui.*

94 *Actio quæ ſpoliato concedatur, cū ſpoliatur a pupillo, ex tutoris colludio*

95 *Pupillus, uel minor conuentus conditione.l.meminerint C.unde ui, an obijcere poſſit dominij exceptionē.*

96 *Conſtitutio l.Memin.C.unde ui.an locū habeat in Prælato inuadente nomine eccleſiæ alterius poſſeſſionem.*

97 *Conſtitutio.l.meminerint.C.unde ui.an locum habeat cum quis ſpōte ex pacto poteſt poſſeſſionem ingredi.*

98 *Citationem eſſe neceſſariam cum petitur miſſio in poſſeſſionem ex Carboniano edicto. uel Diui Adriani.*

99 *Miſſus in poſſeſſionem ex edicto, uel Carboniano uel diui Adriani poſſeſſore non uocato, in ea poſſeſſione tamen confirmari poterit.*

100 *Habens authoritatem ingrediendi ſua ſponte poſſeſſiouem, neceſſe non habet moneri facere poſſeſſorem, & ſi a Iudice aſſociari petat.*

101 *Citationi forma quæ ſit in caſu conſtitutionis l.meminerint.C.unde ui.*

102 *Citatio per edictum non ſufficit.cum in ſpecie quis citandus eſt, & perſona eſt certa.*

103 *Poſſeſſor quis ſit perquirēdus, ut poſſit citari, cum mitti in poſſeſſionē petitur.*

104 *Decretum nouum Sabaudiæ & Pede*

mōtium in titulo, dellè Citationi. §. occorrendo, declaratur,
105 Citatio q̄ ſit per Proclama tunc cōceditur cū incerta ē poſſeſſoris pſona
106 Statu. Papiæ. 48. de uenditione et inſolutum datione egregie declaratur.
107 Conſtitutiones Medio. in tit. de bonis ad cridas ponendis declaratur.
108 Citatio nominatim fieri debet, & ſi plures citandi ſunt.
109 Citatio per edictum, qua uocantur uaſali. ut accedant ad capiendam inueſtituram, non ſufficit.
110 Epiſcopi generalis admonitio ut clerici omnes in habitu & tonſura accedant, non ſufficit.
111 Abſens nō per edictū et proclama, ſed per nūtium citari imprimis debet.
112 Statutum Papiæ. 10. in Ciuilibus. De citationibus declaratur.
113 Citatio per edictum ſufficit cū poſſeſſoris ē incerta, nec certificari poteſt
114 Citari pōt abſens in loco ubi nō datur tutus acceſſus p edictū et proclama
115 Locum eſſe inacceſſibilem conſtare debet, ut poſſit concedi citatio per edictum exiſtentem in loco illo, et tibi praxis docetur.
116 Citatio per edictum ſufficit cum curauit citandus per dolum, ne nominatim citaretur.
117 Citari per edictum uagabūdus poteſt.
118 Decretum nouum Sabaudiæ & Pedemontium ſub tit. delle citationi. §. non uaglia declaratur.
119 Clericus citari poteſt ſub generali citatione ut compareat, qui ſua intereſſe putauerit.
120 Citatio per edictum ſufficit cum citāda eſt uniuerſitas. ibique praxis docetur.
121 Citatio per edictum ſufficit. cum ſufficit præſumpta ſcientia.
122 Citatio per edictum ſufficit cum proceditur ordine iuris non ſeruato.
123 Citatio per edictum ſufficit ubi perſonarum adeſt multitudo, & copia magna.
124 Citatio per edictum ſufficit, cum ita ex ſtatuto, uel conſuetudine & ſtilo conſtitutum eſt.

IMP. GRAT. VALENT. THEODOS. A. A. A. POTITO P. V.

Meminerint cuncti ſiue vulgato reſcripto manſuetudinis noſtræ, ſiue ſententiæ cuiuslibet Iudicis vtantur, in cauſis conueniendos dominos locorum eſſe: aut ſi fortè defuerint, eorum actores ad inſinuandas ſententias procuratoresque eſſe quęrendos: ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, unde iura naſcuntur. Quod ſi præcepta noſtra implere neglexerint omni negotio, de quo iurgare cœperant, probabuntur. Sin autem habito plerunq; colludio, curatores vel tutores minorum his rem debitā ea occaſione peruadant, vt pupillis vel adultis iurgādi copia, & fru

ctus adimatur:his eatenus ſub-
uenimus, ut eoſdem non atte-
rat damno culpa temeritatis a-
lienæ:ſed illico quidem poſſeſ
ſio ei, a quo eſt ablata, redda-
tur: curatores autem vel tuto-
res æterna deportatione puni-
tos bonorum quoque publica
tio perſequatur. Dat. 11. Non.
Apr. Anto. & Syagrio coſſ.

OCTAVVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium.*

EX L. MEMINERINT. C. unde ui.

1 GRATIANI † Impe
ratoris uiri rei litera-
riæ & militaris inſignis
præcipua cōſtitutio eſt.
ut enim is pietate in ſu
os (ut teſtatur Egnati-
us) egregius erat, ſic ne
quis Principis authori-
tate læderetur ſanxit, quod à prætore ſuo
interdicto unde ui, non erat Conſtitutum,
ut is qui reſcripto parte non citata ſponte
& ſine iudicis authoritate alterius poſſeſſio
nem eſſet ingreſſus, poſſeſſionem illico ha-
beat reſtituere, eaq; mulctatur pœna ut rei
dominium perdat, ſi dominus erat, ſi uero
alterius quod in ꝑpetuū deportetur. Conij-
2 cimus ergo ex his nouā hanc † conſtitutio-
nem nouū hoc in caſu iſto attuliſſe recupe-
randæ poſſeſſ. remedium, cum (ut diximus)
Prætoris edicto non fuerit promiſſum; qui
nimo is poſſidere iuſte uidebatur Pretore
authore poſſidebat, quod ne ita paſſim li-
ceret edita eſt ſanè quàm utilis conſtitutio
hæc; quam una cum glo. ibi. in. 3. intellectu
ſic ferè omnes intelligunt. Vt reſcripto uel
ſentētia illud contineretur. quod illi impe-
tranti reſcriptū liceret ſua authoritate poſ-
ſeſſionē ingredi, cum à nouo poſſeſſore ſpo
liatus fuiſſet, cuius certe reſcripti executio-
nem, parte non citata, nec is impetrans nec
Iudex, cui cauſa executionis eſt demanda-
ta: facere poteſt, alioqui indictæ hac conſti
tutione pœnæ erit, & ipſius pœnæ ratione
affirmant Bar. totius & Saly. in hac ipſa. l. me
minerint in fi. eſſe remedium perſonale, cū
delinquentis tantum perſonam coerceat,
non eos, ad quorum utilitatem rei poſſeſ-
ſio eſt occupata & ingreſſa, quo autem ad
recuperandam poſſeſſionem ipſam condi-
ctio in rem ſcripta dicitur, cum detur aduer
ſus illum, in quem peruenit poſſeſſio.
3 Quæro nunc primo † quomodo intelli-
gatur, ut quis facto & authoritate iudicis
ſua poſſeſſione priuatus eſt, illicò ad eam re
ſtituatur, ut in ipſo tex. dicitur. & uerè con
ſtituenda eſt regula negatiua, ut eam conſti
tuit Abb. in c. conquerente. n. 6. extra. de re
ſtit. ſpolia. Priuatum ſua poſſeſſione autho
ritate iudicis nō reſtitui, cū is ſeruato ordi-
ne iudiciario procedit, ſic Abb. intelligit gl.
in c. præſentium 7. q. 1. quam probat Iaſ. in
l. iuſtè poſſidet n. 4. de adqu. poſſ. qui & alios
plures in hanc retulit ſententiam, a qua nec
diſſentire Bar. In hac. l. meminerint n. 8. &
Saly. col. 2. ſic & Albe. hic Ripa. in. l. natura-
liter. §. nihil comm. nu. 60. 61. de adqu. poſſ.
& in cap. ſæpe. nu. 86. de reſtit. ſpol. ſapia in
l. iubere cauere. nu. 5. de Iuriſ. om. Iud. Dec.
conſ. 191. nu. 9. uerſ. 5. hoc comprobatur &
con. 440. nu. 16. & citando glo. d. cap. præſen
tium, ſic regulam conſtituit Fel. n. in ca. dile-
ctus filius nu. 1. de reſcrip. & eam ſecuti ſunt
Iaſ. con. 158. col. 1. uerſ. ultra aliorum fund.
lib. 2. & conſ. 38. nu. 4. li. 3. Lucas a Penna in
l. ſi coloni. q. 23. & ibi Io. a Platea n. 3. C. de
agricol. & cenſ. lib. 11. Rui. conſ. 49. nu. 11. li.
4. D. Crau. cōſ. 5. n. 8. & Car. Melinæ. in con
ſuetud Pariſien. tit. 1. §. 1. gl. 4. n. 38. Fed. de
Senis cōſ. 79. ſic decidit Rota, in deciſio. an-
tiquis tit. de ord. cognit. deci. 1. n. 1. 2. Affli. c.
1. §. ſimiliter n. 33. de Capit. qui curia uend.
in uſibus feudorum & in c. 1. §. quid ergo n.
13. de inueſt. de re alic. facta clarè D. Craue.
conſ. 302. nu. 3. Ratio illa prima adferri ſo-
let: quia pro iudice præſumitur l. 2. C. de. off.
ciuil. Iud. ſic ſtatim citatus Ias. & Rui. addo
Soc. Sen. conſ. 115. col. 2. lib. 1. & aliqua Alci.
tract. præſump. reg. 3. præſump. 9. qui ergo
4 contendit ſe a Iudice ſpoliatum eſſe † non
reſtituitur ante omnia, quia ei obſtat iu-
ris præ

ris præſumptio iuxta.c.ad decimas de reſti
tu.ſpol.&aliàs ſupra dixi in primo remedio
recuperandę poſſeſsionis q.20.&ideo rectè
dicebat Archidia.in cap.quorundam 74. di
ſtinct.quem retulit.Fely.in d.c.dilectus. n.1.
5 de reſcrip. cum † ſpoliatū debere imprimis
probare ſe iniuſte ſpoliatū, ſic affirmat Du
randus de arte teſtandi tit.ult.cautela ult.n.
8.quod pulchre conſuluit & Deci.d. conſil.
449.num.30.qui in eodem met caſu reſpon
dit in quo & Rui.d.conſ.49.lib. 4. Decium
ſecutus eſt Crauet. conſ. 302. num. 3 .nam
6 uirtus † præſumptionis , illa eſt, ut transfe-
rat probandi onus in aduerſarium.l.Gene-
raliter.§.ſi petitum in fi.de fideico.lib. Bru.
conſil.109.num.1.latè Crau. de antiquitate
temporum prima parte, 11. particula num.
26.latè Didacus lib.2.uariar. reſol. cap. 6.
nume.1.Adferri poteſt etiam,ſecunda ratio
quam conſiderauit Bero.in cap. conqueren
te.numer.8.poſt Abba.ibi de reſtitut. ſpo-
7 liatorum,quia lata ſententia † etiam iniu-
ſta,mero iure ualet,& tranſit in iudicatum,
niſi intra debitum tempus appelletur. cap.
Cum inter,de re Iud. quare ſtandum eſt ſen
tentiæ & rei iudicatę quæ pro ueritate ha-
beri ſolet.l.res Iudicata.de regulis Iuris,om
nes in rub.ff.de re Iud.

Declaratur primo,concluſionem nō pro
8 cedere , cum iudex † extraiudicialiter pro-
ceſſit ut priuatus , ſic omnes & præſertim
Cy.& Albe.in. d. l. 2. C. ſi per uim uel alio
modo Abbas in cap. dilectus filius ultimo.
nota.& ibi fely. num. 1. uerſic. fallit primo
de reſcrip.ſic.Card.Zaba.conſ.132.col.ult.
uerſic.ad ſecundum,&c.Brun.conſ.22.nu.2.
Ripa d.§.nihil commune num.59. Bero. d.
cap.conquerente.nu.5.6.de reſt. ſpolia. Io.
Baptiſta Ferretus conſ.22.num.4.5.con.30.
num.1.Franc.de Marchis.q.219.nu. 2. hanc
ſententiam probat clarius tex.d. cap. con-
querente,& eſt ratio,quia procedendo ex-
tra iudicialiter ut priuatus, ceſſat illa bona
9 præſumptio,quæ de eo erat,immò † impu-
ne ei poteſt reſiſti.l.prohibitum. C. de iure
fiſci.lib.10.quam citare uoluit Alcia.de prę
ſump.reg.3.præſump.9.in fi. & eam citauit
Dec.in.l.ut uim n.24.de Inſt.& iure,q. & in
hanc retulit ſetentiam tex.l.factum a Iudi-
ce de reg.Iur.& alia tradunt Soc.Sen.Tract.
fallen.reg.442.fall.2.& eſt textus in l. om-
nes C. de decurio li.10. in l. contra pcepta.
C.de executo. & exacto.lib.12. late Gram
ma.conſ.56.nu.26.conſ.51.nu.1.2.uoto. 1.
num.15.uoto.32.nu.24.Placa Hiſp.lib.1. E-
pito.delicto,cap.28.num.9.addo textum in
c.Iudicet.3.q.1.in cap.priuſquam.28. diſtin
Altera quoque ratio adferri poteſt. quia
cum Iudex procedit extra iudicialiter, & ut
10 priuatus, † ſpoliat. ac iniuriarum infer-
re dicitur, ob quam ut alter priuatus con-
ueniri poterit.l.qui iniuriarum.§. qui iure.
iuncta.l.nec magiſtratus.ff.de iniuriis,&ſen
ſit Bero.d. c.conquerente nu. 6. & Placa d.
cap.28.num.quo loci alios quamplures,qui
11 aliter ſentiunt,retulit,ut Bartolum.in † l. ſi
ſeruus.C.de his qui ad eccleſ.confug.& in l.
ulti.C.quando liceat unicuique ſine Iud. ſe
uind. Verum locutus eſt in locis illis Bart.
cum factum a Iudice,uel ab altero eius no-
mine iure permiſſum eſt,ut in caſu d.l.ſi ſer-
uus qui à familia iuſtè potuit capi , iuſte oc
ciditur,ſi reſiſtat,ut Bartolum in eo proba-
uit Gramma.Deciſ.41.ſic & in caſu d.l. ult.
ubi Bar.locutus eſt in eo,qui occidit Banni
tum ex ſtatuti licentia & declarant Rui.cō.
153.in fi.lib.5.& Crauet.de Antiquit.Tem-
porum quarta parte princip.prima particu
la.nu.1. 2.& ita procedunt alia a Placa illo
citata. Hæc tamen declaratio intelligitur
procedere,cū is poſſeſſor potuit habere ius
aliquod,quo ſe ipſum defendere potuiſſet,
12 ſecus quando † notorium eſt , cum ius ali-
quod non habere , ſic in terminis reſpon-
dit Brun.conſil.22.num.2.uerſic.non obſtāt
Sapia in l.Iubere num.6.de Iuriſd. om. Iud.
& ſentit Bartol. in hac ipſa l. meminerint.
num.7.ibi,quia pars non debeat requiri, &
idem ſenſit Dec.conſil. 191. colum. ultima
Grat. in conſ.67.num. 12.lub. 2. licet Ripa
in cap.ſæpè num. 86.uerſi.item ſcias de re-
ſtit.ſpolia.aliter ſentiat,non recte ſatis.

Declaratur.2.non procedere,quando iu
dex eſt incompetens, nam & tunc licet pro
13 ceſſerit ordine iudiciario , † nihilominus is
ſpoliatus adhuc dicitur,& ideo illico eſt re
ſtituendus ſic Butri.in d. cap. conquerente,
quem ſecutus eſt, Ripa in d.§.nihil commu
ne.nu.59.uerſ.21.procedit:qui eiuſdem fuiſ
ſe ſententiæ retulit.Soc.Sen.con. 12. col. 2.
lib.1.idem cenſuit Ancha.conſil.248.primo
dubio.& Fely.in.d.cap.dilectus.num.1.uerſ.
fallit.3.& Crauet.conſil. 302. num. 1. circa
med.citatur tex. in cap. cum cauſa in fi. de
off. deleg. Ratio præcipua adferri ſolet,
14 quia † iudicatum ab eo , qui non habet Iu-

riſdictionem,iudicatum nō dicitur l.1.§.ult.
ff.ad.S. C. Tertul. in l.1. §. hæc uerba.ff. qđ
15 quiſque Iur.l.2.in fi.ff.de pœnis,quare † ſen
tentia lata a Iudice incompetenti omninò
nulla eſſe dicitur,toto titulo C. ſi a non cō
pe. Iud. immò nullitas ex incompetentia
proueniens cæteris maior dicitur: ut late di
ximus.ſupra in 5. remedio recuperādæ poſ
ſeſſionis ex l.extat. ff. quod metus cauſa q.
2.Altera quoque ratio (non tamen longè
16 diſſimilis,) adferri ſolet,quia † iudex q ali-
quid agit,quod ad ſuum officium non perti
net, præſumptionem pro ſe non habet, ut
in capitulo ſignificauit de appella. Alcia. d.
regu.3.præſump.9.num.28.& ibi nume. 27.
loquitur in hoc caſu noſtro. Tertia quoq;
17 aſſignari poteſt ratio :quia Iudex † incom-
petens procedendo, ut priuatus procedere
dicitur:ſic uno uerbo cenſuit Craue.d. cōſ.
302.nu.4.uerſic.poſſet etiam. Hanc declara
tionem intelligunt Dec.conſil.125. num. 8.
& in l. ulti. nume. 16.in fin.de iuriſdict.om.
Iud. & Crauet. d. conſil. 302. nume.1. circa
med. cum de incompetentia & Iuriſdictio-
nis defectu clare apparet, ſecus ſi de ea non
18 cōſtaret,nam tunc Iudex † potius errore,
quàm culpa lapſus dicitur, quare iniuriam
intuliſſe non cenſetur, ut probat ſecundum
eos textus in cap.præſentium 7.q.1.& quia
hæc declaratio poſteriora ueritate ſequen-
tis, quam ſubiicio dependet, ideò latius in
ea dicemus.
19 Declaratur.3.ut non procedat, qñ † Iu-
dex,ut competens proceſſit,ſed nulliter,nā
& tunc ſpoliare dicitur & ut ſpoliatus illicò
reſtitui debet ſic Abb. d. cap. conquerente
nu.8.ubi Bero.nu.7 .8.de reſtit.ſpolia. Fely.
d.c.dilectus col.1.uer.fallit.2.de reſcrip.De.
in.l.ult.nu.35. C. de ed.Diui Adr.tollē.in.l.
nō uidet.§.q iuſſu & in l. factū a Iudice de
reg. iur. Boe.q.238.nu.4.Craue.conſ.18.n.
8.conſ.124.n.4. & conſ. 140.n.2.qui Oldra.
Bal.Soc.& alios plures in hanc retulit ſentē
tiam.quo fit ut intelligamus hāc eſſe cōmu
nem Doctorum aſſertionem,quæ tñ uix eſt
quod bono aliquo fulciatur fund. nam qui
20 ſolet allegari tex.† c.conquerente.nō loqui
tur cum iudex,ut iudex cōpetens proceſſit,
licet nulliter:ſed uerius loquitur,cū proceſ-
ſit extra iudicialiter, ut is tex. in prin. clare
aperit quo caſu non ſit iudex, ſed ut priua-
tus procedere dicitur: ſicq; non probat hāc
21 decla.ut nec eam probat tex.in † c. cauſam
matrimonij de off.de leg.ubi gloſ.ulti. nam
22 ibi † Iudex fines mandati exceſſit,quare nō
ut Iudex ſed ut priuatus proceſſiſſe dicitur,
iuxta.doct.Oldra. cōſ.227.col.1.in fi.quam
declarat Craue.con.302.nu.4.uerſ.poſſet ēt
in fine, qua declar. ſic pariter reſpondetur
textui.c.cū cauſam.eo.de off.deleg.tex. au-
23 tem huius † l.meminerint,non pariter hanc
probare uidetur ſententiam,ſiue ſecundum
Bal.& Saly.intelligamus loqui, cum nō ipſe
iudex exequitur.ſed cum pars ipſa ſine iudi
cio & cauſæ cognitione ſub prætextu reſcri
pti poſſeſſionem ingreditur. ſiue intelliga-
mus ēt ſecundū.Bar.loqui in iudice exequē
te ſine citatione partis,nā & tunc nō dicitur
procedere,ut Iudex ſed ut priuatus. ſic Car
di.in Clem.1. de celeb. miſſa quē poſt Fely.
in.d.c. dilectus.de reſcrip. et Dec. in.l.factū
a Iudice.de reg.Iur.eſt ſecutus Craue.d.cōſ.
302.nu.4.quia reſponſione d luitur & fund.
24 quod fieri ſolet ex. † l.ult. C. ſi per uim uel
alio modo quæ uere loquitur cum citatio-
nis ineſt defectus ut eū intelligunt ibi oēs.
& Bart.in.l.ult.nu.4.C.de ed.diui Adr. toll.
Barba.conſ.13.col.2.in fi.lib.3.Rui.conſ.17
nu.3.5.conſ.128. nu.1.2.lib.5.qui & intelli-
gunt loqui in interdicto retinendæ non aūt
25 recuperandę.tex.autem in † c. ex inſinuat.
de procura. non pariter urget, cum lata ibi
fuerit ſententia contra procuratorē expreſ
ſe reuocatum, qui proceden. in cā domino
non poterat adferre preiudicium, nā geſta
cum tali procuratore ſunt ipſo iure nulla
glo.in.c.cum mandato. in uerbo reuocato
de procura.Vāt.tract. Nullita.in tit.de Nul
lita.ex defectu inhabil.cōpa.nu. 162. Ratio
autem illa,quæ ad firmandā hanc ſententiā
26 poſtremo loco conſiderata fuit † a Ripa in
d.§.nihil.cōmune nu.59.uer.eſt.n.q is dica-
tur in lata culpa, qui utitur ſententia nulla,
ideoq; non eſſe mirū ſi de uiolentia teneā.
§.1.inſt.ui bono.rapto.hæc inq̄ ratio certo
caſu procedere poſſet,cum.ſ.de nullitate cla
re & notorie conſtat, ſecus ſi nullitas ineſt
non ita tamen apparens & manifeſta, nam
tunc is qui ea ſententia utitur a lata culpa
excuſatur,cum leuis quælibet cauſa excuſa
ta dolo & ita etiā a lata culpa quæ ei æqui-
paratur,& quòd leuis cauſa excuſet,probat
is text.l.igitur.§.cauſa.deli.can.& alias ſæpi
us ſup.diximus,rurſus hæc ratio euitari po-
teſt,quia & ſi is qui ingreditur uideatur in
culpa,non tñ is tenetur, reſtituere ante om

nia cum contra eum non agatur ſed contra ipſum iudicem ut intelligāt Abbas & Bero. in.d.c.conquerente.uterque nu.8.& 9.contrariam ergo ſententiam aduerſus cōmunē
27 probauit † Craue.conſ.302.nu.4.uerſ.ante procedit &c.dum inquit quod ſi iudex procedit iudicialiter & lata ſententia & ſi nulliter poſſeſſorem priuet,eum non reſtitui ante omnia:& nullitatis exemplum ponit, ut cum litis conteſtatio non eſt facta,uel quid ſimile eſt omiſſum,nam cū hoc caſu (inquit Craue.)ſententia dicatur nulla ex omiſſione alicuius ordinis uel ſolemnitatis:attamē iudex,ut iudex proceſſiſſe dicitur nō ut priuatus, quare ut aliqua ſit differentia inter hunc authoritate Iudicis ſpoliatum & ſpoliatum a priuato,cū ſpoliatus a priuato reſtituatur ante oia, ergo contra qui a Iudice non reſtituetur,quam differentiam faciunt omnes (inquit Craue.) noſtri interpretes dum affirmant a Iudice ſpoliatū nō reſtitui ante oia ſed cauſa cognita ſiue iuſte fuerit ſpoliatus ſiue non,cum tū ſpoliatus à priuato ante oia reſtituatur.confirmatur ex Alber.in.l.ſi de ui.col.ult.ff.de iud. dum inqt, quōd ſi a Iudice fiat ſpoliatio, & bona domino proprio tradantur,reuocationem nō fieri ex.l.ult.§.ult.ff.de eo,quod metus cauſa:ubi uerō a priuato fit ſpoliatio, tunc fit reſtitutio etſi ſpoliator de dominio inconti nenti probare uellet. Verum cenſeo eſſe a-
28 nimaduertendum d.† l. ul.§.ulti.loqui in ui cōpulſiua,ob quam reſtitutio ante oia non conceditur. ut diximus ſupra in primo remedio recuperan. poſſeſſ. ex interdicto un de ui. q. 10. quo autem ad hanc ipſam noſtram declarationem ſubſiſto non parum, cum urgens admodum ſit ratio, & fundamentum.Crane. quod aliquando uiſum mihi eſt Abbatis eſſe in d.cap. conquerente.
29 nu.8.& Beroi.ibi.nu.9.ii rationem † differentię inter ſpoliationē a Iudice factā,& factam a ſpoliatore aſſignare uidentur. dum inquiunt ſpoliatum a Iudice cauſam ob q̄ fuit ſpoliatus eſſe iniuſtam & nulliter proceſſum demōſtrare debere,cū ſcilicet iudex in forma iudicij, & tamq. Iudex proceſſit ea ratione, quia pro iudice eſt p̄ſumptio. ſed diuerſum eſt cū ſpoliatio a priuato fit, nam tunc ſpoliatus nō probat aliquam cauſam iniuſtam, ſed ſolum probat antiquām ſuam poſſeſſionem, & ſpoliationem iuxta gloſ.in l.1.§. interdictum. de ui & ui arma.

Craue.conſ.140.n.1.& latiſſimè infra dicemus in 5.remedio recuperandæ poſſeſſionis ex cap.reintegr.3.q.1.in.q.29.quare in exceptione dominij non uidetur differētia inter ſpoliatum a Iudice & ſpoliatum a priuato,ſed in probatione cauſæ an iuſta uel in- 25
iuſta ut diximus, nam iniuſtitia cauſæ ſeu nullitate demōſtrata a ſpoliato ita reſtituetur illico, ut ſpoliatus a priuato, & ideo, quod idem Craue.in conſ.18.nu.8. uerſ. nec dicatur.Cenſuit nullam eſſe differentiam inter ſpoliationem a priuato factam, & factā a Iudice nulliter procedente,intelligo,quo ad dominii exceptionem a ſpoliatore obijciendam, non quo ad cauſæ probationem conſidero præterea ut ſupra dicebam ſpoliatū a Iudice experiri, non contra ſuum aduerſarium,ſed contra ipſummet iudicem ut omnes in d.ca. conquerente, fatentur. quo ergo poterit modo iudex dominij exceptionem obijcere cogitādum tū erit. Non igno
30 ro tamen Carolum † Molinæum. in d.conſuetud.Pariſien. d.tit.1.§. 1.glo.4.n.39.affirmaſſe huic ſpoliato non concedi aliquod interdictum recuperandæ poſſeſſ. ſed eſſe ſuc curſum remedio appoſitionis uel recurſus ad ſuperiorem,quo mediante reſtituitur ante omnia,ut ſi daretur interdictum,quod inquit ille probari ex multis canonibus ut ex.cap.præſentium.7.q.1.in cap.quia præſulatus.1.q.4.in c.hoc quippe 3. q. 6.in cap. quorundā.74.diſtinct.cap. notum ſit.2.q.1. d.cap.conquerente.de reſtit.ſpolia.ca.ex in ſinuatione de procura.ca.referente.de preben.uerum conijcere nō poſſumus ex relatis iuribus, quod remedium fuerit intentatum,ut ſpoliatus is reſtitueretur,cum in genere tantum dictum ſit ſpoliatum eſſe reſtituendum.quo autem remedio nihil, nec ad rem facit per recurſum ad ſuperiorem ſpoliato fuiſſe cōſultum,cum ex neceſſitate illud contingat,nec.n.coram eodem met uel pari magiſtratu ſpoliatus conqueri poteſt ſed maiorem adire debet, ut is poſſit iudicere in ſpoliatorem.cum par in parem non habeat Imperium.l. nam & magiſtratus de arb.l.ille a quo.§.tempeſtiuum ad Trebell. Non inficior tamen una hac uia conſultum eſſe poſſe ipſi ſpoliato,& tutius arbitror ſi uiam hanc amplectatur,cū denegari ſpolia
31 to † recurſus ad ſuperiorē non poſſit auth. quæ ſupplicatio.C.ſi cōtra ius uel util.pub. poterit quoque is ſpoliatus uti remedio

huius conſtitutionis.l.meminerint iuxta in-
tellectum Bar.& aliquorum quos ſtatim re-
tuli,etſi diſſentiant alij, cogitandum tamen
erit,quia perplexus ſatis locus eſt.
Declaratur quarto non procedere, cum
32 poſſeſſor † non obſtante lata contra eum ſē
tentia reſiſtit,tunc is pro quo lata eſt ſenten
tia,& cui data eſt facultas ingrediēdi poſſeſ
ſionem,eam ingredi non poteſt, quod ſi in-
grediatur, is poſſeſſor, ut ſpoliatus reſtitui
adhuc debet, & communem hanc eſſe do-
ctorum ſententiam teſtatur Ripa.in d.l. na-
turaliter.§. nihil commune. numero.62. de
adquit. poſſ. idem in capit. ſæpe.nume. 87.
de reſtitu. ſpoliato.Iaſ. in. l. iuſte poſſidet.
numero. 19. de adquir.poſſ. qui Bar.multis
in locis citauit, præſertim in l.creditores.
numero. 18. C.de pigno.idem.ſentit Sapia.
in.l.iubere.n.7.de iuriſd.om.iud.idem cenſu
it Cagnol.in.d.l.non eſt ſingulis.num.5. de
33 reg.iuris ea una adducuntur ratione, † iudi
cem non poſſe concedere licentiam ingredi-
endi poſſeſſionem per uim,quæ ratio ſi uera
eſt ſuſtinetur, & communis hæc ſententia,
aliàs nequaquā, qua in re uereor ne falſum
ſit commune hoc præſuppoſitum, nam qui
34 ſolet allegari † tex.l.nō eſt ſingulis de regu.
iur. intelligitur ſecundum Bal. in diſputatio
ne, quæ incipit. Accuſatus de ui turbatiua,
ut refert Iaſ. in.l. iuſte poſſidet.nu.19.de ad
quir.poſſ.& Fely.in cap.de cætero. num.14.
uerſic.tenendo.de re iud.& Cagnol.d.l.non
eſt ſingulis.nu. 5. cum is exequitur tāquàm
priuatus,quod ad iudicis officiū ſpectat:nos
autem in eo caſu loquimur,cum ingrediens
ut iudicis delegatus, & nuntius ingreditur,
cum ab eo licentiam ſic intrandi conſecutus
ſit.quo fit ut quemadmodū ex conceſſione
legis mortuæ ceſſat diſpoſitio.d.l.nō eſt ſin
gulis,ut declarat Iaſ.in.l.2.nu.106.C.de iure
emph.ſic pariter ex conceſſione legis uiuæ
ideſt prætoris.§.prætorū quoq; edicta.Inſt.
de iure naturali gen.& ciuil.ſic tex.qui ſecū
35 do loco ſolet citari in. † l.miſſi opinatores.
C.de exact. tribu.lib.x. non probat,cum ibi
exactores illi non ſint conſecuti licentiam a
Iudice, quod declaratur ex principio illius
tex.dum uult Iudicem cum delegatoris lit-
teris exactionē illis exactoribus mūdare de
bere, deinde quod ſi paſſus fuerit debitores
delegari ideſt exigi ab exactoribus, nam dū
dicitur paſſus eſt intelligitur tacendo ideſt
non cōmitēdo illis expreſſe exactionē illā,
Rurſus ibi non agitur de uiolentia uel non
concedenda. ſed ſolum prohibet Iudices ne
eis liceat delegare exactionē certi tributi ge
neris,cum de alio concedatur. Non pariter
36 hanc adiuuat ſententiā tex.huius. † l.memi-
nerint quam etſi intelligat Ripa.d.capitulo.
ſæpe.n.86.probare contrariam ſententiam,
& Fely.in d.cap. de cætero.nume.14. inquit
procedere cum ſolum lata eſt ſententia ſu-
per principali non cum ſolum de ingredien
do. quia ſententia, non dicitur ſed poſtre-
mum hoc non ſatis probo,cum uere de ſen
tentia exequenda loquatur, dum præſuppo
nit in prin. ſententiam eſſe latam,quare ue-
rius dico nec unam nec alterā probare opi-
nionem,cum ſolum ibi de ui citationis aga
tur.ut ſcilicet qui ſententiam & reſcriptum
obtinuit de ingrediendo, non ingrediatur
niſi parte uocata,quis modo eum in poſſeſ-
ſionem mittat uel iudex uel ipſemet priua-
tus,nihil in textu.Non quoq; huic ſuffraga-
37 tur ſententiæ † tex.l.ſi quis in tantam.C.un
de ui,quia ut rectè cenſuit Fely.d.cap.de cæ
tero.nu.14. loquitur cum priuatus ſua au-
thoritate ingreditur ante latam a ſe ſenten-
tiam, & conceſſam licentiam de ingredēda
38 poſſeſſione, textus autem † capi.cum no-
ſtris.de conceſſ.præben.ubi gloſ.& quem in
hanc ſentētiam citabat Inno.in.cap.olim.2.
col.2.de priuileg. non probat, cū procedat
in dubio, nam & et ipſe met Inno.loquitur
niſi is nūtius hoc haberet expreſſe in māda
tis, & refert Alex. in.l.iuſte poſſidet.nu.29.
de adquire. poſſeſſ.quin potius contrariam
ſententiā is textus probat,ut infra ſubiiciā.
Contrariam itaque ſententiam defendit
Bald.in.d.Diſputa.Accuſatus de ui turbati-
ua.col.11.uerſ.nunc incipit,quē eſt ſecutus
Felyn.in.d.cap.de cætero.nu.14.de re iud.et
Bald.refert. Alex.d. l.iuſte.n.19. ubi Iaſ.nu.
29.& Ripa.d.§.nihil commune.nu.62.quam
ſententiā ueriorē ſemper exiſtimaui,tamet
ſi non igorē aliqua,quæ a Bal.& cæteris ad
feruntur, non ſatis iure ſuſtineri poſſe, ut
illud primum, quo adducitur Bald.hunc in-
gredientē per uim ex licentia, non loco pri
39 uati,ſed magiſtratus ingredi,argumēto.† l.
Diuus, ff. de ſeruis fugiti.nam is textus,aſ-
ſumptum non probat, ſed contrarium po-
tius,dum affirmat Prætorem concedere in-
gredi fundum alienum, ut fugitiuus ſeruus
perquiratur, & (ſi opus erit) apparitorem,
quod intelligo cum aduerſarius reſiſtit,non
ergo

ergo conceditur hęc licentia ipſi parte de in
grediendo per uim,ſed cōceditur apparitor.
credo tamen alio iure Bald.aſſumptum pro
40 bari,ut infra ſtatim ſubiiciam, tex.autē. † l.
ſi ſeruus. C.de his qui ad eccleſ. confug.quē
in hanc ſentētiam citat.Saly.in.l. neminem.
C. de exhiben.reis.dum inquit,quod ſi quis
licentiam a Iudice habeat capiendi malefa-
ctorem,& is reſiſtat,ſi occiditur,impunè oc
ciditur,ergo fortius hoc caſu.nam ut inquit
Alex.d.l.iuſte poſſidet.nu.29. is textus pro-
ceſſit ulterius diſponendo, quod non con-
tingit in caſu noſtro. quin? lex illa ut memi
nit Alciatus lib. 2. parerg.iuris cap.45.& Di
dacus Couarr.lib.2.uaria.reſol.ca.ult.num.
14.eſt admodum iniqua,ut exiſtimauit Di-
uus Chryſoſtomus contra Eutropium Con
ſtantij Imperatoris Eunuchum, cuius ſua
ſionibus lex illa fuit promulgata. Non adiu
41 uat pariter hanc ſententiam † textus.l.ult.
C.quando liceat unicuiq; ſine iudi.ſe uind.
&.l.ſi ut allegas.ubi Saly.C. ad.l. Cornel.de
ſicar.quia ut cēſuit ſtatim a me relatus Alex
procedunt ulterius diſponendo, uel ſecun-
do inquit Alexan. quod niſi in caſu illo lex
eam conceſſiſſet facultatem contra reſiſten
tem,inutilis fuiſſet conceſſio,nam dum con
ceditur offenſio contra offendentem, ineſt
neceſſario offendentis reſiſtentia,quod non
contingit in caſu noſtro: cum hoc caſu uti-
lis eſſe poſſit.quando inquàm nullum inue-
nit reſiſtentem & caſu.quo inueniat, ingre-
di non poterit. Quod autem dicebat Bal.
non licere quidem priuata authoritate uim
42 inferre,licere tamen publica.† l.2.in fi.cum.
l.ult.§.ult.ff.quod me. cau.dico ibi non fieri
uiolentia à priuato ex licentia Iudicis, ſed
ab ipſomet Iudice, qui proprium appparito
rem tranſmittit,ut ſupra dicebam ad l.Diu-
43 us.de ſer.fug.† tex. uero l.fundi.§.1.de acq.
poſſ.à Bal.citatus,nō confert ad rem,cū ibi
non probetur an iudicis authoritate illa cō-
ceſſio de ingrediēdo pmiſſa fuerit. Nō quo
44 que illud ſuffragatur factum † iudicis eſſe fa
ctū partis.l.ſi ob cauſam.C.de euictio.l.ſi pi-
gn.ff.famil.Hercis.quare ſi pars alteri cōnce
dat,ut ingrediatur,& poſſeſſionem apprehē
dat,eo deinde reſiſtēte poterit ingredi, ſecū
dum opinionem Io. gloſa.quam refert & ſe
quitur glo.in.l. Creditores in glo.1.C.de pi
gn.ergo & idē noſtro hoc caſu, cū a Iudice
datur licentia,nā reſpōdetur, uno uerbo ex
declarat. qua in his terminis uſus eſt Bar. in
hac ipſa l.meminerint.num.4.quem eſt ſecu
tus Iaſ.in l. Iuſte poſſidet.num.17.de adquir.
poſſeſſione.& Soc.Sen.cōſil.158.col.5. circa
45 med.libr.2.tunc † factum iudicis eſſe factū
partis,quādo iuſtè procedit, ſed in caſu iſto
haud recte ſatis procedit, cū licentiam a le-
ge minime permiſſa concedat,ſecundo etiā
reſpondetur Ioan. Gloſatoris ſententiā cre
briore calculo reijci, ut ſcripſit Bar. in d.l.
creditores.nu.18,& latè Tiraq. De iure con
ſtitu.prima parte.nu.37. quare uerius exiſti
mo,hanc Bald.ſententiam poſſe defendi ex
eo primo Bal.aſſumpto, hunc ſic ingredien
tē ingredi,nō ut priuatus ſed ut magiſtratus
46 & legis miniſter, cum & priuato † Iuriſdi-
ctio mandari poſſit.l.ultima & ibi Dec.nu.2.
ff. de off. eius, &c. & ita uidemus factum in
caſu c. cum noſtris de conceſſ.præben.ac eti
am in caſu d.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccl.
confug.quæ tametſi dura lex ſit& certo mo
do iniqua,attamen præter caſum immunita
tis eccleſiæ,iuſtum præſtat argumentum cō
cedi poſſe licentiam, nec eſt quid quod pro-
hibeat, quem eſſe executorē in re propria
dum modo ius ſit liquidum, ſecundum Bal-
dum, conſil. 345.ad euidentiam colum.2.in
princ.lib.1. Caſſod.in ſuis Deciſionibus tit.
De cau.poſſ.& propria.Deciſione 6.num.3.
4.Nec difficultatem facit ratio.l.non eſt ſin
gulis de reg.iur.dum ait,ne ſit cauſa maioris
tumultus,quia cum is habeat mādatum a ſu
periore,factus eſt ſuperior, & qui ei reſiſtit
magiſtratui reſiſtit, quare quemadmodum
is iudex & magiſtratus manu poteſt armata
ingredi l.qui reſtituere. ff. de rei uend. & in
noſtris terminis declarat Caſſod. qui ſu-
pra .d Deciſione.6. & numero. 8.9. ſic & is
qui magiſtratus eſt loco,alias abſurdum ſe-
queretur,quod is ſemper magiſtratus,& ſu-
perior manu propria ſuam exequi haberet
47 ſententiam, † quod intelligo.cum is magi-
ſtratus delegandi habet poteſtatem ut decla
rat Alex.in l.a Diuo Pio. in princ. numero.
14.in fin.de re Iud.Et probata hac Bald.ſen-
tentia,non eſt,quod confugiamus ad diſtin-
48 ctionem,quam facit † Abbas in cap.de cæte
ro numero.11.& ibi Fely.num.14.de re Iud.
& Alex.in d.l.iuſtè poſſidet.num.29. in fin.
& in d.l.a Diuo Pio.in princ. num. 4.& ſen
ſit Cagnol.d.l.non eſt ſingulis numero.5.de
regulis iuris,quod aut demandatur execu-
tio ſententiæ latè ſuper quantitate ſoluēda,
in qua neceſſaria eſt cauſæ cognitio iuxta.

l. a Diuo Pio. §. in uenditione de re Iud. &
hoc caſu cum nemo in cauſa propria iudex
eſſe poſſit. l. Vnica. C. ne quis in ſua cauſa ſi
bi Iuſd. & ſi in l. qui Iuriſdictioni. de Iuriſd.
om. Iud. non poterit talis executio illi man
dari. Cum de cauſa cognoſcere impediatur,
ſic procedat Bartol. & aliorum, quæ uide
tur receptior ſententia, aut aliqua cauſæ co
gnitione opus non eſt, tunc mandari poteſt,
executio illa ac poſſeſſionis occupatio, ſeu
uerius immisſio etiam poſſeſſore reluctan-
te, ſic procedat Bald. & aliorum ſententia.
Non placet hæc diſtinctio, quia licet pri-
mum illud caput in ſe uerum ſit, attamē do-
ctrinæ Bartoli non conuenit, quando qui-
dem ſimpliciter locutus eſt Bart. cum ſola
nuda & mera executio faciēda eſt & in hoc
ipſo caſu ſic conueniunt omnes, licet unus
unam, alter alteram, affirmet ſententiam.
Non eſt quoque, neceſſe quod confugiamus
49 † ad Ripæ diſtinctionem in d. §. nihil com-
mune num. 62. dum ſic diſtinguit, aut ingre-
diens aduerſario reſiſtente potuit adire iu-
dicē à quo impetraret familiam, qua Com-
modius poſſet poſſeſſorem reluctantem co-
gere, ut poſſidere, & ingredi eum ſineret, &
tunc ſi non acceſſit, ſed maluit per uim in-
ingredi, tunc ingrediens non excuſatur, &
hoc caſu procedat Bartol. & ſequacium ſen
tentia, aut non potuit adire iudicem, uel ſi
potuit id facere non ſine magna uerecundia
potuit, iuxta doctrinam Barto. l. ut uim ubi
Dec. nume. 35. de Inſtit. & iure, & iſto caſu
procedat Bald. ſententia. quia tunc excuſatē
hic, qui per uim ingreſſus eſt. Non enim de-
fendi poteſt hæc diſtinctio, nam fruſtra in
primo capite dicitur, aut potuit adire Iudi-
cem &c. ſi enim iam licentiam ingrediendi
per uim aſſecutus eſt quorſum iterum adire
iudicem? nec dicatur, ut concedat executo-
res, qa ſatis (ſi ſibi ſic placuit) pars ipſa potu
it executoris loco deſignari, quare ceſſat &
illa culpa, cum licentiā iam obtinuerit, Rur-
ſus ſecundum diſtinctionis caput, non eſt pa
riter uerum, quia ſemper poteſt quis hoc ca
ſu adire iudicē, nec enim ſubeſt amisſionis
periculum, cum agitur de misſione in poſſeſ
ſionem rei immobilis, iuxta ſubiectam mate
riam, quod non contingit in caſu doctorum,
qui loquuntur cum periculum, ob rem mo-
bilem quæ aſportatur in mora eſt.
50 Quæro 2. quid ſi † authoritate Principis
alterius poſſeſſio occupetur, & ſpoliatū eſ-
ſe etiam ante omnia reſtituendum affirmā-
runt Aſſlict. neap. Deciſ. 361. nu. 35. uerſi. nec
obſtat. 4. ratio, Iaſ. cōſil. 38. propè finem. lib.
3. & ante eos Bald. in conſil. 135. In cauſa
egregij, &c. propè finem libr. 2. reſpondit,
quod etiam ſi Imperator licentiam ingredi-
endi alterius poſſeſſionē dediſſet licentiam
illam non ſubſiſtere, & ideò poſt Francum
in cap. licet epiſcopis. 3. notab. de præben.
51 in. 6. conſuluit Ferretus conſi. 4. nu. 5. † exe-
cutorem Pontificis non poſſe ordine non
ſeruato clericū ſua poſſeſſione ſpoliare &
idem Ferretus conſil. 9. nume. 11. affirma-
uit neceſſum fore apud Principem ſiue iu-
dicem fieri debere probationes parte uo-
cata antequàm amoueatur poſſeſſor, idem
Ferret. conſi. 10. numer. 10. conſil. 27. num.
10. conſil. 30. numer. 12. Verum quæ ad
feruntur fundamenta nō multū urgent, tex-
52 tus enim †. l. authoritate. C. unde ui, non
ſuffragatur, cum eo in caſu intelligēdus ſit,
cum ante principis licentiam, quis alterius
poſſeſſionem ingreditur, & commiſſa uiolē
tia uult authoritate Principis in poſſeſſione
confirmari, quod minimè conceditur, quia
aliàs eſſe occupatoribus & delinquentibus
fauere, quod iniquū admodum eſt. Text. au
53 tem huius noſtræ † l. meminerint intelligitē
cum lata fuit ſentētia ſuper poſſeſſorio, uel
cum eſt datū reſcriptū à Principe, ut is ſup-
plicans in poſſeſſionē, quam propriam aſſe
ruit, mittatur, nam tunc citandus eſt poſſeſ
ſor, & probandū eſt, uera eſſe, quæ expoſita
ſunt, nos autem loquimur, cum Princeps li-
centiam abſolutè de poſſeſſione ingredien-
54 da cōcedit ſic & tex. † l. ult. C. ſi per uim, uel
alio modo, euitatur, cum intelligatur quan-
55 do deficit partis citatio, quam † citationē
Pinceps numquàm tollit, ſic & textum illū
intelligunt ibi doctor. & Barbatia conſil. 13.
colum. 1. lib. 3. Marſil. ſing. 195. Nemo eſt &c
col. 2. in fi. lib. 3. Rui. conſi. 17. nu. 4. lib. 5. cōſ.
128. nos autem loquimur, eo caſu ſolum, cū
Princeps poſſeſſorē ſine cauſa, ſpoliat licet
eum ad iudicium uocauerit, nam eum non
uocando nulla eſt pro eo bona præſumptio
ut iam ſupra in iudice diximus. Non urget
56 quoque text. in † ca. cōquerente de reſtitut.
ſpoliat. cum nō loquatur in Principe ſpoliā
te, ſed in Archiepiſcopo, qui ſine aliquo iudi
cio ipſum poſſeſſorem ſpoliauit, quī caſus a
noſtro differt, cū nos loquamur in Principe
ſupremo, Tex. autem. l. & ſi nō cognitio. C.

ſi cōtra ius uel util.publ.qui ab Afflicto citatur nihil ad rem confert,cum ſolū dicat,reſcriptum obtentum ſuper executione,exequendum non eſſe, quando de fraude obijcitur,non enim ibi agitur de certa ſcientia, & uoluntate Principis ſic uolentis exequi, ſed de fraude a parte commiſſa, cui alio nō docto.Credendum non eſt.

Contrariā itaq; ſententiā probaſſe uidet ſibi parum conſtans Bal.cō. 295.Ad euidentiam li.3.quem retulit Afflict.Deciſ.361.nu 12.& quē tetulit ſecutuſque fuit Pariſ.conſ. 99.n.18.li.4.Baldi conſil.credo eſſe.345. Ad euidentiam præmittendum eſt,quod Imperator.lib.1. ſic & Ripa.in d.cap.ſæpe nume. 87.de reſtitu. ſpoliat. affirmant enim relati interpretes, expulſum per uim ab eo qui habet authoritatem à principe non poſſe agere poſſeſſorio recuperandæ, quia expulſus authoritate magni Prætoris dicitur, eiuſdē ſententiæ fuiſſe uidetur, Alber. in l. ſi de ui colum. ultim. de uſucap. ut referunt Afflict. & Pariſ.& ſi is abſolutè in quouis iudice loquatur,nec hoc affirmauit,ut ſupra diximus in q.1.ab hac tamen ſententia non diſſenſit Cy.in hac.l. meminerint,ut retulit Affl.Baldum quoque quem ſupra citauit Crauet. conſil.5. numero. 7. eumque probaſſe uiſus eſt,ea adducuntur ratione,quiaPrinceps nō
57 tenetur † ſeruare ordinem iudiciorum.cap. in cauſis de re Iud.Bald.in l.ultima.C.de legibus.Albe.l. Princeps. ff.eo. quādo ſcilicet ſibi placet ordine non ſeruato procedere,licet alias, ut plurimum procedat iuxta legis diſpoſitionem, uerum non ſatis urgens eſt ratio cum tex.cap.de cauſis contrarium probet,cum clarè ibi Pontifex max. profeſſus fuerit, ſe ordinem iudiciorum obſeruaturum,& licet aliquas ſolemnitates Princeps
58 prętermittere poſſit, nō tamē† quę iuris naturalis ſunt,ut citationem,ſic omnes in.l. ut uim ibi Claud.Seyſſell.colū.1.de Inſtit.& iure,clarè Soc.Sen.conſil.266.colum.16. uerſ. 6.& Vlt.caſus.lib.2. Dec.conſ.498.in fi.cōſ. 528.colum.2.& alios citauit Crauet.d.cōſi. 5.num.5.& in Tract.de Antiquitate Temporum prima parte princip. in princ.nume.30. Non pariter hanc adiuuat ſententiam,quod citatur fund.ā Iaſ.d.conſ.38.circa finē.lib.3. quod licet,iuſta cauſa in Principe neceſſaria ſit,ut,poſſeſſorem priuet ac ſpoliet,attamē
59 † ſatis iuſtam & legitimā cauſam in Principe præſumi,ut poſſeſſorē, ſic ſcripſit Bart. in l.relegati.ff.de pęnis Cy.& Bal.in.l.reſcripta.C.de præc.Imp.offer. hinc dicebat Bal. in.c.eccleſiæ Sanctæ mariæ.col. pe.de conſt.
60 † ad iuſtificandum beneplacitum Principis ſufficere ſolam occaſionē & ſi leuem, quin? quod admiratione dignum iudico, cenſuit Bald.in. l.ſi teſtamētum.C.de teſta.quem tetulit Cur.ſen.conſ.50.col.20.uerſ.præſumitur. enim &c. talem eſſe pro Principe præſumptionem ut in contrarium nulla obiici poſſit probatio,& aliqua ſcripſit Alcia.tract. preſump. reg. 3. præſump. 8. & teſtatur Iaſ.in.l. ſi teſtamentum.nu. 3. C. de teſtam. communem eſſe ſentētiam,in Principe cauſam præſumi, hinc poſt multos reſpondit
61 Craue.conſ.253. num. 4. † Principem bonū præſumi,nec metum alicui inferre.ex.l.1.C de iis qui per met.Iud.non appel.huic enim fund.reſpondetur.quod in his caſibus in qui
62 bus ad libitum non poteſt † Princeps de bonis ſubditorum diſponere, in his pro eo nō præſumi. ſic latiſſimè ſcripſit Craue. tract. de antiq. temp. prima parte princip. in pri. nu. 32. ubi multos citat, addo Alcia.d.præſump.8.nu.5.ubi.hanc eſſe receptiorem ſententiam teſtatur & late. Craue.conſ.233. n. 3.conſ.241.col.12.in pri.cū ergo in caſu noſtro ad libitum nō poſſit Princeps de rebus ſubditorum diſponere.tam in acquiſitis iure gentium quam de acquiſitis iure ciuili, ſe
63 quitur † non præſumi.in eo cauſam cū ſpoliat,quod in acquiſitis iure gētium non poſſit probant omnes.ut tradit Dec.conſ. 198. col.pen.in fi.& conſ.357.in fi.& late Craue. d.tract.de antiq.tempo. loco iam citato nu. 20.idem in conſ.135.nu.41.cōſ.171.nu.11.& conſ.241.col.12.addo Rui.conſ.41. col.1.li. 1.& quod idē fit in acquiſitis iure ciuili, idē Crau.d.tract.loco quo ſupra n.50.dum aſſir
64 mat aquiſ.† tit.preſcr.uel alio ſimili a Principe auferri non poſſe,quod & latiſſimè.explicat idem Crauet.conſil.135.nu.18. quam ob rem difficilis eſt, quæſtionis diſſolutio, exiſtimaui tamen aliquando plures caſus ſic poſſe diſtingui.Primus itaq; erit quum Prin
65 ceps † extra iudicialiter,nō uocato poſſeſſore proceſſit,qui ſi uocatus fuiſſet metē & animum Principis à propoſito auertiſſet edocendo rem ab eo ſine cauſa auferri nō poſſe & hoc caſu procedat cōmunis ſentētia,cum nec liceat Principi aliena occupare ſine cau
66 ſa,tūc in eo cauſa nō pręſumitur,quod † uerum intelligo,niſi Princeps notorium prodi

torem ſpoliaſſet,ſic Afflict.in cap.1.§.ſi duo
homines nu.6.de Pace tenen.& eius uiola.
in uſibus feud.ubi intelligit & ſi a Principe
poſſeſſione illa non apprehenſa, bona illa
a tertio poſſideri permiſerit princeps ſe-
67 cundo intelligo † niſi princeps a principio
occupaſſet caſtrum ſuæ defenſionis cauſa,
& deinde bello finito reſtituat non primo
poſſeſſori, ſed illi quem dominum intelle-
xit,nam is primus poſſeſſor non agit cõtra
nouum poſſeſſorem Afflict.in cap.1.§. quid
ergo num.13. de inueſtitu.de re alie. facta.
Tert. intelligo etiam uerum quando alio
iure potuit Princeps ſua authoritate poſſeſ
ſionem illam ingredi,ut in ſpecie conſuluit
Dec.cõſ.191.nu.9.uerſ.7.quod ſupra, quod
alias dixi generale in quocunque.

Secundus eſt caſus quando Princeps uo-
68 cato † & audito poſſeſſore,eum ſua poſſeſ-
ſione ſpoliat,ſeu priuat, tunc, cum cauſa in
eo præſumatur ante omnia is priuatus non
reſtituit, ſic ſimili modo a iudice ſpoliatus
non reſtituitur, ut in præcedenti quæſtione
diximus,& hoc caſu procedat Bal. & alio-
rum ſententia,ut clarè ſentit Craue.d.conſ.
5.nu.7.Tertius eſt caſus quando quis a prin
cipe obtinuit reſcriptum, quo ingredi poſ-
ſit poſſeſſionem, ſi is ingrediatur non uoca
69 to † poſſeſſore,dicitur eum ſpoliare,& hoc
caſu procedit tex.noſter. l. meminerint, &
d.l.ult.C.ſi per uim uel alio modo.

Quartus eſt caſus,quãdo quis facta ſpo-
liatione & ui cõmiſſa a Principe uult confir
70 mari † poſſeſſor,hoc caſu authoritas Prin-
cipis poſſeſſorẽ illũ non cõfirmat. nec uio-
lentiæ uitiũ tollit, ſed ſpoliatus ante oĩa re-
ſtituitur,& hoc caſu procedit tex.l.authori
tate.C.unde ui,ubi Bar.gloſ.& alij in.l.2.C.
de fund.& Sal. rei do.lib.12.& tex.l. ulti. ne
rei do.uel tempo.qui eadẽ uerba habet,& ſi
inſcriptio Imperatorũ ſit diuerſa,ſic Iaſ.in.
l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas nu.26.
& Ripa in.l.naturaliter.§.nihil cõmune nu.
63.de adquir.poſſ.idem Iaſ.conſ.170.col.3.
uerſ.4.facit lib.2.Ruin.conſ.35.nu.10.lib.1.
Dec.l.1.num 7. C. de Carbo. edicto Pariſ.
conſ.101.nu.68.lib.1.Soc.Iun.cõſ.76.nu.22.
li.1.Neuiza. inter conſilia Bruni Aſten.cõſ.
12.nu.127.idem Neuizanus in ſuis conſilijs
conſ.81.nu.34.Alcia.reſponſ.370. nu.2.re-
ſponſo.374.nu.1.& reſponſo.450.num. 24.
Non ignoro tñ Antoniũ Capicium Neap.
71 † Deciſ.69.nu.24.intellexiſſe. d.l.authorita
te,cum ſpolium uiolenter eſt factum, quod
non ſatis probo,ſi uult intelligere de uiolen
tia armata, cum & uiolentia ſoleat & ſine
armis ex ſola occupatione cõmitti.l.extat.
ff.quod metus cauſa,& ſuo loco iã diximus.

Quintus eſt caſus, qñ facta ſpoliatione,
72 † ex certa ſcientia uocato ſpoliato a Prin-
cipe in poſſeſſione confirmatur. hoc caſu
procedere poteſt opinio Saly.in.d.l.authori
tate, quã probarunt Barba. conſ.41.col.5.
in ti.lib.1.& Capicius.d. Deciſ.69. nu.14.&
quẽ uidetur ſecutus Craue. tract.de Antiq.
temp.quarta parte princip.quartæ partic. n.
89.addo eiuſdem ſententiæ Francum.in.ca.
eũ qui col.2.uerſ.in ea glo. in ti. de preben.
in.6.& niſi ita Saly. & ſequacium ſententia
intelligatur, uix eſt, ut defendi iure poſſit,
cum iam dixerimus ipſum & Principem nõ
poſſe ſine citatione poſſeſſorem poſſeſſio-
ne ſpoliare:quanto minus poterit confirma
tio ſpoliatori prodeſſe,cum nihil illa ſoleat
73 † tribuere.ca.ex parte de conſti. Dec.l. mo
re.nu.22.de iuriſd. om.iud. & conſ.341.nu.
6. & alibi ſæpiſſimè.

74 Quæro.3.cum conſtitutio † iſta uelit lo-
corũ dominos eſſe cõueniendos, qui ubi ab
fuerint eorum actores, an indiſtincte uerũ
hoc ſit,ut quiuis cõueniri poſſit, uel potius
in defectum unius alter,concludit Barto. in
hac l.meminerint,quo ad primum decretũ,
ſufficere citare procuratorem, quo uerò
75 † ad ſecundum citandum eſſe omnino do-
minum,ex.l. hoc amplius.§. ulti.&.l.ſeq.ff.
de dam.infecto,agitur.n.tunc de graui pre-
iudicio, quare principalis monendus eſt ſic
idem Bart. in.l. ſolent.de alim.& ciba.lega.
Craue.conſ.182.nu.11. ubi poſt Dec. conſ.
460.nu.32.33. & Rotã Deciſ. 750.affirmat
76 non ſufficere † citare procuratorem, cũ agi
tur de priuatione beneficij.erit tñ in omni-
bus ſecundum Bar.tutior Praxis,ſi a domi-
no initium ſumatur,iuxta gloſ.in.cap. cau-
ſam quæ.de dolo & contuma. in ſubſidium
uerò,& procurator citari poterit,quod la-
tè multorũ authoritatibus probauit Tiraq.
de Retractu conſang.§.9.glo.3.n.7.8. addo
eiuſdem ſententiæ Saly. in hac ipſa.l. memi
nerint.col.ult.q.7.& Bart.in.l.quamuis. nu.
11.de.dam.infecto,qui eadẽ diſtinctione uti
tur,idem cenſuit Iaſ.in.l.eum qui.nu.1.C.d.
procur.qui inquit primam citationẽ poſſe
a procuratore incipere, quod duobus mo-
dis declarat. Primo ſi dominus eſt abſens.

ſecūdus ſi cauſa modici præiudicij eſt.
77 Quæro.4.Cum uelit hæc cōſtitutio † ci-
tandos eſſe dominos uel actores ad inſinuā
das ſentētias,quæ ſit hæc forma & quæ pra
xis,Bar.in hac.l.meminerint num.5. uerſic.
procedo ulterius probat Roffredi lectionē
& doctrinam,quam & notatu & admiratio
ne dignam appellauit, quod quando ſenten
tia coram Iudice producitur,& petitur exe
cutioni mandari eſſe, citandum aduerſariū.
hoc eſt rei dominum, uel procuratorem,
alias ſi ſine citatione ſententia exequeretur
pœnę coſtitutionis noſtræ locus eſſet,quod
& in quauis executione facienda obſeruan
dum eſſe cenſuit Cyn.in.l.ab executore. C.
quorum appellat.non recip. & ſi aliter ſen-
ſerit Inno.a Bartol.qui ſupra relatus,quam
controuerſiam,ut finiat Barto. nu. 6. ſic di-
ſtinguit,aut fit executio in ea ipſa re ſuper
78 qua eſt iudicatum, † & tunc executio parte
nō citata fieri poteſt,ſic intelligit Inno.d.c.
ex ratione,de appellat. ſic idem Bart.in.l.a
Diuo Pio.§.in uenditione,num.2.3.de re iu
dicata, in perſonalibus poſt quadrimeſtre.
l.ult. C. de uſu. rei Iud. ſi uero actio realis
ſit,lata ſententia præceptum ante executio
nem conceditur,quo præcipiatur condem-
nato, ut rem intra certum tēpus reſtituat,
cui ſi nō obediat ſine citatione executioni
mandatur ſententia.§.1 Inſt.de off.Iud.Aut
alia in re quā in Iudicata executio fit,tunc
cum neceſſaria cauſæ cognitio ſit,neceſſa-
ria etiam partis citatio eſt iuxta.l. a Diuo
Pio.§. in uenditione de re Iud.& Bartolum
hic eſt ſecutus Rui. conſi.24.nume.7. lib.4.
conſi.102.num.5.lib.5. & latius hanc quæ-
ſtionem explicat Alex.in.d.§.in uenditione
nume.30. 31. & ibi nume.33. declarat tunc
etiam neceſſariam citationem fore,cum cō
tra ſucceſſorem condemnati executio fit,
ſic etiam declarant Ang. in.l. 1. C. de Iud.
Ruin. d.conſi.102.nume.5. Afflict. Deciſio
ne.145. Rola. a Valle conſil.20. nume. 2.3.
Declarat & 3.Alex.d.loco num.35.quando
79 † ſucceſſor Iudicis qui cōdemnauit uult ſui
prædeceſſoris ſententiam exequi, declarat
80 & 4. † Soc. Sen. conſil.158. col.4. lib.2. poſt
Baldum & Imol.in l.ſi binæ de iniuſto rupt.
non procedere,quando contra tertium ſen
tentia exequenda eſt,nam is tertius eſt om
nino citandus,cætera non proſequar ne ex
tra rem uagari uelle uidear.
81 Quæro 5. quæ forma † libelli eſſe debet
in huius conſtitutionis remedio Bar.hic nu.
9.inquit narrandū eſſe quo pacto ille autho
ritatem reſcripti,uel ſentētiæ temerè te poſ
ſeſſore non monito intrauit poſſeſſionē &
ob id eū omni iure, quod in re illa habebat
priuari debere ſubdit Bar.ipſo iure priuatū
non eſſe,ſed per ſententiam priuari deberi,
quam libelli formam probauit Saly.hic co-
82 lum.ult. q.6.qui iam q.5.aſſirmauit † pœnā
ipſo iure non committi,ſed per ſententiam,
quod ex uerbis cōſtitutionis noſtrę probat
dum ait Priuabuntur omni negotio,&c. qđ
uerbum futuri temporis oſtendit non ipſo
iure,ſed per ſententiam priuationem indu-
ci l.in Criminali C.de Iuriſ.om. Iud.glo.in
l.ſi quis in tantam in uerbo amittat C.unde
ui,ut ibi dicam,in ſequēti ſcilicet remedio.
q.45.ubi fuſius hæc explicabimus.
83 Quæro.6.cum hic tex.de † ſentētia loqua
tur,de qua ſententia loquatur, an de diffini
tiua,uel de interlocutoria, & de diffinitiua
84 uidebatur intelligēda, cū in dubio † appel-
latione ſententiæ diffinitiua ueniat, ut tra-
dunt oēs in rub.ff.de re Iudicata ibi latè Ri
pa.nu.2.3. Barba. conſil. 31.colum.1. lib.3.
Aret.conſi.106.nu.2. Calca. conſil.76.num.
26. Mathes. nota.94. Nota,quod ſub hoc,
Rolan.a Valle cōſ.55.nu.20. ſuadetur hoc.
quia ſi interlocutoria fuiſſet,ſine partis cita
tione ferri potuiſſet.l. necquicquàm. §. ubi
decretum de off. proconſ. Crauet. conſil.
179.nu.10.quin interlocutoria ſine ſolemni
tate ferri poteſt Crauet.conſil.233. colum.
4.in princ.quod in caſu iſto eſſe non uidet.
Verum rectius gloſ. hic in uerbo ſententia
intelligit de interlocutoria non de diffiniti-
ua,nec ab eà diſſentit Saly.col.2.uerſi.quæ-
ro de qua ſententia,& ſatis probatur, quia
hic agebatur de exequendo impetrato re-
85 ſcripto,& ſententia † illa, quà pronūtiatur
quid exequēdum eſſe interlocutoria dicit,
ut per Aret.in li.5.in prin.de uerb.ob.& cō-
ſil.75.nu.9.Fely.in cap. quoad conſultatio-
nem colum.12.uerſi.& iſta bene nota.de re
Iud.quos eſt ſecutus Crauet. conſ.273. col.
3. uerſic. nec obſtat quod talis,idem ſenſit.
Rui. conſ. 27.col.1.uerſic. præterea ſenten
tia lib. 1. & idem placuiſſe uidetur Ancha.
conſil.362.& ſeq. quem eſt ſecutus Boer.q.
68 in fine, uel etiam ſi dicamus noſtram cō
ſtitutionem loqui ſimpliciter de ſententia,
qua immediatè pronuntiatur eſſe mittendū
in poſſeſſionē adhuc interlocutoria dicitur

85 at eſt,in ſententia † qua aliquem eſſe mittē
dum in poſſeſſionem ex ſecūdo decreto de-
claratur,ex Barto. in l.ſi finita. §.ſi forte.in
ſi. de damno infecto , & Bald.l.2. C.de epi-
ſco. audie.in l. ſi præſes. C.quo. & quando
Iudex, Abbas conſi.43.colum.pen. uerſi. 5.
& ult. facit.lib.2.latè idem affirmauit Bolo
gne.in repe.§.Iulianus l. ſi finita nu.214.de
damno infecto,non negant tñ Bar.& cæte-
ri magni eſſe præiudicij , quod & conceſſit
Ioa. Baptiſta Seuerinates in l. Iubere caue-
re.num.4.de Iuriſd.omn.Iud.& ab ea poſſe
appellari,ex quibus ſatis cōſtat, quæ ſupra
in oppoſitum ſunt relata, nō facere difficul
tatem,nam tunc appellatione ſententiæ in
telligerem de interlocutoria cum ſumus in
dubio,ſecus ſi in claris,uel alijs coniecturis,
ut eſt ſubiecta materia,cōſtaret intelligen-
dum eſſe de interlocutoria,ut noſtro hoc ca
ſu,idem ſenſit Ripa. d.rub.De re Iud.nu.3.
87 Nec obſtat interlocutoriam † ſine aduerſa
rij citatione poſſe ferri,quia intelligerē cū
modici eſt præiudicij,ut reſpondit Crauet.
d.conſ.273.nu.10.& ita intelligo, q̄ ſcripſit
idem Craue.d.conſ.273.nu.4.nō inficiabor
tamen,hanc interlocutoriam ob grauamē
quod de nouo infertur, diffinitiuæ uim ha-
bere,ut declarat Aret.d.l.5.in prin.de uerb.
ob. Rui.conſil.78.nu.2.in fi.lib.5.
88 Extendunt tamen † Oldra. & Saly. hic,
hanc noſtram conſtitutionem procedere,
quando diffinitiua proferri contingeret ,
quod Angelo (& rectè) non placuit,quia ſi
ſententia diffinitiua lata fuiſſet,omnis cul-
pa iudici adſcribenda eſſet, qua de re ſupra
quæſt.1.turſus ſi agitur ſolum de miſſione
in poſſeſſionem in executionem ſententiæ
iam latæ,uel reſcripti iam conceſſi, fruſtra
diſputatur,ſi diffinitiua feratur , cum ferri
non poſſit.
Quæro 7.cum uelit hæc ipſa conſtitutio
89 locorum dominos eſſe †uocandos,qui intel
ligātur domini.gloſ.hic intelligit dominos
ideſt poſſeſſores,qui dñi præſumuntur,quā
ſententiā probauit Bart. hic prima oppo.
Saly.col.2.uerſ.quero.3.quod ea ratione ue
rum demonſtratur, quia quæſtio principa-
lis hic de poſſeſſione eſt,de dominio autem
incidenter ac uix etiam,quo fit ut poſſeſſio
ſatis poſſeſſorem dominum eſſe arguat, ut
læte probat Bart.in l.ſi quis in ſuo.de cond.
inſtit. & latè hac de re dicemus in reme-
dio ex l.non ab re.C.unde ui.

Quæro 8.cum hæc conſtitutio uelit tūc
demum tutores uel curatores pupillorum
pœna hic impoſita puniri ob non obſerua-
tam huius noſtre conſtitutionis formam,ſi
colludio habito cum aduerſario , poſſeſſio
nomine pupillorum ſit inuaſa,ſit an idē ſit,
90 † ſi nulla interceſſit colluſio: & idē eſſe cre
didit hic glo.& Bar.nu.10.uerſ.oppono dici
tur hic , quod placuit & cæteris ut Ang. &
Saly.in hac l.noſtra, & cōmunē teſtatur A-
lex.in l.1.§.ſi procurator nu.2.uerſ. item ad
de,& ibi Iaſ.nu.21.Cur.Iun. nu.31.ff.ſi quis
iuſd.nō obtemper.quo loci uno ore repre-
hendunt Bart.inconſtantiam.qui in eo.§. ſi
procurator aliter ſenſit. & huius cōis ſentē
tiæ ratio & fundamentum eſt , quia in hac
conſtitutione,caſus qui ponitur,nō pro re-
gula ſed ex facti contingentia (ut ſic dicā)
91 eſt,ut oſtendit dictio † plerunq; que reg.nō
eſſe ita docet,ut uidemus in l.tutela de tute.
in l.qui duos de leg.3.Bart.l.1.in princ.ff.de
tutel.& ratio.diſtrahe.Iaſ.in l.iuriſgētium .
§.prætor ait nu.21.ff.de pactis, ſed oſtendit
tantū caſus frequentiam,quaſi uelit dicere,
ſæpiſſimè hoc ex colludio cōtingere poſſe,
ut dictionem plerunq; interpretatur latè Ti
raq.de retractu conſang.§.1.gloſ.9.nu.224.
& præter eū Gomeſ.§.ſed iſte nu.21.Inſt.de
92 actio,& ſi ergo ob † frequentiā caſus,collu
dij habita ſit ratio , non tñ cū ſine colludio
caſus contingit,excluditur,iuxta.doct. glo.
in auth.caſſa in uerbo per Italiā.ibi Bar.nu.
2.C.de ſacroſ.eccle.gloſ.l.1.in uerbo ſpon-
ſam.C.de raptu uirg.Iaſ.in l.1.nu.32.C. de
ſacroſ.eccl.Dec.l.pen.nu.1.C. de pactis,pul
chrè Corſet.in ſuo ſing. in uerbo.frequen-
tia,incip,dominus feudi. Ripa.l.2.nu. 10.de
uulga.& in cap.ſæpe.nu.89.de reſtit.ſpolia.
Cur.Iun.conſ.107.in fi. Soc. Iun.conſ.8.nu.
11.lib.2.Craue.de antiq. tempo.prima par.
4.partis prin.nu.37.licet ergo non colluſe-
rint tutor & curator,locus tamē erit adhuc
huic conſtitutioni,cum eadem ſubſit ratio,
ne ſcilicet factū tutoris pup.uel minori no-
ceat l.non eſt.C.de admi.tuto.glo.in l.qui-
cunque in uerbo. minorum. C. de ſer. fug.
quæ & tex. hunc noſtrum citauit.
93 Declaratur tñ non procedere, † qñ ipſe
pupillis,uel minor debito tēpore ratū habe
rēt,quod ab eorū adminiſtratoribus fuit ge
ſtū,ſic i his terminis declarat Bal.in.d.l.1.§.
ſi procurator.col.1.ff.ſi qs iuſd. nō ob tēpe.
94 Quæro.9.quæ actio † concedatur, cū ex

tutoris colludio occupatur alterius poſſeſ-
ſio,Saly.in hac l.col.ult.uerſ.quæro, inquit
duplicem actionem concedi, unam ſcilicet
ciuilem aduerſus pupillum pro recuperatio
ne poſſeſſionis,alteram criminalem contra
curatorem,uel tutorem ob delictum a ſe cō
miſſum,ut clarè probat hic text. quod ulti.
cum Ang. hic intelligo, quando tutor uel
curator dolosè egerunt, alioqui ſi ceſſat do
lus,adſitque bona fides, uel alia iuſta cauſa
ceſſat pœna ut fuſius explicauimus ſupra in
q.remedio.ex.l.extat,quod met.cau.q.12.

95 Quæro 10.an † pupillus.uel minor,con-
dictione ex hac l.conuentus, dominij exce-
ptionem contra hunc agentē obijcere poſ-
ſit:& non poſſe ſenſit hic glo.in uerbo. red
datur,& Bart.nu.12. & eam ſecuti ſunt Bal.
& Saly.& ſatis in textu noſtre conſtit.pro-
batur ibi,ſed illicò quidē poſſeſſio ei a quo
ablata fuit reddatur, quę non illico reddi
poſſet,ſi dominii exceptionē opponere lice
ret ut alias docuimus ſupra in 1.remedio re
cuperandę poſſeſſ. ex interdicto, unde ui, q̄
ſane ſententia ex Bar.hic cōfirmatur, quia
is a quo ablata fuit poſſeſſio ſpoliatus dici-
tur nimirum ſi contra eum dominij excep.
opponi non poteſt cum ante omnia ſpolia-
tus reſtituēdus ſit,ut iam ſuo loco diximus,
confirmatur ſecundum Bart.hic ex conſtit.
dum cauſa dominij pupillis reſeruatur,quæ
reſeruatio arguit non licere ante factā poſ-
ſeſſionis reſtitutionem dominij exceptionē
obijcere, quod ſenſit & gloſ. hic in uerbo.
reddatur,quam & Ang.probat.

96 Quæro.11.an hæc† conſtitutio locum ha
beat,& in eccleſia cū Prælatus eccleſiæ no-
mine inuadit poſſeſſionem penes poſſeſſo-
rem exiſtentē glo. hic fin. concludit locum
habere,& eā ſecuti ſunt Bal.& ſi ſubobſcu-
re,clarius Saly. quam ſententiam uel ex eo
probo,quod olim retuli ſupra in primo re-
medio ex interdicto unde ui q.3. dum adſtr
mauimus ſpoliatum eccleſiæ nomine,ex eo
interdicto reſtitui ante omnia quam ſenten
tiam multorū authoritatibus probauimus,
erit tamen uidendus & hac de re Saly.in l.iu
bemus nullam.C.de ſacroſ. eccleſ. & in ſe-
quenti remedio.q.10.

97 Quæro 12.quid ſi † ex pacto propria au
thoritate poſſum ingredi poſſeſſionem, ſed
ex maiori urbanitate ad iudicem accedo,ut
me comitari faciat per nuntiū ſuum in poſ-
ſeſſionem,& iudex aduerſario non monito
faciat,an pœnæ noſtræ conſtitutionis locus
erit mouet hanc quæſt. Saly. hic col.2.uerſ.
quæro ſi pars &c. & ante eum Bar.in l.cre-
ditores.nu.26. & ibi idem Saly.col.11. uerſ.
quæro.tertiodecimo.C.de pigno.ambo.af-
firmate uidentur, hanc dubitationē excitaſ
ſe glo.1.in fine in hac noſtra conſt. ſed ſi re
ctè illius uerba perpendantur, non hāc mo-
uet difficultatem ſed ſimpliciter argumen
tatur ita iudicem uideri poſſe dare licentiā
ingrediendi aduerſario non monito, ut poſ
ſeſſor alteri licentiam poteſt impertiri,non
tamen hoc,caſu loquitur,cum licentiam qs
habet & nihilominus iudicem conuenit ut
cunq; ſit,hæc iure excitarunt antiqui & re-
centiores omnes, ſi refferenti Bart. & Saly.
credimus,receptior tñ ſententia, & quam
forenſis uſus recipit,illa eſt, ut duos caſus
diſtinguamus. Primus eſt cū is qui propria
authoritate ingredi poteſt iudicem adit ut
is ingrediendi licentiam concedat, quaſi ue
lit immiti & in poſſeſſionem induci ſicuti
98 cum miſſio† in poſſeſſionem ex Carbonia-
no, uel ex diui Adria. edicto petitur & hoc
caſu citatio neceſſaria omnino eſt,ſic Bart.
qui ſupra & clarius Saly. col.12.uerſ.pro cu
ius declaratione attende ,& communem te
ſtatur.Alex.conſ.131.nu.4.lib.4.ſic & Iaſ.in
l.2.nu.113.uerſ. quamuis.C.de iure emphy.
qui & in praxi ſic ſeruari teſtat̄ idem reſpō
dit Soc.Sen.conſ.195.col.pe.uerſ.confirmaſ.
iſta conclu.li.2.& clarius cōſ.167.col.6.uer.
2.an in tali.eo.lib.2. & idem conſ.82.col.3.
uerſ.ſexta cōcluſ.li.3.Rui.conſ.152.nu.6.li.
4.Grat. conſ.90.nu.3.lib.1.ſi tamen,hoc ca
ſu contingat petentem hunc eſſe miſſum in
99 poſſeſſionem poſſeſſore non citato † pote-
rit confirmari ſic Bar.d.nu.26.circa med. &
clarius Soc.d.uerſ .ſexta concluſ.& Ruy. d.
conſ.152.nu.10.uerſ.nec prædictis obſtat,ſe
cūdus eſt caſus,qñ is, qui authoritatem ha
100 bet † ingrediendi ſponte , ut urbanius agat
adit iudicem, ut eum in poſſeſſionem aſſo-
ciari faciat & hoc caſu poſſeſſoris citatio
non requiritur, cū hic non uiam iudiciariā
amplectatur,ſed propria facultate fruatur,
ſic affirmat Saly.d.col.12.uerſ. alio modo p
uiam,quam praxim mirum in modū notan
dam eſſe cenſuit Iaſ.d.l.2.nu.113.d.uer. quā
uis C.de Iure. emph.hoc,enim caſu nō dici
tur miſſio in poſſeſſionē a iudice facta , ſed
ſola aſſociatio,quæ notanda ſunt.

Quæro 13.cum hac conſtitutione proui-

ſum fuerit,non prius exequendam ſenten-
tiã & mittendũ aliquem in ſibi adiudicatam
poſſeſſionem eſſe,quàm fuerit citatus poſ-
101 ſeſſor,quæ erit illius citationis† forma(tres
n.eſſe non ignoramus,uerbis,literis, & edi-
ctis.l.cum uero.§.hoc ſenatus. ff. de fideico.
liber. quam in hanc ſententiam citat Boe.
in l.conſentaneum.nu.19 C. quom.& quan
102 do iudex)an † ne generalis illa,per edictum
ſufficiet,& non ſufficere affirmant omnes,
ut apud Bar.in extrauag. ad reprimendum
in uerbo per edictum in fine. & in ſpecie ſic
intellexit conſtitutionem noſtram Alexan.
conſ.5.col.1.lib.2. dum poſt Ancha. quem
citat,reſpondit ex noſtro hoc textu in tran
ſlatione poſſeſſionis ob uno in alterum ne-
ceſſariam non modo certi poſſeſſoris cita-
tionem uerum,& incertum diligenter per-
quirendum eſſe, quod & pulcre adnotauit
Crauet.noſter conſ.225.num.1.& num.5.&
conſ.319.in fi. & uere communis eſt omniũ
ſententia,generalem citationem per edictũ
non ſufficere,cum perſona eſt certa,quę no
minatim citanda eſt:ſic omnes,qui ſupra ex
l.1.§.pen.ff.de uentre inſp.ca.ult.de electio.
in l.ſi de certa.C.ſi prop.pub.penſ.Alex.cõ.
107.col.1.lib.5.Felin.in cap.2.nu.8.de con-
ſtitu.Iaſ.conſ.85.nu.12.lib.3.Paris.conſ.25.
nu.42.conſ.101.nu.128.lib.1.& conſ.31. nu.
29.lib.4.Ruin.conſ.62.num.20.lib.5.Rube.
conſ.76.nu.1.& latiſſimè. de citatione per
edictum ſcribit Marianus Soc. Sen. tract. de
citationibus art.23.Boer.in.l.conſentaneũ.
num.79.C.quom.& quando iudex Francus
Herculanus Peruſinus tractatu.Quis tenea-
tur probare negatiuam.num.241.242.

Ampli.1. procedere in caſu hoc noſtro,
103 quando apud actorem† incerta eſſet poſſeſ-
ſoris perſona,nam tunc debet adhuc uti dili
gentia,ut intelligat,quis is ſit, qui poſſidet,
ex Alex.& Craue. præcitatis, qui Alex. ex
multis citat Ancha.in ca. ult. de electio. ex
illo textu,& Bar.conſ.86. quẽ non reperio,
inquitq; Alexan.Bart. in hanc ſententiam
citare textum hunc noſtrum : idem cenſuit
Rimi.in l.ſi pacto,quo pœnã.col.2.C.de pa
ctis,qui pariter Bar.retulit, & textũ noſtrũ
Sapia in l.de ętate.n.21.de mino.Franc.Her
culanus d.Tract.Quis teneatur probare ne
gatiuam.nu.241.adfertur & Baldi auth.in l.
ult.q.4.C.de edict.diui Adria. tollenda. qui
adfirmat ignorantiam actoris, ignorantis
quis poſſideat,poſſeſſori detrimentum non
afferre:idẽ cenſuit Fely.in ca.2.n.8.uer.imo
fortius dixit.extra.de conſtit.qui poſt mul-
tos affirmat eſſe nominatim citandos illos
quorum hæres ſit,idem Fely.cap. ex hibita.
nu.1.uerſ.2.limit.de Iudicijs.quod obſerua-
104 tur in hac Patria Pedemontium † ex nouis
conſtitutionibus in tit.Delle citationi.§.oc
correndo,che.&c.ſic cum agitur de curato-
re bonis uacantibus aſſignando Alex. conſ.
137.num.11.lib.2.

Amplia.2.procedere etiam ſi cautũ eſſet
ſtatuto , uel decreto ſingulari , ut in aliquo
actu celebrando in quo de tranſlatione poſ-
105 ſeſſionis agatur,ut puta,quod quando † in-
ſolutum datio bonorum creditori ſit,citen-
tur per proclama,ut qui ius aliquod præten
dũt in illis bonis inſolutũ dandis,uel qui uo
lũt illa bona defendere cõpareant intra de-
cem dies &c ut cautũ eſt Papiæ ex ſtatuto
106 † in ciuilibus 48. ſub Rubr. De uenditione
& in ſolutũ datione fienda &c. quo eſt cau-
tum ut per proclama moneantur ij,qui poſ
ſunt inſolutum dationi contradicere , quod
ſan: ſtatutum intelligi debet quando incer
ta eſt illius perſona,qui cõtradicere poteſt,
nõ quando eſt certa,ſic egregiè admodũ in
ſpecie reſpondit Alex.d.conſ.5.nu.2.uerſ.&
ſtatutum etiam lib.2.Cuius doctrinam ſecu
tus Plotus Nouarien. non contẽnendus in-
terpres in l.ſi quando.n.285.in fi.C. unde ui
107 affirmat Mediolani conſtit.† in tit.de bonis
ad cridas ponendis,non adferre detrimen-
tum poſſidenti,quod uerum concedo , ſed
non ea ratione & doctrina Alex. ſed quia
ponens ad cridas inhabilis eſt cum ipſe non
poſſideat ſed alter,& tamen eum poſſidere
exigunt conſtitutiones illæ in illis uerbis.
Et etiam iurare teneatur,quod ipſam rẽ,uel
ius quam,uel quod,ad cridam ponere uult,
uere,ac realiter ſuo nomine proprio & non
alieno poſſidet,uel quaſi poſſidet &c.quare
ad rem nõ confert Alex.doctrina,cridæ er-
go illę poſſeſſorẽ,nõ afficiunt nõ ob ſui cau
ſam qui nominatim alias citandus eſt , ſed
quia nullæ ſunt ex lateræ illius ponentis.
108 Ampl.3.ut procedat † etiam ſi citãdi plu
res eſſent quorum intereſt citari, adhuc no
minatim citandi illi ſunt,ut poſt Cardin.Za
barel.conſ.154.docet Fely.in.d.cap.2.nu.8.
uerſ.& poſſent iſta. de conſtitutio.quare in
109 quiunt legitimam nõ eſſe † citationẽ per e
dictũ, qua dominus monet uaſallos ut acce
dãt ad capiẽdũ inueſtituras,ſimile idẽ Fely.
in ca.

in.cap. exhibita numero tertio de Iudi.Epi
110 ſcopi † monitiones per edictum ut omnes
clerici incedant cum habitu & tonſura non
afficere illum quem ſciebat non conſueuiſſe
eo modo incedere. & alijs exemplis uerum
hoc docet Franc.Herculanus Peruſinus. in
relato ſæpius tractatu.Quis teneatur proba
re negatiuam.nu.241.
111 Ampl.quarto procere etiam ſi † poſſeſſor
iſte uel is de cuius intereſſe agitur abſens ſit
adhuc enim per edictum citari,non poteſt,
ſed admonendus eſt in primis per nuntium
uel per epiſtolam,ſic docet Bar.in d.extra-
uag.ad reprimendum in uerbo per edictum
nu.2.3.qui affirmat,quod ſi aliter fiat citatū
grauari & per iudicem appellationis reſcin
di omnia debere, immo citationem hanc
nullius eſſe momenti reſpondit Oldra.con.
44.in quinto dubio,quæ ſecutus eſt Iaſ.cōſ.
86.nu.12.in fi.lib.3.idem ſenſit Boe.in l.con
ſentaneum nu.52.C.quomodo, & quando
Iudex. & in hoc caſu intelligi poteſt etiam
112 procedere ſtatutum † Papiæ.10.in ciuilibus
ſub Rubr.de citationibus fiendis de ciuibus
&c. quo idem diſpoſitum eſt, dum excep-
tionem ponit,niſi tutus nō ſit acceſſus,quæ
exceptio regulam confirmat.

Limitatur primo non procedere,quando
113 poſſeſſoris perſona eſt incerta † nec per in-
quiſitionem haberi potuit certitudo, tunc
enim ſufficit citatio hæc per edictum.l.ſi eo
tempore.C.de remiſſ.pigno. aut ſi omnes.
C.ut ſe ab hæred.abſtin.l.ſi uacantia. C. de
bo.uaca.lib.x.Sapia.in.l.de ætate. nu. 21. ff.
de minor.ca.ult.de elect.in.6.Bar.d. extrau.
ad reprimendum.in fi.Iaſ.d.conſ.86.nu. 12.
Felyn.in cap.quoniam frequenter.§.porro
nu.14.ut lite non conteſta.Maranta.de ord.
Iudicio.6.parte.in tit.de citatione.num.89.
in hac Regione Pedemontana ex nouis cō
ſtitutionibus in tit Delle citationi.§.occor
rendo,che &c. habet actor ſuo iure iuran.
affirmare ſe omni diligentia uſum, ut citan
dum adinueniret, & quis nam eſſet, cogno
ſcere.

Limitatur ſecundo non procedere, quan
114 do perſona eſt quidē certa † ſed abſens eſt,
& tali in loco ad quem non datur tutus ac-
ceſſus,tunc nec per nuntium,nec per epiſto
lam eſt admonēdus, ſed ſola ſuficit citatio
per edictum:ſic Bar.in d.uerbo,per edictum
nu.3. ex tex. l. de ætate. ad Trebell. & alijs
pluribus Fely.d.§.Porro.nu.14. Maranta. d.
tit. de citatione.num.85.Marſil.in.l. de uno
quoq; nu.183.ff.de re Iud.& in ſing. 360.ci
tatus.&c.conſtare tamen debet, de non tu-
to acceſſu ſummatim, quod fit parte non ci
tata.Rebuffus in commenta. Regiarum cō
ſtitu. tomo tertio tit. de citationibus nu.
98.poſt.Bart.in d.uerbo per edictum &c. te
ſtatur tamen Rebuffus in multis curijs non
ſeruari,& Papiæ autem ex ſtatuto.x.in ciui
libus,de citationibus fiendis de ciuibus &c.
creditur iuramento duorum ſeruitorum,
qui affirment,quod non auderent accedere
ad locum ubi is citandus moram trahit.
115 Limitatur.3.non procedere † quādo per
fraudem,& dolum curaſſet citandus ne cita
ri poſſet nominatim uel per nuntium uel e-
piſtolam,tunc ſufficit ſi per edictum citetur
Bar.in d.uerbo.per edictū n.3.Alex.in.l.ple
riq; nu.ff.de in ius uoca.Maranta.d. tit. De
citatione.num.84.& 86.late Fely.d.§.porro
nu.14.15.ubi fuſiſſime diſputat. quid in iudi
ce ſuperiori & inferiori a iure hac de re cō
ſtitutum ſit, eſt enim eadem ratio in hoc
quod in abſente qui citari non poteſt ob ac
ceſſum minus tutum,quam relata ſtatuta de
abſentibus in iis locum ſibi poſſunt uendi-
care,Rebuffus qui ſupra num.96.
116 Limitatur 4. non procedere † in poſſeſſore
uagabundo: is enim per edictum citari po-
teſt,Bal.in l.ſi accuſatoribus. colum. ultim.
C. de accuſa.& in l. conſentaneum in ſecun.
do notabili C.quomodo,& quando Iudex,
ſenſit Bartol. in d. uerbo. per edictum. nu.
5.6.clare Maranta.d. titul.de citatione. nu.
83.qui poſt Baldum in l.ut perfectius.C. de
annal: except. affirmat eſſe affigendam cita
tionem ad portam domus uagabundi, ſi in
ciuitate domum habet, idque fieri debere
duobus adhibitis teſtibus ex.l.4.§.toties de
dāno infecto.& ex conſtitutionibus Regni
in quo ſic obſeruari affirmat, ut pariter ob
117. ſeruatur in hac † patria Pedemontium ex
nouis Conſtitutionibus in titulo delle cita-
tioni.§.Non uaglia: quibus eſt ſic conſtitu.
tum in his qui habitant uel habitationem
in hac ipſa patria habent, cæterum ſi nun-
quàm moram hic traxerunt, per edictum
ſolum in foro citantur,ut ex ipſis conſtitu-
tionibus habetur. idem in uagabundo affir
marunt Tiraqu. De retractu conſang.§.9.
gloſ.3.num.2. & Carol. Molinæ. De uſu-
ris.num.311.Boe.l.conſentaneum.num.103
C.quomodo,&quādo Iudex &c.& in uaga

bundo intelligunt uerba ſtatuti Papiæ.10.de citationibus fiendis de ciuibus &c.ibi,etſi habitationem certam non habent &c.

118 Limitatur 5. non procedere † in clerico ſpoliatore, qui cum nominatim citari non poſſit,poterit tamen generaliter per edictũ quo citantur omnes qui ſua intereſſe putauerint,ut compareãt allegaturi, quare Sempronius ſpoliatus reſtitui non debeat,ſic Rober.Maranta in præcitato loco.tit.De citatione.nu.88.uerſi.ſextus caſus,uerum de ueritate huius declarationis diximus fuſius infra in remedio.15.q.15.3.declaratione.

Limitatur 6.non procedere,quando una
119 † uniuerſitas eſſet in poſſeſſione tunc ſufficit eam citare per edictum propoſitum in loco ubi conſueuit congregari ſic poſt multos,quos citat tradit Maranta.d.tit.de citatio.nu.94.uerſ.12.caſus,præſertim, ex doctrina Baldi nota.in l etiam colum.4.uerſi. quæro quid ſi ruſtici.C. d executor.rei Iud. aliter tamen innuit Barto.in d.extrauag. ad reprimendum in uerbo,per edictum nu. 3.

120 Limitatur.7.non procedere † in illis caſibus in quibus ſola præſumpta ſcientia ſufficeret,cum ex citatione per edictum uel proclama talis inducatur, ut reſpondit Ruin. conſ.62.num.20.in fin.lib.5.

121 Limitatur 8.non procedere † quando proceditur ordine iuris non ſeruato, ſic Paris. con.25.nu.116.li.1.tunc ſufficit,citatio quoquo modo facta, dum modo ad citati notitiã deueniat,aliàs iniqua eſſet hæc ſentẽtia.

122 Limitatur 9.non procedere, † quãdo ad eſſet multitudo adſtantium quorum relatione notitia fieri poſſet citato,ſic Iaſ.l.decem nu.43.de uerb.obligat. Franciſcus Herculanus Tractat.quis teneatur probare negatiuã.nu.243.qua de re nõ mediocriter dubito

123 Limitatur.10. nõ procedere † quando ex ſtatuto uel conſuetudine loci hoc eſſet conſtitutum.Franciſcus Herculanus d. Tractat. Quis teneatur probare negatiuam.nu.244. Hæc de octauo remedio.

SVMMARIVM NONI remedij.

2 *Theodoſii Imperatoris laus & commendatio.*

3 *Conſtitutio.l.ſi quis in tantam.C.unde ui.Theodoſii eſt.Conſtitutio.l.ſiquis in tantam.aliquando ſpreta, Athalarici iuſſu uſui reſtituta.*

4 *Caſſiodori locus expoſitus.*

5 *Nonũ recuperandę poſſ. remed. eſſe ex conſtitutione l.ſiquis in tantam. C. unde ui,introductum.*

6 *Cõſtitutio.l.ſiquis in tantã,partim pœnalis,et partim perſecutoria rei eſt.*

7 *Dominium poſt uiolentiam acquiſitũ non perditur ex conſtit. l. ſiquis in tantam.*

8 *Decreta Montisregalis,Neapoli, Papiæ,et aliorum locorum, in aliquibus,inſecuta ſunt conſtitutionem.l. ſiquis in tantam.*

9 *Mulieres per uim alterius poſſeſſionẽ inuadentes. an puniantur,ex conſt. l.ſiquis in tantam.C.unde ui.*

10 *Maſculinum concipit fœmininum in odioſis ſi rationabile eſt odium.*

11 *Audacia tam in fœmina quàm in maſculo eſt comprimenda.*

12 *Expreſſio caſus frequentioris uſus, minus frequentem,non excludit.*

13 *Mulier in caſibus tantum expreſſis excuſatur ob iuris ignorantiam.*

14 *Hermaphrodita per uim alterius poſſeſſionem occupans,incidit in pœnã l.ſi quis in tantam.C.unde ui.*

15 *L.Quæritur.ff.de ſtatu hom.remiſſiuè, à multis declaratur.*

16 *Statutum Papiæ.31. in criminalibus, de pœna illius qui alicui fecerit in eius poſſeſſione, tam maſculum, quam fœminam,punit.*

17 *Ruſticus occupando per uim alterius poſſeſſionem an incidat in pœnam.l. ſiquis in tantam.C.unde ui.*

18 *Ruſtici nõ excuſantur. cũ qd aduerſus iuris naturalis diſpoſitionẽ agunt.*

19 *Delinquens in ijs, quæ iure naturali prohibentur, in dolo eſſe dicitur.*

20 *Iniuriam alteri inferens nõ excuſatur, prætextu, uel ruſticitatis, uel ſexus, uel militiæ.*

21 *Cauſam, quæ alias excuſat, non excuſare cum quid aduerſus ius naturale agitur.*

22 *l.1.§.ul.ff.de edẽ. multiplex declaratio*

23 *Ruſticus à dolo præſumpto excuſatur.*

24 *Ruſticus occupando propriam rem ab altero tamen poſſeſſam excuſatur à pœna.l.ſi quis in tantam.C.unde ui ſed nu.26.aliter.*

25 *Ruſtici excusãtur ignorãtia iur.ciuilis*

26 *Ruſticus quocunq; caſu, occupando poſſeſſionem alterius, non excuſatur.*

27 *Ruſtici errantes in iure, ſolum excuſantur in caſibus expresſis.*

28 *Ruſticus, ut nouit accedere ad nemus ut ligna domi habeat, ſic noſcere debet, ut ad iuris peritos accedat, ut conſilium inde referat.*

29 *§.pen.Inſt.ui bonorũ rap.perpenditur.*

30 *Conſtitutio.l.ſi quis in tantam. C. unde ui.eſt facta ad rigorem iuris cõſeruandum.*

31 *Ruſticus ob ſummã æquitatẽ multoties ex iudicis arbitrio excuſari poteſt.*

32 *Ruſticus ſagax nunquam excuſatur.*

33 *Ruſticus non excuſatur, cũ clã delinqt.*

34 *Ruſticus nunquàm excuſatur a pœna ſtatuti Papiẽ.31.de pena illius, qui uim alicui fecerit in eius poſſeſſione*

35 *Pupillus, & minor, inuadens alterius poſſeſſionem, an incidat in pœnam l.ſi quis in tantam.C.unde ui.*

36 *Infans quod agit ignorat.*

37 *Infanti delictum adſcribi non poteſt.*

38 *Minor delinquens in his quæ iure ueteri erant permiſſa, & nunc iure nouo prohibita, non punitur.*

39 *Statutum puniens omnes cuiuſcunq; conditionis non punit Infantes.*

40 *Interpretatio illa debet ſumi, quæ a ſapientibus non poſſit reprehendi.*

41 *Infans pubertati proximus tenetur ut pubes effectus.*

42 *Infans doli capax tenetur de delicto commiſſo.*

43 *Minor non reſtituitur ut Inſtrumentũ de falſo arguat, ſi iam ipſe Inſtrumẽtum illud lacerauit.*

44 *Pupillus reſtituitur, ob iuſtam cauſam cum alienam poſſeſſionem per uim occupauit.*

45 *Minor reſtituitur, cum dat operam rei illicitæ, quam licitam iuſte credebat.*

46 *Credulitas iuſta ut excuſet a deducente debet probari.*

47 *Occidiſſe ad neceſſariam ſui defenſionẽ probare debet.*

48 *Statutum Papiæ.31, in criminalibus, declaratur.*

49 *Pupillus inuadẽs alterius poſſeſſ. non punitur; pœna ordinaria.*

50 *Pupillus & minor ordinario remedio poſſunt conueniri, ut a ſe occupatã poſſeſſionem reſtituant.*

51 *Pater & Patronus, filij, uel liberti, poſſeſſionem occupantes, an incidãt in pœnam.l.ſi quis in tantã.C.un.ui*

52 *Actio proueniens ex conſtitutione.l.ſi quis in tantam.C.unde ui.infamiã irrogat.*

53 *Actio quæ infamat, ceſſat contra Patrem, & Patronum.*

54 *Patris & Patroni quando in Criminalibus conſideretur reuerentia.*

55 *Libelli forma, quanti debet filius uel libertus, cum poſſeſsionem a Patre uel Patrono occupatam, reſtitui petunt.*

56 *Statutum Papiæ. 21. in Criminalibus. De pœna illius qui uim alicui fecerit etc. non habet locum ratione pœnæ contra Patrem & Patronum.*

57 *Pater ſpiritualis conueniri non poteſt actione ex l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

58 *Vaſſalus contra dominum non agit ex l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

59 *Nouerca uiuo Patre à Priuigno non poteſt conueniri remedio. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

60 *Actio, qua filius, uel libertus, recuperant a Patre uel Patrono, occupata, ſit conſecutoria ſolius poſſeſsionis uel etiam proprietatis.*

61 *Pater agere an poſsit actione. ex. l. ſi quis in tantam. C. unde ui. contra filium, qui ſuam poſſeſsionem per uim occupauit.*

62 *Filius occupando poſſeſsionem Patris in qua habet ipſe filius proprietatem, illam perdit.*

63 *Seruus, uel filius, an poſſeſsionem alterius occupando, faciant, ut Pater, & Patronus obligentur.*

64 *Bartoli Codex repurgatus.*

65 *Pater an uſumfructum aduentitiorũ filij amittat, ſi per illatã a filio uiolentia, proprietas amittitur.*

66 *Aduentitia ex delicto filij non publicantur, ut uſumfructũ, quem in eis habet, amittat Pater.*

67 *Dos a muliere mariti fauore alienari non poteſt.*

68 *Aduentitia cuius fauore alienari non poſsint.*

69 *l. 3. C. de bonis damna. declaratur.*

70 *Dictio Nec, eſt implicatiua.*

71 *Peculium caſtrenſe, & aduentitium in multis differunt.*

72 *l. 3. §. utrũ. in fi. ff. de mino. declaratur.*

73 *Peculium profectitium ex patris delicto, ad filij detrimentum non publicatur.*

74 *l. 2. C. de Caſtren. pecul. lib. x. declaratur.*

75 *l. Cum ancillis. C. de inceſtis nup. declaratur.*

76 *l. Si poſtulauerit. §. iubet. ff. de adulter. declaratur.*

77 *Pater quando teneatur de peculio profectitio ob inuaſionem & uiolentiam à filio factam.*

78 *Minoris delinquentis bona publicantur, & ſi alias alienari non poſsint*

79 *l. quinque legibus. ff. de bonis damna. declaratur*

80 *Dos non publicatur in quinq; caſibus ex delicto mulieris.*

81 *Aduentitia non publicantur ex filij delicto etiam ſi in eis non adquiſierit uſumfructum Pater.*

82 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ad extraneos non tranſit.*

83 *Emphyteoſis eccleſiaſtica non publicatur, cæteris bonis ob delictum publicatis.*

84 *Alienari prohibita non publicantur.*

85 *Patria poteſtas non impedit filij bona ob delictum publicari.*

86 *Pater non habet adminiſtrationem peculij filij in caſu author. excipitur. C. de bonis maternis.*

Peculium

87 *Peculium filij nō publicatur. cum Pater ſolam ſpem uſus fructus habet.*

88 *Dos non publicatur ob commodū quod in ea futurum ſperat pater.*

89 *Spes conſiderabilis eſt.*

90 *Peculium aduentitium publicatur, ſi ex patris conſenſu liberā in eo habet adminiſtrationem filius.*

91 *Furioſus, uel mente captus inuadēs ui poſſeſſionem alienam, incidat in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

92 *Furioſo dolus adſcribi non poteſt.*

93 *Furioſ' nullo caſu punitur, ſi delinquat.*

94 *Statutum Papiæ. 31. in Criminalibus. De Pœna illius qui uim alicui fecerit in in eius poſſesſione, non procedit in furioſo & mente capto.*

95 *Poſſesſio a furioſo occupata antiquo poſſeſſori, ante omnia debet reſtitui.*

96 *Prodigus per uim alterius poſſeßionem occupans punitur pœna. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

97 *Prodigus adulto æquiparatur.*

98 *Prodigalitas in bonorum disſipatione uerſatur.*

99 *Prodigus ſi delinquit punitur.*

100 *Bartolus l. is cui nu. 6. de uerbo. obliga. declaratur.*

101 *Prelatus abbas, et Monachus, ac tutor occupando per uim ſuorū Principalium nomine poſſeßionem alienam, an faciant eos incidere in pęnam. l. quis in tantam. C. unde ui.*

102 *Donatio eccleſiæ facta ob Prælati ingratitudinē non reuocatur.*

103 *Statutum Papiæ 31. in criminalibus. De Pœna illius &c. nō procedit cōtra pupillum minorem & ſimiles, quorum nomine eorum adminiſtratores alienam poſſesſionē occuparūt*

104 *Prælatus cum toto capitulo eccleſiæ detrimentum adferre poteſt, ſi alienam occupet poſſeſſionem.*

105 *Pręlatus et capitulū ſine legitima cā eccleſiæ præiudicare non poſſunt.*

106 *Prælatus bonorū eccleſiæ adminiſtrator non dominus eſt.*

107 *Adminiſtrator qui dilapidat, adminiſtrator non dicitur.*

108 *Eccleſiæ bona non ad ſolum Prælati commodum, ſed & pauperum ac fabricæ eſſe debent.*

109 *Prælati tranſactio de re eccl. nō ualet*

110 *Abbatis ratio leuis irriſa.*

111 *l. Iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. declaratur.*

112 *Cap. cum olim, de cenſibus, expoſitum.*

113 *Spoliatus eccleſiæ nomine ante omnia reſtitui etiam debet.*

114 *Eccleſia tenetur reſtituere quatenus ex facto Prælati ad eam peruenit.*

115 *Pupillus uniuerſitas, & ſimiles tenētur reſtituere, quatenus ad eos ex adminiſtratorum facto peruenit.*

116 *Eccleſia eſt cultrix diuinæ iuſtitiæ.*

117 *Statutum Papiæ. 31. in Criminalibus de pœna illius, qui uim &c. declaratur.*

118 *Prælatus occupando per uim ſuo nomine alienam poſſesſionem ammittit commodum propriæ.*

119 *Eccleſia ex Pręlati facto ius ſuum perdere poteſt, ſi lege Pontificia ſic fuerit cautum.*

120 *Prælatus ob ſuam occupationem etiā eccleſiæ nomine dum uiuit, commodum poſſesſionis amittit.*

121 *Donationē ob ingratitudinem Prælati, eo uiuente eccleſia perdit.*

122 *Vaſallus commoditatem feudi donec*

uiuit perdit, ſi per uim alterna occupat.
123 *Ciuitas, uel alia uniuerſitas occupando poſſeſſionem alterius, quãdo inci dat ĩ pœnã. l. ſi quis in tãtã. C. un. ui.*
124 *Vniuerſitas quomodo ex delicto teneatur. ibi plura exempla pluresq; caſus. adſeruntur.*
125 *Statutum Papie. 31. In criminalibus. De Pœna illius, qui uim &c. quomodo in uniuerſitate occupante aliena intelligatur.*
126 *Occupatio ſingularium ab uniuerſitate ratificata, totam obligat uniuerſitatem.*
127 *Vniuerſitas perſeuerando in occupata a ſingularibus poſſeſſ. uim cõmiſſã dicitur ratũ habere, ob id ligatur.*
128 *Patientia, & tolerantia actus ſucceſſiui ratificationem inducit.*
129 *Vniuerſitas, non puniendo uiolentum occupatorem an illius uiolẽtiam dicatur ratificaſſe.*
130 *Occupator credens posſidere, quomodo incidat in pœnã. l. ſi quis in tantam C. unde ui.*
131 *Credulitas ut excuſet, à iuſta cauſa debet procedere.*
132 *Prælatus præſumitur posſidere bona nomine eccleſiæ non proprio.*
133 *Prælati ſucceſſor occupando a prædeceſſore relicta, non incidit in pœnam l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*
134 *Credulitas iuſta ipſo iure non excuſat occupatorem, ſed exceptionis ope.*
135 *Poſſeſſor reuertens ad ſuam poſſesſionem, & non admiſſus, uti an posſit beneficio l. ſi quis in tantã. C. un. ui.*
136 *Vi poſſeſſum dicitur, quod contra poſſoris animum occupatur.*
137 *Spoliare dicitur, qui uenientem non admittit.*
138 *Statutum Papiæ. 31. in criminalibus. de pœna illius, qui uim &c. declaratur.*
139 *Poſſeſſor ſuſpicans poſſe repelli, ſi ad poſſesſionem non acceſſit, ui ſpoliatus dici an posſit.*
140 *Magiſtratus ui occupans alterius poſſeſſionem an incidat in pænam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*
141 *Iudex extraiudicialiter procedens, dicitur ut priuatus procedere.*
142 *Spoliator uiolenter penitentia ductus poſſesſionem reſtituens an euitet pe nam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*
143 *Pœnæ remisſio in dubio non dicitur facta.*
144 *l. Pœnæ ff. ui bono. rapto. & l. qui ea mente. ff. de furtis. declarantur.*
145 *l. ſi cum exceptione. §. 1. ff. quod metus cauſa ſenſus, & declaratio.*
146 *Moræ purgatio non recipitur in delictis, qui in faciendo conſiſtunt.*
147 *Moræ purgatio admittitur in delictis quæ actum ſuccesſiuum habent.*
148 *Pœna legalis, quando ob rei principalis conſecutionem dicatur remiſſa.*
149 *l. ſi pro fure. §. 1. ff. de cond. furtiua intellectus.*
150 *l. ſi duo. ff. ſi quis cautionibus, ſenſus.*
151 *l. Poſt diem. ff. de lege commiſs. declaratio.*
152 *Pena caducitatis a domino emphyteute, qui debito tempore non ſoluit, ob canonis ſolutionem, ſine proteſtatione receptam nu. 158. declaratur.*
153 *Ripæ declaratio, et differẽtia, exploſa.*
154 *Penſionem negans ſoluere dominum ſpoliare dicitur.*

155 *Delictum quod eſt in committendo nõ multum a delicto, quod eſt in omittendo, differt.*
156 *Moræ etiam in pœnalibus conceditur, ſi res ad priſtinũ ſtatũ poteſt deduci*
157 *Delictum ſine dolo commiſſum, ſi pœniteat delinquens omnia extinguuntur ibique declaratur.*
158 *Pœna non dicitur remiſſa ob receptiones principalis debiti, ſi proteſtetur creditor ſaluum ſibi fore ius pœnæ.*
159 *Statutũ Papiæ.31.in Criminalibus de Pœna illius, qui uim alicui fecerit &c.declaratur non procedere ſi ſpoliatus recipiẽs poſſesſionem non proteſtetur ſibi ſaluum fore ius pœnæ.*
160 *Occupator qui perfecte nõ occupauit, ſi a ſuo aduerſario ſpoliatur, an incidat in pœnã l.ſiquis in tan.C.un.ui.*
161 *Diſpoſitionis præſuppoſitum ubi deficit ceſſat diſpoſitio.*
162 *Ripæ conſideratio exploſa.*
163 *Conſtitutio.l.ſi quis in tantam.C. unde ui. eos punit, qui re ipſa occuparunt, & occupata poſſident.*
164 *Prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem legis.*
165 *Statutum Papiæ 31. in Criminalibus de pœna illius, qui uim &c.non habet locum contra occupatorem, qui uere et non perfecte non occupauit.*
166 *Poſſeſſor qui ex interuallo e manibus occupatoris poſſesſionem recuperauit, an hoc remedio.l. ſi quis in tantam.C.unde ui contra occupatorẽ illum utatur*
167 *Dolus unius quando cum dolo aduerſarij compenſetur.*
168 *l.Viro atq; uxore.ff. ſol. matr. declaratur.*
169 *Legis remedio non iuuatur, qui in eã commiſit, ibidem declaratur quomodo procedat.*
170 *Spoliatus incontinenti recuperans nõ incidit in pœnam l. ſi quis in tantã C.unde ui.*
171 *Statutum Papiæ 31. In Criminalibus de pœna illius, qui uim &c. nõ habet locum contra eum, qui ſtatim ſuam recuperauit poſſeſſionem e manibus occupatoris.*
172 *Pater affectans priuari bonis ad detrimẽtum filiorum, occupando aliena, an incidat in pœnam.l. ſiquis in tantam.C.unde ui.*
173 *Pater per fraudem bona dilapidans filijs non adfert detrimentum.*
174 *Legitima filiorum a patre dilapidari non poteſt.*
175 *Dolus præſumitur, ubi ex actu bonorũ amiſſio ſequitur.*
176 *Dolus ex propoſito, & re ipſa æquiparatur.*
177 *Confiſcatio ſeu Publicatio bonorum Patris filiorum legitimam non cõprehendit.*
178 *Legitima filiorum non confiſcatur.*
179 *Pater qua cautela poſſit filios ſua ſucceſſione & legitima fraudare.*
180 *Patre uendente omnia bona in fraudẽ filiorum, conſtare, debet pecuniam fuiſſe ab emptore numeratam.*
181 *Bartoli doctrina & cautela.in l.hæreditatem. ff. de bonis author. Iud. poſſid. perpenſa & declarata.*
182 *Clericus affectans beneficio priuari, an aliena occupando incidat in pœnam.l.ſiquis in tantam. C. unde ui.*
183 *Odij cauſa inducta fauorem non operantur.*

184 *Commendatario an concedatur remedium.l.ſi quis in tantam. C.unde ui. contra occupatorem rei cōmodatæ.*

185 *Commodans, occupando rem à ſe cōmodatam, non incidit in pœnam.l. ſi quis in tantam.C.unde ui.*

186 *§. ult.Inſt. ui bono.rapto. declaratur.*

187 *Commodans, interuerſa à cōmodatario poſſeſſione rei commodatæ, eam ſponte occupare non poteſt.*

188 *Commodatarius recte experitur contra extraneum occupatorem.*

189 *Spolians furem fugientem & res furto ſubtractas auferentem an incidat in pęnā.l.ſi quis in tant.C.un.ui.*

190 *Fur ex interuallo ſpoliari non debet.*

191 *Rem propriam recuperare etiam ex furto licet, ſi ſuccurſum aliter non ſit uia ruris.*

192 *Occupans proprium Caſtrum per uim cum uia iuris ſuccurſum non eſt, non delinquit.*

193 *Rapiens per uim rem à fure ſubtractā & indici deferens, fur nec raptor dicitur.*

194 *Poſſeſſor ciuilis poſſeſſorem naturalē expellendo an incidat in pœnam l. ſi quis in tantam. C.unde ui.*

195 *Statutum Papię. 31. in criminalibus. De pœna illius qui uim alicui fecerit &c.non habet locum ciuiliter poſſidentem, qui naturalem poſſeſſionem ingreſſus eſt.*

196 *Poſſeſſori tantū non proprietario nec detentori conceditur remedium ex l.ſi quis in tantam.C unde ui.Cōtra extraneum occupatorem.*

197 *Creditori an concedatur remediū ex l.ſi quis in tantam C. unde ui, contra debitorem qui rē loco pignoris datam per uim occupauit.*

198 *Creditor dicitur poſſidere rem loco pignoris ſibi datam a debitore.*

199 *Debitor fictè poſſidet & quo ad quid rem pignori datam.*

200 *Statutum Papiæ.31. In criminalibus. De Pœna illius qui uim &c. habet locum etiam contra debitorem qui rem apud creditorem pignoratā per uim occupauit,*

201 *Occupans pignus Prætorium non incidit in pœnam.l. ſi quis in tantum C.unde ui.*

202 *Conſtitutio.l.ſi quis in tantā. C.unde ui,non habet locum in pignore conuentionali nondum tradito*

203 *Pignoris ſola detentatio cum eſt apud creditorem ceſſat pœna.l.ſi quis in tantam.C. unde ui, contra debitorem occupantem.*

204 *Creditor deijciens debitorem è poſſeſſione rei ſibi pignoratę, incidat in pœnam.l.ſi quis in tantā.C. unde ui*

205 *Pœna. l. ſi quis in tantam. C.unde ui, cum pœna.l. extat. ff. quod metus cauſa concurrit. aliquando ſed unius electione altera ceſſat.*

206 *.l.1. ff.ui bono.rapto.declaratur*

207 *Creditor auferens rem pignoratam à debitore fugitiuo non incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam. C.unde ui.*

208 *Creditor occupando poſſeſſionem ex licentia et pacto debitoris, non incidit in pœnā.l.ſi quis in tan.C.un.ui*

209 *Ripa notatus.*

210 *Creditor incidit in pœnam. l. ſi quis in tantam.C.unde ui, ſi ex Iudicis licentia poſſeſſionem rei,ſui debitoris occupet.*

211 *Legatarius occupās per uim poſſeſſio*

nem rei legatæ an incidat in pœnã l.ſi quis in tantam.C.unde ui.

212 Remedium.l.ſi quis in tantam.C. unde ui.an cõtra legatarium fortius pro uideat,remedio.l.non eſt dubium C. unde ui

213 Dominium quod ipſo iure tranſit in legatariũ nõ uerũ ſed fictum dicitur.

214 Poſſeſsio rei legatæ non tranſit in legatarium à die mortis teſtatoris, ut tranſit dominium.

215 Filius occupando rem hæreditariã ex cauſa ſuæ legitimæ,an incidat in pœnam.l.ſiquis in tantam. C. unde ui.

216 Filius hæres uniuerſalis factus,ſed reſtituere rogatus, rem unam ex hæreditate poteſt eligere et de ea ad libitum diſponere.

217 Iudex approbare debet electionẽ,quã facit filius de re hæreditaria ſuæ legitimæ cauſa.

218 Filius in uno quota Inſtitutus & grauatus adhuc legitimam ex re una eligere poteſt.

219 Filius etiam hæres uniuerſalis non occupat rem hæreditariam ex cauſa ſuæ legitimæ,ſi eam poſſideat alter.

220 Filius in re certa hæres factus, iure ſuæ legitimæ rem hæreditariam occupare non poteſt.

221 Legitima ĩcerta dicitur ante ſolutionẽ æris alieni et hæreditatis diuiſionẽ.

222 Legitima in re una eligi an poſſit.

223 Filius inſtitutus per uerbum inſtituo, an ius habeat occupãdi rem hæreditariam pro ſua legitima.

224 Licentia data ingrediendi poſſeſſionẽ non intelligitur in dubio, ut per uim ingrediatur.

225 Pauli Pici rationes multæ euerſæ.

226 Poſſeſſionem adquirere ſibi an debeat ſpoliator ut locus ſit Conſtitutio.l.ſi quis in tantam.C. unde ui.

227 Legitimæ in dubio fauendum eſt.

228 Filius rem minoris ualoris ſua legitima,adhuc ſponte occupare non põt.

229 Filius ſimpliciter & ſine ui occupando rem hæreditariam pro ſua legitima an incidat in pęnam.l.ſi quis in tantam.C.unde ui.

230 Filius rem certam pro ſua legitima relictam ſponte occupare poteſt, nec in pœnam.l.ſi quis in tantam. C.unde ui,incidit.

231 Hæres ſub conditione ante conditionis euentum occupare an poſſit hæreditatem ita ut non incidat in pœnã.l. ſiquis in tantam.C.unde ui.

232 Hæres ſub conditione propriè hæres non dicitur cum purificata adhuc conditio non eſt.

133 Contractus ſub conditione propriè contractus non dicitur.

234 Creditor ſub conditione, propriè creditor non dicitur.

435 l.Inter oẽs.ff.qui ſatisd.cog. declaratio

236 Occupans rem communem quando incidat in pœnam. l.ſi quis in tantam C. unde ui.

237 Socius occupãs rẽ cõmunẽ ex integro ab altero ſocio poſſeſſam incidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C. unde ui.

238 Socius ſociũ ſpoliat, ſi eum re ad uſum deſtinata uti prohibeat

239 Socio licet per uim oſtiũ domus ingredi ſi à ſocio prohibeatur.

240 Socius pro parte rem communem poſſidẽs,alterius portione occupare prohibetur.

241 Vſufructuarius per uim occupãdo pro

prietatem, an incidat in pœnam l. ſi quis in tantam. C. unde ui.
242 *Vſufructu amiſſo ob uiolentiam ab uſufructuario commiſſam, cui deſeratur, an uim paſſo, uel proprietario.*
243 *Commoditas uſusfructus & alienari & perdi ab uſufructuario poteſt.*
244 *Vſusfructus patris, quem in bonis filij habet, quomodo ex Patris delicto amittatur.*
245 *Vaſallus feudum ab alio poſſeſſum occupando an incidat in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*
246 *Feudum qui deferatur, an domino directo, uel uim paſſo, ſi perdi contingat ex uiolentia à Vaſallo cõmiſſa.*
247 *Feudi ius proprium domino defertur, ſi illud ſuo delicto perdat Vaſallus.*
248 *Feudi ius propriũ dicitur perſonale, & à ſua cauſa inſeparabile.*
249 *Iulij Clari Alexãdrini præſidis laus.*
250 *Vaſſallus delinquẽdo feudum ad incõmodum domini directi non perdit.*
251 *Feuda in Sabaudiæ & pedemontium ac Galliarum regionibus ad patrimonij Inſtar an ſint, & an poſſint alienari, & ob Vaſſalli delictum publicari.*
252 *Publicari ſeu fiſco deferri poſſunt, quæ in extraneos alienabilia ſunt.*
253 *Decretum Duciſſæ Tolant cõcedit feudi alienationem ob neceſſitatem, nõ aliena cauſa.*
254 *Decretum Antiquum Sabaudiæ Duciſſæ Tolant. uarie perpenditur & explicatur.*
255 *Dictio Etiam implicatiua eſt, & ibi paulo poſt late.*
256 *Dictio Alius Alia Alium ſimiles caſus oſtendit.*
257 *Decretum Sabaudiæ & pedemontium, ſuper feudorum alienationibus editum à Duciſſa Tolant declaratur. ex Decreto Duciſſæ Blancæ.*
258 *Vaſſallus ſi ſocium in feudo ſua parte ſpoliat ſuam portionem amittit & ſocio ſpoliato defertur.*
259 *Feudum alienari poteſt ſine licentia comprehenſi in inueſtitura.*
260 *Feudi commoditas nõ ius uiolentiam paſſo adquiri poteſt.*
261 *Feudi commoditas alienari poteſt.*
262 *Feudi commoditas in cauſam indicati cedi poteſt.*
263 *Feudi commoditas confiſcari poteſt.*
264 *Clam poſſeſſorem ſpolians incidit in pœnam. l. ſi quis in tantã. C. un ui.*
265 *Mobilia occupans, an incidat in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*
266 *Statutum Montis regalis. De eiectione poſſeſſionis collat. 4. punit occupatores rei mobilis.*
267 *Statutum Papię. 31. in Criminalibus. De pœna illius qui uim alicui fecerit &c. non punit occupatores rei mobilis.*
208 *Occupans incorporalia, an incidat in pœnam. l. ſi quis in tant. C. unde ui.*
269 *Incorporalia non poſſidentur.*
270 *Interdictum unde ui utile datur contra occupantem incorporalia.*
271 *Statutum Papiæ. 31. In criminalibus. De pœna illius qui uim &c. punit occupatores rerum incorporalium ibique declaratur.*
272 *Incorporalia quaſi poſſidens, ſi in ea poſſeſſione ſe tueri conetur, non incidit in pœnam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui.*

273 Clericus uti an poſſit remedio.l.ſi quis in tantam.C.unde ui.cõtra ſuæ præbendæ occupatorem.

274 Clericus in ſua præbenda uſufructuario æquiparatur.

275 Occupans Beneficium reſeruatum adhuc incidit in pœnam.l.ſi quis in tãtam.C.unde ui.

276 Reſeruationis Decretum in Beneficialibus, an quoad tertium uitiet poſſeſſoris poſſeſſionem.

277 Clericus apprehendens poſſeſſionem Beneficij ſine executorialibus,an incidat in pœnam.l.ſi quis in tantam C.unde.ui.

278 Collatio tantum operatur in Beneficijs.collatiuis, quantum in electiuis electio.

279 Electus ſine executorialibus Beneficij poſſeſſionem ingredi poteſt.

280 Clericus non poteſt ſine executorialibus ingredi poſſeſſionem quam alter detinet.

281 Equum Soliuagum occupans an incidat in pœnam. l.ſi quis in tantam. C.unde ui.

282 Damnum datum ut emendetur animalia licet retinere.

283 Equum aberrantem licet occupare.

284 Mancipium Chriſtianum è Iudæi poſſeſſoris manu an uiolenter occupare liceat.

285 Iudæus Chriſtianum mancipium poſſidere non poteſt.

186 Iudæo ſoluenda an ſit æſtimatio mancipij Chriſtiani ab eo erepti.

287 Forenſis prohibitus adquirere & poſſidere immobilia,æſtimationem illorum an ſaltem conſequatur.

288 Iudæi fouendi ſunt humaniter.

289 Iudæis noſtro iure ſuccurritur, cum ſua lege nihil eſt diſpoſitum.

290 Conſuetudo Bulgari, qua fuit declaratum uxorem uſufructuariam à marito conſtitutam habere alimenta tantum ſi extent filij, locum habet etiam in teſtamentis Iudæorum

291 Iudæi ex populo ſunt.

292 Iudæus teſtando interliberos lege communi uti poteſt.

293 Forẽſis qui refragante ſtatuto & ſuã perſonam inhabilitante, non poteſt immobilia adquirere,ſic nec æſtimationem conſequitur.

294 Decretum Antiquum Sabaudiæ & Pedemontium prohibet Iudæos habere ſeruos Chriſtianos.

295 Vſufructuarius uiolenter ſpoliatus uti an poſſit remedio.l.ſiquis in tantam.C.unde ui.

296 Vſufructuario an proprietario conceditur remedium.l. ſi quis tantam. C.un. ui cõtra uiolentũ occupatorẽ.

297 Conſtitutio.l.ſiquis in tan.C. unde.ui, habet locum contra deijcientem re ipſa,nõ cõtra eũ q deiicere credidit.

298 Poſſeſſori deiecto,qui alterius nomine poſſidet actio nõ datur ſed uero poſſeſſori cuius poſſidebatur nomine.

299 Hæredes uiolenti ſpoliatoris cõueniri an poſſit remedio.l.ſi qs ĩ tã.C.u.ui.

300 Seruo uendicãti ſe in libertatẽ an cõceditur remediũ ex.l.ſiquis in tantã. C. unde ui, contra dominium, qui eum occupauit per uim.

301 Seruo in quaſi poſſeſſione conſtituto quomodo ſit ſuccurſum contra dominum occupatorem.

302 Seruo actio conceditur ad libertatem tuendam.

303 Gloſæ & Salyceti multæ ſubuerſæ rationes.
304 Occupatio quo tempore facta eſſe debeat, ut locus ſit conſtitutioni.l. ſiquis in tantam.C.unde ui.
305 Occupator uiolentus an ex diſpoſitione l.ſiquis in tantã.C.unde ui, priuetur ipſo iure uel p ſentẽtiã iure ſuo.
306 Occupans per uim Beneficiũ ipſo iure omni ſuo commodo priuatur.
307 Violẽtia in Beneficialibus eſt odioſior
308 Declaratoriam eſſe neceſſariam, etiã cum pœna ipſo iure indicitur.
309 Beneficium uiolenti occupatoris conferri an poſsit ante declaratoriam priuationis.
310 Actione qua agatur ut uiolentus ſpoliator iure ſuo priuetur.
311 Statutum actionem ex eo concedit cõtra uiolentum occupatorem ſi illi pęnam indicit, ut Papiæ, et in Monte regali.
312 Libellus quomodo formetur in caſu l. ſiquis in tantam.C.unde ui.
313 Traxis conſtitutionis. l. ſi quis in tantam.C unde ui quæ ſit.
314 Pœna contra uiolentum occupatorem an ſuperſit reſtituta poſſeſſ. deiecto.
315 Statutum Ciuitatis Montis regalis. De eiectione poſſeſſionis colla. 3. declaratur.
316 Appellari an poſſit à lata ſentẽtia in caſu l. ſi quis tantam.C.unde ui.
317 Appellatio regulariter eſt permiſſa.
318 Appellationi in dubio eſt deferendũ.
319 Appellationem in cauſis poſſeſſorijs non concedi, quomodo ſit uerum.
320 l.unica.C.ſi de momẽ. poſſeſſ. fuerit appel. declaratur, & geminus ſenſus exponitur.
321 Appellatio conceditur ratione complicationis cauſarum ubi alias non concederetur.
322 Appellatio in cauſa poſſeſſoria ſententiæ executionem non impedit ſed cognitionem tantum deuoluit. ubi latè & doctè.
323 Ripæ rationes & conſiderationes multæ reiectæ.
324 Acceſſorium principalis naturam nõ immutat.
325 Fauorem operari non debent, quæ in odium ſunt inducta.
326 Sententiæ tot ſunt, quot capitula.
327 l. etiam.§.1. de minor. & l. Carmelia pia. de iure patronu. declarantur.
328 Appellatio à Sutia lata in poſſeſſorio iure Pontificio conceditur.
329 Decretum nouum Sabaudiæ & Pedemontium in tit. Delle appellationi, & in quai caſi &c. admittit appellationem in cauſis poſſeſſorijs, & quomodo.
330 Papiæ ex Ciuitatis ſtatuto conceditur appellatio in cauſis poſſeſſorijs.
331 Appellatio in cauſis poſſeſſorijs ubi à ſtatuto conceditur, illa operatur affectum ſuſpenſiuum & deuolutiuũ.
332 Conſtitutio l. ſiquis in tantam.C.unde ui. quomodo differat à conſtitutione l. ſi conſtiterit C. finium regundo.
333 l. ſi conſtiterit.C. finium regund. ſenſus & intellectus.
334 Conſtitutio l. Chriſtianis. C. de paga. quomodo differat à l. ſi quis in tantam.C.unde ui.
335 l. Chriſtiani.C. de paga. ſenſus & intellectus.
336 Conſtitutio l. unicæ.§. ult.C. de ſuffragio, quomodo differat à l. ſi quis in

tatam.C.unde ui.

337 l.Vnicæ.C.de ſuffragio.ſenſus & intellectus.

338 Statuto indicente pœnam uiolento ſpoliatori an receſſum cẽſeatur à diſpoſitione.l.ſi quis in tãtam.C.unde ui.

339 Statutum Papiæ.31. In Criminalibus.De pœna illius qui uim alicui &c.an deroget cõſtitutioni.l.ſiquis in tantam.C.unde ui.

340 Lex ſpecialis quomodo & quando generali deroget.

341 Cap.1.de conſtitutio.in.6. declaratur.

332 Lex communi gentium uſui unita ignorari non debet.

343 Statuta Papiæ à Baldo edita & compilata fuerunt.

344 Lex poſterior quomodo & quando deroget priori.

345 Pœna multiplex quandoq; à lege delinquenti imponitur.

346 l.1.C.de accuſatio. declaratio & intellectus.

247 Modeſtinus temporibus Alexandri Seueri floruit.

348 Terminorum amotores multis legibus puniuntur.

349 Numa Pompilius terminorum amotores,ut fures & graſſatores puniri uoluit.

350 l.quod ſenatus conſultum. de iniurijs declaratur.

351 §.ſi quando uerſic. Adulteram uero. in authen. ut nulli Iudicum, ſenſus & nouus intellectus.

352 l.quamuis.C.de adulter. abrogata an hodie ſit, & inibi de uero ſenſu & intellectu.

353 l.quamuis. C. de adulter. cum d. §. ſi quando uerſic. Adulteram. conciliatio.

354 Flauij ſignificatio multiplex,& inibi quod pœnæ genus oſtendat.

355 Papinianus iuſſu Caracallæ Imperatoris occiſus.

356 Coraſius inconſtantiæ notatus.

357 l.qui cum uno §.qui poſt.ff. de re militari, uera litera, ſenſus, & intellectus.

358 Militum pœna quæ cum militiam deſerebant.

359 Milites olim neceſſarij, facti nunc uoluntarij quomodo id euenerit,ex Liuio & cæteris.

360 Milites iurabant olim,ſe militiam nõ deſerturos.

361 Militum pœna cum ceperit immutari

362 C.Mantienus militiæ deſertor, qua affectus pœna affectus pœnis Plebis.

363 Numeri 1. matriculæ ſeu uexilationes.

364 Milites quo ordine in militia deſcriberentur.

365 Pœna legis antiquæ cum per nouam abrogatur,clare à legislatoribus ſolet exprimi.

366 Iudices iurare tenentur ſe ſeruaturos ſtatuta locorum. ubi Iuſdicere habent.

367 Papiæ & Montis regalis ſtatuto eſt cautum Iudices teneri iurare ſe illarum ciuitatum ſtatuta ſeruaturos.ibidem declaratur.

368 Iuramentum præciſè obligat.

369 l.2.ff.ad.l.Aquiliam declaratur.

370 Angelus Aretinus auriga optimus in cauſis criminum ſeu maleficiorũ

371 Angelus Aretinus pecunia corruptus malam tulit ſententiam, ob id maximum ſubijt mortis periculum.

372 *l.quotiens.ff.de actio.et obliga. nouus ſenſus litera uera & intellectus.*
373 *l.1.ff.ui bonorum rapto. ſenſus & intellectus.*
374 *l.cum ex uno.ff.de act.& oblig.intellectus & declaratio*
375 *l.3.&.4.C.de ſepulcro uiola.noua declaratione illuſtrantur.*
376 *l.Arriani.§.ult.C.de hæreticis. declaratur*
377 *l.Vltima.C.de nouatio. late & pulchre nouis declarationibus illuſtratur.*
378 *Argumentari negatiue non poteſt à pacto ad ſtatutum.*
379 *Nouatio non coniecturis ſed uerbis fieri debet claris & expreſſis.*
380 *Conſtitutio l.ult.C.de nouatio. ſtatuto non poſſe immutari.*
381 *l.3.in principio.ff.de libero hom.exhiben.ſenſus nouus et declara.egregia*
382 *Plagiarius unde dictus.*
383 *Plagæ prima correpta quid.*
384 *Incidere in plagas quid.*
385 *Correctionem legum euitandam eſſe in dubio & numero.387.*
386 *Albericus Roſatus laudatus.*
387 *Correctio legis non niſi expreſſe fit, et maxima præfatione præmiſſa.*
388 *Coniecturæ quibus detegitur ſimulatio, in arbitrio iudicis reſident.*
389 *Coniecturæ quæ ſint quibus coniiciatur, per Statutum a pena iuris communis eſſe receſſum.*
390 *Pœnæ incompatibiles ubi imponuntur per nouam antiqua abrogatur.*
391 *Nouatio ex ſecundo actu inducitur, ſi primæ repugnat.*
392 *Pœna exceſſiuæ ubi ſunt, una alteram tollit.*
393 *Pœna iuris communis ſi à ſtatuto augetur, uel minuitur, illa pœna ſtatuti dicitur noua pœna et attendenda, obſeruandaque.*
394 *Actus nouus dicitur conſtitui, ſi antiquo aliqd addatur uel minuatur.*
395 *Aedes nouæ iudicantur antiquæ ſi additum quid illis ſit.*
396 *Compromiſſum nouum dicitur effectum, ſi antiquo aliquid addatur uel minuatur.*
397 *Qualitas aduenìens enti, quando nouum ens conſtituat.*
398 *Violētus occupator pœna ſtatuti affectus, an pœna iuris communis plecti adhuc poſſit.*
399 *Criminaliter qui agit ad uindictam ut delinquens ſtatuti pœna puniatur, agere iterum non poterit, ut puniatur ex ſtatuto.*
400 *Ciuiliter agens ex ſtatuto ratione ſui intereſſe, iterum agere poterit ex iure communi quatenus excedit ſtatuti diſpoſitionem.*

IMPERATOR

VALEN. THEODO.

ET ARCAD. AAA. AD *Meſſ. Comitem rerum priuatarum.*

Si quis in tantam furoris peruenerit audaciam, vt poſſeſſionem rerũ apud Fiſcũ, vel apud homines quoslibet conſtitutarum, ante aduentum iudicialis arbitrii violenter inuaſerit; do

minus quidẽ conſtitutus poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominiũ eiuſdem rei amittat. Sin vero alienarum rerum poſſeſſionem inuaſit, non ſolum eam poſſidentibus reddat, verùm etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. Dat. I. cal. Iunij, Treueris, Timaſio, & Promoto. Coſſ.

NONVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium.*

EX L. SIQVIS IN TANTAM C. unde ui.

THEODOSIVS
1 † Romani moderator,
uir incredibilis in ſuos
pietate & ſummæ clementię,
ut ſcripſit Egnatius,
poſtcaquam Valentiniano
Imperium aſſeruit,
& Arcadium Imperij
conſortem fecit, hanc diuulgauit conſti-
2 tutionem, † qua eorum audaciam comprimere
uoluit qui dũ ſe rei ab altero poſſeſſę
dominos agnoſcant, manu propria ſibi iuſ
dicere uolunt, & ui poſſeſſionem occupare,
quaſi iure, uel dominij, uel ratione alia, eã
ſibi occupare liceat. Conſtituit itaq; Theodoſius
& Valentinianus non ſic licere, quod
ſi quid ij aduerſus cõſtitutionem ipſam moliantur
ſi rei domini ſint dominiũ amittant
illicòq; poſſeſſionem reſtituant, ſi uerò domini
non ſint poſſeſſione reſtituta, in æſtimationem
condemnẽtur, quæ ſanè conſtitu-
3 tio olim † ſpreta & Athalarici Regis edicto
reducta eſt, ut ſcripſit Caſſiodo. li. 9. uar. edi-
4 cti uerba † libuit hic adſcribere. Primũ humano
generi noxiã peruaſionẽ (ſub qua nec
ciuilitas dici poteſt, nec haberi) ſeueritate legum,
& noſtra indignatione damnamus, ſtatuẽtes
ut ſanctio diui Valẽtiniani aduerſum
eos diu peſſimẽ neglecta conſurgat, qui prędia
urbana uel ruſtica, deſpecto iuris ordine
per ſe ſuoſq; pſumpſerint expulſo poſſeſſore
uiolenter intrare nec aliquid de eius diſtrictione,
deteſtabili uolumus temperatione
mitigari, inſuper addentes ut ſi quis ingenuorum
ad ſatisfaciendum legi ſuperius
dithnitæ idoneus non habetur, deportationi
protinus ſubiaceat ultioni, hæc ille, qui alia
plura ſubiicit, quibus mandatum eſt Iuſdicentibus
ut eam omninò obſeruare deberet
eadem ſub pœna conſtitutionẽ, aliæ extant
nunc Longobardorum leges, quibus
contra inuaſores alienarum rerum prouiſum
eſt, ut in Longobardis in titulo de inuaſionibus.
eſt ergo Valentiniani hæc & Theodoſij
noua ſanctio, tum ratione impoſitæ
pœnę, tum ratione recuperationis poſſeſſionis
rei mobilis: & infra. q. 33. dicemus, qua-
5 re noſtri omnes interpretes, ut † nouũ hoc
recuperandæ poſſeſſionis remedium inter
alia enumerant, ut Ripa. in cap. ſępe. n. 68. &
nu. 93. de reſtitu. ſpolia. quæ conſtitutio &
Pontifici max. placuit, ut eſt uidere. in cap.
placuit. 16. q. 6. ca. cum qui de pręben. in 6. &
ideo cenſuit Abb. in cap. 1. n. 20. de dolo &
cõtuma. hac clericos ligari cum alterius poſ-
6 ſeſſionem occupant, hæc ſane † conſtitutio
partim pænalis partim rei perſecutoria ſeu
poſ. recuperatoria eſt ut re ipſa eſt uidere, &
tradit Abbas. conſ. 100. in fi. li. 1. & cum poſſeſſionis
recuperatoria ſit, præſupponit, ut
cæteræ, recuperantem debuiſſe poſſidere,
cum ſpoliatus fuit Soc. Sen. conſ. 122. nu. 3. li.
4. & dum hæc conſtitutio priuat uiolentum
occupatorem priuatione dominij intellige
7 † de dominio acquiſito ante ſpoliationem
& occupat. non ſi poſt, ſic Afflict. in cap. 1. §.
ſi duo homines. nu. 9. de pace tenen. & eius
uiola. in uſibus feud. & ibi Bal. hanc conſtitu-
8 tionẽ ſunt inſecutæ † plures Ciuitates quæ
ſuis ſtatutis idem ſtatuerunt ut ciuitas hęc
Montis regalis, ſub rub. de eiect. poſſe. col. 3.
in Regno tamen Neapolitano eſt correcta
cõſtitutio hæc, ſolumq; hic occupator punitur
in dimidia. ſic refert Maran. de ordine iudicio.
7. diſtinct. iudicio. nu. 43. Papiæ ex ſtatuto
ſub Rubrica. de pœna illius qui uim alicui
fecerit i eius poſſeſ. eſt ſtat. 31. i criminalibus:
leuior indicta eſt pœna. an una alterã
perimat infra in pen. q. attingemus.

Quæro primo, an hæc conſtitutio locũ
9 habeat cõtra mulieres † alterius poſſeſſio
nem inuadentes,& glo.in hac cõſtitutione,
in uerbo ſi quis, locum habere cenſuit . eã
ſecuti ſunt hic Bar.nu.3 Albe.col.1.uerſ.his
præmiſſis,Saly.q.1.Ang.col.1.Alex.in l. iu-
ſte poſſidet nu.34.in ff.de adquir.poſſ.Dec.
in l.2.nu.89.de reg.iur.communem teſtatur
Ripa.in cap.ſępe.nu.88.89.de reſti. ſpoliat.
cuius quidem ſententiæ ratio prima aſſigna
10 tur a Bar.d.nu.5.quod ubi † odium eſt ra-
tionabile maſculinum concipit fœmininũ,
ut in l.ſi quis id quod de iuriſd. om.Iud. ibi
late Iaſ.nu.1.2.latiſſimè Tiraq. de retr.con
ſang.§.1.glo.9.nu.213. conſiderari & ſecun
11 da ratio poteſt,quia ratio † comprimendę
audaciæ,tam mulierem quàm uirum affice-
re debet, cum nemini liceat ſua manu ſibi
iuſdicere: quare hanc materiam indifferen
tem appellant doctores, qñ & maſculis &
fœminis conueniat,& licet conſtitutio ipſa
genus tantum maſculinum recenſeat, illud
ratione frequentioris uſus contingit, quo
12 fit ut caſus minus † frequens non cenſeatur
excluſus,ut ẽ notabilis glo.in ſimilibus ter-
minis in l.unicã.in uerbo ſponſam.C.de ra-
ptu.uirg. quam in noſtris terminis citauit
Ripa in d.cap.ſępe nu.89. & ante eum Saly.
hic.q.1.& alia olim ſupra retuli. nõ abſimi
li utitur ratione Cur.Sen.in l. ſi quis maior
nu.14.C.de Tranſa. ad demonſtrandum illã
diſpoſitionem locum habere & in muliere.
13 Tertia ratio perpendi poteſt,mulierẽ † ſolũ
excuſari ex ignorantia iuris in caſibus a iu-
re expreſſis l.ſi.C.de Iuris & facti igno. in-
ter quos hic noſter non enumeratur, quin
uidemus in his caſibus iuris imprudentiam
non excuſare §.pen.Inſt.ui bono.rapt. ceſ-
14 ſat & hoc caſu oĩs diſputatio † de Herma-
phrodito, quia ſiue in uno ſiue in alte-
ro ſexu incaleſcat, magis ſemper tamen in
conſti. comprehenditur,ut ſcripſit hic Bar.
nu.5.non enim eſt quod diſputemus de po-
15 tentiori ſexu † iuxta l. quęritur de ſtatu ho
min.quam declarat multis modis Dec. in l.
rogaſti in prin.nu.6.ff.ſi certũ peta.& conſ.
213.nu.3.Alcia.l. 2. in prin.num.42. de uer.
oblig. Gomeſ.Hiſp.§.quædam nu. 45. Inſt.
de actio.& eodem loco de actio.in prin.nu.
41. Beneue. Stracca tract. de mercatura pri
ma parte nu.58.Diſputatio hęc omniſq; cõ
trouerſia ceſſat in caſu ſtatuti Papienſis
16 † 31.in criminalibus de pœna illius qui uim
alicui fecerit in eius poſſeſſione cũ clarius
loquatur,dum inquit, ſtatuimus,quod ſi ali
qua perſona &c.utriuſque enim ſexus per-
ſonam comprehendit.

17 Quæro ſecundo an hæc conſtitutio † lo-
cum habear in milite & ruſtico, cũ rei alie-
næ poſſeſſionẽ inuadunt, uel ſint potius ob
iuris ignorantiam excuſatione digni, gloſ.
hic affirmauit conſtitutioni locum eſſe,nec
eos aliqua excuſatione eſſe dignos.Bar.ue-
ro nu.6.duos caſus diſtinguit,primus eſt cũ
rei alienæ poſſeſſio occupatur,tunc nec mi
les,nec ruſticus excuſatur. Cum inuadere a
liena iure naturali prohibeatur a quo iſti
18 † non excuſantur l.uenia.C.de in ius uocã-
do.l.ſi adulteriũ §.1.ff.de adulter.& hãc ſen
tentiam in hoc caſu primo ab oĩbus proba
ri docuit Ripa in.d.cap.ſæpe nu.89.de reſt.
ſpol.rationis quoq; ratio cõſiderari poteſt,
19 quia qui peccat quo ad ea quæ † iuris natu
ralis ſunt,in dolo dicitur.ſic Angel.Comẽſ.
& Imol.in l.ex conſenſu §. ult. ff. de appell.
quos eſt ſecutus Alcia.tract. præſump. reg.
3.præſump.30.nu.4.& ſentit Pariſ.coſ.149.
20 nu.20.lib.4. dum inquit alteri † inferentem
iniuriam non excuſari, ruſticitatis, uel ſe-
xus,uel militiæ,prætextu: cum inferre iniu
riam iuri naturali repugnet. hanc noſtram
concluſionem confirmat Dec.in l. ſi quis id
quod num.32.de iuriſdict.om.Iud.c. q Bar.
hic,retulit. Socin. tract.fallen,regul.349.fal
len.1.& Plotus Nouarienſis in l. ſi quando
numero 447. C. unde ui, & Tiraquel. in
tactat.de pœnis legum &c. cauſa.11.nu.7.8.
qui in noſtris his terminis Bar. relato idem
adfirmauit. Confert quod dicere ſolemus,
cauſam,quæ alias a dolo excuſat,non excu
21 ſare † cum peccatum eſt in his,quæ iurè na
turę aduerſantur,ut reſpondit Alex.conſil.
103.col.pen. uerſ. & dato,quod comes &c.
lib.1.Gomes.§.ex maleficijs.nu.32. Inſt. de
actio. huic tñ ſententiæ aduerſari uidetur
22 tex. † l.1.§.ult.ff.de edendo,iuncta l. ueluti.
de iuſt.& iure,parere maioribus iuris natu
ralis eſt,& tamen ruſticus,qui non paret ex
cuſatur,ſic probat l.2.§.1.ff. ſi quis in ius uo
catus non ierit. Cur.Iun.in l.uenia.nu. 3. 4.
C.de. in ius uoca.conatur nodum diſſolue-
re,aitq; in caſu d.l.1.§.ult.de ed.& d.l.2.§.1.
ſi quis in ius uo. eſſe delictum in omittẽdo,
quod lenius dicitur. iuxta glo.l.ſi mora.ubi
omnes.ſol.matr. & cum eſt delictum tantũ
in omittendo, dicitur ſolum adeſſe do-
lus

23 Ius quidam præ ſumptus † à quo ruſticus èx-
cuſatur.l.ubi exigi tur.ff.de eden.quæ decla-
ratio,ante Curtium Iun.fuit Bar.in.l. edita
num.33.C.de edendo,quã clarius ibi refert
Alex.nu.33.in fi.Dec.tamen.in.d.l.1.§.ult.ff.
de edendo,eſſe ratione intereſſe à quo is ru
ſticus, uel minor de facili excuſatur, Alcia.
uero in d.l.Edita.in fi.intellexit.d.l.1. §.ult.
de eden.ibi ruſticum,& mulierem non ex iu
ris rigore,ſed ex ſola æquitate teneri,ideo-
q; mirum non eſſe,ſi excuſantur, quod non
contingit in cæteris,cum ex rigore omnino
facere teneantur,ut hic, quare idem Alcia.
tract.præſump. Regula.1. præſum.37.nu.2.
dixit in.d.l.1.§.ult. & in.d.l.2.§.1. eſſe, quia
licet ius naturale illud ſit, non in rigore ta-
men eſſe fundatum, ſed in æquitate, ideoq;
ruſticum excuſari,quod ſatis placet

24 Secundus eſt caſus,cum ruſticus † uel mi-
les poſſeſſionem rei proprie inuadit, tunc
excuſandos eſſe cenſuit Bar.ex.Roffredi ſẽ-
tentia,cum hæc ſit tantum iuris ciuilis pro-
hibitio ex diſpoſitione huius conſtitutio-
nis, cum ante non punirentur rem propriã
occupantes.§.pen.inſt.ui bono. rapt.non er
25 go mirum eſt, quod ob iuris ciuilis † igno-
rantiam excuſentur ruſtici, & cæteri,ut ad-
firmarunt omnes in l.ſi quis id quod.ubi A-
lex. Iaſ.n.32. 32.& Dec.nu.32.uer. ſecunda
cauſa.de iuriſ.om.iud. & uidentur probare.
l.ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans ad Syl-
la.in.l.1.§.ult.ff.de eden. in.l.2.§. ult.de iure
fiſci,cum alijs per Dec.relatus,& plures ca-
ſus in quibus ignorantia iuris excuſat ruſti-
cum, recenſet Ripa tract. de peſte in tit. de
remedijs perſeuera. contra peſtem. n. 226.
cum multis ſeq.& ibi num.246.inquit à mul
tis hoc pro regula aſſirmari,ut apud gloſ.in
cap. ſuper litteris,& ibi Abbas. de reſcrip.
Soc.tract.fallen.regula.349.gloſ.1. l.fin. C.
de teſta.latiſſimè Tiraq. De Retractu con-
ſang.§.4.glo.7.numero.13.14.ac multis ſe-
quentibus.

26 Contrariam tamen ſentẽtiam † nec hoc
caſu ruſticum excuſari, probauit Ang.in.l.
ſed etſi lege.§.ſcire. de petitio. hered.Alex.
In.l.iuſte poſſidet.n.38.39.de adquir.poſſeſ-
ſione Ripa,in cap.ſæpe.nu.90.de reſtit.ſpo.
eiuſdem fuit ſententiæ Parpalea in.l.ſi quis
maior.nu.2.C.de tranſact. & quibus libẽter
27 ſubſcribo.Prima illa ratione,quod † Ruſtico
erranti in iure ciuili non ſuccurritur, niſi in
caſibus à iure expreſſis ex.l.ult.C.de iuris &
facti igno.qui tex.licet loquatur in muliere,
attamen & ad Ruſticum extenditur, iuxta
gl.in.c.ult.1.q.4. Iaſ.in.d.l.ult. poſt Bar.ibi-
dem, ſic & Alex. in. l.ſi quis id quod.nu.10.
de iuriſd.om.iud.& conſ.14.lib.2.Dec. d.l.ſi
quis num.35.Ripa.d.tract.peſtis.d.tit.de re-
med.perſeu.contra peſtem nu. 245. qui nu.
246.ſubiicit dupplicem declarationem.Pri-
mam excuſari ex æquitate,ut iudici uidebi-
tur, non autem ipſo iure, ſic & Parpal. l. ſi
quis maior. nu. 2.uerſ.ſecundus caſus.C. de
tranſ.Alteram,procedere ſolum,quo ad ea,
quæ uerſantur ad conſeruandum iuris rigo-
rem,ut etiam declarat.Dec.in.l.iuris igno-
rantia ſecunda lectura nu.15. C.qui admitti
& ibi Alex.nu.5.Secunda conſideratur ratio
à non nullis,quia conſulere potuit peritio-
res, quare non excuſatur. l. in bonorum de
bono poſſeſſio.l.iuris ignorãtia.C.qui adm.
quo loci Bal. dicere conſueuit, quod quem
28 admodum Ruſticus † nouit ſe ad nemus
conferre, ut ligna habeat, ſic noſce debere
ad Vrbem accedere, ut peritiores conſulat,
& licet non ſemper cõtingere hoc poſſit ob
locorum diſtantiam,attamen prouidet lex,
cũ obſeruari, à ſe ordinata & diſpoſita poſ-
ſunt,Accedit tertio hanc ipſam ſententiam
29 probari ſatis,ex.† §.pẽ.inſt.ui bono.rapto.
uerſ.ſed ne dum talia,tex.enim in ſui princi
pio refert, olim occupatores poſſeſſionis
rei propriè ob errorem & iuris imprudenti-
am excuſari,quod poſtmodum eo loci cor-
rigit Iuſtinianus, cum ergo ruſticus ex ſola
iuris ignorantia ſe ſe tueri uelit,ſequitur nõ
poſſe, cum illa probabilis noſtro hoc caſu
non ſit. Præterea & quarto ut inquit Ripa.
in.d.cap.ſæpe.nu.91. poſt à ſe relatam hanc
noſtram conſtitutionem,inquit hoc eſſe cõ
tra ius naturale,ut ſua manu,quis ius dicat,
quo caſu non poteſt ruſticus excuſari, ut iã
30 diximus,ult.accedit, hanc † conſtitutionem
eſſe factam ad rigorem iuris ciuilis conſer-
uandum,ut ſenſit gloſ.in.cap.turbata.§.no-
tandum.in gloſ.1.1.q.4.& in ſumma.38. di-
ſtinct.&earũ authoritate adductus,ſic clare
cenſuit Tiraq.tract.de Pœnis legũ &c. cau-
ſa.11.nu.18.qui ea ratione adfirmauit,ruſti-
cum non excuſari,ut & hoc caſu dixit Ripa.
d.tract.de peſte.d.tit.de remedijs perſeuera.
contra peſtem nume.242.Nec aduerſus po-
ſteriorem hanc ſententiam multum urgent
in oppoſitum ſupra relata. quia reſpondeo
Primo,in caſu dubio,uera illa eſſe poſſe,nõ

in claris,ut hic,etſi enim uerè multis in caſi
bus excuſetur ruſticus,non tamē in hoc no
ſtro,ut ex iam relatis docui, uerū tanta poſ
31 ſet ſubeſſe † æquitas,ut tutum & bonū exi-
ſtimet iudex ruſticum,eſſe aliqua excuſatio
ne dignum,ut poſt Alex. quem refert, do-
cuit Parpa.in l.ſi quis maior.nu.2.uerſ.ſecū
dus caſus.C.de tranſ.quin. & tunc reſtituit.
Dec.d.l.ſi quis id quod num. 35. In ruſtico
32 † uero diligenti & ſagaci, non eſt dubium,
locum eſſe conſtitutioni noſtræ, cum is nul
la excuſatione dignus ſit l. athlete. §.de ru-
ſticis de excuſa.tut.Alex.d.l.ſi quis id quod
ubi Iaſ.nu.32. Dec.nu.34.de iuriſdict. omn.
iud. Ripa.d.tract.de peſte, loco ſepius cita-
to nu. 249. Tiraq. de pœn. legum.d.cauſa.
11.nu.19. Cur. Sen.Lucniā nu.3. C.de in ius
uoc. Cur. Iun.l. ſi quis maior nu.20. & ibi
Parpal. nu.2.uer. primus caſus.C.de tranſ.
Plot. in l.ſi quando nume. 438. intelligi e-
tiam poteſt,fortius hāc concluſionem pro-
cedere,ſi uitium ruſtici alia coniectura poſ
ſet detegi,ut quia clam & uitiosè poſſeſſio
nem eſſet ingreſſus , affirmant enim noſtri
interpretes,noſtram hanc conſtitutionem
& hoc in caſu cum clām res occupatur locū
habet,ut infra dicemus,& tamen nullo mo
23 do excuſatur ruſticus † cum clām deliquit ,
ut latè probauit Tiraq.de pœnis legū.d.cau
ſa.11.nu.11.per dolum enim & malitiā tunc
34 ruſticus agere uidetur,in caſu † ſtatuti Pa-
pienſis 31. In criminalibus , de pœna illius,
qui uim alicui fecerit in poſſeſſione , ceſſat
omnis diſputatio,cum omnes cuiuſcunque
conditionis puniat.

Quæro 3. an conſtitutio locum habeat
35 & contra † pupillū & minorem,glo. hic, q̄
probauit Bar.num.9.Alber.col. 2. Saly.col.
2.uerſic.4.quærit plures caſus diſtinguit , ut
placuit & Abba.in cap.1. nu.9. in fi. de dolo
& contumacia , Prima eſt in pupillo infan-
36 tie † proximo,& is non tenetur ex hac cō-
ſtitutione,cum uere ignoret quicquid agit
l.1.§.impuberes. C.de falſa moneta, quare
nec furti is tenetur l.impuberem.ff. de fur-
37 tis,ſic nec aliud delictū † infanti aſcribi po
teſt l.infans.ff.de ſicar.l.ff.de term.amo.l.3
§.prima uerba,& de ſepul.uiola.ca.2. de de
lictis puero.in Clem. Vnica.de homicid. la
tè Marſil.d.l.infans, Lud. Carrerius in Pra-
cti. Crimi.§.homicidium 6.num.2. & latiſſi
mè Petrus Placa Hiſp.libr.1.epito.delicto.
cap.32.nu. 1.2.3. quod fortius procederet ,
quando rei propriæ poſſeſſionem ingrede-
retur , cum alias antiquo iure communi nō
uideatur hoc punibile , quare poſtmodum
38 ex lege † noua puniente, minor non cōpræ
henditur cap.2.de delictis. puero.quòd ſin-
gulare dixit Rom.ſing.ultim.& Cur. Iun.l.
poſtquām liti.in fi.C.de pactis & conſ.8.in
fi.Neuiz.conſil.17.num.77. Molinæ: Tract.
de uſuris nume. 164. & hoc caſu non etiam
39 locus erit ſtatuto puniēte omnes † cuiuſcun
que ſtatus & conditionis homines, qui uim
alteri in ſua poſſeſſione inferant , ut extat
ſepius relatum ſtatutum Papiæ. In ſtatutis
criminalibus 31.De pœna illius,qui uim ali
cui fecerit in eius poſſeſſione,nam intelligi
ſtatuta debent in iis, qui norunt , quid bo-
num,& quid malum, & qui in dolo uerſen-
tur,alias ſine dolo uis aliudue delictum , nō
committitur,ut ſuo loco diximus:ſumique
40 illa debet.† interpretatio, quæ a ſapiētibus
repræhendi non poteſt l.Salulus de leg.præ
ſta. Soc.Iun.conſil.76. num.11.lib.2. repre-
henderetur certè ſi is in illa diſpoſitione cō
præhenderetur,qui ignorat,quod agit. Se-
41 cundus eſt caſus, cum eſt proximus † puber
tati,& fortius in iam facto pubere , & tunc
tenetur,ut probauit gloſ. in hac noſtra cō-
ſtitutione & eam ſecuti ſunt iam relati , &
teſtatur cōem Alex.conſ.103.nu.12.li.1.nā
42 cum tunc ſint † doli capaces,tenētur ob cō-
miſſum delictum,& probat tex.in.§.penult.
Inſt.de obliga.quæ ex delicto; nec aliquam
in integrum reſtitutionem habet hic, iuxta
l.ex cauſa.§.nunc uidendū,de mino. & ſen-
ſit Alex.d.conſ.103.nu.12.& in notabili ca-
ſu tradit Dec. conſi.521.nu.17.18. dum re-
43 ſpondit † minorem non reſtitui, cū iam la-
cerato a ſe Inſtrumento,uult illud ut falſum
arguere,ſic Dec. in l.1. nu.2. C.de ſecundis
nuptijs,negat mulierem minorem reſtitui,
cum intra annum luctus nupſit, & deliquit.

Declaratur ſecundus hic caſus, non pro-
44 cedere quando hic pubes † inuaſit poſſeſſio
nem credens ſibi licere: tunc enim ob iuſtā
cauſam reſtituitur iuxta l. 1. C. ſi aduerſus
delictum,ſic Bar.hic nu.8.Alber.col.2.Saly.
q.4.in fi.clarè Alex.d.conſil.103.nu.12.uerſ.
45 niſi aliquid , & † minorem reſtitui cum dat
operam rei quam licitam credit , reſpondit
Alcia.reſponſo.458.nu.2.& confirmat quæ
ſupra de Ruſtico diximus qui reſtituitur ut
poſt alios tradit Decius d. l. ſi quis id quod
nu.35.de Iuriſd.om.Iud.erunt tū partes ip-

46 ſius adulti † iuſtam illam credulitatem pro
bare ut in ſimili in eo uidemus qui aggreſſo
47 rem occidiſſe † dicit ad neceſſariam ſui de-
fenſiōnē, ut egregiè reſpondit Crauet. cōſ.
35.nu.8.hic etenim inuadēs in dolo dicitur
Alex.d.conſ.103. num.13.quem eſt ſecutus
Crauet.conſ.193.nu.2. Plotus.in l. ſi quan-
do nume.137.C.unde ui. Paris conſ.78.nu.
20. 26. lib.4. quare ea probatione adhibita
ſe dolo carere debet oſtendere, quod uti-
le eſt, admodum pro declaratione ſtatuto-
48 rum † & p̄ſertim Papienſis ſtatuti ſcilicet.
31.In Criminalib.de pœna illius, qui uim a-
licui fecerit in eius poſſeſſione quod ſtatu-
tum punit omnes cuiuſcunque conditionis
& ſtatus, nam pupillus & minor relata in in
tegrum reſtitutione adiuuari poterit.
49 Declaratur 2.ut hic pubes † inuadens nō
puniatur pœna ordinaria, ſed mitigari illa
debet.d.l.ex cauſa.§.nunc uidendū l.auxiliū
§.in delictis ubi docto.de mino.latiſſimè Ti
raq.Tract.De pœnis legū &c. cauſa.7.addo
Socinum Sen.conſil.157.colum.4.in fi.lib.2.
Decium.conſil.535.nume.5.Soc.Iun.conſil.
117.in fi.lib.1.& Gram. Neap.Deciſ.23.nu.
50 11.12.ſed hæc quo ad pœnā, ſed † quid quo
ad reſtitutionem poſſeſſionis, an hoc reme
dio poſſit ab infante pupillo & minori re-
cuperari Roffred. hic affirmat poſſe, idem
hic Alber.col.2.uerſi. ſed pręſuppoſito Cy.
contra, magis placet Roffred. ſententia,
cum & aliàs interdicto unde ui ſuccurratur,
idem in furioſo diximus, ut infra. quæſt. 8.
in fine dicemus.
51 Quæro 4. an hæc conſtitutio † locum ha
beat contra Patrem & Patronum inuaden-
tes rem filij uel liberti, & non habere lo-
cum adfirmauit gloſ. in hac conſtitutione
quā hic ſecuti ſunt Bartol.nu. 9.Saly. col.2.
uerſic. 5. quæro, & communem teſtatus eſt
Ripa. in cap. ſæpæ nume.81.de reſtitutione
ſpoliatorum ea adducuntur ratione quia
52 actio † quæ ex hac conſtitutione prouenit
53 de facto ſaltem infamat quare † ceſſare de
bet iuxta l.non debet.ff.de dolo, & in his fe
rè terminis ſunt iura in l.2.ff.de obſeq.a lib.
pręſtan.& in.l.1.§. interdictum hoc.ff.de ui
& ui arma.qui a fortiori probat, nā ex illo
interdicto tāta occupaturi pęna non indici
tur, & tamē ceſſat aduerſus patrē & patro-
nū.d.§.interdictū ſic & dicendū eſt in actio-
ne ui bonorū raptorū cū infamet. §. ex qui
buſdam.Inſt.de pęna teme.litig.ceſſat enim
omnis actio famoſa cōtra Patrem & Patro
num d.l.non debet, Bart.& cæteri omnes in
l.1.ff.rerum amo.

Non ignoro tamen contrariam ſentētiā
probaſſe Albericum, Baldum, & Angelum
hic, generali ſermone textus noſtri permo-
ti, quod nihil eſt, ut recte animaduertit Ri-
pa d.cap.ſæpe.nu.81.quia generalibus reci-
pit reſtrictionē de habilitate, ut ſępiſſime
admonui, nec altera ratio ſuffragatur Alb.
& Bald.ac Ang.dum aiunt, in criminalibus
54 patris † nec patroni reuerentiam conſide-
rari, nam locum illud tunc habet ſecundum
Ripam d.num.81.cum uere agitur crimina
liter ad publicam uindictam non ſi ciuiliter
ad pœnam parti applicandam. d. l. 1. ff. re-
rum amo.intelligo etenim filium, & liber-
tum actione in factum uti, iuxta d.l. non de
bet de dolo & l.apud Celſum.§.aduerſus de
doli excep.temperata tamen in medio con
55 cludendi, his fere uerbis † quare peto poſ-
ſeſſionem rei meæ mihi reſtitui, quia non
conuenit bonæfidei, ut quis locupletetur
cum aliena iactura, ſic praxim docuit Bart.
infamen. numer. 4. de publ.Iud.Ang.Aret.
Inſt. de exceptio. in fine princ. & Gomes
Hiſp.Inſt.de actio.in princ.nume.24.in fine,
qui alios citat.addo Calca.conſi.1.num.20.
qui egregiè admodum locutus fuit. Infer-
tur ex his declaratio ad ſtatutum Papiæ
56 † 31.in Criminalibus de pęna illius, qui uim
alicui fecerit in eius poſſeſſione, ut in relato
caſu non habeat locum, cū illa pœna & di-
ſpoſitio ſit ſubrogata loco huius, quare il-
las recipit declarationes, quas & hæc ipſa
conſtitutio.ſic Baldus in ca.licet cauſam in
fine de probat. & alias ſupra in interdicto
unde ui.q.9 admonui.

Extenditur hęc relata concluſio procede
re in altero quicunque cui debetur reueren
tia, & contra quē actio famoſa moueri non
57 poteſt, ut eſt in patre, † ſpirituali iuxta tra
dita per Iaſ.in l.Generaliter nu.2.3.C.de in
58 ius uoca. ubi ſubdit in † uaſſallo aduerſus
dominū, quod tradit & Fely.in c.ceterū.nu.
15.de Iud.& eos in his termin. probauit Ri
pa. d.cap. ſępe.nu. 81.Gomes.Inſt.de actio.
59 in princ.nu.24.in fine, & in † nouerca uiuo
adhuc patre idem cenſuit Ripa d.cap.ſæpe,
num.82 In eo ſolum animaduertendū cen
60 ſeo, an † actio hæc, quæ in factū agit filius
uel libertus, tendat non ſolum ad auocan-
dam poſſeſſionem uerumetiam ad auocan-

dam proprietatem,quam is occupator ami
ſit,& uerè arbitror ſolum dari ad auocandã
poſſeſſionem,quia ſi ad proprietatem tẽde-
ret,non alia actione is filius uel libertus uti
poſſet, quàm hac ex constitutione noſtra,
quæ cum infame moueri non poteſt. cogi-
tandum tamen eſt quia noua eſt dubitatio.

Quæro.5. an hæc conſtitutio locum ha-
61 beat † pro patre contra filium:glo. hic quã
omnes ſunt ſecuti, ut teſtatus eſt Ripa. in d.
cap.ſæpe.n.83.affirmauit habere locum,ex
tex.l. ſi quis uxori. §. ſed ſi filius. ff. de fur.
quod intelligitur quando habet peculium
aliàs non l.ſerui & filij.ff.de furtis.

Extenditur hæc concluſio ſecundum Ia-
cobum de Arena,quem eſt ſecutus Saly. hic
62 col.2.in fi.uerſ.quærit gloſa quid,ut † filius
occupans proprietatem propriam in qua u-
ſumfructum Pater habebat,eam amittat,&
Patri acquirat,quia quoad proprietatem di
citur perſona diſtincta,& loco patris fami-
liàs.l.2.ad Maced.Nec facit difficultatẽ tex.
l.cum non ſolum.§.filij. C. de bonis quæ li-
ber.quia ex ijs q̃ infra dicemus declaratur.

63 Quæro.6.an locum habeat † cum ſeruus
occupauit,ut dominus ſua cauſa teneatur,
uel filius ut teneatur pater:gloſ. huius con-
ſtitutionis in q.5.quam probauit.num.11.&
Saly.col.3. uerſ. 6. principaliter, affirmauit
tunc habere locum,cum res ad patrẽ uel do
minum peruenit.l.1. §. quod ergo adijcitur
de ui & ui arm. ſi uerò nihil ad eum perue-
nit pro noxa dat ſeruum ut ibi dicitur,ſed ſi
filius uel ſeruus peculium habent, tenentur
pater & dominus quatenus in peculio repe
ritur.l.licet.§.ult.ff.de peculio.eſt tamen ad
64 uertendum quia in codice † Bar. aliqua uer
ba corrupte leguntur, dum inquit patrem
nec dominum teneri in quantum ad eos per
uenit, abundat etenim negatiua: an autem
teneatur de peculio aduentitio,infra ſubij-
ciam, ex quibus clarior erit huius noſtræ
quæſtionis diſputatio.

Quæro.7.an conſtitutio iſta locũ habeat
65 † contra filium occupantem bona aduenti-
tia penes tertium exiſtentia,ut illa ad incõ-
modum etiam patris amittat,ut ſcilicet uſu
fructu priuetur,dubitat nec quid ſentiat cla
rè profert Alb. hic col.2.Bar.in hac conſti-
tutione nu.11.12.adfirmauit ſe tantæ fuiſſe
audaciæ, ut interrogatus ex facto reſponde
rit,non eſſe locum, Bart. aſſenſerunt Alex.
conſ.23.nu.6.lib.1.Marſ.ſing.314. prohibi-
tio:Aret.conſ.14.nu.7.Io.Crottus. l. frater
à fratre num.33.uerſ. ſecunda concluſ. ff.de
cond. indeb.Tiraqu.de leg. connub. glo. 3.
n.148.Alc.reſp.522.nu.3.4. Placa. Hiſp.lib.
1.epit.delict.cap.23.num.11.uerſ. 2. conue-
ſtiri ſic & interpretes in l.ſi finita.§.ſi de ue
ctigalibus ibi Bar.num.13.Alex.num. 44.de
damno infecto,affirmarunt,ex alio delicto
66 † à filio cõmiſſo, aduentitia non publicari,
ne uſufructu priuetur pater.quam ſententiã
probarunt conſulendo multi ut Cur. ſen.
conſ.60.Dux Philippus col.10. uerſ. uenio
ad ſecundum Soc.Iun.conſ.77.num.8.lib.2.
qui in eodemmet caſu idem conſuluit cum
Rui. in conſ.24.nu.6.lib.5.qui hanc eſſe ue-
ram & communem ſententiam teſtatur:idẽ
probauit Rui.con.109.in fi.& conſ.117. nu.
6.lib.1.& conſ.149.nu.13.lib.3.Iaſ.in §.actio
nes num.62.Inſt.de actio.& ita deciſum fu-
iſſe in conſilio Burdegalenſi aliquibus tamẽ
ex conſilio refragantibus,teſtatur Boe.q.7.
idem conſuluit nouiſſimè Rolan. a Valle
conſil.56.num.10.eandem probauit ſenten
tiam Didacus Couarr.lib.2.uaria. reſol. ca.
8.num.7.uerſic.ex his patet Molinæ.in con
ſue.Pariſi.titulo.1.§.2.glo.2.nume.21.& cõ
munem teſtatur, (& ſi is aliter ſentiat) Pa-
riſ.conſil.157.num.1. lib. 4. & huic tandem
ſententiæ ipſe ſubſcribo.quamquam non i-
gnorem aliqua adferri ſolere, quæ non le-
uem difficultatem patiuntur, ut illud. Pri
mum,quod bonorum aduentitiorum aliena
tio prohibetur fauore patris, qui in eis u-
ſumfructum habet,quare ſic filius delinquẽ
do patri non præiudicat, ut eſt exemplum
67 in muliere,† quæ cum dotem non poſſit fa-
uore mariti alienare,delinquendo iſlam nõ
deperdit niſi certis caſibus,ut probat.l.quin
que.ff.de bo.damn.l.ſi finita.§.ſi de ueſtiga-
libus de damno infecto, nam huic rationi
& argumento reſpondet Ripa in cap.ſæpe.
68 num.76.de reſtitu.ſpoliat.ubi † contra Bar-
tolum uerius affirmauit,alienationem aduẽ
titiorum non prohiberi patris fauore, ſed
filij,ne ſcilicet propter iuuenilem calorem
triſtem ſentiat exitum.l.cum non ſolum. §.
filij.C.de bonis quæ liber. uel & ſecundo di
cere poſſumus,quod ſi fauore patris prohi-
bita eſt alienatio,intelligi ſolum debet,qua
tenus ad fauorem,& commodum patris eſt
& non ultra:tum quia prohibitiones ſtrictè
interpretantur,tum quia ad unum finem in
ducta contrarium non debent operari iu-

xta.

xta. l.legata inutiliter de adimen. lega.cum
ergo ſola uſusfructus cauſa alienationẽ im
pediat,debet poſſe filius proprietatẽ amit-
69 tere.Secundo ante loco citari ſolet tex.† l.3.
C.de bonis damnatorum,ubi damnato filio
non publicatur peculium caſtrenſe, ergo
multo minus aduentitium, in quo minus iu
ris habet filius, & textum hunc ſingularem
dixit Imola. d. §. ſi de uectigalibus & ibi
refert Alex.nu.44.uerſic.mouetur etiã Bar.
immò is textus uidetur probare idem de pe
culio aduentitio põderando illa uerba, nec
70 quod &c.quę dictio,†nec,eſt implicatiua,ut
eam ponderat Rui.d.conſil.24.nu.6. li.5.&
ſenſit Alex.d.§.ſi de uectigalibus nume. 49.
uerſi.adde quod,qui citauit glo.l.1.ff. de bo
nis damnatorum in uerbo etiam,quã citat,
& Rui.idem ſenſit Bar.d.§. ſi de uectigali-
bus nume.13.& Soc.Iun.d.conſil.77.nu.11.
lib.2.& licet quam plures Barto.aduerſen-
tur dicentes hodie peculium Caſtrenſe ex
delicto filij publicari, cum & hæredem ab
inteſtato habere poſſit,attamen cum Bart.
eſt uerior & crebrior ſentẽtia,ut per Alex.
d.§.ſi de uectigalibus nu.49.Huic tamẽ fun-
damento Pariſ.d.conſil.157.nu.37.lib.4.re-
ſpondendo, dicebat maximam eſſe differen
71 tiam inter † peculium aduentitium & Ca-
ſtrenſe,cum(ut ille ait) Caſtrẽſe ſpeciali ra
tione ad filium fam.ſpectet,quod non con-
tingit in aduentitio,cum illud iure cõmuni
filio deferatur, & multæ extant ſecundum
eum differẽtiæ inter unum & alterum,qua-
re ex diuerſis non fit bona illatio.l.ult.C.de
calu.cum ſimil.quæ ſanè reſponſio leuis ad
modum eſt,quia ſi fortius ius habet filius in
caſtrenſi,& ita de cõtra debilius pater qua
ratione fieri poteſt quin Caſtrenſe facilius
ex filij delicto perdi debeat,quam aduenti-
tium qua replicatione uſus etiam eſt aduer
ſus Pariſium, Soc.Iun.d.conſ.77.nu.11. uer.
nec obſtat reſponſio lib.2. Tertio pro ipſa
72 communi pugnat mirumimmodum † tex.
l.3.§.utrum,in fi.ff.de mino.quem ſingula-
rem dixit Imol. ut retulit Alex.d.§.ſi de ue
ctigalibus nu.44.habetur enim in d.§. utrũ,
73 ex patris delicto † profectitium peculium
non publicari,cum alienari illud a patre nõ
poſſit in filij detrimentum,ſic a fortiori ur-
get,cum plus iuris habeat pater in profecti
tio quam econtra filius in aduẽtitio, ut ſcri
pſit Ripa in d.cap.ſæpe.nu.76.ex.l.profecti
tia de iure dotium,& licet is.§.utrũ.loqua-
tur quoad Fiſcum fortius erit quoad priuã
tum,quando ei pœna defertur,ut noſtro ca
ſu,ſic declarat Bald.in l.pen. C. qui bo.ced.
poſſunt,& refert Alex. d. §. ſi de uectigali-
bus.nu.47.circa med. Nec hoc fundamen-
tum diluit reſponſio quam conſiderauit Pa
riſ.d.cõ.157.nu.36.dum inquit.d.§.ſed utrũ
loqui in profectitio, quod prouenit ex ſub
ſtantia patris uel eius contemplatione, non
mirum ſi non publicatur, nam hæc reſpon-
ſio ad rem non confert.non.n.Pariſ. intelle
xiſſe uidetur Bartolum & Alex.qui argumẽ
tantur e contra, quod ſi ob delictum patris
non publicatur profecticiũ ne filio noceat,
ſicè contra non publicari aduentitium ob
delictum filij,ne patri obſit.Solet & Quar-
74 to citari † tex.l.2.C.de Caſtr.pecul.mil. lib.
12. ubi cuiuſuis peculij alienatio Caſtrenſi
excepto filio prohibetur patre reluctante,
non ergo delinquendo amittit, & licet Pa-
riſ.d.conſil.157. nu. 38. quoad caſum ſuper
quo interrogatus reſpondit non conferre
dicat,attamen caſui noſtro conuenit, & ſi
eam patiatur difficultatem quam ſupra in
primo fund.retuli, ſuffragatur tandem ult.
75 loco huic ſententiæ † tex.l.cum ancillis. C.
de inceſt.nup. ubi filii bona exiſtentis in po
teſtate patris ob delictum ab eo cõmiſſum
non publicãtur.quem tex.ſic intelligit Bal.
& clare Saly.in l.ſi filius col.1.uerſ.4. pro ca
ſu.C.de bonis dam.& ideo gloſa communi
ter recepta in l.3.§.ſi filius.ff. ꝙ quiſq; Iur.
uult filium non poſſe detrimentum patri af
ferre etiam in acquirendis,ut ibi late affir-
mat Iaſ. primo nota. nec reſpõſiones quas
attulit Paris.d.conſ.157.nu.49 .argumenta
tionem diluunt, licet quo ad caſum ſuum di
xerit non procedere quare uera eſt commu
nis hæc ſententia.

Contrariã tamen ſententiam probaſſe
uidetur,Iac.de Arena ut refert hic Bart.nu.
11.& in d.§.ſi de uectigalibus nu.13. ubi eiuſ
dem ſententiæ fuiſſe Cy. teſtatur,illos ſecu
tus fuit Ripa.d.cap.ſæpe nu.76.de reſt. ſpo.
quin.Bar. uiſus fuit ſibi parũ conſtans dũ in
l.ſi poſtulauerit. §. iubet.de adulte.affirmat
ex delicto filium amittere proprietatem,re
ſeruato uſufructu patri donec uiuat quam
ſententiam probauit & ibi Ang. & idem in
auth.bona damnatorum col. 2. uerſ. ſed ſi.
C.de bo.dam.nec diſſentit Saly. in l.1.in fin.
C.de bonis quæ lib.Bal.in tit. de cõtrouerſ.
Inueſtit.§.rurſus col. 2.uerſ.pone ergo,& ſi

L

lium deliquendo amittere proprietatē ad-
uentitiorū contra Soc.Iun.& Ruy. ſupra re
latos conſuluit in eodem met caſu Paris.d.
conſ.157.li.4.horū tamē argumēta & ratio
76 nes facili negotio diluuntur.† Tex.enim.d.
l.ſi poſtulauerit. §. iubet de adulter. ubi in
bonorū publicatione intelligitur ſaluo uſu
fructu alteri debito,ſic declarat Rip d.cap.
ſæpe.nu.76.uerum is.§.iubet,loquitur eo in
caſu cū alienatio alicui permiſſa eſt: quod
non contingit in caſu noſtro,ſic Bar.d. §. ſi
de uectigalibus num.13. & Soc.Iun.d.conſ.
77.num.7.lib.2. illud uerò ſecundum, quo
mititur Ripa.d.c.ſæpe num. 76. in h. habet
77 facilem reſpōſionem dum inquit † patrem
teneri de peculio profectitio pro inuaſione
& occupatione a filio facta. l. in peculium.
ff.de re iud.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecul.er-
go à fortiori locus eſſe debet pœnæ pro uio
lentia,etiam in peculio aduentitio reſerua-
to uſufructu patri,nam uera eſt argumenta
tio,quando filius cōdemnatur in certa quā-
titate in iudicio, in quo dicitur quaſi cōtra
xiſſe.d.§.idem ſcribit quia tunc pater tene-
tur de peculio,quod conceſſit, ſeparatum a
ſuis rationibus.l.1.de peculio, ſecus in pecu
lio aduētitio,cuius ipſe pater adminiſtratio
nē habet.ſic intelligit glo.l.pater qui caſtrē
ſe,in glo.magna.ff.de caſtrē.pecul. ſic decla
rat Bar.in.d.§.ſi de uectigalibus.nu.13.uerſ.
item obſtat.tex.uero.l.2.ff.de reb.eorū qui
ſub tutel.ex Bar.hic & in.d.§.ſi de uectigali
bus.n.13.uerſ.ſecūdo obſt.reſpōſionē habet
78 quod autem adducitur.4.minoris † delinquē
tis bona publicari.l. clarū.C.de autho.præ-
ſtan.quæ tamē alienari impediuntur,habet.
ex Bar.d.nu.13.reſponſionē, prohibitionē,
illam fauore minoris tantum eſſe:cū tamen
in peculio aduentitio fauore patris uſufru
ctuarij,factum id ſit quam declarationē ui-
det probaſſe Alcia.d.reſponſio.522.nu.4.po
ſtremo loco Pariſ.d.conſ.157.nu.24.citauit
79 † textum.l. quinq; legibus cum.l.ſequen.ff.
de bonis damna.ubi ſi mulier damnatur &
eius bona publicātur,& ſi in eis maritus ha
beat uſumfructum, uerū intelligit hic Bar.
80 nu.11.eſſe ſpeciale in quinq; caſibus † cum
dos regulariter non publicetur,ob uſumfru
ctū quē in ea habet maritus, ut ſuper admo
nui:& probat.l.ſed ſi alia de bo.damna.om
nes in.l.ſi conſt.ite.§.ult.ff.ſol.matr.ex qui-
bus ſatis intelligimus, uerā eſſe receptiorē
illam ſententiam, quā audacter affirmauit

Bar. & rectè ſecuti ſunt cæteri.

Extenditur primo relata cōmunis opi-
nio. ex ſententia Rui. in conſ. 24. nu.11.12.
81 lib.4.procedere & eo in caſu † quādo patri
prohibetur uſusfructus acquiſitio ex aduēti
tijs bonis,ea ratione utitur Rui.quia nō po
teſt filius de bonis illis adhuc teſtari, iuxta
l.pen.C.qui teſta.facer.poſſ.& ita ad extra
neos transferre, & per conſequens ſic non
debet poſſe uenire in confiſcationē bono-
rum l.iura ubi Bar.de iure patro.l. eorum
ff.ad.l.Iul.maie.l.1.C.de bonis quę libertis
& ſimile eſt (inquit Rui.) quod de emphi
82 teoſi † eccleſiaſtica uidemus, quæ cum nō
tranſeat ad extraneos,ut latè docuit Alex.
l.etiam ſo l.ma. & latiſſimè Ias.con.155.li.
2.Cur.Iun.conſ.4.Pariſ.conſ. 71. num. 40.
83 lib.3.conſ.85.& ſeq.lib.4.ſic nec † in bono-
rum publicationem uenit. cap. fœlicis.§.ſi
qua uero de pœnis in.6.§.illo in authen. de
aliena. & emphiteo. Alex.conſ. 23.num.4.
lib.3.& conſ.89.num.1. 2.lib.4.nec abhibē
da eſt differentia (inquit Rui.)ob defectū
qualitatis rei, quia idem eſt quàndo defe-
ctus prouenit ex cauſa,efficienti,& hanc de
clarationem confirmat Soc.Iun.qui in eodē
caſu cum Rui.conſuluit.d.conſ.77.n.10.lib.
2.ex doctrina Soc.Sen. conſ.121.col.4. uerſ.
3.ratio.lib. 4. qui clarè affirmauit, expreſſe
84 † prohibita alienari ex teſtamento,non ue-
nire in bonorum publicatione,uerum Soc.
Iun.d. conſ.77.nu.12.non parum ambigit,
ut ipſe facio,cum in hac Rui.extenſione ceſ
ſent præcipuæ illę rationes, quibus commu
nis relata ſententia à Bar.& cæteris firma-
tur,ceſſat enim illa,quod patris fauore alie
natio ſit prohibita,cū in caſibus.d.authē.ex
cipitur;nihil ſit ad cōmodū patris inductū,
quando aliquid ei adquiri non concedatur,
nec ad rē facit, quod de ijs teſtari nō poſſit
filius,quia procedit ob impedimentum pa-
85 triæ poteſtatis, quæ ſola † patria poteſtas
eſt impedimēto,quin filius propria ob deli
ctū perdat,& ſi Roma. & alij . nōnulli quos
refert Alex.d.§.ſi de uectigalibus nu.45.46.
affirment,peculium profectitium publicari,
ſi delictum eſt tale ut patria poteſtas extin-
guatur,quorū ſententia dubia admodū eſt,
ut teſtatur eo loci Alex.Rurſus doct. Ruin.
aduerſatur,quod cum hoc caſu pater nō ha
beat adminiſtrationem peculij, ſed illa pe-
nes filium ſit,peculiū illud alienari poſſe ſic
& per delictum perdi. l. cum & filij. C. qui

bon.ced.poſſunt & tradit clarè Bar.d.§.ſi de
86 uectigalibus nume. 13. in fi. & his † caſibus
patrem adminiſtrati onem non habere, pro
bant omnes in.d.authen.excipitur & in.l.1.
C.de bon.mater.&idem Rui.d.conſ. 24.nu.
3. & qui cótra eum conſuluit Paris. d.conſ.
157. nume.15.17.lib.4.erit tamen cogitan-
dum,quia magna eſt Ruini authoritas.
87 Extenditur.2.& eo caſu,cum pater † ſpé
ſolam futuri uſusfructus habet,quia nec túc
filius delinquendo amittit, ſic Rui. d.conſ.
24.nu.13.uerſi.3.prędicta,lib.5.quē ſecutus
Soc. Iun.d. conſ.77.nu.13.14.lib.2 ea addu-
cuntur ratione,quia futurum eſt, ut aliquo
euentu ſpes effectum ſortiatur,& probat .l.
ult.§.filius autem. in uerbo duntaxat. C.de
bonis quæ liber. dum negat filium poſſe
alienare bona, in quibus pater uſumfructū
habet,uel quid aliud: quod poſtremum in-
telligitur ratione ſpei, ut uidemus ſecun-
88 dum Rui. † dotem non publicari ob deli-
ctum filiæ,auth.e contra ſi filii.C.de repud.
quod ea ratione dicitur factum, quia patri
adeſt conſolidationis ſpes.l.2.§. quod ſi in
patris.ſolu. mat. ſic uidemus multis aliis in
89 caſibus † ſpem operari multa, ut latiſſimè
ſcripſit Tiraq. Tract. De legib. connubial.
Poſt leges numero.34.cum multis ſequenti
bus, addo Rui.conſ.19. numero.4. conſ.98.
numero.15.lib.1.Soc. Iun.conſil.95. nume-
ro.30.libro.3:Alcia.reſponſo.171.in fin.
Declaratur communis relata concluſ.
90 procedere, quando † Pater liberam reli-
quiſſet filio peculii adminiſtrationem, ſic
Bar.d.§.ſi de uectigalibus in.13.in fi.iquit eſ
ſe clarum tex.l.'cum.& filii.C.qui bo.ced.
poſſunt & Bar.ſunt ſecuti Alex.d.§.ſi de ue
ctigalibus col.22.& Paris.d.conſ.157.nume
ro. 15. 17. 18. licet contrariam ſententiam
probauerit Roma.l.filio.2.Sol.ma.ſed illius
rationibus ſatisfacit Alex.qui ſuprà, & eiſ-
dem modis reſponderi poteſt ad ea, quæ at
tulit idem Roma. conſ. 154.col. 2. uerſ.ſe-
cundo quia glo.quo loci & aduerſus Bar.re
latam ſententiam conſuluit. Subnecti hic il
la poſſet quæſtio,quando Vaſallus ui ingre
ditur fundum feudalem ab aliquo poſſeſſū,
an domino detrimentum in proprietate ad
ferat. uerum infra.q.31.ut oportuniore lo
co reſeruauimus.
91 Quæro.8.an hec conſtitutio † locum ha
beat contra furioſum & mēte captum,glo.
hic,ad quam ſe remittit Bar.nu.13.affirma
uit locum non habere,idem cenſuit hic Cy.
& Alb.col.2.ex.l.infans ad.l.Corne.de Sica.
&.l.penul.de Parricid.l.ult.ff.de.adm.tut. ſi.
enim non punitur furioſus comittens atro
ciora crimina,quáto fortius hoc caſu, ſatis
enim furore ipſo affligitur. l. Diuus. ff.de
off.preſid.d.l.pen.§.ul. de Parricid.iuſta ete
nim ratione conſtitutum hoc fuit, cum fu-
92 rioſo † nec dolus nec culpa aſcribi poſſit,
quando uerè & ſenſu & intellectu careat,ut
reſpondit Soc.Sen.conſ.47.col.3.lib.3.Qua
93 re furioſum † nullo modo eſſe puniendum
tradunt ſcribentes,ut Ias.in.l.1.§. adipiſci-
mur.nu.9.de adquir.poſſ.Dec.l.in negotijs.
§.hæredis nu.3.de reg.iur.in.l.furioſum.nu.
34.C.qui teſta.facere poſſunt,latè Careri-
us in Praxi crim.§.homicidium.6.nu.13. la
tè Tiraq. tract.de Pænis legum &c.cauſa.2.
ubi.nu.1.citauit gl.noſtræ huius conſtitutio
nis, latiſſimè Placa Hiſp. lib.1.Epito.deli-
cto.cap.29.ex quorum dictis declarationes
habentur, quas libenter ex Induſtria ſilen-
tio inuoluam.ſic declarari & intelligi de-
94 bent † ſtatuta,quæ rei alienæ occupatorem
puniunt,etiam ſi dicerent,cuiuſcunque ſta-
ſtatus.& conditionis:ut eſt ſtatutum Papię.
31.in criminalibus, de pœna illius, qui uim
alicui fecerit in eius poſſeſſione.nō enim fu
rioſum et mente captum comprehēdūt ex
his quæ ſupra q.4.retulimus.
95 Declaratur † tamen(ne quæ ad rē noſtrā
accedunt propius omittam) non procedere
ſaltèm quoad hoc, ut occupata poſſeſſio,
poſſeſſori deiecto reſtituatur, ut declarauit
hic Cyn. & probat Albe. col. 2. Sali.col.3.
uerſ.7.quæro, quod ſumma æquitate niti-
tur:cum æquum non ſit illum, cum poſſeſ-
ſoris iactura,locupletari.
96 Quæro.9.an hæc conſtitutio † locum ha
beat contra prodigum,qui per uim alterius
poſſeſſionē occupauit,& licet gloſ.hic quā
Bar.nu.14. dixit neſcire alibi, affirmauerit,
non habere locū,attamen crebrior eſt ſen-
tentia locum habere,& communē teſtatus
eſt.Bar.d.nu.14.Albe.col.2.Saly. col.3.uerſ.
quæro 8. Ripa.& Iaſ. in.l.is cui.de uerb.ob.
hic.nu.17. ille.nu.53. in fi.eam probauit, &
Molinæ.in cōſuetud.Pariſi.tit.1.§.2.gloſ.2.
nu.21.& Tiraq.de legib.connubia.in gloſa.
97 3.nu.147.ea ratione adducuntur,quia † pro
digus adulto & pupillo æquiparatur.l.ſi cu-
ratorem.C.de in integr.reſt.clarè in.l.certi
condictio.§.idem quęri. ff.ſi certū petatur,

ut ergo contra adultum & pupillum locum habet hęc conſtitutio,ſic contra prodigum, cuius rei plures adferuntur rationes, ut illa Ripæ in.l.is cui nu.53.prodigalitatem reſpi
98 cere † uitium in diſſipatione bonorum , in quorum conſeruatione nulla eſt uoluntas. non enim eſt uitium, ſed deſfectus perſonę, non ergo uitium cum altero iungi debet,ut prodigus delinquẽdo excuſetur, cognoſcit
99 enim,quod agit,qua ratione † etiam corporaliter ex homicidio & ſimilibus punitur Bal.in.l.furioſum. C.qui teſta.face.poſſunt. quem citauit Ripa.d.l.is cui.n.53.in fi.& Tiraq.De pœnis legum &c.cauſa.44.num. 46. Nec difficultatem facit.l.is cui,quam hic gl. citat in oppoſitum, quia ſecundum Albericum & Saly.qui ſupra procedit quoad bonorum adminiſtrationem,non quoad delictorum coerctionem. Aduertatur tamen, quia
100 † Bar.in.d. l.is cui nu. 6. tueri uelle uidetur gloſæ doctrinam , dum inquit uideri poſſe procedere,cum bonorum alienationem reſpiciat,quaſi uelit dicere,pœnam pecuniariam eſſe attamen Iaſ.ibidem nu .17. & Buttigela nu.35. indiſtinctè prodigum teneri,affirmarunt,aliàs ſibi Bar.& communi ſententiæ aduerſaretur, etſi Zaſius in.d.l.is cui.nu. 18. cum Bar.idem clarè affirmet.
101 Quæro.10. an hæc conſtitutio † locum habeat contra Prælatum, Abbatem, Monachũ Tutorem & ſimiles alterius poſſeſſionem nominę eccleſiæ occupantes,ut eccleſia,uel pupillus teneatur. gloſ. hic & cæteri interpretes ſubobſcurè admodum hanc finiuerunt quæſtionem , ut & Ripa.in. d. cap. ſæpe numero.95.ipſe uerò regulam conſtituo, ſeu concluſionem principalem negatiuam, non eſſe locum huic conſtitutioni,ut eccleſia uel pupillus teneatur,ut idem affirmaſſe uidetur hic glo. & Alber.col.2.& clarius in c.1.de dolo & contuma.communem teſtatur Ripa.in.d.cap. ſæpe.numero.95. & in.l. ult.n.174.C.de.reuo.dona. ubi communem teſtatur.Molinæus in conſue. Pariſi.tit.1.§. 30 numero.65.poſt.Felin.cap. nouit de iud. & Alex.conſ.5.num.15.lib.5.idem in l. naturaliter.§.nihil cõmune,nu.30. uerſ.tertio decimo fallit.de adquir.poſſeſſ.ea adducunt ratione, quia delictum perſonæ alteri non imputatur capit. delictum de reg.iur. in. 6. quo loci Dy. ponit. exemplum in caſu no-
102 ſtro.hinc,ſecundũ Ripã,uidemus † ob Prælati ingratitudinem,donationem eccleſię factam nõ reuocari Ripa lib.2. reſponſorum. cap.28.nu.20.Ruin.conſ.27.nu.2.lib.2.ſic in tutore dicimus, qui ſuo facto.pupillo nõ nocet.l.neq;ff.de re iud.l pen.de tabul.exhibẽ. Dyn.in.d.cap.delictum,& alia ſupra retulimus in primo remedio recuperandæ poſſeſſionis ex interdicto unde ui. q. 3. in tertia ampliatione.Ex.quibus infertur declaratio
103 ad ſtatutum Papiæ.31.† In criminalibus ſub rubr.de pœna illius,qui uiolentiam alicui fecerit in eius poſſeſſione,dum punit occupantes poſſeſſionem alterius: ceſſare enim illa pœna debet contra relatas perſonas eccleſiæ pupilli & ſimilium,quorum conſenſus in uiolentia,committenda,non acceſſit, ut ſtatutum exigit, ibi commiſerit qualitercunq; uel committi fecerit.
104 Extenditur ut procedat,etiam ſi † Prælatus unà ſimul cum capitulo,congregatione facta,alterius poſſeſſionem occcupauit, nã nec tunc eccleſiæ detrimentum inferri poteſt,hanc ſententiam probauit glo.in.ca.placuit. 16.q.6.Cardin.in.ca.1. de dolo & contuma.ubi idem Pano. docuit.nu. 14.15. nec diſſentit Ripa.in.cap.ſæpe.numero.95.uerſ. 4.declara.& hanc probaſſe uidetur Molinę. in conſuetu.Pariſi.tit.1.§.30.num.61.nec aliter uidetur ſenſiſſe Bal. in.l.Iubemus nullã in fin.C.de ſacroſ.eccl.& ſi alij plures, quos infrà referam, aliter ſenſerint. fulcitur hæc
105 ſententia,cui accedo, ex eo,quod † Prælatus,& capitulum, non poſſunt bona eccleſiæ ſine cauſa legitima & ſolemnitate debita alienare ca.ſine exceptione. 12.q.2. ſi ergo non poſſunt expreſſè, minus tacitè delinquendo. nec ad rem facit,quod reſpondet Ripa.d.n.95.uerſ.quarto declara.argumentationem non defendi,cum uideamus in ſimili bona minorum non poſſe alienari ſine ſolemnitate.l.magis puto.§.ne paſſim,cum ſimil.de reb.eo et tamen minor delinquendo, amittit,ut ſuprà diximus. q.3. nam hæc reſponſio ad rem non facit,cum in caſu noſtro eccleſia non delinquat,ut deliquit is minor, ſed Prælatus,qui cum non ſit dominus bonorum eccleſiæ ſed ſolus adminiſtrator, eccleſiæ detrimentũ afferre non potuit.Cõfert ſecundo pro noſtra & relatorum ſẽten-
106 tia,quod ſtatim diximus Prælatũ † non eſſe dominũ,ſed ſolum adminiſtratorem bonorum eccleſiæ,cum Deus ipſe,ſeu eccleſia uniuerſalis,ſit domina.ca.cum ex eo de electio. in.6.Inno.& Abbas in ca.cum ſuper.de cauſ. poſſ.

poſſ. & propriè tantum.n. habet iuris præ-
latus in bonis eccleſiæ, quãtum tutor in bo
nis pupilli Abba.c.edoceri col.2.de reſcrip.
Mantua ſing.23.in fi. ſed adminiſtrator nõ
poteſt prẹiudicare, quia nõ adminiſtrator,
107 † ſed dilapidator potius diceretur l. qui fun
dum.§.ſi tutor.de uſucap.pro empto.cap.ſi
quis præsbyterorum de reb.eccl.nõ aliena.
ſic argumentatur Abbas.in cap.1.nu. 13.in
fi.de dolo & contuma.ſic hac ratione uide-
m... ..us eccl. adminiſtratoribus non conce
di alienationem bonorum eccleſię cap.1.de
in integr. reſtitu. niſi euidens adſit utilitas,
capit.1. ubi latiſſimè oẽs de reb.eccle.non
alie.& in cap.ſine exceptione 12.q.2.qua er
go ratione fieri poteſt,ut Prelatus & capi-
tulum,qui ſolũ adminiſtrant, poſſint occu-
pando eccle. præiudicare,cum pro hac ſen-
tentia pugnet clarus tex.l.meminerint. Ç.
unde ui,ut ſupra loco ſuo diximus, ut & il-
lum in hanc ſententiam citauit Bal.in d.l.Iu
bemus in fi. ſuſtrapatur tandem, quod do-
cuit Abbas.d.c.1.nu.16.de dolo & contuma
108 cia.eccleſiæ † bona non ſolũ ad eccleſiæ ſeu
Prælati commodum,ſed & ad fabricę repa-
rationem,& pauperum alimoniam eſſe de-
bere ca.ult.16.q.2.cap.quatuor.cap. conceſ
ſo.12.2.capit. paſtoralis.de his,quæ fiunt a
Præla.ſine conſen.cap.qua ergo ratione &
iure fieri poteſt,ut ex delicto Prælati & ca-
pituli,detrimentum infetatur Fabricæ & ip
ſis Pauperibus, qua argumentatione uſus
fuit & ſubtilis Aret.conſ.114.nu.2.in fi.uti-
tur etiã alia ratione Abbas d.c.1.nu.18.uer.
quarto &c.quia ſi aliter diceremus, ſtatim
inuẽta eſſet uia fraudibus, quibus Prælatus
& capitulum,poſſent cum uellent alienare,
colludendo cum amico,& ita poſſeſſionem
occupando, ac ita per conſequens eccleſiæ
præiudicare,ut in ſimili reſpondit Feder. de
Senis conſ.94.dum inquit non ualere tran-
109 ſactionem † Prẹlati ſine licentia Dioceſani,
quia is poſſet fingere litem cũ amico,ſicque
in eccle. detrimentum trãſigere.uerum etſi
Federici conſultatio defendi poſſit,non ta-
110 men in hoc Abbatis argumentatio, † quia
ueriſimile non eſt, ut totum capitulum hac
ratione delinquat,cum præſertim nec deli-
ctum præſumatur l. merito.ff. pro ſocio,cõ
ſimil.in Clericis præſertim,quare uerã non
ex poſteriori hac argumentatione, ſed ex
cæteris hanc credo ſententiam.
Non ignoro tñ contrariam opinionẽ de
fendiſſe glo.Bar.& Saly.hic,& in l.iubemus
nullam. C.de ſacroſ. eccl. & communem te
ſtatur Ripa.d.ca.ſępe nu.95. uerſ.4.declara.
Et hanc uidetur probaſſe Ripa.l.ult.nu. 75.
uerſ.item circa hanc. C. de reuo. donatio.
ſic & Ang.conſ.245.quia omne datum.col.
2.& Aret.conſ.114.nu.5.uerum huius ſentẽ
tiæ rationes facili negotio euitari poſſunt,
111 ut tex. † l.iubemus nullã.C.de ſacroſ.eccle.
qui ſecundum Abba.d.cap.1.num.14.in fi.ad
rem non facit, cum nõ potuerit Imperator
ſuper rebus eccleſię ſtatuere. uel ſecundum
Ripam,qui ſupra,loquitur in delicto, quod
eſt in omittendo,quo eccleſiæ poteſt prẹiu
dicium afferri,cap. Imperatorum. cap. ult.
de iura. calum. nos in delicto, quod eſt in
committendo. Non quoque urget text.ca.
Placuit.16.q.6. quia ſatis ibi reſpondet glo.
& melius Abbas d.cap.1.num.14.circa fi.de
dolo & contuma.qui & nu.15.reſpondet ad
cap. auditis de reſtitu. in integ. & ad capit.
112 cum uenerabilis, de exceptio. † ad cap.cum
olim de cenſib.dum inquit, procedere in a-
lienatione iudiciali, in qua omnis delicti,&
fraudis ſuſpicio ceſſat, iure adminiſtrator
domino adfert præiudicium, quod alioqui
ipſe dominus paſſurus fuiſſet, ſi litem ipſe
tractaſſet.
113 Declaratur Primo hæc concluſio,† ut nõ
procedat ſecundum Abba. in d.cap.1.nu.12
de dolo & contum. & Ripam.d. capit. ſæpe
num.95. & Alb. hic col.2.quoad reſtitutio-
nem ipſius poſſeſſionis occupatę,ut probat
capitulum cum dilectus, de ordine cognat.
& capitulum cum ad ſedem de reſtit.ſpolia.
114 cuius rei ratio eſt, quia eccleſia † & ſimiles
tenẽtur quatenus ad eos peruenit,ſic decla-
rat Dy. in d.cap.delictum nu.2.3. ubi exem
pla adfert de pupillo, qui tenetur ex facto
tutoris quatenus ad eũ peruenit l.1.§.quod
ergo.§.ſi quis tamẽ de ui & ui armata, & ſu
119 pra diximus:idem in uniuerſitate † probat.
l.ſi ui me deiecerit.ff.de ui & ui arm.& ratio
rationis,tam in eccleſia quam in cæteris, aſ
ſignari poteſt,quia nemini licet cum iactu-
ra aliena locupletari l. nã hoc natura de cõ
ditione indebiti,& prẹſertim uerum hoc eſ
116 ſe debet in † eccleſia,quæ dicitur cultrix di-
uinæ iuſtitiæ cap.1.§. ſed diuerſum,de alie-
natione feudi,& diximus ſupra in primo re
medio q.3.in fine, ſic etiam relatum ſtatu-
117 tum Papiæ † 31. in criminalibus. De pœna
illius,qui uiolentia,&c.declaratur.

118 Declaratur 2. non procedere † quoad ip
ſum Prælatum, qui occupauit, ſic glo. & Ab
bas d.c.1. de dolo & contuma. ex tex. d.ca.
placuit 16.q.6. qui ſecundum Ripam d.cap.
ſæpe num.95. uerſic.2. declara de reſtit. ſpo-
liato. loquitur, cum Prælatus nomine pro-
prio occupauit, ut uerè intelligit & Abbas
d.cap.1. nume.14. circa finem. quare ſecun-
dum Ripam melius probat tex. capi. ſi epi-
ſcopum 16.q 6. ſic & relatum Papiæ ſtatutũ
debet intelligi.

119 Declaratur † 3. non procedere quando
lege pontificia eſſet cautum, ut poſſeſſor
per uim expulſus lucraretur proprietatem
ipſam ob illatam ſibi uiolentiam: nam eo
caſu & eccleſia proprietatem ipſam perde-
re poterit ex Prælati facto. Illa eſt ratio, q̃a
Pontifex legẽ ſic rei potuit imponere: ideo
que eccleſia tunc perdit, ſed illi erit ſuccur-
ſum contra Prælatum, ſic in ſimili reſpõdit
Ang. conſ.167. Teſtator in omnibus &c. quẽ
eſt ſecutus Rui. conſ.27. nu.3. lib.2.

120 Declaratur 4. ut nõ procedat, † donec ui-
uit ille Prelatus, qui occupauit, Abbas ca.1.
nu.13. de dolo, & contuma. argumento ca.1
§. fi. de cap. Corrad. in uſibus feudorum, &
clarè tradit Molinæ. in conſuetud. Pariſien.
tit.1. §.2. gloſ.5. nu.19. Confert reſponſum
Roma. conſ.284. Triplici &c. qui reſpondit
121 † donationem eccleſiæ factã ob Prælati in-
gratitudinẽ reuocari uiuente ipſo Prælato,
& hanc declarationem noſtram communẽ
teſtatur aliis adductis, Molinæ. in d. conſue.
Pariſien. titu.1. §.30. nu.60.61. Ripa tñ in d.
cap. ſæpe nu.95. uerſic.3. intellige, contra-
rium ſenſit, nullo tempore aliquid amitti ea
ratione, quia quemadmodum non poteſt
prælatus delinquẽdo alienare perpetuò, ſic
nec ad tempus ca.2. de reb. eccle. nõ aliena.
Rurſus quia eccleſia ex facto Prælati nullũ
debet ſentire detrimentum d.ca. ſi epiſcopũ
quod incommodum ſentiret, ſi pro tẽpore
priuaretur re illa. Verum malè Ripa perpẽ
dit Abbatis, & aliorum uerba, q distinguit
et prælatus, eam cõmoditatem, quam ex il-
lis bonis eccleſiæ ſentire poteſt, donec uiuit
perdat, non eam partem, q̃ ad eccleſiæ utili
tatem impenditur: ſic declarat Moli. qui ſu-
pra d.§.30. nu.61.62. qui teſtatur hanc com
munem eſſe declarationem, & quam tandẽ
probauit ipſe Ripa in l. ult. nu.175. uerſic. ſo
lutio. C. de reuoca. dona. qui & alia plura in
122 hac quæſtione retulit. Et in feudo † idẽ pla
cuit Zaſio in Tract. feudorũ, in decima par
te tituli De feudi amiſſione nu.83. Hanc tñ
declarationem intelligo, cum portio illa, q̃
ad commodum Prælati delinquentis conce
dit, poteſt a reſiduo ſeparari, ut ſenſit egre-
giè Aret. d. conſ.114. nu.4. aliàs non, ut in ſi-
mili de feudo uaſalli ſentire uidetur Bart.
in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus nu.3. de dã-
no infecto. & dicemus infra .q.31.

Quæro 11. an hæc conſtitutio locum ha
123 beat, † in uniuerſitate, ut ſi omnes Ciues uel
incolæ nomine ciuitatis poſſeſſionem alte-
rius occupent: hanc quæſtionem mouẽt hic
Cy. colum.4. Albe. col.2. in fine, quem retu-
lit Bart. in l. aut facta. §. nonnumquàm col.
1. de pœnis, quo loci latiſſimè diſputat: quo-
modo uniuerſitas poſſit delinquere, & com
munis ac uera eſt concluſio habere locum
cõtra uniuerſitatem, ſi uniuerſitatis homi-
nes, ſeu conſilium, quod totam refert uni-
uerſitatem, animo deliberato & præcedenti
conſilio, poſſeſſionem occupauerint: ſicque
deliquerint: ita in noſtris terminis hic Cy.
& Alber. col.3. & communem teſtatur Pa-
riſ. conſ.21. nu.30. lib.4. & Bart. d. §. nõ num
124 quam nu.9. qui in † homicidio commiſſo lo
quitur, & probat textus l. ſemper. §.2. ff. qđ
ui & clam, qui in occupatione poſſeſſionis
loquitur ſeu in impedimento præſtito, &
in caſu homicidij reſpondit Ang. conſ.165.
cum multitudo &c. ſic & in delicto turbatæ
poſſeſſionis concludit Afflict. Deciſione.
376. nu.1. in damno dato Dec. conſ.221. nu.
2. Rui. conſil.107. num.4. lib.5. Plotus in l. ſi
quando nu.832. C. unde ui, & alia ſimilia,
ſcribunt Fely. in cap. cum omnes nu.25. de
conſtit. in cap. dilectus il.2. n.6. de ſimo. Iaſ.
in l. Ciuitas nu.2.3. ſi certum peta. & Natta
con.83. nu.9. lib.1. Corne. conſil.224. num.
13. lib.4. ubi latè declarat, quæ debeant con
currere ut uniuerſitas teneatur. ſic etiam in-
125 telligitur ſtatutum Papię † 31. In criminali
bus. de pœna illius, qui uiolentiam alicui fe
cerit in eius poſſeſſione. Statuimus quod ſi
aliqua perſona, Communitas uel uniuerſi-
tas, cuiuſcunque ſtatus &c. nam illud ſtatu-
tum intelligitur quando uniuerſitas conſi-
lio congregato & animo deliberato illam
uiolentiam commiſerit, ex ſupra traditis, re
cipit ſtatutum illud, quas ſtatim referemus
extenſiones ac declarationes.

Extenditur primo procedere etiam qnã-
126 do ex facta occupatione † alterius poſſeſſio

nis per particulares, uniuerſitas illam ratam
habuerit, & ſi enim non preceſſerit congre
gatio conſilij, & deliberatio, attamen teneť
adhuc tota uniuerſitas, ſic Bar. d.§. nonnum
quam nu. 10. ex tex. in noſtr is terminis in
l.1.§.deijciſſe de ui & ui armata, & idem pla
cuit Iaſ.conſ.139.col.2.in prin. lib.4.& in d.
l.Ciuitas num.3.in fi.ſi certum petat. tradit
glo. ubi Bald. & Abb. in cap. cum dilectus.
de ord. cognit. Afflict.d. Deciſ. 376. nu.3.
Pariſ.conſ.21. num.32.lib.4

Extenditur 2.ut procedat etiam eo caſu,
127 quando ipſa uniuerſitas † per aliquod tem-
pus permāſiſſet in poſſeſſione illa ab altero
inuaſa, & occupata, nam cum hoc delictum
dicatur ſucceſſiuum, tenetur uniuerſitas, ēt
ſi congregato conſilio, & animo deliberato
eam poſſeſſionem non occupauerint, ita re
ſpondit Ancha.conſ. 139.col.1.uerſi.ſed his
non obſtantibus lib.4.Dec.conſil.667.in fi.
Afflict.Deciſ.376.nu.2. Fely.d.cap. dilectus
il.2.nu.8.de ſimo.Pariſ.conſil.74.nu.22.cōſ.
111.nu.72.lib.1. & hæc declaratio non dif-
fert propriè, & uerè a præcedenti, quia hæc
128 tolerantia † in actu ſucceſſiuo, dicitur quæ
dam ratificatio actus, ſic declarat Pariſ. cōſ.
21.nu.32.33.lib.4.& in noſtris terminis, quā
do res occupata peruenit ad uniuerſitatem,
reſpondit Aret. conſ.163.nu.18. uerſic.dico
pro concordia, citat huius ſententiæ Butriū
in cap.cum ad ſedem de reſti.ſpolia.ex quo
enim occupationis cōmodum peruenit ad
uniuerſitatem, dicitur ſuo nomine facta oc-
cupatio, ſic Aret.præcitato loco, & Iaſ.d.l.
Ciuitas nu.3.4.ſi certum peta.

129 Extenditur.3.quando † facta occupatio-
ne nomine uniuerſitatis, & uniuerſitas non
punit occupatorem cum poſſet, ſed eum to
lerat, nam per coniecturam conſtate dicitur
uniuerſitatem fuiſſe in cauſa illius occupa-
tionis, quare adhuc tenetur, ut colligitur
ex declaratione Fely.in d.cap.dilectus 2.nu.
9.de ſimo. ſed hæc uidentur aduerſari iis, q̃
tradit Aret.d.conſ.163.col.pen. poſt. Inno.
& alios, quos citat, ut etiam refert Natta cō
ſil.83.nu.10.lib.1.dum inquit, quod etiam ſi
uniuerſitas ſe læſam oſtendat, ob delictum
commiſſum ab altero ex uniuerſitatem, nō
teneri, niſi dicamus Aret. & Nattam, loqui
quando non concurrit illa cōiectura, quod
nomine uniuerſitatis geſtum illud ſit. quæ
ſanè extenſio egregia admodum eſt ad rela
tum Papienſe ſtatutum.

130 Quæro. 12. an hæc conſtitutio † locum
habeat contra eum, qui credens poſſidere
inuaſit & occupauit poſſeſſionem alterius:
& non habere locum cenſuit hic glo.ea ra-
tione: quia neminem ſua poſſeſſione priua-
re uoluit l.diuus.ff.de Sicar. quam ſententiā
probarunt Bar.hic.nu.16. Bal. col.2.uerſic.
7.quæritur.eum uiſus eſt ſequi Cornel. cōſ.
158.nu.6.li.4.Zaſius conſ.12.nu.111.li.1.ſen
ſit per tranſennam uno uerbo, Aegidius Boſ
ſius tract. cauſarum criminalium tit. de plu
ribus uiolentiis num.37.uerſic.uerum ſi, Sa-
ly. hic colum.3. uerſ. quæro undecimo, qui
131 ſubiicit hanc † credulitatem debuiſſe cauſa-
ri, ex iuſta & legitima cauſa, ut puta, ſi credi
di rem mihi a filio uel a ſeruo acquiſitam,
uel ſecundum Ripam in cap. ſæpe nu.95.in
fi.de reſtit.ſpolia.eo caſu, quando prælatus
occupat bona prælati uita functi, quæ igno
rabat a defuncto proprio nomine poſſeſſa.
nam ſtante dubio illo præſumitur potius il
132 lum Prælatum † eccleſiæ nomine poſſediſſe
ut puotè in dubio ex eccleſiæ bonis acquiſi
ta iuxta tex.in ca.1.12.q.3. Bal.in authen.li
centiam.C.de epiſco.& cler. Aret. conſ.31.
nu.6.Soc.Sen.conſ.91.col.3.lib.4.Neuiz.cōſ.
93.nu.26.Alcia.reſponſo.1.nu.2.& reſpon-
133 ſo. 18. ubi latè. hac ergo ratione † Prælati
ſucceſſor occupans poſſeſſionē, non incidit
in pœnam huius conſtitutionis, ſic Inno. in
cap.cum in officiis de teſta.& clarè Cardin.
conſil.79. Thema.tale &c. qua ratione in-
telligimus ſecundū gloſ.hic Bar. & cęteros
credulitatem hanc iuſtam eſſe debere circa
poſſeſſionem, ut credat occupans ſe poſſide
re & in ea eſſe, nō autem ſi ſciat alterū poſ
ſidere, ſed credat ſibi licere eam occupare,
tunc eum non excuſat credulitas, ſed incidit
in pœnam, ut probat tex.in §. pen. Inſt. ui
bono.rap.idem uoluit glo.in l.ſequitur.§.ſi
fundum & ibi Bar. de uſucap. cuius doctri-
nam cum non intellexiſſet Ripa.d.nu.95.in
fi. eum malè reprehendit. aliud enim eſt (ſi
gloſę hic credimus) credere ſe poſſidere, a-
liud credere ſibi licere auferre. Rurſus per-
pendendum eſt, quod reſpōdit Corn. d.cōſ.
134 158.nu.12.lib.4.hanc † cauſam non excuſa
re ipſo iure, ſed ope exceptionis.

135 Quæro 13.an hæc † conſtitutio locū ha-
beat contra eum qui reuertētem ad ſuā poſ
ſeſſionem nō admiſit: & habere locum, affir
mauit hic glo.in uerſ.decimo ſi poſſidentē,
quam uno uerbo probauit hic Bart. nume.

17.Bal.col.3.uerſ.decimo quęritur,Saly.col. 3.uerſ.13.quæro.& col.6. uerſ.ſecundo quæro Ripa in cap.ſępe.nu.79.de reſtitu.ſpolia. egregiè Zaſius.in.l.clàm poſſidere.§.qui ad nundinas nu.5.de adquir. poſſ.& late multis probat Corne conſ. 207.nu. 18.lib.2.& aliqua Aegidius Boſſius.Tract. cauſarũ criminalium tit. de pluribus uiolentijs. nu. 10.
136 11.illa adferri ſolet ratio, quia & † ui illud dicitur poſſeſſum, quod contra animum & uoluntatem poſſeſſoris occupatur, ſic Bar. in l.ſequitur.§.ſi fundum,de uſucap.quo loci plura citat exēpla, inter quæ hoc noſtrũ enumerat, ex.l.clàm poſſidere. §. ult de adquiren.poſſ.ſic dicimus illũ ſpoliare † poſſeſ-
137 ſorem ſua poſſeſſione,cum uenientem non admittit,quemadmodum is: qui eam ui ingreditur, ſic probat.l.fin.ubi Bar.ff.de præcario,& tradit Tiraq.de iure conſtituti prima parte.nu.69.ubi citat Afflict.decis.40.ad do eiuſdem ſentētiæ. Craue.conſ.107.nu.3. & Ruin. conſ.165.nu.4.lib.5.& Soc.Se.conſ. 122.nu.17.lib.4.D.Cephal.cōſ.47. nu.40.li. 1.hoc fortius locum haberet in ſtatuto,quo uis qualitercumq; commiſſa puniretur, ut
138 eſt ſtatutum. Papie.31.† in criminalibus de pœna illius,qui uim alicui fecerit in eius poſſeſſione, dum in textu ſic legitur : uel alio modo eidem de poſſeſſione uiolentiam cōmiſerit qualitercũq; uel, committi fecerit.
139 Quæro.14.an hæc conſtitutio † locum habeat contra eum,qui poſteaquam eſt ingreſſus poſſeſſionem,is antiquus poſſeſſor eſt ſuſpicatus ſe poſſe repelli : & habere locum affirmauit glo.hic,ex.l.1.§.ſiue autem,de ui & ui arma.&.l.ſed & ſi nolit de adquir. poſſeſs.Saly.uerò hic col.3.uerſ.quæro.14.aliter ſentiens,diſtinguit,aut is, qui eſt ingreſſus,credebat poſſeſſionem eſſe uacantem,& tunc non incidit in aliquam pœnam,ſed tantum poſſeſſionem reſtituere tenetur.l. ult. C. unde ui, aut non credebat uacantem , & tunc ſi is habet animũ decipiendi poſſeſſorem,etiam ſi reuerteretur ad poſſeſſionem, & tunc ſuſpicatus poſſe repelli ex ui & potentia ingreſſi , dicitur ui deiectus, attento utriuſque animo : ſicque locum habet interdictum unde ui,utile ſaltē ſecundum gloſam.& alios.in.d.l.1.§.ſiue autem.de ui & ui arma. & hoc caſu eſt etiam locus huic conſtitutioni noſtræ. aut is, qui occupauit non habuit animum decipiendi, ſed ſi ueniſſet ad poſſeſſionem, eum admiſiſſet:& hoc caſu : non eſt locus huic pœnæ, quia in hoc occupatore, nullus malus animus, nec dolus adeſt : ſed is qui eſt ſuſpicatus poſſe repelli,ſibi debet adſcribere & imputare, quæ ſatis uera arbitror.

140 Quæro.15.an hæc conſtitutio † locũ habeat contra magiſtratum, qui alterius poſſeſſionem occupauit: glo.hic concludit non habere locum, quam uno uerbo probauit Bar.num.17.Bal.col.4. uerſ.11.quæro.Saly. col.4.uerſ.quæro.15. quod intelligunt omnes cũ ordine iudiciario procedit. cuius rei ratio eſt,quia tunc non dicitur uis nec audacia,ſed iuſtitiæ adminiſtratio,& iuris execu-
141 tio cum autem † extra iudicialiter procedit,dicitur procedere ut priuatus & tunc locus erit huic conſtitu. cum tunc ab altero quouis priuato non differat.l.iniuriarum.§. 1.& l.nec magiſtratibus de iniurijs, & latè diximus ſupra in.8. remedio ex.l.meminerint.q.1.non repeto.
142 Quæro.16. an hæc conſtitutio † locũ habeat contra illum occupatorem, qui facta occupatione, pœnitentia ductus antequàm conueniatur,rem reſtituit:& habere locum cenſuit hic glo.in fi.uerſ.7.ex.l.qui ea mente ff.de furtis,eam probauit Saly. hic col. pen. uerſ.octauo.Ripa in.ca.ſæpe.nu.72. qui quidem Ripa intelligit omni in caſu etiā ſi dominus ſpoliatus recipiendo occupatam ſibi poſſeſſionem , non proteſtetur , quod eam recipit ſaluo iure pœne huius conſtitutionis quàm ſententiā multis ueram affirmare co-
143 natur. Primo, quia † in dubio non dicitur
144 facta remiſſio pœne.† l.penultima. ff.ui bo. rapto.l.qui ea.mente.ff.de furtis.uerũ poteſt reſponderi illa loqui,quoad pœnam,quæ furi & raptori ad communē Reipub.utilitatē infligitur,non quoad pœnam parti deferen-
145 dā,ut probat.† l.ſi cũ exceptione.§.1. quod metus cauſ.ut ipſemet Ripa hanc facit differentiam.d.nu.72.dum declarat textũ.l.1.C. quando ciuil. actio. crim. preiud. etſi dicat eſſe aduertendum,quia.d.l.ſi cum exceptione.§.1.loquitur in actione arbitraria, ut declarat ibi gloſ.& Bart.in.l.ſi inſulam.nu.15. de uerbo.ob.& in,d.l.qui ea mente.in fin.de furtis,quæ actio à noſtra multũ differre uidetur, dico non multum differre, cũ in hac ita primo agatur ad reſtitutionem rei propriæ deinde ad pœnam,ut fit in illa actione, quod metus cauſa:iuxta declaratione Ripæ in.l.ſi inſulam.nu.73.uerſ.nam in cæteris de

uerb.obliga.Non pariter hanc iuuat ſenten tiam,quod ſecundo loco inquit Ripa.d.cap.
146 ſæpe.nu.72.in † delictis quæ in faciendo con ſiſtunt non admitti moræ purgationem, ut docuit Bar.in.l. ſi inſulam.q.6. de uerb.obli. quia reſpondeo in caſu noſtro, hoc delictũ eſſe quid, quod habet actum ſucceſsiuum, quia occupans in poſſeſsione perſiſtit, quo
147 in caſu † moræ purgatio admittitur, ut decla rat ipſe Bar.d.l. ſi inſulam.q.6. eſt numero. 21.in fi.&.ibi Ripa.nu.95.uerſ.limitat Bart. quare pro Ripæ ſententia, olim fortius po ſtremo loco urgere conſiderabam,quod cũ
domino proprietatis deferri ex l. ſi de fun-
do de ui & ui arma. qui tñ textus, hãc gloſę
ſententiam non probat, cũ ibi uſusfructus,
ex acquiſitione & facto, cum ipſa proprieta
te ſit conſolidatus, quod nõ contingit hic.

Contrariam ſententiam probauit Barto.
hic in fine, adquiri ſcilicet illi poſſeſſori, cõ-
tra quem commiſſa eſt uiolẽtia, ea ratione
adducitur, quia contra dominum, nulla com
miſſa eſt uiolẽtia, nullumque delictum, pro-
pter quod uſumfructum lucrari debeat, qua
re poſſeſſori offenſo defertur, quam ratio-
nem probauit Saly. præcitato loco, qui & in
hanc ſentẽtiam citauit textum. l. neceſſario.
§. ult. de per. & commo. rei uend. & l. ſi po-
ſtulauerit. §. iubet. de adulte. & hanc opinio
nem ſecutus eſt Bald. hic colu. ult. uerſic. ha
beo uſumfructũ, inquitque ius uſusfructus
proprietario, commoditatem poſſeſſori,
contra quem uiolentia commiſſa eſt, acqui
243 ri, ex d. l. neceſſario. §. ult. cõmoditas † enim
non ius uſusfructus, & alienari, & perdi po-
teſt, etiam aduerſus proprietarii uoluntatẽ.
§. nam cedendo Inſt. de uſufructu, ubi om
nes, & latè Tiraq. de retractu conſan. §. 26.
glo. 1. num. 43. Crauet. conſil. 222. num. 8. in
fine. confirmatur Bal. ſententia, ex doctrina
Roma. quam refert Alexandr. in. l. ſi finita.
§. ſi de uectigalibus num. 51. prope prin. ff.
de damno infecto, dum quærit quomodo
244 † patris uſusfructus, quem habet in bonis
aduentitijs filij ex delicto publicetur, diſtin
guit Roma. aut delictum eſt tale, per quod
patet maximam, uel mediam capitis dimi
nut onem patitur, & tunc in totum patris
perſona extincta dicitur, quare & uſusfru-
ctus, ut extinctus, cum proprietate conſoli-
datur iuxta. l. corruptionem. C. de uſufructu
ſicque non publicatur, ſed ad filium reuerti
tur, aut delictum huiuſmodi non eſt, ut pa-
tris perſona in totum extinguatur & tunc
uſusfructus, ſeu commoditas extincta non
eſt, ſed ad Fiſci commodum publicatur. ſic
in caſu noſtro, cum hic inuaſor non aliam
pœnam ex forma huius conſtitutionis, quã
iuris ſui amiſſionem patiatur: defertur er-
go commoditas hæc uſusfructus, ei contra
quem eſt commiſſa uiolentia, isq; ea fruet
cõmoditate tã diù q̃ diù is fructuarius fuiſ-
ſet fruiturus, iuxta. l. uſufructus. ff. ſol. matri.
& idem conſuluit Cur. Iun. conſ. 4. num. 19.
in fine, confert tex. l. Statius. §. Cornel o Fœ
lici. ff. de Iure fiſci. in. l. peto. §. predium. de-
leg. 2. Alex. d. §. ſi de uectigalibus nume. 30.
ſimilem quæſtionem ſubiicio.

Quæro. 33. in caſu a præcedenti non lon
245 ge diſſimili, an ſcilicet hæc † conſtitutio, lo
cum habeat contra uaſſallum, qui feudum
ab alio poſſeſſum occupauit Cy. hic colum
penul. uerſi. ſi quæritur de ſeruitute poſt Ia
cobum de Arena, affirmauit habere locum,
quorum ſententiam affirmauit Bart. in. l. ſi
finita. §. ſi de uectigalibus nume. 3. uerſic. ſed
contra prædicta, & idem placuit Alex. eo lo
ci nume. 31. & ex facto interrogatus reſpon
dit. Cur. Iun. d. conſil. 4. num. 19. in fine, ea ra
tione adduci uidentur, quam in ſuperiore
quæſtione retulimus, hancque conſtitutio-
nem in feudalibus habere locũ, teſtatur Af-
flict. in cap. 1. §. ſi duos homines. nume. 58. de
pace tene. & eius uiolentia ex illo textu qui
dem diſponit refert tamen Iſerniæ eſſe hoc
in Regno Neapolit. correctum. Difficultas
246 omnis in eo uerſatur, † cui feudum hoc defe
ratur an domino, uel agnatis, uel potius uio
lentiam paſſo, Bart. in d. §. ſi de uectigalibus
nu. 3. affirmare uidetur deferri domino feu-
di, ſed Imol. in l. eorum, de dãno infecto ubi
Ang. & Alex. d. §. ſi de uectigalibus. num. 31.
Afflict. in d. §. ſi duo homines num. 8. in fi. &
Cur. Iun. d. conſil. 4. nume. 19. ſentire uiden-
tur eſſe deferendum uiolentiam paſſo: ut
horum ſententiæ concilientur, duos caſus di
ſtinguo, ut & in præcedenti quæſtione in fi-
ne cum Baldo diximus.

247 Primus eſt caſus, cum de † iure ipſo feudi
agitur, quod uere domino feudi deferri, ex
rationibus a Bar. relatis opinor, & ea preſer
248 tim quia ius † hoc perſonale & a ſua cauſa in
ſeparabile eſſe dicitur, ut de iure uſusfructus
dicebat Bald. in præcedenti quæſtione rela-
tus, & hanc ſententiam Bart. probauit conſi
lium Neapolitanũ, ut refert Afflictus Deci-
ſione 282. nu. 14. Rui. conſ. 70. nume. 9. lib. 5.
Aret. conſ. 10. num. 1. Dec. conſ. 442. num. 29.
30. Boe. q. 264. nu. 9. Alcia. reſponſo. 34. nu.
4. Collegium Piſanum inter cõſilia crimina
249 lia diuerſorum conſ. 104. in fin. Iulius † Cla-
rius

rius Mediolani nūc Rèdditnū meritiſſimus
Præſes lib. 4. ſententiarum. §. feudum. q. 84.
Ioannes Cephalus mihi compater, & præce
ptor colendiſſimus conſi. 29. num. 13. uaſſal
250 lus † enim delinquendo non amittit feudum
ad detrimentum domini, ſicque nec Fiſco de
fertur, ut in noſtris terminis hanc ſententi-
am uiſus eſt affirmare Carolus Molinæ. in
conſuetud. Pariſienſ. titu. 1. §. 2. glo. 4. nume.
21. & latius. d. titulo. 1. §. 30. numer. 65. Idem
procederet, quando plures eſſent in ſolidū
uaſſalli, quia portio delinquentis, non fiſco,
uel alteri ſed alijs conuaſallis defertur. Go-
za. cōſil. 84. n. 16. 17. declarat Cur. Sen. cōſil.
50. col. 70. late Iul. Clarus. d. §. feudū. q. 66.
Declaratur hic caſus, Primo non proce-
251 dere † in hac patria Pedemontium & Sabau
diæ, in quibus feuda ſunt redacta inſtar pa-
trimoniorum, quo caſu uiolentiam paſſo de
ferri poſſunt, quemadmodum aliàs poſſunt
ob delictum confiſcari, ut clare tradit Neui-
252 zan. conſil. 68. numero. 41. quæ enim † aliena
ri & in extraneum ſucceſſorem tranſire poſ
ſunt ſic ob delictum fiſco deferri concedi-
tur, ut probat Bart. d. §. ſi de uectigalibus, &
alios citat Neuiz. d. numero. 41. addo Boe-
rium. q. 264. nume. 8. 9. qui in Gallia ſic ſer-
uari teſtatur & ea ratione adducitur quoni-
am in regionibus illis feuda patrimonij in-
ſtar redacta ſunt, quod & affirmant idē Boe.
q. 123. numero. 2. q. 202. in fine Dec. conſ.
680. nume. 8. D. Cephalus conſil. 1. num. 67.
Crauet. conſil. 303. nu. 4. Chaſſa. conſil. 8. nu.
17. conſ. 19. num. 11. conſ. 66. nume. 1. Gram-
ma. Decis. 103. nu. 127. Carol. Molinę. in con
ſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. nu. 62. Tiraq.
de retractu conſang. §. 1. glo. 3. nu. 12. Pariſ.
conſ. 13. nu. 23. lib. 1. ſed quidquid ſit in alijs
regionibus, non arbitror uerum in his re-
gionibus Pedemontium, & Sabaudiæ eſſe
feuda inſtar patrimoniorum, nam decre
tum a quo ſumptum eſt pręſuppoſitum hoc
253 illud affirmare non uidetur. Eſt enim † de-
cretum Sereniſſimæ Ducis Yolant, editum
anno 1475. quo ſola feudorum alienatio, ob
caſum urgentis neceſſitatis conceſſa eſt, ut
decreti uerba oſtendunt, etiam ad ſubueni
endum alijs quibuſcunque neceſſitatibus ſu
is, & ita ex facto interrogatus in alienatio-
ne feudi comitatus Plozaſchi reſpondit Ne
uizanus conſil. 10. numero. 10. qui affirmat
caſum neceſſitatis probandum eſſe, quod o-
pus nō eſſet quādo feuda eſſent inſtar patri
monij, ut enim rei domino adhibitum alie-
nare licet rem propriam, ſic liceret & feudū
diſtrahere, Nec faciunt difficultatem illa
254 uerba † Decreti, ibi aut alijs debitis ſuis per
ſoluendis &c. quæ uerba intelligi uidentur
de alijs debitis uoluntarijs, cum præſertim
ſubijciātur uerba illa, Etiā ad ſubueniendū
255 &c. quæ dictio † etiam ſui natura eſt impli
catiua & implicare dicitur caſum minus du
bitabilem, ut tradit Dec. in l. qui ſe patris n.
11. C. unde liberi: ut ergo ſecūdus caſus ſit
minus dubitabilis intelligitur, (ut etiam uer
ba ſonant) qn̄ urget neceſſitas, & primus ca
ſus quando nulla ſubeſt, uerum (ut dixi) non
faciunt difficultatem hæc uerba, quia ſem-
per intelliguntur de debito & cauſa omni-
no neceſſaria, nam ſic legitur, Etiam ad ſub
ueniendum alijs quibuſcunque neceſſitati-
256 bus: nam dictio † alijs ſimilitudinem oſten-
dit glo. in l. ſi fugitiui, ubi Dec. nu. 34. C. de
ſer. fugit. & in l. quicunque ſecunda lectura
in fine. C. qui admitti, Ruin. conſil. 73. nu. 19.
Calca. cōſi. 14. nu. 2. Gomes. §. ſed iſte nu. 17.
Inſt. de actio. Gramma. Deciſione. 59. num.
14. Soc. Iun. conſil. 160. nu. 13. lib. 2. ut ergo
referant hæc uerba caſum ſimilem, eſt dicen-
dum caſum præcedētem eſſe neceſſitatis, ac
cedit quod dictio alius iuncta uerbo uniuer-
ſali ampliat diſpoſitionem, ſic Dec. d. l. ſi fu-
gitiui. nu. 34. & cōfirmat, quia & dictio etiā
dicitur ampliare, ut tradit gl. in Clem. unica
de ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuū,
cum alijs relatis a Crauet. conſil. 294. nu. 7.
uerſic. ſeptimo pondero, inquit .n. implica-
re maiora expreſſis, ſic & clare Alcia. reſpō
ſo. 113. numer. 5. addo Decium cōſil. 466. nu.
17. conſi. 542. numer. 7. uerſicul. ſecundo re
ſpondetur, ſi ergo ampliat, ſi includit caſum
magis dubitabilem, eſt dicendum illa uerba,
aut alijs, ſuis debitis &c. eſſe intelligenda
de debitis neceſſarijs, aliàs ſi intelligeretur
de uoluntarijs, uerba quæ ſequūtur, non am
pliarent, quæ declaratio clarior redditur, ex
257 uerbis † alterius decreti, editi a Sereniſſima
Duce Blanca anno. 1491. ubi relato illo de-
creto anni. 1475. ſubdit in hæc uerba. Nos
itaque attēdentes, quod præmiſſum decretū
fuit conceſſum propter conſtitutionem do-
tium, & debita neceſſaria perſoluēda &c. &
hanc interpretationem intelligo, hactenus
fuiſſe obſeruatā, ex quibus ceſſant relatę cō
ſiderationes, dū hæc ſcripſiſſem, noſtris que
his commētarijs extremā iam admouiſſem

manum,in lucem,prodiít Delphicum unum
clariſſimi Aymonis Crauettę Colendiſſimi
Compatris mei reſponſum, pro Genero in
ſcriptum quod, ut tamquam ſumma dignū
admiratione,ab omnibus ſuſcipiendum eſt,
ſic ualidiſſimis rationibus hãc noſtram pro-
bat interpretationem,& cum nonnulla,& a
nobis iam excogitata retulerit,pretium o-
perę non eſſe duxi,ea hic recenſere:beneuo
lum ergo lectorem ad illud reiiciam,erunt-
que maxime perpendenda, quæ in eo reſpō
ſo nu.45. & deinde nu.67.ad nu.uſq;.112.cō
ſcripta ſunt,quid in arduo illo negotio futu
rum ſit,bene pro Illuſtri. Hectore Rubeo,
& ex comitibus Plozaſchi, Clariſſimi Ay-
monis Genero ſperandum eſt, cum ſub æ-
quiſſimis doctiſſimiſque iudicibus lis ſit.

258 Declaratur ſecūdò hic primus caſus † quā
do is uiolentiam paſſus,eſſet feudi conſoci-
us,nā tūc illi ſpoliatoris, occupatoriſq; por
tio,non feudi domino accreſcit, ſic teſtatur
ſe conſuluiſſe Andreas Pomates in additio.
ad Bartolum in d.§.ſi de uectigalibus nu. 3.
in appoſtilla,quæ incipit; ſed contra, ea ra-
tione ſola adducitur,quod cum hic uiolen-
tiam paſſus, extraneus non ſit, impedimen-
to nihil eſſe,quin in eum feudū tranſire poſ
ſit:nam uidemus,quod licet uaſſallus prohi
259 beatur,alienare feudum, non tamen † pro-
hiberi alienare in Inueſtitura comprehenſo
Iſern.in c.1.§.1.per quos fiat Inueſt. in ca.1.
de alienat.feudi,ex illo tex.late Carol.Mo-
linę. in conſuetud.Pariſ.titulo.1.§.13.glo.6
num.5.addo præter eum Crauet.conſ. 303.
num.4.Brunum con.38.num.1.2.conſ.44.in
fine Paris.conſ.2.num.40.& conſ.3. numer.
23.Rui.tamen conſil.8.numer.11.lib.1.intel
ligit uiuente alienante, non poſt mortem,
quoniam tunc re ipſa non tenet alienatio,
ſed à proximioribus reuocari poteſt, quod
nunc non executio.

260 Secundus eſt caſus,†cum de ſola commo-
ditate,quæ ex ipſo feudo prouenit, agitur.
& hæc uiolentiam paſſo cōceditur, ut ſupra
in quæſtione præcedenti, de commoditate
uſusfructus diximus, & in noſtris terminis
tradit Imola.d.l.eorum de damno infecto,
ſentit Bar.d.§.ſi de uectigalibus nu.5. poteſt
261 enim † uaſſallus feudi commoditatem di-
ſtrahere,ut tradunt omnes in l. ſi domus. §.
ſi.de lega.1.communem teſtatur Rui. conſ.
176.nu.13.lib.1.& alia reſponſa Rui.citat &
probat Rolan.a Valle conſil.80.num.35.la-
te Iulius clarus lib.4.ſenten.§.feudum.q.31.
uerſ.ſucceſſiue.quare & in cauſam iudicati
262 †commoditas feudi cōcedi poteſt.late Bru.
conſil.37.clare Rui.con.70.in fi.li.5. qui cla
263 re affirmat, uenire † & in confiſcationem
bonorum,quod poſtremum iam affirmauit
& Aret.conſi.10.col.pen.uerſic.ſecundo di-
co.Rubeus conſi.164.in fi.ſimilia quam plu
rima,retulit Tiraq.de retractu conſangu.§.
1.glo.7.nu.47.48.49.is ergo uiolentiam paſ
ſus,tam diu ea fruetur commoditate,quam
diu fruiturus fuiſſet uaſſallus,iuxta relata ſu
pra in precedenti quęſtione in fin. & tradit
Alex.in d.§.ſi de uectigalibus.nu.30. & cla-
re Cur.Iun.conſi.4.nu.19.in fin. ubi à for-
tiori uult procedere, quādo à principio feu
dum eſſet conceſſum,ut in alium poſſit alie
nari. cętera,quæ rem hanc feudalem attin-
gunt,ex induſtria omitto.

264 Quæro 34. an hæc conſtitutio † locum
etiam habeat contra eum, qui non ui, ſed
clam eſt ingreſſus alterius poſſeſſionem: &
locum habere cenſuit hic glo.quam ſimpli-
citer probauit Bar.nu.17.Saly.col.6.uerſi.2.
quero quid ſi,quod intelligo ſecundum Cy.
& alios,ſi poſtea uenientē non admiſit,quia
tunc dicitur eum ſpoliare, ut iam diximus
ſupra.q.13.intelligit præterea Saly.d.uerſic.
ſecundo quæro,quando is ſpoliatus non ue
nit ad poſſeſſionem, eo quia eſt ſuſpicatus
ab ipſo occupatore poſſe repelli,ut late de-
clarauimus ſupra.q.14.

265 Quæro 35.an hæc conſtitutio†locum ha-
beat contra eum,qui occupauit mobilia,et
habere locum affirmauit hic gloſ. & ſecuti
ſunt eam omnes Saly.col.4.uerſi.circa quas
&c.Ripa.in cap.ſępe.nu.98.de reſtitu.ſpo-
lia.ex tex.§.ſed ne dum talia inſt. ui bonor.
rapto.ex quibus ſatis intelligimus extendi
interdictum unde ui, cū antiquitus pro poſ-
ſeſſione rei mobilis conceſſum non fuerit.l.
1.§.illud itaq; de ui & ui arma. & ſuo loco
266 diximus,ex Statuto quoq; † Montis regalis
ſub rubr. de eiectione poſſeſſionis colla. 3.
idem eſt cautum. ſtatutum autem Papiæ.31
267 in criminalibus † de pœna illius,qui uim ali
cui fecerit in eius poſſeſſione hoc in caſu
non habet locum, quia ſolum diſponit in
occupatore rei immobilis.

268 Quæro 36.an hæc conſtitutio † locū ha-
beat contra occupantē bona incorporalia:
glo.hic, directe non habere locum cenſuit,
eam probarunt hic Bar.num.19.Saly.col.4.

uerſ.ſecundo in pro iuribus,Bal.col.4.uerſi. quæro ſi quis expellat Albe.hic col.3.& ſupra eo.tit.in rub.ea ratione, quia incorpora
269 lia † nõ dicunt poſſideri.l.ſeruus.§.incorporales de adquir. rerum dom.l.ſequitur. §. ſi uiam de uſucap.quare mero iure hoc poſſeſſorio interdicto agi non poteſt.uerum,quia iniquum erat priuatum aliquo non ſuccurri remedio, quo etiam poſſeſſionem ſeu quaſi
270 poſſet recuperare,conceſſum illi fuit † inter dictum utile,ut ſecundum.gl.& cæteros probare uidetur. l.quoties,quę eſt pen.ff.de ſeruit.l.ſicuti.§. ſed & interdictum. ff.ſi ſeruit. uend.Bartol.in.l.3.§.unde ui num.3.de ui & ui.arma.quo loci reiicit Azonis ſententiam aliter ſentientis,ſenſit hic Albe.col.3.ea ratione,quia ſeruitutes & ſimilia, quaſi poſſidentur. l. 1. ff. communia prædiorum. d. l. pen.ff.de ſerui.ubi gloſ. & latè ſupra retulimus in primo remed.ex interdicto unde ui. q.8.& praxim docuit hic Saly.col.4.uerſ.ſed
271 tunc quæro, Statuto autem Papiæ. † 31. in criminalibus de pœna illius, qui uim alicui fecerit in eius poſſeſſione, expreſſe concedi tur,agi poſſe contra occupatorem rei incorporalis ſeruitutis & ſimilium, ut ſunt clara illius uerba,ibi,eodem modo fiãt proceſſus condemnatio & punitio cõtra illos, qui uiolentiam occupationem uel turbationem fecerint uel fieri fecerint alicui in poſſeſſione, uel quaſi iure alicuius ſeruitutis, uel ductus uiæ,ductus aquæ,uel alicuius alterius ſeruitutis &c.

Declaratur primò non procedere in eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris incorpo
272 ralis,& in ea ſe tueri conatur † nã & ſi uim faciat, nõ tamen aduerſariũ ſpoliare dicitur quare nec in pœnam incidit,ſic declarat Ripa in terminis noſtris in cap.cum eccleſia Sutrina nu.106. de cauſa poſſeſſio. & proprie. rurſus,quod iam dixi de remedio utili,intelligitur niſi is ſpoliatus rem corporaliter ratione ſui iuris poſſideret, ut in emphyteota & fructuario Saly.hic col.4.uerſ.quatto quęro,& aliàs ſupra diximus in primo remedio ex interdicto unde ui.q.5.in fi.ſic & relatum ſtatutum Papiæ 31.declarari poteſt.
273 Quæro.37 an hæc conſtitutio † locũ habeat pro clerico,contra eũ, qui ius ſuæ præbendæ occupauit:& habere locũ cẽſuit glo. hic quam ſecuti ſunt Bal.col.4.uerſ.tertio in emphiteoſi,Saly. col.4.uerſ.3.quæro. Ripa. d.ca.ſæpe.nu.68.uerſ.item dubitatur,ex ca. eum qui de præbẽd.in. 6.& in cap. placuit. 16. q. 6. cuius rei ratio adferri illa poteſt,
274 quia hic clericus † in ſua præbenda fructuario æquiparatur, ca.literas.ubi Inno.de proba.ut ergo fructua.cõceditur, ſic & clerico.

Extenditur relata concluſio procedere
275 etiam eo caſu,† cum beneficium aliàs ſibi à Põtifice maximo reſeruatũ occupauit,nã et ſi reſeruationis Decretũ inficiat nõ modo titulũ ſed & poſſesſionẽ ex latere poſſidentis ut nec eo caſu,is ſpoliatus ſit antè oia reſtituẽdus,ut latisſimè infrà in.15. remedio recup.poſſesſionis ex.ca.reintegrãda 3.q.1.dicemus in quæſtione.33.attamẽ,quo ad eum qui uiolẽter noſtro hoc caſu occupauit, is huius cõſtitutionis pœnã nõ effugit, ut poſt Rotã.q.16.in fi.affirmauit Rip.d.ca.ſæpe.n. 68.in fi. hinc cenſuit Bero. in cap. in literis. nu.88.de reſtit.ſpo. citando Rotã ut ſupra,
276 † reſeruationem non uitiare poſſesſionem, quoad tertium extraneum occupantem, quod an ſit uerum ſuo loco planius fiet.
277 Quæro 38.an hæc cõſtitutio † locum habeat contra clericum,qui beneficij poſſesſionem ſine executorialibus apprehendit,cum ſcilicet illa poſſesſio adhuc uacat: & non habere locum cenſuit Ripa.in.d.cap.ſæpe. nu. 69.de reſt.ſpolia.poſt Abba.in cap.tranſmiſſa.de electio. ea adducitur ratione, quia in
278 beneficijs collatiuis † tãtum operatur collatio quantũ in electiuis electio.Abbas in cap. dudum col.3.de electio.in cap. cum olim de
279 cauſ.poſſ.& proprie,ſed electus † poteſt poſſesſionem propria authoritate aprehẽdere abſq; periculo amisſionis ſui iuris,cap.auaritiæ de elect.in.6. ergo idem ille cui eſt facta collatio,ſimilem quæſtionẽ referemus infra 13.remedio ex.l.ult.C.unde ui.q.12.interim erit,quod animaduertat diligens lector Ripa d.cap.ſæpe.nu.69. affirmare,hac de re ſe interrogatum quandoq; reſpondiſſe, ut forte eſt reſponſum in lib.2. reſponſorum cap. 31.attamen ibi Ripa affirmat Inno. & aliorum ſententiam, qua noſtra hæc nititur, ueram non eſſe eamq; deinde ſuam conſultationem alijs firmauit fundamentis, que referre præſentis non eſt inſtituti.
280 Declaratur non pocedere † quando altero quoque modo eſſet in poſſesſione.d.beneficij,quod uere uacat, ſic Ripa.d.cap. 31. capella Toloſa.q.443.ubi Auffrerius declarat,Didacus lib.3.uaria.reſolu.cap.16.nu.6. Rebuffus in Praxi beneficio.in tit.requiſita

in literis collatio.nu.24.& alios citat Dida-
cus.d. cap.16.nu.6. non inſiſto.
281 Quæro 39.an hæc conſtitutio † locum ha
beat contra eum,qui occupauit equum alie
num in paſcuis ſoliuagum,quã quæſtionem
mouet hic gloſ.Bart.nu.22. Bal.col.4.uerſ.
5. alia Saly.col.5.uerſ. octauo quæro Ripa.
d.cap. ſæpe nu.70.quorum ſententia,ut cla-
rior reddatur, plures diſtinguo caſus .pri-
282 mus eſt, cum quis æquum † alienum in ſuis
paſcuis depræhẽſum ob damnum ab illo da
tum retinet hoc caſu huic conſtitutioni lo-
cus non eſt ea ratione,quia iuſta eſt hæc de
tentionis cauſa,donec emẽdetur damnum,
ut tradit ſecundum Ripam qui ſuprà Gand.
in tract. maleficio.ſub rub. de pœnis col. 3.
Bar.in l. hoc amplius.§.de his nu.3.de dam.
infecto, & latè declarando tradit Capicius
Neap. Deciſ.45. & Io.Petrus Ferrarius uul
gò dictus practicus Papien.in forma inquiſi
tionis in uerbo.contractando nu. 4. Plotus
in.l.ſi quando nu.874. C.unde ui.
283 Secũdus eſt caſus,cum quis † aberrantem
equum occupat, nec hoc caſu eſt locus ali-
cui pœnæ ſecundum Ripã, ea ratione quia
deſiit poſſeſſio apud primum poſſeſſorem
eſſe l. 3.§. Nerua. de adquir.poſſ. & hoc eſt
quod ſenſiſſe uidetur Bar.dum dixit eſſe lo-
cum conſtitutioni d.l. fi. C.unde ui, cũ equi
poſſeſſio uacans eſſet.
Tertius eſt caſus,cum quis equum alienũ
in paſcuis cõmunibus,uel domini equi, oc-
cupauit, tunc in huius conſtitutionis pœnã
occupatorem incidiſſe credimus.ſecundum
glo.Bar.& alios, ut per Ripam præcitato lo
co,ea ratione quia perpendere debuit occu
pator:quòd ſi dominus præſens fuiſſet equũ
occupari paſſus non fuiſſet: quare uis quæ-
dam committi dicitur,uerum Oldra.Alber.
& Saly.hic & forte cæteri omnes, ut refert
Ripa qui ſuprà dum contrariam ſententiam
tuentur,inquiunt nullam uim hoc caſu cõ-
mitti,quare ceſſare huius conſtitutionis pę
nam quod uerum eſſe intelligo, niſi is occu
pator domino repetenti non reſtituat,nam
tunc dicitur uim committere,ut diximus ſu
pra.q.13.in eo qui clam alterius poſſeſſionẽ
occupauit ſi reuertentem non admittit, eũ
ſpoliare dicitur.
284 Quæro 40. an hæc conſtitutio † locum
habeat cõtra eum qui ſeruũ ſuum Chriſtia
num Iudęi poſſeſſoris manibus eripuit, ut
ipſi Iudęo acquiratur,deinde ſeruus,& non
eſſe locum affirmarunt hic gloſ. Bald. in fi.
Saly.col.pen.uerſ.5.ſi Iudæus &c. ea conlu-
285 denti ratione,quia nõ poteſt † Iudæus man
cipium Chriſtianũ poſſidere l.1. C.ne Chri
ſtianum mancip.&c.dum indicta graui pœ-
na prohibentur Iudæi quoquo titulo manci
pium Chriſtianum poſſidere. egregie ta-
men hinc ſuboritur dubitatio, an ſaltẽ huic
286 † Iudęo ſoluenda ſit ſerui æſtimatio,& for-
tè dicendum uidebatur ſoluẽdam eſſe, ut in
ſimili uidemus quod licet forẽſis prohibea-
tur ex lege municipali, ut Papiæ in ſtatutis
ciuilibus,ſub Rub.de rebus immobilibus nõ
alienandis in non ſubditũ,licet ergo foren-
287 ſes † immobilia non poſſint acquirere, con
ſequi tñ æſtimationem poſſunt,ut affirmãt
omnes in.l.apud Iulianum.§.conſtat.ibi Iaſ.
nu. 34.teſtatur communem de l.1.& idem
cenſuere Corſetus ſing.in uerb.Mendicãtes
in princip.licet fratres.Dec.conſ.559.nu.4.
Cur.Iun.conſ.21.nu.4.& latè idem conſ.30.
nu.3.4.5.ubi plura adfert ſimilia, & in conſ.
105.nu.5.Pariſ.conſ.7.nu.15.lib.1.Rui.cõſ.
130.in fi. lib.1.& conſ.139.in fi.lib.4. Plot.
inter conſ. Crimi. diuerſo.conſ. 108.nu.31.
32.& ſi non defuerint qui aliter ſenſerint,
ut retulit Iaſ.d.§.conſtant.num.32.33.addo
Roma.conſ.509.3. dubio, accedit præterea
288 † Iudæos humaniter fouendo eſſe ut latè
ſcribunt Ripa.in l.ſi inſulam num.10. 21. de
uerbo.oblig.& Soc.Sen.conſ.62. col.4.uerſ.
289 primo dico.lib.1.immo † cum ex eorũ lege
caſus aliquis non reperitur deciſus iure no-
ſtro utuntur,ut reſpondit Calder. conſ. 30.
& eum eſt ſecutus Picus in l. Titia. §. Titia
cum nuberet.q.20.num.80.81.de leg.2.quo
290 loci affirmat illa † conſuetudinem Bulgari,
quod uxor conſtituta domina & maſſaria
omnium & quoruncunq; bonorũ,ſtantibus
filijs,intelligi habere ſolum alimenta etiam
locum in diſpoſitione Iudæi ſibi uendicare
quod probauit & Cora.li.5.miſcella.iuris
291 cap.16.in fi. imo Picus.d.q.20. affirmat † Iu
dęos cenſeri de populo,& ſtatutorũ Ciuita
tis cõmodo frui poſſe,quod placuit & Mar-
ſil. ſing.540. latiſſimè Paris.conſ.2.col.1.2.
lib.4.extatq; decretũ antiquũ in hac patria,
lib.1.decretorum ſub Rub. Iudęi ſubijciunt
criminaliter & ciuiliter &c.& in noſtris fe-
rè terminis Gomes.§.ex maleficiis num.23.
uerſ. ſed iſtis non obſtantibus Inſt.de actio.
& alia nonnulla,q̃ ad rem hanc noſtram cõ
ferunt doctè & egregiè latèq; cõgeſſit con

fultiſſ. uir Rola. a Valle, in reſponſis hoc
anno. 1565. editis quę die 14. huius menſis
Aprilis, dum hæc commentaria noſtra ſub
prelo eſſent in manus inciderunt,is inquam
in conſ.35.& & idem quod Calder. d. conſ.
30.eum citãdo docuit Natta in repet. l. hac
conſultiſſima.§.ex imperfecto nu.60. C. de
292 teſta. quo loci affirmat † Iudeum poſſe ea
diſpoſitione uti teſtando inter liberos &
ideo conceſſa immunitate populo,uel ſaluo
conductu aliquibus cõprehendit & Iudeos,
latè Marſil.d.ſing. 540. uerũ quo ad caſum
noſtrum,cõtrarium uerius exiſtimo Iudeũ,
nec æſtimationem conſequi poſſe,ea ratio-
ne adducor,ꝙ delinquere dicitur Iudæus, ſi
mancipium Chriſtianum poſſideat ut cla-
rè probat.d.l.1.C.ne Chriſtianũ.mãcip.&c.
qua pœna grauiſſima is plectitur, ſic fit ut
æſtimationem & pretiũ conſequi non poſ-
ſit,ut tradit glo.in.l.ſed ſi res de leg.1.quam
legit Iaſ. cum.d.§.conſtat,& licet exemplũ
gloſæ ibi quo ad tex.ſit ineptum ut animad
uertunt oẽs,in ſe tamen eſt uerum & ibi in
ter.citatur d.l.unica.C. ne Chriſtianũ man-
cip.&c. & latè ibi Iaſ.in.d.§.conſtat.nu.28.
& clariſsimè Alcia.reſponſo.479.nu.41.qui
293 declarando ſtatutum,quo † forenſes immo
bilia acquirere non poſſunt inquit,nec æſti-
mationem conſequi poſſe quando ſtatutum
reſiſteret in perſonam citat.d.l. unicam. C.
ne Chriſtianum mancip. ex quibus ceſſant
quę ſupra in oppoſitum ſunt adducta , quæ
eo caſu procedunt.quando nulla lex expreſ
ſe reſiſtit,quod fortius procedit in hac Pe-
294 demõtium Regione † ubi decreto antiquo
cauetur in lib. 1. ſub Rubr. nullus Chri-
ſtianus Iudęis in habitando ſeruire præſu-
mat &c. nec etiam licere Chriſtiano Iudæis
ſeruire conducta mercede.

295 Quæro 41.an hæc conſtitutio † locũ ha-
beat pro fructuario uiolenter ſpoliato, &
habere locũ affirmauit hic glo.quam ceteri
ſunt ſecuti ut tradit hic Saly. col. 4. uerſ. 4.
quæro quid &c.ea ratione quia hæc conſti-
tutio eſt inducta ad formam & modum in-
terdicti unde ui,quod cõceditur fructuario
deiecto.l.3.§.unde ui &c.§.uſusfructus de ui
& ui arma. cuius deinde rei praxin docuit
Saly.qui ſuprà,uerum in eo non leuis eſt dif
296 ficultas,cui detur hæc actio, an † proprieta
rio uel uſufructuario cũ poſſeſſio utriuſque
cauſam attingat,glo.hic diſtinguit,aut is oc
cupator exiſtimauit ſolum illum a ſe deie-
ctum,ius in re habere, tunc utriq; tenetur,
quia deijciendo unum utrunque deijcere ui
detur, & utriuſque cauſam attingit. l. ſi de
fundo, de ui & ui arma. & ab hac ſententia
non receſſit Saly.hic col.6.uerſic. ſecundo
quæro, & probare uidetur tex.l.3.§.quod ſi
ſeruus de adquiren.poſſeſſ.

Contrariam tamẽ ſententiam probauit
glo.in l.1.ff.uſufr.quemad.cau.in glo.ult. &
glo.in l.3.§. ulti. frui. de ui & ui arma. dum
affirmat quod deiecto fructuario,non cen-
ſeri deiectum proprietarium & cõtra , quia
cauſa unius non attingit cauſam & poſſeſ-
ſionem alterius, & hanc ſentẽtiam uiſi ſunt
ſequi Bar.hic n.32.Bal.col.ult.in prin. Ang.
col. pen. quam rationem euertit Saly. dum
docuit ita demum procedere quando occu-
pator uere ſciuit deiectum habere ſolũ , uel
proprietatem,uel uſumfructũ, ſecus noſtro
caſu,qñ credebat utrunq; apud eum eſſe,nã
occupatoris animus fuit utrunq; occupare,
& in utroq; delinquere,ſed ut dicam quod
ſentio, magis placet poſterior hęc ſentẽtia
Bar.& aliorum quę crebrior uidetur nã cũ
noſtra conſtitutio eũ puniat,qui re ipſa per
297 uim † occupat,nõ habebit locum contra eũ
qui uerè non deijcit, ſed deijcere opinatur,
alias animũ,non effectũ puniret, quare cor
ruit ſecundum membrũ diſtinctionis gloſæ
noſtræ hic, ideoq; dico uerè concedi uſufru
ctuario,qui poſſidet, ob id ſi daretur caſus,
298 ut is,qui eſt in poſſeſſione,† non ſibi,ſed al-
teri poſſideret,illi concederetur hoc reme-
dium,cuius nomine poſſidetur,iuxta.l.pere
gre.§. quibus,de adquir.poſſeſſ. & declarat
hic Bar.nu.32. & ita intelligitur tex. d. l. 3.
§.quod ſi ſeruus de adquir.poſſ.

299 Quæro 42.an hæc conſtitutio † locũ ha-
beat contra heredes deijcientis, & non dari
glo.hic affirmauit,eam ſunt ſecuti Saly.col.
pen. uerſ.6.an detur &c. & cęteri, ea ratio-
ne quia pœnalis eſt.quare nõ tranſit, quod
non procedit inquantum ad eos peruenit.l.
1.§.hoc interdictum.§. ult.de ui & ui arma.
§.non autem inſt.de perpe. & tempo.actio.
& alia ſcripſimus ſuprà in primo remedio
ex interdicto unde ui.q.13.& 14.

300 Quęro 43.an hęc conſtitutio † concedat
actionem hanc ſeruo contra dominum, qui
eum in libertatẽ ſeſe uendicantẽ occupauit,
& non habere locum cenſuit hic glo.quam
latè probauit Saly. col. pen. uerſic.11.ſi ſer-
uum,ea ratione prima , quia prouidet hæc

conſtitutio poſſeſſori,at ſe ipſum non poſſi
det ſeruus,ergo ceſſat in eo actio , qua ceſ-
ſante priuatio ſequi non poteſt, quæ non ni
ſi per ſententiam fit,ad quam ut deueniatur
intendenda actio eſt , quæ a ſeruo proponi
non poteſt,cum domino tantum concedatur:
ne ergo actio & paſſio in eodem ſubiecto
uerſetur contra tex.l.Vranius de fideiuſſ. cũ
ſimil.eſt dicendum illi locum non eſſe.

Declaratur h[?]c concluſio.ut non proce-
301 dat qñ is ſeruus † iam in quaſi poſſeſſione li
bertatis cõſtitutus eſt, ut placuit Iac.de Are
na relato a Saly. præcitato loco , & illi ſub-
302 ſcribo,eum & ſeruo † pro libertate defendẽ
da conſequendaque concedatur actio.l.4.§.
ſuis nummis.ff.de manumiſſ. l. uix certis. ff.
303 de iudicijs.nec ad rẽ facit quod inquit † Sa-
ly. qui ſupra in caſibus d.l.4. & d.l.uix, illud
contingere,ob iuſtam æquitatis cauſam,ob
quam actio ibi ſeruo datur,nam ibi libertas
& per conſequens ęquitas a facto extrinſe-
co cauſatur,quod noſtro hoc caſu non con
tingit,& ita ceſſat æquitas,eſt enim hæc cõ
ſideratio leuis , cum & in caſu noſtro ſubſit
æquitas, ut ſuam, in qua reperitur, tueatur
quaſi poſſeſſionem, eſtque iniquum,domi-
num ſua manu ſibi iuſdicere , Nec hanc ue-
ram ſententiam euertunt rationes gloſ.&
Saly. hic, qui aliter ſentiunt nam dum pri-
mo loco dicunt, ſeruum ſe ipſum non poſſi
dere,cõcedo,ſed dico non ſe ipſum hic poſ-
ſidere ſed quaſi poſſeſſionem ſuæ libertatis.
Nec urget ſecunda ratio , hoc eſſe negandũ
ſeruis,ne illis concedatur malignandi occa-
caſio & fraudandi dominos ſuo dominij iu
re,nam hoc poſſet procedere , quando non
eſſet in hac quaſi poſſeſſione libertatis : ſe-
cus quando eſt , quia quod agit non agit ut
dominum fraudet & malignet (ut Saly. uer
bo utar.) ſed ut ſuam quaſi poſſeſſionem
tueatur, ſufficit enim domino ſi uia iuris eſt
succurſum. Non quoque ſuffragatur quod
quarto loco inquit Saly. quod ſi agat ſeruus
ut dominus ſuo dominio priuetur , fatebi-
tur ſeruus ſe illius domini ſeruum, ſicq; ſibi
contrarius erit & ita repellendus. l. 1. C.de
furtis:nam reſpondetur,quod is ſeruus non
fatebitur ſe ſeruum , ſed dicet ſe liberum &
in quaſi libertatis poſſeſſione conſtitutum,
& ideo non licuiſſe illi occupatori eum ap-
prehendere , quare petet eum omni iure
ſuo, ſi quod habet, per ſententiam priuari,
& ita concludo .

304 Quæro 44.quo tempore † debeat eſſe fa
cta hæc occupatio ut huic conſtitutioni ſit
locus, cõcludit hic glo.quocunq; tempore,
ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt : ſiue
ante latam ſentẽtiam,ſiue poſt , & ita omni
tempore , niſi poſt licentiam ingrediendi a
magiſtratu,qui ſi minus rite & recte conceſ
ſerit, locum habebit diſpoſitio l. memine-
rint.C.unde ui,& ſuo loco latè diximus, &
declarat Bar. hic nu.26.Saly.col.6.uerſic. ac
cedo , qui noſtram hanc conſtitutionem in
illis uerbis, ante aduentum iudicialis arbi-
trij declarat,quę ſanè uerba & a glo. hic de
clarantur,& alios probauit Bal.hic col.pen.
uerſ. ſupra dictum eſt de perſonis &c. Ripa
in d. cap. ſępe nu.98.de reſtit.ſpolia.
305 Quæro 45. an hic † occupator amittat
ius ſuum ipſo iure,uel potius mediante ſen-
tentia,glo. hic affirmat ſententia eſſe opus:
gloſę aſſentiunt cæteri, ut Bart. nu.28. Bal.
col.pen. uerſic. ſuper quarto &c. Ang. col.
pen. Saly. col.6.uerſic.nunc ad partem quar
tam , & communem eſſe omnium teſtatur
Ripa.in d. ca.ſępe nu.99. de reſt.ſpol. & cũ
eſt ſecutus Tiraq. in. l.ſi unquã in uerbo re-
uertatũ nu.152.& nu.187.C de reuo.dona.
306 Declaratur nõ procedere † in beneficiali
bus,in quibus inuaſor & occupator priua-
tur ipſo iure,cap.cũ qui.§.is qui. & ibi Fran
cus ſecundo nota.de pręben.in.6. & idem af
firmat Ripa in d.cap.ſæpe nu.100. idem pla
cuit Petro Rebuffo in Praxi Beneficiorum
in tit.Requiſita in literis collationum num.
307 23. rationem adferebat Ripa,quia † in be-
neficialibus uiolentia eſt odioſior, ſubdit ta
308 men Ripa † neceſſariam eſſe declaratoriam
qua declaretur occupatorem in pœnam in-
cidiſſe,ut in ſimili tradunt omnes.in.l.ſi quis
maior.C.de trãſact.& ſupra alias diximus,
infert Ripa d.cap.ſępe n.101.an beneficium
309 uiolenti † occupatoris poſſit ante ſententiã
illam declaratoriam conferri,& poſſe ſcri-
bit,poſt Gem.in ca.1.de homicid.in.6.addo
Tiraq.in d.l.ſi unquam in uerbo reuertatur
nu.335.C.de reuo. dona. rem non excutio,
ſed beneuolum lectorem ad eos allego.
310 Quæro 45.qua actione † agatur,ut is oc-
cupator iure ſuo priuetur, conueniunt om-
nes,agi condictione ex hac lege , Saly. hic
col.pen.uerſ.7.hęc actio,quo enim ad poſ-
ſeſſionis recuperationem , interdicto unde
ui (quod in ſecutus eſt hæc conſtitutio) agi
poteſt,ad utrumq; tamen poteſt condictio-

ne ex hac l.agi,petendo ante omnia poſſeſſionem ſibi occupatam reſtitui,& occupato rem omni ſuo iure priuari , & ita poſſeſſorium recuperandæ cum petitorio ad cõmodum ſpoliati concurret,quod ea ratione cõ ceditur ſecundum Saly. quia ad dominium non agitur declaratoriè,ſed transfuſoriè,cũ transferatur ex occupatore in uiolentiam
311 paſſum:ſic in ſtatuto, † quando eſt ſpecialiter prouiſum , ex eo agi poteſt ut Papiæ ex illo ſtatuto.31. de pœna illius , qui uim alicui fecerit in eius poſſeſſione,ſic & in ſtatuto ciuitatis huius Montis Regalis.
312 Quæro 47.quomodo † formetur libellus in hoc conſtitutionis noſtrę remedio,Bart. hic nu.31. inquit eſſe petendum occupatorem condemnari ob commiſſam uim,& deinde cogi & compelli poſſeſſionem reſtituere, & deinde declarari iure dominij eum amiſiſſe,ſic & Bal. col.2. in prin. pulchrè admodum Signo.conſil.75.col.1.2.poteſt etiã
313 eſſe alia† in foro praxis,ut agente ſpoliato re ad rei proprietatem conſequendam , replicet ſpoliatus illum amiſiſſe omne ius ſuũ ex occupatione. hanc praxim docuit poſt glo.ibi Abbas in cap.paſtoralis de cau.poſſ. & propr. & idem admonuit Iafredus Lanfrancus in ſuis Deciſ. concluſione 34.
314 Quæro 48.an lata ſententia † in caſu noſtræ huius conſtitutionis ſuper reſtitutione poſſeſſionis ſuperſit actio ad pœnam, & ſupereſſe glo. hic adfirmauit,eam ſecutus fuit hic Saly.col.pen. uerſi. nono quid:ſi ea utitur ratione , quia actionis iure pœna petitur,non mirum ſi ex poſt , illi eſt locus. l. ſi pro fure.§.furti.ff.de cond.fur.hanc pariter ſententiam probauit Abbas conſil. 100. in fine lib.1.quod utile eſt an interpretatione
315 ſtatuti huius ciuitatis Montis † regalis ſub rubr. de eiectione poſſeſſionis colla. 3.& probat hanc ſententiam tex.l.unicæ.§.1.C. quando ciuilis actio crim. præiud. Eguina. Baro.§.recuperandę Inſt.de Interd.
316 Quæro 49. an † a ſententia lata in caſu huius noſtræ conſtitutionis poſſit appellari : & poſſe affirmauit glo.hic & in l.momentaneæ C. hoc titulo glo. in l. unica. C. ſi de moment.poſſeſſione fuer. appella. & hanc eſſe communem teſtatur Ripa in d.capit.ſæpe colum. ulti. uerſic. ſecunda fuit opinio. addo eiuſdem ſententię Baldum in conſil. 14. Præmiſſis uerbis cuiuſdam ſtatuti , colum.ult.uerſic.& ad prædicta facit. lib. 1. &

idem ſentire uidetur Feder. de Senis conſil. 76. Domino Auditori , in fine , clarè Dec. conſil. 28.nume.2.uerſic.hoc in ſimili probatur,Ang. l. incerti. C. de interd. Soc. Tracta. fallen. regula.24.fallen.20.Bero. in rub. extra de Iudicijs nume.51. uerſic. hinc etiam uidemus.ea ratione præcipua adducuntur , quia regulariter † permiſſa eſt appellatio niſi expreſsè prohibita reperiatur.l. & in maioribus C. de appellat. quare 317
in dubio † appellationi eſſe deferendum cenſuit notab.gloſ. in l. qui reſtituere in gloſ. ult.ff.de rei uend. quam ſummopere commendant omnes,ut apud Socin.Sen.con.193 col.3.uerſic.ſed præmiſsis,conſil. 300. colũ. fin. uerſic. ſecundum eſt lib.2.& conſil. 39. nu.1.2.3.lib.4.Dec.d.conſi.28.num.8.conſi. 356.num.1.2.conſi.677.nume.1.2.latè apud Neuizanum lib. 6. Syluæ nuptia. nume.47. uerſic.In dubio.Crauet.conſil.203.num.24. addo Iaſ. conſil.187.colum.3.uerſic.confirmantur præmiſſa lib. 2. Tiraquell. Tract. le mort,a ſaiſit le uiu. 6. parte declaratione 6. nume.9.10. ſatis ergo communis hæc ſententia dicitur ex regula ipſa.Nunc omnis in eo uerſatur difficultas,in diluendis rationibus & argumentis,quæ in oppoſitum adſerri ſolent,& primo dici ſolet,nõ eſſe in cau- 318
319 ſis † poſſeſſorijs permiſſam appellationem l.unica.C.ſi de momen. poſſeſſ.fuer. appell. nam reſpondetur ſecundum omnes loqui
320 in mero poſſeſſorio,† quod dicitur eſſe momentaneum:ſecus in poſſeſſorio, quod habet admixtam cauſam proprietatis , ſic reſpondet Ripa d.capit.ſæpe col.ult. uerſi.ſecunda fuit opinio,confirmatur ex doctrina Baldi conſ.141. Premiſsis col. ult.uerſi.illud etiam nõ omitto li.1. dum affirmauit,quod
321 ubi † duę cauſe complicatę ſunt, † una admittit appellationem, altera non, eſſe in utroque admittendam,at in caſu noſtro,cauſa proprietatis,quæ uerſatur in caſu noſtrę conſtitutionis,admittit appellationem , ergo & in omnibus debet admitti:idem ſenſit ipſe Bal.conſi.153. Nouum dubium lib. 1. ſic appellatur a ſententia in poſſeſſorio,quã do una ſimul cum poſſeſſionis cauſa lata eſt ſententia ſuper reſtitutione fructuum , ut docuit Bal.in d.l.unica.C.ſi de moment.poſſeſſione fuerit appellat. Bartol. l. creditor. §. iuſſus in fin.ff. de appellat. Afflictus Deciſione 77. in fin. Auffrerius in additio. Deciſi. Capellæ Toloſanæ. q. ultim.Rola.

a Valle conſi.77.nu.13.lib.2.dicit ex d.l.uni
322 ca,appellationem † a ſententia lata in poſ-
ſeſſorio nō prohiberi, ſed tantū per illā exe
cutionem ſententiæ impediri, ut hunc ſen-
ſum probauit Alber.in d.l. unica. Bartol. in
l.2.ff.de appellat.recipien.ubi Ang.Cor.cō.
10.num.1.li.4.& alios refert & probat Affli.
Neapolitanus deciſ.269.num.3.nec diſſentit
Guid.Papiæ.q.37.ſi appelletur,&c. qui eiuſ
dem ſententię refert fuiſſe Bald.in l.2.C.de
epiſc. audien. & ſi aliter ſenſerit ſibi parum
conſtans idem Bal.d.l.unica,ut meminit &
Ioan.Cora.Toloſa.in repe.l.naturaliter. §.
nihil commune in præludijs num.30. de ad-
quirenda poſſeſſione,qui & ipſe Bar.ſenſum
probauit,idem ſenſiſſe uiſus eſt Paris.conſ.
108.num.20.lib.1.licet Dec.conſ.28.num.4.
uerſic.nō obſtant allegata,dixerit(& male)
communē ſententiam eſſe contra hunc Bar
toli ſenſum,& in iudicando, ac conſulendo
ſequendam eſſe illam Baldi d.l. unica aliter.
dicentis,ut quoq; cum Baldo eſſe receptio-
rem teſtatur Iaſ.conſ.187.colum.5.uer.hoc
aſſumpto libr.2.addo Imolam conſ.55. nu.
5.& nouiſſime Rolandum a Valle conſ. 77.
num.1.lib.2.qui multos cum Bartolo ſentiē
tes in hanc Baldi retulit opinionem, ſed cū
Bartolo idem ſenſit Abbas conſ.55. colum.
1.uerſ.aliam limitationem lib.2.quem male
intellexit Brun.conſ.98.nu.9.qui Baldum ui
detur ſequi, ſed Bartoli ſenſum probauit
Barba.con.82.colum.5.li.3. Maranta in ſua
Praxi parte 6.in cap. de appellatione num.
244.Didacus Couar.lib.Prat. quæſti.ca.23.
num.8. Rebuffus in commentarijs Regiar.
conſtitutio.tomo 3.titulo de materijs poſ-
ſeſſorijs artic.7.glo.1.num. 18. 19. qui ſic in
Gallia ſeruari teſtatur, hocque clarè fuiſſe
ex Regia confirmatione confirmatum, ut
apud eundem Rebuffum in tomo. 1. tit. de
ſententijs executorijs articulo 5. glo. 3.
num.2.ubi declarat.d.l.unicam cum Barto-
lo & cæteris,docetq; ibi Praxim in Francia
obſeruatā.ſed cum Baldo idē ſentiunt Ang.
conſ.46.ſtatuto ciuitatis colum.2.uerſ.ſed a
ſententia idem tamen Ang.ſibi parum con-
ſtans aliter ſenſit, ſicque Barto. eſt ſecutus,
Ang.inquam conſ.107.Dicta conſtitutio co
lum.fina.uerſic. non obſtat quod &c.ſed cū
Bal.idem ſenſit Alex.conſ.2.in fin.lib.3.qui
eſſe receptiorem teſtatur. uerior tamen mi
hi eſt uiſa Bart.ſententia.

Non pariter communi ſententiæ aduerſa
323 tur,quod dicebat Ripa † d.cap.ſepe colum.
ult. uerſ.iſtud eſt unum &c.dum fingit caſū
in prædone ſpoliato,qui deinde inuadit,nā
is ſoluta æſtimatione & re reſtituta, poteſt
ſuam poſſeſſionē recuperare, & ita eſt alia
uia ſuccurſum,dico enim præter relata a Ri
pa,ita demum hunc caſum procedere,quan
do is prædo condemnatus ad poſſeſſionis
reſtitutionem & pœnæ ſolutionem omit-
tit iam cœptum iudicium & non appellat a
lata contra ſe ſententia,ſed mauult alio re-
medio ſibi prouidere,quod ſi ab ea ſenten-
tia appellare uellet,certè poſſet.

Non quoq; difficultatem facit, pœnam
eſſe quid acceſſorium,cauſam uerò reſtitu-
tionis poſſeſſionis principale, conueniens-
324 que minime eſſe cauſam acceſſoriam † im-
mutare naturam principalis, iuxta. l. nuda.
C.de contrahenda & committenda ſtipula
tione,nam reſpondeo non eſſe cauſam ac-
ceſſoriam ſed principalem, immò magis
principalem quàm cauſam reſtitutionis poſ
ſeſſionis, cum & maius in ea uerſetur præ-
iudicium.

Non pariter multum urget, quod inquit
Ripa pręcitato loco,quòd ſi appellatio hoc
caſu admitteretur,ſequeretur, quod pœna
325 huius conſtitutionis,quæ eſt † ad odium oc
cupatoris,ſed fauorem & commodum reſul
taret,contra tex.l.quod fauore.C.de legib.
& melius in cap.intelleximus de Iud.in l. ul
tim.C.de Iura.cal.dico enim, tunc demum
pœnam huius conſtitutionis eſſe ad odium
occupatoris,cum clariſſime conſtabit occu
patorem illum iuſte condemnatum, quod
ante cauſæ finem dici non poteſt, quare ip-
ſa appellatio non conceditur, ut is occupa-
tor pœnam euitet, ſed ut uerè in eo iudicio
cognoſcatur an deliquerit uel non, quando
illa cauſa in alio tractari minime poſſit, ut
poteſt cauſa meri poſſeſſorij, ſic diluuntur
fundamenta,quæ probare uidebantur nul-
lo modo in caſu huius conſtitutionis appel
lari non licere.Nunc ſupereſt ut uno reſpon
deamus uerbo illi rationi;qua ſuaderi uide-
batur,appellari quidem hoc caſu licere,ſed
a pœna tantum,non a reſtitutione poſſeſſio
nis, nam dicebant nonnulli, duas has eſſe
326 cauſas ſeparatas,cum tot † enim ſint ſenten
tiæ,quot capita.l.Carmelia Pia,de iure pa-
tro.l.etiā.§.1.de mino.quare inſeparatis uti
le per inutile non uitiatur l. 1. §. ſed ſi mi-
hi,de uerb.obli.licet ergo a poſſeſſorio ap-

pellare

pellare non liceat,licere tamen debet a pę-
na Saly.affirmat hæc eſſe inſeparabilia,quia
ſtante ſententia ſuper poſſeſſione à qua nõ
licet appellare neceſſario ſequitur deciſio
ſuper articulo penali.hoc nihil eſt, ut ani-
maduertit Ripa.quare rectius dico duo hęc
eſſe inſeparabilia,ſi terminos præſupponã-
mus habiles eſſe ſcilicet per ſententiam de-
claratum hunc occupatorem in huius con-
ſtitutionis pœnã incidiſſe, nã eo ipſo quod
ita declaratum eſt,unà ſimul duo continen-
tur: poſſeſſionis reſtitutio,& pœna,& ideo,
ut iam ſupra dicebam, uno in caſu appella-
tione admiſſa,dicitur & in altero, cum una
327 tantum ſit ſententia,& † d.l.etiam.§.1. & l.
Carmelia, intelligũtur cum plura ſimul per
copulam in ſententia ponuntur,quæ re ipſa
ſeparationem oſtendunt, ſic declarat Dec.
conſil.344.num.3.uerſic.tertius caſus, at no
ſtro hoc caſu nõ poteſt dari ſeparatio, quia
ſi ceſſaret uel pœna, uel poſſeſſionis reſtitu
tio,dici non poſſet huic reſtitutioni locum
eſſe,ex quibus non ſatis uerum eſſe demon
ſtratur,quod dicebat Ripa,ſimul ſtare poſ-
ſe,ut locus ſit reſtitutioni poſſeſſionis,& ceſ
ſet nihilominus pœna, nam ſi ceſſat pœna
nec conſtitutioni noſtræ locus eſt. Hæc ſen
tentia fortius procedit ex diſpoſitione iuris
Pontificij,cum eo iure cautum ſit ab omni
328 † poſſeſſorio appellari licere,capitulo cum
ad ſedem de reſt.ſpol.Clem.1.de cauſa poſ-
ſeſſio. & proprie. ſic Ripa. d.ca. ſæpe in fi-
ne,de reſt.ſpol. & ſuo loco latius dicemus.
hac ratione idem dicere poſſumus procede
329 re † hac regione Pedemontium: cum ex no
ſtris Decretis Sereniſſimi Ducis Emanuelis,
ſub Rubrica delle appellationi & in quai ca
ſi & da quai Giudici è lecito d'appellare in
uerſic. dalle ſentenze che ſi daranno nelle
cauſe poſſeſſorie &c. cautum ſit, in his cau
ſis poſſeſſorijs iudicij appellare licere, eaq;
conſtitutione eſt declaratum appellationẽ
ſuſpendere executionem, præterquàm in
cauſis momentaneæ poſſeſſionis, in qua &
ſi concedatur appellatio,illa tamen non ſu-
ſpendit executionem, ſed deuoluit tantum
cognitionem.quale autem ſit momentaneũ
iudicium poſſeſſorium, ſupra in anteludijs
num.33.diximus,idem quoque eſt dicendũ
330 Papiæ † cum iſtic praxis inoleuerit, ut ex
ſtatuto tertio ac quarto in ciuilibus, liceat
in cauſis poſſeſſorij iudicij appellari,ut ob-
ſeruari multoties ipſe uidi,nec me latet Gra
tum conſ.ult.nu.6.18.20.li.3.unum.reſpon
diſſe, quod ſi uerum eſt,in praxi eſt notabi-
331 le, hoc caſu cum † appellatio admittitur a
ſentẽtia in poſſeſſorio per legem municipa
lem illã operari non modo effectum deuolu
tiuũ, ſed executionis ſuſpenſiuũ, qua de re
non parum ambigo, uerum hic non eſt lo-
cus ut excutiam omnia. Relata hæc conclu
ſio fortius ac clarius procederet de iure Ci-
uili,eo caſu quãdo ipſi appellatiõi fuit a Iudi
ce a quo delatum, tunc enim de illius uiri-
bus eſt cognoſcendum: ſic egregiè Bald.
in.l. poſt ſententiam colum.2. C.de ſenten.
& interlocutori. omnium Iude.quem ſecu-
ti ſunt Alexander conſ.2.prope finem lib.3.
Iaſon.conſ.187.colu.2.li.2.& in.l.1.nu.5.C.
de bono. poſſeſſ.ſecund. tab. Soc.Iun. conſ.
18.nu.8.lib.1.nouiſſimè Rol. a Valle d.con.
77.num.1.lib.2.qui num. 18. rectè declarat
niſi admiſſa fuiſſet appellatio hæc cum clau
ſula,ſi & quatenus iure admitti poteſt ope-
rat̃ enim clauſula hæc,ut ſi admittẽda ſit re
ctè cenſeatur,aliàs reiecta dicit̃, ut affirmat
ibi poſt Baldum in. l. edita colum. 17. C.de
edendo, Decium cap.oblatæ ſecundo nota.
de appella.Socinũ Iunior. d.con.18.num.15.
lib.1.Alciatum reſponſ.406.num.3. addo ip
ſe Gratũ.conſ.26.nume.21. lib.2. Plotum.
l.ſi quando nume.159.C.unde ui.

Quæro.50.quomodo differat hæc conſti
tutio noſtra a cæteris;glo.hic in fine latè de
clarat, eam omnes probarunt,ipſe autem a
liqua tantum referam ad eorum declaratio
nem,quorũ tractatus nõ eſt a nobis explica
332 tus ut in eo caſu quõ differat † hæc cõſtitu-
tio a cõſtitutione.l.ſi cõſtiterit.C.finium re
gũd.quę edita fuit a Conſtãtino Imperato
re ſub cõſulatu Gallicani & Symmachi quod
fuit anno ſalutis noſtræ tricẽteſimo trigeſi-
mo primo ſicq; ante editã noſtrã cõſtitutio
nẽ.l.ſiquis in tan.p an.60.ea ergo cõſtitutio
ne.l.ſi cõſtiterit cautũ aliqui opinant̃ cõtra
occupatores alienæ poſſeſſionis, ut alias ad
monui ſupra,in anteludijs,nu. 53. quo loci
uno retuli uerbo ſententiam Fabij in .l. na-
turaliter. §. nihil commune nume. 141.ſen
tientis conſtitutione illa, non eſſe proui-
ſum contra occupatores, cum ibi nulla uis,
nulla(ut ille ait)rapina interceſſerit,nam in
text.dicitur uſurpare uoluit, ergo non uſur
pauit,Rurſus dicitur,de ſuo contentus rem
non expectet alienam, ſi ergo expectat nõ
dicitur occupaſſe,& in fine dicitur, adimere

tentauit,ergo non ademit, uerum hæc Fa-
333 bij declaratio non multum placet,quia † il-
la uerba intelligi poſſunt re ipſa & cum ef-
fectu illum occupatorē occupaſſe ut quoq;
intelligit Cora.textum.l.ult.in fin.ff.de re-
rum diuiſ.qui teſtatur frequētem, hanc eſſe
bonorum authorum locutionem, ut actum
ipſum & factū perfectum, cuius ſcilicet ef-
fectus iam ſecutus ſit uerbo,uoluit, uel pla-
cuit,exprimant,& confirmat uerbum irre-
ptor in textu poſitum,& confert ratio,quia
aliàs ſola cogitatio puniretur,contra.l.cogi
tationis de pœnis, uel etiam poſſumus intel
ligere, hunc cum effectu non occupaſſe, ut
perpetuò poſſideret:occupauit enim,ſed de
tecta eſt occupatio, quare dicitur uoluiſſe
occupare, cum ad effectū, ut propoſuerat,
non perduxerit,nec in meo Codice legitur
rem expectet,ſed,rem expectat,cuius uerbi
diuerſa eſt ſignificatio, eſt enim Imperato
ris deciſio, rem non eſſe alienam expeten-
dam.i. inuadendam. Non inficior tamen,
quod affirmat Fabius ibi de commiſſa uio-
lentia non agi,quare ea ratione a conſtitu-
tione hac noſtra differt,differt & in eo, dū
in ea.l. ſi conſtiterit nullum adeſt uerbum,
quo intelligamus poſſeſſionis reſtitutio-
nem incontinenti fieri.

334 Differt etiam eadem ratione † uidetur
noſtra hæc conſtitutio ab illa.l.Chriſtianis.
C.de paganis, quæ Honorij ac Theodoſij
fuit ſub Aſclepiodoti & Mariniani conſula
tu, quod fuit anno noſtræ redemptionis.
335 425. hæc ergo conſtitutio † .l. Chriſtianis
non prouidet circa reſtitutionem poſſeſſio
nis ſed tantū punit Chriſtianos occupātes,
ſeu rapientes bona Iudæorum, quod intelli
gitur quoad ſola bona mobilia, nam ſi im-
mobilia occuparentur, eſſet locus conſtitu-
tioni noſtræ:ſic ſentit Io.de Anna.in ca.& ſi
Iudæos col.penul.de Iudæis,illi.d.l.Chriſtia
nis,quæ de ſolis mobilibus loquitur,& An-
na.eſt ſecutus Gomeſ.Hiſp.in.§. ex malefi-
cijs nume.23.uerſ.ſed iſtis non obſtantibus.
Inſt.de actio.ea utuntur ratione (cuius me-
mini ſupra. q.40.) quia in non clarè deciſis
utuntur Iudæi iure Romano, & communi,
& quare dicebat Anna.Iudæis ſpoliatus uti
licere interdicto unde ui, alia ad huius lege
Chriſtianis. declarationem ſcribit Gomes.
d.num.23. Noſtra autem hæc ult.conſtitu-
336 tio differt a conſtitutione. † l.unicæ. §.ult.
C.de ſuffragio, edita à Theodoſio, Arca-
dio,ac Honorio Imperatoribus, ſub conſu-
latu Arcadij tertio, & Honorij ſecundo an
337 no noſtræ ſalutis.396. hæc † l.unica aduer-
ſus eos,qui ſuffragio preſtito(quod quomo
do intelligatur doctè ac pulchrè declarant
Alcia.lib.2.Paradox.cap.14.Duare.lib.2.di
ſputa.anniuer.cap.21:Lud.Charo.lib.1.ue-
riſimilium iuris cap.4.uerſic.tertio in fi.Ti-
raq.in tract.de Nobilitate cap.29. nu.27. &
Rober.Aurelia.lib.2.ſententiarum iuris ca.
21.)rem aliquam promiſſam ſpontè nōdum
ſibi dari petentes occupant,promulgata eſt
nam cum reſtituere teneantur, quod occu-
parunt, amittunt in primis quod ſibi erat
promiſſum, deinde ob uim commiſſam pu
niuntur,non tamen declarat,qua pœna illa
ta uis coerceatur, quare intelligere poſſe-
mus uel lege Iulia de ui priuata, uel alia ſi-
mili diſpoſitione:non enim noſtra hac con-
ſtitutione dici poteſt prouiſum, cum poſt
biennium edita fuerit,uiſum etenim eſt mi-
bi quandoque in ea conſtitutione.d.l.unicę,
uoluiſſe legislatores illos Diui Marci con-
ſtitutionem referre,quando in utraque cre
ditoris audacia aduerſus debitorem, cuius
bona occupantur,comprimantur,erit tamē
cogitandum.

338 Quæro.51.an à pœna huius † conſtitutio
nis cenſeatur receſſum per ſtatuta locorum
quibus mitior pœna ijs uiolentis occupato
ribus imponitur,ut eſt Papiæ ubi illius Ciui
339 tatis ſtatuto. † 31.in criminalibus, ſub Ru-
brica.de pœna illius, qui uim alicui fecerit
in eius poſſeſſione, eſt cautum occupatorē
rei alienæ puniri pœna librarum centū Pa-
pienſium,quæ ſummā decem coronatorum
ad ſummū conſtituunt,& aliquando ex alijs
ſtatutis minor pœna imponitur, ita ut ſit ſæ
pè utilius occupatori condemnari pœna ſta
tuti, quàm pœna noſtræ conſtitutionis,ali-
quando è cōtra iuxta ſcilicet ualorē rei oc-
cupatæ. in foro quotidiana eſt quæſtio, in
qua dicendum uidetur eſſe à pœna conſtitu
tionis noſtræ receſſum,ſic enim crebrius af-
firmāt doctores noſtri per pœnam à ſtatuto
impoſitam cenſeri receſſum à pœna iuris cō
munis,hanc probauit ſententiam Iac.Bel ui
ſius in.l.1.C. de requiren.reis & Gādinus in
tract.malefi.in tit.de aliquibus quæſtio.quę
nō cōmodè &c.quod loci teſtatur Gādinus
ſic Bononiēſe collegiū ex facto diffiniuiſſe,
ut refert & Alber.de Roſate in tract.ſtatu-
torū prima parte. q.8.incipit, ſed an ualeat

ſtatutum &c. quo loci refert ſic à iuris con-
ſultiſſimis, quandoq; reſponſum cum in Ge
nuenſi Vrbe celeberrima ex facto quæſtio
contigiſſet : ſic teſtatur Ancha.cap.canonū
ſtatuta de conſtitu.& eam ipſe probauit te-
ſtaturque orbem uniuerſum(magnum certę
quid)hanc obſeruare, eiuſdem fuit ſenten-
tiæ Bald.Caſtren.Saly. Ang. Raphael. Co-
menſis Corne.Auguſt. Ariminen.quos retu
lit ſecutuſq; fuit Dec.in cap.de cauſis nu.14.
uerſ.ſed breuiter contrarium de off.delega.
& præter eū,addo Bal.conſ.250.in quæſtio
ne Domini Milani col. pe.uerſic. quædam
alia fuerunt lib.1. dupplicatum conſ. 382.
lib.5. & eiuſdem fuit ſentētiæ Floria. in.l.2.
ff.ad.l. Aquil.quem ſolum citauit,& ſecutus
eſt Rubeus Alex.in l.pen.§.ad crimen.num.
186.ff.de publicis iud.idem placuit Rui.cō.
86.nu.11.li.5.eandem ſententiam probauit
Alcia.reſpon.745.citat &Marſil.con.61.nu.
19.idem cenſuit Blancus in ſua practica cri-
minali,in illa parte,quæ incipit, poſtquam
uidimus,quæ ſunt iudicia &c.n.61.cum mul
tis ſequentibus. uno uerbo ueluti per tran-
ſennam uerba faciens, hanc probauit Aegi.
Boſius.in tract.cauſarum criminalium titu.
de pœnis nu.6.ſolent tamen in hanc ſenten-
tiam adferri plura,quæ parum urgent,ut il-
lud primum.ſtatuta eſſe leges particulares,
340 legem communem eſſe generalem † ſed ge
neri derogatur per ſpeciem. l.in toto de re.
iur.l.ſanctio legum de pœnis ca. generi. ubi
late Dyn.de reg.iu.in.6. ergo per ſtatutum
iuri communi derogatum dicitur huic fun-
damento pōt reſponderi ex Alberici decla-
ratione.d.q.8.qui hoc ſentiens, inquit. d. l.
ſanctio parū conferre, quia quæſtio noſtra
eſt quando pro maleficio eſt impoſita pœ-
na ſpecialis,tam per ſtatutum,quam per ius
commune,tex.n.l.ſanctio,negat generalem
conſtitutionem pœnalem non derogari pręę
cedenti ſpeciali cum ergo conſtitutio no-
ſtra imponat pœnam ſpecialem, non conue
nit argumentari,quod per ſpeciem deroge-
tūr generi,ſed argumentandum eſſet, quód
una ſpecies alteri derogat. qua de re infra
paulo poſt. Secundo argumentantur relati
341 interpretes præſertim Saly. & Blancus † ex
c.1.de conſt.in.6.ubi per generalem Ponti-
ficis max.conſtitutionem non derogatur le
gibus & ſtatutis ſpecialibus locorum,ſed be
ne è contra: fortius uidetur urgere is tex. ſi
ratio a Pontifice eo loci relata, perpēdatur
inquit eo loci,legi ſpeciali nō derogari per
poſteriorem generalem,quia lex illa ſpecia
lis ſiue ſtatutum,ut quid facti ignoratum a
legiſlatore præſumitur. ergo a cōtrario ſen
ſu,ſi cognitum fuit illud ſtatutum , ſiue illa
lex præcedens ſpecialis, per ſequentem ge-
neralem dicitur ſublata,cū ergo in caſu no-
ſtro iuris communis diſpoſitio ſit omnibus
342 nota,cum a † nemine ignorari debeat.l.le-
ges ſacratiſſimæ.C.de legib. & præſertim il
la,quæ unita eſt communi uſui gentium, ut
declaratur gl.l.ſciendum de uerb.obli. & Al
ciat. tractat. præſump. regula. 3. præſump.
10. numer. 8. qualis hæc eſt,quæ audaciam
uiolenti occupatoris reprimit.ut clarius ſen
ſit Cora.li.4.Miſcella.iuris c. 17. in fi. quod
præſertim noſtro hoc caſu procedit,ubi ſta
tuta ciuitatum non niſi a uiris peritis,immo
343 conſultiſſimis compillari ſolēt ut fertur † ſta
tuta Papię a Baldo Peruſino edita,ut refert
Cur.Iu.conſ.5.n.12.cum ergo illis nota fue
rit iuris communis diſpoſitio ab illa dicun-
tur ex nouo edito ſtatuto receſſiſſe , hæc ar
gumentatio etſi ſolida aliquando uiſa ſit,
nunc tamen leuis oſtenditur , procederet.n.
344 quando poſterior lex † priori ita aduerſare
tur,ut duo eſſent pugnantia, tunc poſterior
priorem tollit.ſic declarat Bart.in.l.de qui-
bus nu.5.& ibi Iaſ.n.54.ff.de legib.& clarius
Corſet.ſing.in uerbo correctio, incipit quo
tiens,in fi. ſed in caſu noſtro,cū ſimpliciter
ius commune unam imponit pœnam,& lex
municipalis alteram,nō ideo ad inuicem ad
uerſantur. ſed lex municipalis , ad maiorem
delicti caſtigationē,ut iuri cōi aliquid addat
eiq; faueat,illā impoſuit pœnam, ut ſit poſt
modum in offenſi electione,eligere utiliorē
metuatq; magis audax ille offenſor, cum ſe
multiplici pœna ligari ſentiat. Quare uide-
345 mus & iure cōi multiplici † pœna aliquem
puniri cap. fœlicis de pœnis lib.6.ca.ad falſa
riorum de falſis.Abbas d.ca.de cauſis nu.14.
de off.deleg.& hoc prius ſenſit Cy. d. l. qui
ſepulchra,in fi.dum citādo.l.non eſt nouum
de legibus,dixit,non eſſe mirum,quod quis
duplici actione teneatur & mox referemus.
Quarto adducuntur relati omnes ex tex.l.1
C.de accuſ.& l.agraria.ff.de ter.ammoto: is
tex.l.agraria pœnam incidit pecuniariā ter-
minorum amotori,& tamen.d.l.1.poſterior
pœnam indicit corporalem , illaque ſerua-
tur non prima , ut eo loci gloſ. animaduer-
tit. ſic ergo eſt dicendum in hoc caſu no-

ſtro,ſed quam facillime euitatur,ſi obſerua
346 bimus † .l.1.C.de accuſa. Alex. Seueri Impe
ratoris conſtitutionem re ferre,qui omniũ
poſtremus legem hanc ſanxit cæteris obro
gatis contra terminorum motores, hoc o-
ſtendit Modeſtinus in l.1.ff.de ter. moto,dũ
expreſsè affirmat,nõ eſſe locum mulctæ pe
cuniariæ ſed coerctioni, reſpondit his Mo-
347 deſtinus,†non aliorum Imperatorũ,ut Caii
Cæſaris uel Neruæ conſtitutiones, ſed ip-
ſius Alex.Seueri, cum eius tẽpore is floruе-
rit,ut ex noſtris adnotauit Cora.in l.Herẽ-
348 nius,de ſtatu hom.intelligimus ergo†Alex.
Seuerum,cæteras ſanctiones per ſuam clarè
abrogaſſe, at nos in caſu dubio loquimur,
cũ ſtatutum unã indicit pœnã,non expreſsè
abrogata illa a iure cõmuni indicta, è enim
349 Alex. Seuerus inſecutus † Numæ Pompilij
exemplum,qui in terminorũ motores ſanci
uit,ut haberentur tanquam graſſatores, &
tanquam fures, iliſq; iiſdem officerẽtur pœ
nis,legibus autem Longobardorum uariæ
ſunt indictæ pœnę aduerſus terminorũ mo-
tores, ut legitur in legibus Longobardorũ
titulo de eo,qui terminũ antiquũ corrupe-
rit,uel nouum fecerit, non hic eorum refe-
ram diſtinctiones ac declarationes,quo pa-
cto ij terminorum perturbatores plectan-
tur unus ex multis uidendus erit Hiero. de
mõte in tractatu finiũ.q.34.nu.4.5. Quinto
350 ſolet adferri † tex.l. quod Senatus conſultũ.
ff. de iniurijs & l.Senatus.ff.de accuſa. qui-
bus eſt expreſſum,ex uno delicto, quem nõ
debere fieri reum duarum legũ, ſed nihil ad
rem,quia noſtro hoc caſu non affirmant in
terpretes,qui communi aduerſantur opinio
ni, locum eſſe debere pœnæ Iuris cõmunis
& ſtatuti, ſed contendunt iuris communis
pœnam obrogatam non eſſe per ſtatuti ſan-
ctionem,ſed poſitũ in electione offenſi eſſe,
utram eligat,qua electa ad alteram reuerti
non conceditur.l. licet.§. pen.ff. naut.caup.
ſtab.& ſtatim ſubijciemus. Sexto ergo loco
351 in hanc ſententiam citabat Saly.ex † §.ſi qñ
uerſ.adulterã uero in auth.ut nulli Iud.quo
intelligimus nouam pœnam a Iuſtiniano a-
dulteræ impoſitam,ut in Monaſterium ſcili
cet detrudatur,cum tamen Conſtantinus in
352 † l.quamuis in fi. C. de adulter. eam gladio
plecti uoluerit:Iuſtiniani tamen obſeruatur
ſanctio,ut ex auth. ſed hodie.C.de adulter.
a.d.uerſ. adulteram deſumpta, uidere facili
negotio. ſic ſatisfacere poſſu mus, ideo unã
tantum poſteriorem Iuſtiniani ſanctionem
obtinere hodie,quia urgenti eſt coniectura
demonſtratum,abrogatum eſſe,quod a Cõ
ſtantino conſtitutum fuit:ſi enim in mona-
ſterium detrudenda eſt, ſequitur neceſſario
non eſſe morte mulctandam.pugnant enim
hæc,morte punire & in monaſteriũ,ut iſtic
pœnitentiam agat criminis referare: quod
non contingit in noſtro hoc caſu,ſic hęc di
lui poſſet argumentatio. Verius tamen ali
quando animaduerti Iuſtinianum, in d. §. ſi
quando, non abrogare Conſtantini ſanctio
nem, quandoquidem in uulgatis codicibus
ſic legitur. Si quando uero adulterij crimen
probetur,iubemus illas pœnas peccantibus
inferri,quas Conſtantinus Diuæ memoriæ
diſpoſuit,in codice autem Holoandri, ſub
Nouella.134. quæ inſcribitur, de Vicarijs,
ſeu locum tenentibus.d.§.ſi qñ,ſic legitur, ſi
quando adulterij crimen manifeſtè proba-
tum fuerit, tunc tranſmiſſo libello repudij,
iubemus, ut illę pœnæ delinquentibus irro-
gentur,quas præſcribunt leges: nõ ergo ab
rogauit Iuſtinia.Conſtantini cõſtitutiones,
ſed illas confirmauit potius, nec eſt quid q
353 unam & alteram ſtare † impediat,& ſi in d.
l.quamuis,dixerit Conſtãtinus gladio adul
teros eſſe puniendos, in cuius declaratione
non mediocriter noſtros lapſos fuiſſe eredi
354 mus.quamobrẽ ſciendum eſt,gladij † ſigni-
ficationem eſſe multiplicem, aliquando .n.
pro grauiſſima animaduerſiõe pœnaq; mor
tis intelligitur,ut probat tex.l.cũ uir nubit.
C.ad l.Iul. de adulter. & clarius in l. quiſqs
in principio. C. ad l. Iul.maieſta. hinc legi-
mus Caracallum impiiſſimũ Tyrannum(ut
in illius uita ſcribit Spartianus) increpaſſe
grauiq; ſupercilio reprehendiſſe percuſſorẽ
355 † Papiniani uiri conſultiſſimi & acutiſſimi
quod non ita ut iuſſus fuerat executus eſſet
mandatum,Gladio(inquit) te nõ ſecuri exe
qui oportuit iuſſum meum, cuius rei memi
nit ſcitè & doctè, ante cæteros, Gouean.no
ſter in.l.Imperium in.3.pagina,& ibi Cora.
nu.14.de iuriſdict.om.iud.& Lud.Charond.
tract. de iuriſdictione & Imperio in fine,ali
quando etiam gladij pœna pro quacunque
graui coërctione citra morte ſumitur, ut in
l.ſolet.ff.de.off.procõſ.& lega.in.l.Imperiũ.
ff.de iuriſdict. om.iud. in.l. nemo poteſt de
reg. Iur. quę ſententia placu t Alciato lib.
2.Paradox. cap.7.& fuſius illam confirmat
Longouallius in d.l. Imperium nume.51. &
ibi

ibi Cora.d.nu.14.& ſi non ignorem eũdem
356 † Coraſ.in.d.l.ſolet.nu.10.ff.de off.proconſ.
& leg. & in.l.illicitas.§. qui uniuerſas nu.1.
de off. præſid. á ſe ipſo diſcedentem, aliter
ſenſiſſe, iuxta ergo ſubiectam materia gla-
dij pœna accipitur. quare in caſu.d.l. quam
uis procoercitione citra mortem, ſumitur,
quod oſtendit & ipſe Iuſtinia.in.d. §.ſi quan
do,dum uult eſſe inuiolatam Conſtantini
ſanctionem,ſubijcitq; , Adulteram compe-
tentibus uulneribus ſubactam,uel ut in codi
ce Holoandri legitur competentibus pœnis
&c.in mònaſterium detrudi: intellexit ergo
Iuſtinia.competentibus uulneribus uel pœ-
nis,illam gladij pœnam, iuxta Conſtantini
legem quam eo loci refert non ergo is.§.ſi
quando hanc probare uidetur ſententiam.
357 ſeptimo ergo loco citari ſolet † tex. l. qui
cum uno.§.qui poſt.ff.de re mil.in illis uer-
bis,&qui ad edictum(uel potius,ad delectũ,
ut rectius legit Duare.lib.1.diſputa.anniuer
ſa.cap.4.) non reſpondebant ut proditores
libertatis,in ſeruitutem redigebãtur,ſed mu
tato ſtatu militiæ , receſſum à capitis pœna
eſt, quia plerunq; uoluntario milite numeri
ſupplentur : uerum non meruit hic tex. in
hanc ſententiã allegari, cum ex.l.deſertorẽ
§.1.de re milita. intelligamus,nõ tacitè mõ
ex ſola ſtatus mutatione,ſed expreſſè noua
ſanctione ab antiqua pęna eſſe receſſum,pę
358 næ † militum huiuscemodi ſunt,caſtigatio,
pecuniaria mulcta, munerum indictio,mili-
tiæ mutatio, gradus deiectio, ignominioſa
miſſio,nam in metallũ,uel opus metalli,nõ
dabuntur,nec torquentur, accedit præterea
quod in.d.§.qui poſt pœna mutata eſt,quia
& pariter militiæ ſtatus eſt immutatus,iux-
ta ergo ſtatũ præſentẽ pœna iuſtè indicenda
fuit at diuerſum eſt in caſu noſtro,ubi cauſę
uel perſonarũ ſtatus,immutatus non eſt,ſed
ſola pœna,uel aucta; uel imminuta:in caſu
autẽ.d.§.qui poſt,(ut hoc obiter nec ab re
attingam)ut pęna immutaretur illud fuit in
359 cauſa,quod olim † milites ex uoluntariis fa
cti ſunt neceſſarij, quod his uerbis teſtatur
Liuius lib.2.tertiæ Decadis. Milites tunc, ꝙ
nunquam anteà factum erat,iure iurando à
Tribunis militum adacti,iuſſu Conſulum cõ
uenturos,neq; iniuſſu abituros,nam ad eam
diem nihil præter ſacramentũ fuerat, & ubi
ad Decuriatum,uel Centuriatũ conuenerat
ſua uolũtate ipſi inter ſe equites Decuriati,
Pedites centuriati,quod eſt dicere deni atq;
360 centeni,coniurabunt,† ſe ſe fugę aut formi
dinis cauſa non abituros,neq; ex ordine re-
ceſſuros niſi teli ſumendi, uel hoſtis feriẽdi,
uel cuius ſeruandi cauſa id ex uoluntario in
ter eos fœdere à Tribunis ad legitimã iuris
iurãdi adactionem tranſlatum eſt. hæc ille:
uel(qđ ſatis placet)uolũtarios milites intel-
ligimus factos ſublata illa neceſſitate, qua
ciues Romani militiæ nomen dare cogebã
tur,quod his probare uidetur Plutarchus in
Graccorum uita.leges præterea tulit Popu
lares aduerſus potentiam Senatus, ueluti de
colonis deducẽdis,de ueſtibus publicè mili-
tibus dandis ſine ſtipendiorum diminutio-
ne,de minoribus decem & ſeptem annis ad
militiam non cogendis,quem Plutarchi lo-
cum cognouit(ſi recte conijcio) Paul. Ma-
nurius doctiſſimus in eo quẽ conſcripſit de
legibus Romanis libello dum ſic ſcripſit,le-
ges duas. C. Graccus Tribunus pleb.tulit
unam de ueſtibus militib. publicè dandis,ſti
pendio non imminuto: alteram,ne quis in-
fra decimum ſeptimum ætatis annum ad mi
litiam cogeretur,ex quo pater,interdum ad
militiam ante coactos fuiſſe , q nõdum an-
num ætatis decimum ſeptimum attingerẽt,
quod puto difficiliſſimis Rei pub. tempori-
bus exhauſta cladibus ciuitate,ut ſecũdo bel
lo Punico,extra ordinem eſſe factum:hęc il
le.Non ignoro tamen iam ſecundi Conſula
tus Romanorum tempore , pœnã indictam
fuiſſe capitalem militiæ deſertoribus,& ijs,
qui iniuſſu Ducis à uexillis recedebant:nec
enĩ abeſſe licebat: ſic legitur apud Dionyſiũ
Halicarnaſſeũ lib. 9.Antiq. Roma.Poſtquã
hoc Centurionum, quorum manipuli fuge
rant,& Anteſignanorũ quicunq; ſigna ami-
ſerant,alij ſecuribus deciſa ſunt colla,alij fu
ſtibus percuſſi periere.cęteręq; multitudinis
decimus quiſq;,quem ſors popoſciſſet,quo-
rũ alij moriebãtur, ea enim eſt Romanis in
deſertores aciei, ſignaue abijcientes patria
punitio,hęc ille.His ſatis itelligimus grauiſ
ſimam iam antiquitus indictam fuiſſe pœnã
militiæ deſertoribus , quod & in Ageſilao
docet Plutarchus apud Græcos ſeruatũ , at
neceſſarios ex uoluntarijs factos milites,nõ
prius quàm eo tempore,cuius meminit Li-
uius,legimus.Non ergo mirum (ut eo unde
digreſſi ſumus,reuertamur)ſi poſteaquam
milites effecti ſunt uoluntarij pœna immu-
361 tata eſt † immutari autẽ cœpit ſub conſula-
tu.D. Iunij Bruti &.P.Cornelij Naſicæ au-

thor eſt Lucius Florus.lib.55.Epitomes his uerbis.D.Iunio Bruto &P.Cornelio Naſica Conſ.delectum habentibus in conſpectu Tyronum res ſaluberrimi exempli facta eſt.
362 Nam C.† Matienus accuſa.eſt apud Tribunos Plebis, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet.damnatusque ſub furca diu uirgis cæſus eſt,& ſextertio uno uænijt. Grauis ergo illa antiqua pœna abrogata eſt.Et quod in.d.§.qui poſt.ſcribit Arrianus iure conſultus,quia uoluntario milite numeri ſupplen
363 tur,ſatis intelligimus numeros † ideſt uexillationes, uel Matricula.ut rectè interpretatur eruditiſſimus Iacobus Cuiacius.l. ultima.C.de his qui non implen.ſtipend. ſacra. ſol.li.x.&.l.contra.C. de re milita.lib.xij.& matriculæ meminit Iureconſultus in.l.pen.
364 ff. milita.teſtamen. Quo autem † ordine in militia milites deſcriberentur, doctè ac omnium melius docuit doctiſſimus Franc. Corna.libro nono commenta.iuris cap.5. nu. 8.& uir omniũ laudum cumulatiſſimus ſimulac integerrimus, & optimus Petrinus Bellus Sereniſſ.Principis noſtri à ſecretis Cõſiliarius, is inquam in præclaro ac doctiſſimo de re militari tractatu. Parte prima tit. ſexto. qui & Liuij locum, quem retulimus, citauit,& ſi non in eam,quam nos ſententiam.Octauo nũc loco(ut cœptam diſputationem proſequar) argumẽtatur is Blãcus quẽ ſupra retulimus: Legiſlatores conſueuiſſe,
365 cum ſui eſt propoſiti,antiquã ſupereſſe † debere pœnam, nec per nouam immutari, id uerbis clarè teſtari,ut obſeruatum uidemus in.l.3.C.de ſepulchro uiola. in l.Arriani. §. ultimo.C.de hæreticis,in lege prima Codice de accuſati.in auth.ut nulli Iudicum in fine in l.1.ff.arb.furtim cæſa.in l.1.ff.de termino amoto,ſic è contra(inquit ille)cum mentis eorum eſt,antiquam per nouam abrogare,nouam tantum indicunt,nec quid exprimunt, ſe antiquam tollere ſic ille intelligit d.§.ſi quando aliter à nobis explicatum: ſic pariter intelligit tex.§.ſi quis cũ ſacra in auth.de ſanctiſ.epiſcop.iuncta ſimul.l.ſi quis in tantam.C.de epiſcopis & cler.non aliter ergo in caſu noſtro dicẽdum eſt,cum in dubio ſit queſtio,ex noua ſtatuti pœna ab antiqua receſſum dicitur.Verum nõ defenditur hæc ipſa Blanci argumentatio,cum poſterior aſſertio illa falſa ſit, quandoquidẽ in abrogatione pœnæ antiquæ,per nouam indictã, expreſſa adijci ſolet teſtatio.d.l. qui cum uno.
§.qui poſt & alibi ſæpe.illud accedit,quod à multis annotatũ eſt,& mox referam: cõſueuiſſe Iuſtinianum in legis abrogatione ſumma præfatione uti. Nono huic.ſentẽtiæ ſuffragari illud non mediocriter uidebatur, quod ubiq; mouit Bal.ut huius eſſet opinionis,is inquam in l.nõ eſt nouum ff.de legib. Prætores cæteroſquæ, qui in ciuilibus iuſdi
366 cunt,conſueuiſſe, immo iure teneri † iurare ſe ſeruaturos loci ſtatuta,ſic tex.l.rem non nouam. C. de Iud. & in auth. iuſiurandum quod præſtatur ab ijs &c. & tradunt omnes in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de ijs qui nota.infam.Dec.in.l.ſi fugitiui nu.70.C. de ſeruis fugitiuis.Thomas Ferratius cautela. 3.comuniter &c.ubi dat cautelam;& extant
367 hac de re ubiq; ſtatuta † ut Papiæ de Regimine Poteſtatis ſub Rubr.de ſacramẽto Poteſtatis &c. qđ eſt primum in ordine, & in tertio ſub Rubr. quod Poteſtas Papiæ uel alius officialis communis Papiæ, non poſſit petere abſolutionem uel licentiam de his, quæ fecerit,uel omiſerit contra ſtatuta, ſic cautum eſt in hac ciuitate Montis Regalis ex ſtatuto,ſub Rub.de iuramento,d.Vicarij &c.collat.prima .cũ ergo inquit Bal. & qui
368 eum ſunt ſecuti † iuramentum præciſè obliget.l.ſi pecuniã ibi glo.ſing.ff.de cond.cauſ. da.& ibi latè Iaſ.nu. 26.& tradunt latè Gomeſ.in.§.item ſi quis poſtulante n.7.inſt. de actio.Brun.conſ. 89.nu.4. Rubeus conſ. 29. nu.6.Goza.conſ.32.nu.12.conſ. 100. nu.25. Neuiza.conſ.50.nu.18.& latiſſimè Rolan.a Valle cõſ.6.nu.32.34.lib.1.& doctè ac egregiè Didacus in capit. quamuis, prima parte. §.4. numer.6. de pactis in.6. quam doctrinam egregiè ac ſcitè admodũ declarat Crauetta noſter conſ.12.nõ procedere,cum præciſè obſeruare,& promiſſioni ſatisfacere impoſſibile ſit.ſequitur a ſtatuti pena non eſſe recedendum,ſed illã indicendam, reiecta illa iuris cõmunis, ſi tamẽ hoc ipſum, quod malè opinatur Bal. fundamentum diligẽter pẽſetur,non adiuuat illius ſententiam,ſi quidem procederet quando pœna a ſtatuto indicta eſſet tãtum imponenda,cæterq; iuris communis eſſent abrogatæ, ſed cum in electione actoris offenſi, uel Iudicis pro bono publico ſit,unam ex duabus eligere,nõ certè iudex ſtatutorum uiolator, & iuramenti contemptor iure dici poteſt, quam reſponſionem & Bero.in.d.cap. de cauſis num. 75. uerſ.ſecundo illam de off.delega. ſenſit. ult.

369 aũt loco,q adferri ſolet † tex.l.1.ff.ad.l.A-
quil.nõ multũ ſuffragať huic opinioni cũ de
clara antiq̃ pęnæ abrogatione loquať cũ tñ
in caſu dubio noſtra uerſetur quæſtio.

Contrariam ob id ſententiam,alij quam
plurimi ſummæ authoritatis uiri, proba-
runt a iuris communis pœna non eſſe receſ-
ſum ob nouam à ſtatuto indictam, huius in
quam ſententiæ fuit omnium primus Vber.
de Bobio, poſtmodum Io.de Deo ut retulit
Io.Andreæ in addit. ad Specul.in tit. de fur-
tis,idem cẽſuit Cy.& ante eum Odofred.in
l.3.C.de ſepul.uiolato.Dy.& iureconſulto-
rum ſignifer Bar.in.l.1.in ti.ff.ui bono.rapto
rum.Abbas in.d.cap.de cauſis.n.14.qui hanc
eſſe communem teſtatur, quam & ibi ex re
centioribus probauit Bero.numero.75.etſi
ibi Fely.n.10.non ſit auſus,quid ſentiret, li-
bere proferre,idem placuit Ang.Are.in tra
ct.Maleficiorũ,in uerbo caput à ſpatulis am
putauit, qui teſtatuř ſic ſe olim obſeruaſſe,
dum iuſſit homicidam capitis pœna a iure
communi indicta plecti,cum tamen à ſtatu-
to pœna eſſet impoſita pecuniaria. & ma-
gna certè eſt huius interpretis in foro & a-
pud latrunculatores authoritas, quandoqui
370 dem hunc in criminũ cauſis aurigam † opti-
mum dixerit Bolog.conſ.8. col. 3. & multo
plus illi tribuerem niſi didiciſſem aliquan-
do ex Neuizano lib.5.ſylue nuptia. numer.
371 110.in fin.illum quandoq; † pecunia corru-
ptum iniquam tuliſſe ſententiam,ut non im
merito carcere mancipatus ſui nominis ca-
pitiſq; maximum paſſus fuiſſet periculum,
niſi præſto fuiſſent Doctorum totius ferè
Italiæ collegia,qui pro illo interrogati re-
ſponderunt,ſed ad rem,hanc ſententiam ui-
ſus eſt(ſubobſcurè tamen)probare Rui.cõſ.
143.numero.6.lib.5.ex relatis tamen crebri
or eſt prima iam relata, hæc ergo poſterior
Bar.& aliorum ſententia,illo potiſſimo niti
372 tur fundamento ex.† l.quotiens.ff. de actio:
& obliga. quo intelligimus ueterem actio-
nem ex noua non tolli,niſi nominatim tolli
dictum ſit, utraq; ergo ad pœnam actio &
ſtatuti & iuris cõmunis ſupereſt.uerum ca
ſus hic noſter ab illo diuerſus eſt admodũ,
nam loquitur Paulus illius legis author, cũ
ex uno facto duæ oriũtur actiones,que oſtẽ
dunt ex illo facto plura delicta fuiſſe cõmiſ
ſa,eſtq; is text.coniũgendus cũ text.l.1.ff.ui
bonorum raptorum, cum ſint eiuſdẽ Pauli
libro 22.ad edictum, ut recẽs editio Ruſſar
di oſtẽdit,ſic enim legitur Paulus lib.22. ad
edictum.Quotiens lex obligationem intro
ducit, niſi ſi nominatim cauerit, ut ſola ea
actione utamur,etiã ueteres eo nomine a-
ctiones competere ſi eodẽ facto duę compe
tant actones, poſtea Iudicis partes eſſe, ut
quo plus ſit in reliqua actione,id actor ferat
ſi tantundẽ aut minus id cõſequitur,uel ni-
hil conſequať,ut rectius legit Iac. Cuiacius
373 libro.3.obſerua.cap. 25. in fi.tex.autem †. l.
1.ff.ui bono.rapto.ſic legitur.Paul.lib.22.ad
edictum.Qui rem rapuit,& furti nec mani-
feſti tenetur in duplum,& ui bonorũ rapto
rum in quadruplũ. Sed ſi ante actũ ſit ui bo.
rapto.deneganda eſt furti:ſi ante furti actũ
eſt, non eſt illa deneganda ut tñ amplius,
quod in ea eſt cõſequatur, que uerba ſi dili
gẽter perpendantur Cuiacij ſectionẽ pro-
374 bant ſic ẽt intelligitur † tex. l. cũ ex uno.ff.
de actio.& obliqui coniungẽdus eſt cũ text.
l.1.ff.arbo.furtim ceſa.qui maximã cæteris
adferunt declarationem, quamobrẽ diuerſi
ſunt termini, tum quia nos loquimur cum
unum eſt factum unaq; actio & pœna, tum
quia loquimur nos cum pœna eſt ad uindi-
ctam,& tñ.l.1. ui bono.rapto.eſt pro partis
intereſſe,& ratione rei familiaris,ut eo loci
adnotauit Bar. ſolet adferri ſecundo loco
375 † tex. l. C. de ſepul.uiola. quo intelligimus
nouã pœnã ſepulchrorum uiolatori impoſi
tã non tollere primam,ſed illi eſſe additã ue
rũ diuerſas pœnas eſſe impoſitas ratione di-
uerſitatis facti ſi .n. cadauera ipſa moleſtia
afficiantur, uiolatores illi pœna afficiuntur
corporali.ſic intelligo.l.3.§. aduerſus.ff. de
ſepul.uiola.ſin uero marmora tantũ,cemen
ta & ſimilia ſepulchrorũ cauſa poſita amo-
uerint, pœna tantũ mulctantur pecuniaria.
ſic intelligo.l.3.&.d.l.4.C.de ſepul.uiola.ac
cedit præterea.ut animaduertit ante omnes
Albe.d.q.8.ꝙ is caſus.l.3.eſt adeo clarè diffi
nitus,ut in caſu dubio non mereatur citari,
quam reſponſionem ſenſit & Saly. in.d.l.3.
col.ul.uerſic. ſolum reſtat,eadem reſponſio
ne diluitur argumentatio, quæ tertio loco
376 adfertur ex † l.Arriani.§.ult.C.de hæret.ur
gere magis uidetur argumentatio, quam
377 quarto loco uiſus eſt facere Bart. ex † l.ult.
C.de noua.qua intelligimus ex actu cõtra-
hẽtiũ paciſcentiumuè, ſeu debitoris & credi
toris nullã eſſe factã nouationem,nec anti-
quã obligationẽ ſublatã eſſe niſi expreſſè, a
ctũ ſit, quare idẽ in caſu noſtro dicendũ eſt,

ac Blancus quem ſuo citauimus loco.nu.69.
378 negat licere † argumentari a paciſcentium
conuentione & actu,ad ſtatuti diſpoſitionẽ
negatiue Dec.l.nec ex prætorio in ti. de re.
iuris Euerard.in cẽturia legali, in loco a pa
cto ad legem ſtatutumue &c. Neuizanus li.
1.ſylua nuptia.nu.226.quia & ſi pacto id nõ
concedatur , ſtatuto tamen poteſt concedi,
in quo maior uis eſt , ſed huic declarationi
pugnat ex diametro,quod reſpondit Barba.
ut ſtatim referam,accedit præterea non eſ-
ſe ſic dubium circa ſtatuti uel pacti poteſta
tẽ,poſſe.n.utroq; caſu conceditur.Sed dubi-
tatio eſt ſolum,an in dubio ab antiqua pœ-
na per nouam ſit receſſum: & non eſſe receſ
ſum creditur,ut nec ab antiqua actione dici
tur per nouum recedi,quare reſponderi ue-
rius poteſt,illius,l.ultimæ caſum eſſe ſic cla
rè deſſinitum, eſſeq; antiqua iura correcta,
quibus ſatis erat conſtitutum ex noua obli
gatione,& nouo actu cenſeri a prima receſ
ſum,quare in oppoſitum urget potius anti-
qua lege cõſiderata , ut quemadmodum ex
nouo actu in dubio ab antiquo dicebatur re
ceſſum & inducta nouatio,ſic in caſu noſtro
accedit preterea adeo ſic clare eſſe conſtitu
tum in caſu d.l.ult.C.de noua.ut non niſi ex
379 preſſe fieri poſſit † nouatio,ut nec coniectu
ris uel præſumptionibus facta dicatur , ut
probat tex.§.præterea.inſt.quib.mod.toll.
obliga. ibi,& quaſdam de hoc præſumptio
nes,alij in alijs caſibus introducebant : ideo
noſtra præceſſit conſtitutio, qua apertiſſi-
me deffiniuit,tunc ſolum nouationem prio
ris obligationis fieri,quoties hoc ipſum in-
ter contrahentes expræſſum fuerit &c.non
ergo hic ſufficiunt coniecturę & præſump-
tiones,quod annotarunt Imola ac alij plu-
res,ut apud Socinum in l.qui uſumfructum.
nu.8.de uerb.ob.& latè Dec.conſ.400. col.
1.addo Barba.con.37.col.9.uerſ.& ſi quiſpi
am lib.1.conſ.15.col.7.lib.2.quicquid aliter
ſenſerit Afflict.deciſ.44.nu.15.& Bolog.cõ.
380 59.col.2.in fin. quin affirmat Barba. † nec
ſtatuto hodie poſſe illius cõſtitutionis.l.ult.
formam immutari,quod ſi uerum eſt,dignũ
eſt,quod annotetur perpetuò. in caſu autẽ
noſtro ipſemet Bar. & alij, quos infra enu-
merabimus,fatetur ingenuè ex noua ſtatuti
pœna ab antiqua iuris communis eſſe receſ
ſum,ſi aliqua adſit præſumptio, & coniectu
ra,quæ hoc ſuadeat. Solet etiam quinto lo-
381 co adferri † tex.l.3.in prin.ff.de libero hom.
exhiben. quo ſatis intelligimus Plagiarium
teneri illo interdicto.ac etiam pœna a lege
Fauia ſeu Fabia contra eum indicta , nec u-
ná abrogaſſe alteram , quod argumentum
præſtat,ut idem in caſu noſtro dicẽdum ſit:
uerum facili negotio diluitur argumẽtatio
hæc,quandoquidem in caſu.d.l.3. agitur de
facto uno , quod duas parit actiones diuer-
ſas,ad finemq; tendentes diuerſum,nam cũ
Plagiarius liberum intercepit hominem il
lumq; diſtraxit,uel ſeruum corrupit alienũ,
ſollicitauitq; ut a domino recedat,ſerui do
minus,uel liberi hominis conſanguineus af
finiſue,uel alter cuius intereſt magis ex in-
terdicto illo de libero homine exhibendo
contendit illum exhiberi,ut priſtinam reci-
piat libertatem,qui ſanè exhibitionis actus
non continet pœnam aduerſus Plagiarium,
qui immunis euadat pena a lege Fabia indi
cta afficitur, duo ergo ſunt , quorum unum
nec electione,quidem alterum tollit , quod
non contingit in caſu noſtro ex Bart. met
& ſequacium ſententia , ſunt ergo caſus di-
uerſi. legibus autem Longobardorum aliæ
indictæ ſunt plagiarijs pœne ut in Longo-
bardis in titulo. de non ſuæ rei uenditione,
& de crimine Plagij & (ut hoc dicã obiter
382 per tranſennam ueluti) eſt dictus † is Plagia
rius: ἀπὸ τοῦ πλαγίου ideſt ab obliquo.ut
rectè poſt Philelphum admonuit Alcia. lib.
1.Parerg.iuris.ca.47.nec diſſentit Duare. li.
2.diſputa.anniuerſa.cap.20. ab obliquo in-
quàm,quod obliquis quibuſdam artibus &
dolis in ſeruitutem trahebãt,illa accedit ra-
383 tio,quod † Plagæ prima correpta,dictæ sũt
Retia ad capiendas feras,ut apud Vergil.in
4.Aenea.Retia rara plagę,& lato uenabula
ferro.& apud Horatium li. 3.carmin.ode.5.
384 Denſæ plagę &c.quare in plagas † incidere
per tralationem dicimus incidere in pericu
lum.Sic legimus apud Ciceronem in Verrẽ
Si mehercules (id quod fore intelligo non
poſſe)ex his laqueis te exueris, ac te aliqua
ui uel ratione explicaueris,in illas tibi ma-
iores plagas incidendum eſt,in quibus te ab
eodem me ſuperiore loco confici & conci-
di neceſſe eſt.& li.12.famil.epiſt.25. Corni-
ficio ſcribens,ſic ſum in Antonium inuectus
ut ille non ferat,omnemque ſuum uinolen-
tum furorem in me unum effunderet me-
que cum eiicere uellet ad cædis cauſam,
tum tentaret inſidijs: quem ego ructan-
tem & nauſeantem conieci in Octauia-
ni Cæ

ni Cæſaris plagas, ideſt retia. Qui ergo his
dolis & fraudibus hominē liberum interci-
piebat, alienum ue ſeruum corrūpebat Pla-
giarius dicebatur, quaſi plagas tedens, illos
que ſic uenatus quodammodo apud ſe reti-
nebat. Sexto autem loco argumentabatur
Bero. in d. cap. de cauſis nu. 75. eſſe in dubio
385 † euitandam correctionem cap. cum expe-
diat de electio. in. 6. l. præcipimus. C. de ap-
pella. & alibi ſæpe, non ergo ex noua pœna
illa antiqua dici debet ſublata, at ipſe retor-
querem non eſſe in dubio multiplicādas pœ
nas, uel ſumenda interpretatio, qua pæna
augeri poteſt, ſed e contra l. ſi de interpre-
tatione de pœnis.

Quàm dubia ſit ergo una & altera inter-
pretum ſententia, nemo eſt, qui non uideat:
magna eſt certe utriuſq; claſſis authoritas,
386 quamobrem nō iniuria cēſuit is † Alber. Ro
ſatus, (quē uirum legibus ſacraque Theolo
gia doctiſſimum celeberrimumque aduoca
tum appellat Carol. Molinæ. in conſuetud.
Pariſien. titulo. 1. §. 1. gloſ. 5. nume. 63. Cuius
que innumeras uerasque refert laudes Neui
zan. libr. 5. Syluæ nuptiarum numer. 35. in d.
quæſtio. 8.) hanc iuris queſtionem Ceſareā
poſtulare deciſionem: quid ergo ſentiam ip
ſe, non ſatis in medium proferre audeo, ut
tamen meum quale quale iudicium interpo
nam, cum nouerim liberum eſſe unicuique,
quid in re tā ambigua ſentiat, dicere. Placet
igitur magis poſterior hæc ſentētia (ut ſi er
randum mihi ſit, errem cum ijs, qui ueritate
nituntur, & ſi nume. cæteris æquales nō ſint)
ex ſtatuti pænā abrogatā nō eſſe antiquam
iuris communis, in hancque adducor ſentē-
tiā, ex tex. claro, qui omnē tollit diſputatio
nē in. l. 3. §. diuus Hadria. ff. de ſepul. uiola. cu
ius clara uerba hęc ſunt diuus Hadria. reſcri
pto pœnā ſtatuit quadraginta aureorum in
eos qui in ciuitate ſepeliunt. quā fiſco infer-
ri iuſſit, & magiſtratus qui eadem, qui paſſi,
& locum publicari iuſſit, & corpus transfer
ri. Quid tamen ſi lex municipalis permittat
in Ciuitate ſepeliri? poſt reſcripta principa-
lia, an ab hoc diſceſſum ſit uidebimus, quia
generalia ſunt reſcripta, oportet Imperialia
ſtatuta uim ſuam obtinere, & in omni loco
ualere, nō eſt ergo in poteſtate ſtatuentium
abrogare iuris cōmunis pęnam: ſi ergo non
eſt in poteſtate eorū tollere, ſequitur quod
in dubio ab ea recedere minime uoluerint:
accedit præterea, quod in dubio correctio
ſolet euitari. quare niſi expreſſum ſit non in
387 ducitur † correctio l. pręcipimus. §. ult. C. de
appella. ubi Bar. late Craue. Tract. de antiq.
tempo. in prin. nu. 42. & conſ. 307. nu. 4. Soc.
Iun. conſ. 131. num. 50. lib. 1. hinc uidemus a
Iuſtiniano obſeruatum, ut non niſi longa
præfatione præmiſſa, & multorum uerborū
honore antiquas conſtitutiones abroget, ut
ex noſtris adnotauit Alcia. lib. 3. Parerg.
iuris. cap. 17. & Lud. Charo. lib. 2. ueri ſimil.
iuriſ. cap. 16. & hanc ſententiā ante illos in
noſtris ter. probauit Ant. Corſet. qui uiden
dus omnino eſt in ſuo ſing. in uerbo corre-
ctio. incip. quotiens approbatur &c. qui pro
priè intelligit quando antiqua pœna nō pu
gnat cum noua & e contra, nec eſt quod
obijciatur in dubio eſſe interpretationem
illam ſumendam, quæ minuit pœnam, quia
intelligitur cum eſt dubium, quæ pœna ſit in
dicta. ſed in caſu noſtro eſt clarū duas eſſe
impoſitas, & unam alteri ſuper additam ſeu
in electione actoris conceſſam, ſentiat quid
uelint cæteri placet nobis hæc ſententia,
quam tamen declaramus ut nunc ſubijcio:
declaratur ergo non procedere quando ta-
lis tamq; urgens concurreret coniectura,
qua poſſemus dijudicare ſtatuētes recedere
ab antiqua iuris communis pęna uoluiſſe, &
licet in Iudicis arbitrio reſidere uideatur,
quæ urgēs ſit coniectura ut in ſimili dicimus
388 cū agitur de detegēda † ſimulatione & fictio
ne contractus detegitur enim coniecturis,
quę in iudicis poſitæ ſunt arbitrio ut poſt
cęteros cenſuit Craue. conſ. 156. n. 14. eiuſdē
ſentētię addo Pariſ. cōſ. 54. nu. 22. li. 1. & Di-
dacū lib. 3. uaria. reſolutio. cap. 7. nu. 3. & ca-
pit. 8. nu. 4. ſic aliquādo dicimus donationē
ex coniecturis factam cenſeri, quę coniectu
ræ ſunt iudicis arbitrio, ſic Bello conſ. 60 n.
10. Alcia. reſpon. 273. nu. 5. cætera, quę latè
cōgeſſimus in noſtro, quē propediē edemus,
tractatu de arbitrarijs iudicum ex induſtria
omittimus, in caſu tamē noſtro aliquæ ſunt
coniecturę quibus iuſtè intelligere poteſt iu
dex eſſe a iuris cōmunis pœna receſſum. Pri
389 ma † eſt ex Bar. ſentētia in. d. l. 1. in fi. ff. ui bo
no rapto. quem ſecuti ſunt Abbas. d. cap. de
cauſis nu. 14. in fi de off. deleg. & ibi Bero. n.
75. uerſ. opinionem cōntrariam, idem cēſuit
Ang. Are. in tract. maleficio. in. d. uerſ. caput
a ſpatulis &c. eſt inquam coniectura prima,
quando in eadem ciuitate extat ſtatutum,
quo caueatur, quod ubi pœna non eſt deter

minata in ſtatutis Ciuitatis, recurratur ad ius cõmune: ex hoc enim coniijcimus a iure cõmuni receſſum, ad illudq; ſolum in ſubſidiũ eſſe confugiendum. ſecunda eſt coniectura, quam omnium primus ſenſit Bal. in l. non eſt nouum ff. de legib. quem ſecutus eſt Ang. Aret. d. uerſic. caput a ſpatulis uerſic. alij dicunt, quibus non relatis, idem cenſuit Bero. d. cap. de cauſis num. 76. uerſ. 3. opinio-
390 nem, quando † ſcilicet pœnæ eſſent incompatibiles, noua enim quæ ueteri repugnat, oſtendit ueterem illam eſſe abrogatam, ſic ſupra declarauimus tex. §. ſi quãdo in auth. ut nulli Iud. & confert, quod egregiè docuit Dec. in l. Pacta nouiſſima num. 2. C. de pactis, dum declarando textum. l. ult. C. de noua. quo iam diximus nouationem ex nouo actu non induci niſi expreſſè ſit actũ, inquit ille intelligi, niſi actus ſecũdus repugnet pri-
391 mo, tunc † nouatio facta dicitur, idẽ reſpondit ipſemet Dec. conſil. 400. colum. pen. uerſic. quarto. reſpondetur, cõſil. 463. nu. 5. conſil. 464. num. 4. & conſil. 564. num. 14. 15. quare in noſtris his ferè terminis cẽſuit Corſet. in ſingula. ſupra relato. in fin. legẽ poſteriorem etiam ſine aliqua præfatione derogare priori cum illi aduerſatur. Tertia coniectura uidetur deſumi ex Saly. doctrina in d. l. 3. in
392 fin. C. de ſepul. uiola. quando ſcilicet † pœnæ eſſent exceſſiuæ, ſi una alteram nõ tolleret, ſed leuis eſt coniectura, quia unius electione altera extinguitur. Quartam coniecturã cõſiderabat Bero. in d. cap. de cauſis num. 76. in fin. quãdo ex ſtatuto pœna iuris communis, uel augetur, uel minuitur, quod is intelligit,
393 quãdo ſtatutum † expreſſè illi pœnæ addit, uel illam minuit. citat quæ ſcribit Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior de his qui notã. infam. confert text. l. Ius ciuile. ff. de iuſtitia
394 & iure, in illis uerbis. Itaque † cũ aliquid addimus uel detrahimus iuri cõmuni, ius propriũ, ideſt Ciuile efficimus, ſic text. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter de uerb. ob. cũ aliquid adijcitur uel detrahitur uitiatur ſtipulatio, niſi interroganti placuerit ut ualeat, quia tũc alia ſtipulatio cõtracta eſſe uidetur dixit alia ut nouã oſtẽderet ſtipulationem, ut eo loci annotarunt Alcia. 3. no. & cęteri omnes ſic
365 tex. in l. ſi cui ędes, † ubi nouus locus nouę ædes, indicatur antiq; qualitate adiecta, hinc gl. in cle. 2. in fi. in uer. ſãctioni de uita & ho. cler. affirmauit pœnalẽ ſanctionẽ antiquam nouã cẽſeri aliquid illi addito, hinc quoque reſpõdit Soc. Sen. conſil. 27. colum. 4. in prin.
396 libr. 1. nouum † compromiſſum cenſeri cum antiquo additum quid uel diminutum fuit. ſic reſpondit Cur. Sen. conſi. 43. Teſtator Auguſtinus, circa finem, teſtamentum antiquum cẽſeri immutatum & nouum effectum, addita illi clauſula etiam in codicillis poſi-
397 ta, hinc ſolemus abſolutè dicere, quod † qualitas adueniens enti conſtituit nouum ens, capitulo ſtatutum iuncto capit. licet canon de elect. in ſexto quod tradũt poſt alios Gomes. Hiſp. §. in perſonam num. 16. Inſt. de actio. & Marſil. ſing. 520. qualitas &c. quod intelligitur cum qualitas ſubſtantialis eſt, ut rectè animaduertit Crauetta noſter conſ. 223. nu. 6. poſt Corneum & cæteros, quos citat, & eiuſdem ſententiæ addo Alcia. d. §. qui ſimpliciter. d. 3. no. & Tiraq. tract. de retractu conſang. §. 26. glo. 1. nu. 6. quod etiã intelligitur ex Beroij ſententia relata, cum expreſſè ipſi iuri communi eſt additum, cũq; iuris communis habita eſt expreſſè mentio, quod ſi in dubio intelligeretur profectò urgens eſſet pro reiecta communi ſententia fundamentum quod a lectore noſtro bene uolo perpendi uolo, ne tantum nobis, quãtum rationi tribuat illud interim nõ ptereo Beroij cõiecturã extra quęſtionẽ noſtrã eſſe cũ in caſu dubio nos loquamur, is cõiecturã in caſu claro adferat, cogitãdũ tñ eſſe cẽſeo
398 Quæro. 52. cũ mitior pœna † uiolẽto occupatori eſt impoſita ex ſtatuti diſpoſitione, ſitq; illa mulctatus, an agi cõtra eũ poſſit ex pœna a iure cõmuni indicta hãc in ſimili relati interpretes quæſtionem proponũt: eſtq; cũ receptiſſima ſententia concludendũ duos caſus conſtituendo, primus eſt cum agitur criminaliter ideſt ad uindictam, tunc af-
399 firmant omnes agi non poſſe † quia una pęna alterã abſolutè tollit, ſic affirmat Alber. d. tract. ſtatutorum prima parte. q. 8. uerſ. ad ſecundam queſtionem, Bar. d. l. 1. in fi. ff. ui bono. rapto. & in l. ſenatus col. 2. uerſ. his ſic præmiſis. ff. de accuſa. ſic multis relatis affirmauit Boe. q. 289. nu. 6. 7. 8. idẽ uiſus eſt ſentire Aegidius Boſſius in tract. cauſarum criminaliũ tit. de pœnis nu. 5. qui tamẽ pro more rem paucis ac leuiter attingit, ſic relati intelligunt l. quod ſenatus. l. præter edixit. §. 1. ff. de iniurijs. l. ſenatus. ff. de accuſa. & l. eorum. ff. de pœnis
400 Secundus eſt caſus quãdo † agitur ciuiliter ratione ſui intereſſe, tunc agitur ex diſpoſi-

tione iuris cõmunis quatenus excedit quod in ſtatuto continetur, ſic relati omnes affirmant, & in noſtris ter. ſic reſpondit Alex. conſ. 103. nu. 5. uerſ. imo tunc uidemus lib. 1. ſic intelligunt. l. 1. ff. ui bono. rapto. & l. licet. §. pe. ff. nautæ caupo. ſtabul. & l. qui ſeruum alienũ & l. cũ ex uno. ff. de act. & obliga. quę ex his quæ in præcedenti quæſtione diximus, ſatis clara ſunt. hæc ad Nonum recuperandæ poſſeſſionis remedium.

SVMMARIVM DECIMI remedij.

RECVPERANDAE POSSESSIONIS.

1 *Arcadius & Honorius. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſ. lib. xi. conditores.*

2 *Theodoricus Rex l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. ſuo edicto & authoritate confirmauit.*

3 *Caſſiodori locus.*

4 *Remedium l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. nouum poſſeſſionis recuperatorium.*

5 *Colonus adſcriptus ſolo, quando inter immobilia connumeretur.*

6 *l. ſi certæ. ff. de furtis explicata.*

7 *Bartoli commentaria non eſſe qui illius nomine circunferũtur in tres poſteriores libros Codicis.*

8 *Conſtitutio. l. ſi me & Titium. ff. de rebus creditis ſi certum peta. non prouidet in caſu. l. ſi coloni. C. de agric. & cenſ. lib. xi.*

9 *Triticaria actio non prouidet in caſu. l. ſi coloni. C. de agr. et cenſ. lib. xi.*

10 *Conſtitutio. l. ſi coloni. C. de agr. et cẽſ. lib. xi. alias in codice Theodoſiano eſt collocata ſub tit. utrubi.*

11 *l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. an etiam prouideat contra ſpoliatorem bonorum mobilium quorumcumq; & immobilium.*

12 *Agriculturæ fauore multa concedi.*

13 *Priuilegia etiam fauore agriculturæ non multiplicari.*

14 *Conſtitutio. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. edita, ut ſpoliato rei animatæ eſſet conſultum.*

15 *Succeſſor ſingularis remedio. l. ſi coloni C. de agricol. & cenſ. lib. xi. conueniri an poſſit.*

16 *Ripę ſententia in cap. ſæpe nu. 32. uerſ. 3. quæro extra de reſtitutio. ſpolia. declaratur.*

17 *Succeſſor mediatus cum titulo & bona fide conueniri an poſſit ex l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi.*

18 *Conſtitutio. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. prouidet contra eũ qui per malam fidem lucri ſpe ſeruum fugitiuum recipit.*

19 *l. Si coloni. C. de agricol. & cenſ. in illis uerbis, ad alios declaratur.*

20 *Vniuerſalis ſermo ad caſus habiles reſtringitur,*

21 *Poſſeſſor malæfidei, an remedio l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſ. lib. xi. experiri poſſit.*

22 *Auxilio legis non iuuatur, qui in eam commiſit.*

23 *C. Vltimum de ordine cognitio, declaratur.*

24 *Vitium maius eſt occupare hominem, quàm rem.*

25 *Cõmodatario, depoſitario, et ſimilibus detẽtoribus an cõcedatur remediũ ex l. ſi coloni. C. de agr. & cenſ. li. xi.*

26 *Detẽtor dicitur q cã cuſtodię rẽ detinet*

27 *Detentatio quid facti eſſe dicitur.*

28 Detentatio occupatio appellatur.

29 Detentori officio iudicis ſuccurritur, ſi animata res ab eo detenta occupatur, & aufertur.

30 Agens ex l. ſi coloni. C. de agricolis & cenſ. lib. xi. non habet neceſſe probare ſe dominum & poſſeſſorem.

31 Poſſeſſor bonæfidei recuperans ſeruũ uel colonum ſibi ablatum, qua actione experiatur.

32 Actionis nomen hodie in libello non exprimitur.

33 Interdictum utrubi contra colonorũ & ſeruorum occupatores concedi ex Cyno.

34 Interdicto utrubi. qui experiuntur, & actoris & rei partes ſuſtinent.

35 Seruus ſe liberum profitens, iudicio petitorio conuenitur.

36 Præiudicialis actio quæ.

37 Præiudicium quid.

38 Cauſa ſtatus inter dominum & ſeruum ac colonum apud quem iudicem tractari debeat.

39 l. De iure. ff. ad municipales. declaratur.

40 Actor etiam in cauſa ſtatus forum rei ſequitur.

41 l. 1. C. ubi cauſa ſtatus & l. ſi ex poſſeſſione eo. declarantur.

42 l. ſi de poſſeſſione. C. ubi cauſa ſtatus aduerſus Accurſium & cæteros nouo ſenſu illuſtratur.

43 Poſſeſſio & quaſi poſſeſſio probandi onus in aduerſarium reiiciunt.

44 Iudex competens quis dum adhuc nõ conſtat an dominus uel ſeruus actoris partes ſuſtineat.

45 Remiſſio cauſæ quæ fit a Iudice ad iudicẽ, nõ niſi cauſa ſummatim cognita fit.

46 Seruus præſumitur doloſè eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis eo ipſo quod aufugit.

47 Dominus recuperans ſeruum uel colonum ex diſpoſitione l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. actoris partes ſuſtinere dicitur.

48 Domino an ſua authoritate liceat ſeruũ uel colonum fugientem, capere.

49 Seruus uel colonus, dũ ĩ actu fugæ eſt propria authoritate capi poteſt.

50 Vagabundus, qui aliquo in loco non conſiſtit, dicitur.

51 Seruum uel colonum uagabundum, ſua authori. capere poteſt dominus.

52 Multa conceduntur ob imminens periculum quæ alias nõ concederẽtur.

53 Cõſilium, quod in ſententia ex forma ſtatuti exigitur, non eſt expectandum, ſi immineat periculum.

54 Iudex competens is dicitur, ut uagabundum prehendi iubeat, in cuius territorio aufugit ille.

55 Seruus, uel colonus, qui aufugit, & nunc ab alio poſſidetur, à priore domino propria authoritate prehendi non poteſt.

56 Vaſſallos e loco recedentes cum ab altero poſſidentur, ſua authoritate prehendere ſuaq; manu capere non poteſt dominus feudi.

57 Seruus, an ſerui poſſeſſor nouus, cõueniendus an ſit, à priore poſſeſſore.

58 l. Titius ff. de ſeruis exportandis ſenſus & intellectus.

59 l. 1. C. ſi mancipium ita fuerit aliena. intellectus & declaratio.

60 Lex una, declarat alteram.

61 l. In hoc iudiciũ. §. ultimo ff. communi diuidundo declaratur.

62 Dominus,cum ſua authoritate ſeruum fugitiuum capere poteſt, an & alie na manu id exequi ualeat.

63 Seru',uel colonus, ſi poſt fugã aſſecuti ſunt dignitatẽ, a dõio ad priſtinam ſeruitutẽ recuperari redigiue poſſint

64 Dignitas ſeruũ à ſeruitute nõ liberat.

65 Serui,coloni, & Aſcriptitij arceantur à dignitatibus.

66 Epiſcopalis dignitas liberat ſeruum à ſeruitute.

67 Clericatus dignitas ſeruũ non liberat.

68 Epiſcopus feudum retinet & comitis dignitatem ac priuilegia.

69 Epiſcopus feudum non retinet, ſi per ſubſtitutum ſeruitium domino præſtare non poteſt.

70 Seruus uel colonus, qui per annis triginta Curiæ ſeruiuit ab omnis ſerui tutis uinculo ſoluitur.

71 l.1.C.ne rei dominicæ uel templo ſenſus & intellectus.

72 Vaſſali & feudatarij, eorum colonos & ſeruos, qui e loco feudi receſſerunt reuerti an cogere poſſint reme dio.d.l.ſi colo.C.de agr.et cenſ.li.xi.

73 Vaſall' mei uaſalli,nõ ẽ meus uaſallus,

74 Princeps & Rex Barones & uaſallos ſub ſe habet, non homines ipſorum Baronum & uaſallorum.

75 Vaſſali immediati à dõio feudi media to onere aliquo grauari nõ poſſunt.

76 Vaſallus directũ dominiũ hẽt aliquãdo

77 Vaſalli & feudatarij a domino feudi directo cogi an poſſint reuerti, cum receſſerunt, & feudum reliquerunt.

78 Domini & uaſſalli reciproca obligatio eſt.

79 Vaſſalli e loco feudi recedentes pœna mulctantur.

80 Seruitutem qui in loco præſtare tenetur,locum ad domini detrimentum mutare non poteſt.

81 Dominus feudi in alterum feudũ trãſferre non poteſt ad primi uaſalli detrimentum.

82 Vaſallus domino inuito feudo renuntiare non poteſt,ſi annuum ſeruitiũ præſtare tenetur.

83 Coloni,uel ſerui,ac Vaſſalli,a Domino Tyranno ad priſtinam ſeruitutem recuperari non poſſunt.

84 Tyrannum occidere pulchrum & beneficio gratum.

85 Tyrannidis deteſtatio.

86 Dominus feudi,eo priuatus, ſi cum ſub ditis ſe habet inique.

87 Spoliatus ob maximam ſui ſæuitiam, non reſtituitur ante omnia.

88 l.Cum ſate.C.de agric.& cenſ.lib.xi.declaratio.

89 Vaſallus ſi ob cõmiſſum delictũ feudo priuatur,non recuperat colonos & homines,qui locũ feudi deſeruerunt.

90 Vaſallo Bannito liberantur ſubditi, a Iuramento fidelitatis.

91 Excommunicato non obſeruatur iuramentum fidelitatis.

92 Hæretico iuramentum fidelitatis obſeruandum non eſſe.

93 Coloni,uaſalli,et ſimiles neceſſitate, ob ſterilitatem & famem coacti locum feudi poſſunt deſerere.

94 Vaſallus ob loci ſterilitatẽ feudo renũtiare poteſt,domino reluctante.

95 Inquilinus iuſtum ob timorem è domo migrare poteſt.

96 Fames eſt omnium calamitatum maxima.

97 Fames excuſat à furto.

98 *Filium uendere poteſt pater cum fame laborat.*

99 *Conductori facienda eſt remiſſio ob ſterilitatem.*

100 *Peſtis iuſtam præſtat cauſam ut inquilinus poſſit domo reluctante domino migrare.*

101 *Vaſallus ad gratiam domini reſtitutus an colonos inquilinos & ſeruos qui migrarunt recuperare poſſint.*

102 *Reſtitutio ad alterius iniuriam non trahitur.*

103 *Reſtitutio re integra plenum operatur effectum.*

104 *Minor reſtitutus beneficium iam alteri collatum non conſequitur.*

105 *Decurio reſtitutus locum non ingreditur, donec interim electus officio illo fungitur.*

106 *Doctor reſtitutus ad collegium l. cum quod ſui culpa amiſit non recuperat, ſi iam alter cooptatus fuit.*

107 *Doctor è collegio inique excluſus, ſi reſtituatur priſtinum quem fuerat conſecuturus, locum conſequi debet.*

108 *Doctor ob ſui culpam lectura priuatus priſtinum locum iam alteri demandatum, non recuperat.*

109 *Vaſallus reſtitutus, iam alteri conceſſa non recuperat.*

110 *Deportatus reſtitutus, interim a fiſco alienata non recuperat.*

111 *Reſtitutus ob publicam utilitatem, etiam interim alienata recuperat.*

112 *Reſtitutus ex cauſa pacis, non recuperat interim alienata in eccleſiam.*

113 *Reſtitutus per Iuſtitiam etiam interim alienata recuperat.*

114 *l. Quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de minor. ſenſus & intellectus.*

115 *Caſſiodori locus.*

116 *Reſtitutus expreſſè etiam ad alienata omnia recuperat.*

117 *Libellus in caſu l. ſi coloni. C. de agricol. et cenſ. lib. xi. porrigi an debeat*

118 *Remedio l. ſi coloni. C. de agr. & cenſo. quanto tempore præſcribat.*

119 *Dominus quanto tempore ſerui uel coloni poſſeſſionem amittat.*

120 *l. Si is qui. §. ſi ſeruus de uſucap. litera & intellectus.*

IMPERATOR

ARCADIVS ET HONORIVS AA.

Vincentio PP. Galliarum.

SI COLONI, quos bona fide quiſque poſſedit ad alios fugæ uitio tranſeuntes neceſſitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: Bonæfidei poſſeſſori primum oportet celeri reformatione ſuccurri, & tunc cauſam originis & proprietatis agitari. Dat. iiij. Id. Iul. Med. Stilicone & Aureliano Conſſ.

DE MVLTIPLICI colonorum ſpecie plura ſcitu digna annotauit Cuiacius in Rub. huius tituli, & de aſcriptitiis apud Cælium Rodig. lib. 7. cap. vlt. lect. antiq & Zaſius. §. præiudiciales nu. 14. Inſt. de actio.

DECIMVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium.*

EX L. SI COLONI C. de agricol. & cenſ. lib. xj.

1 ARCADIVS † & Honorius Diui Imperatores, cũ aduerſus impios rerum alienarũ occupatores, qui ſua manu ſibi iuſdicere audent, nõ omnibus in caſibus Prætorum edicto unde ui, uel
alijs conſtitutionibus prouiſum eſſe animad
uerterent, eo præſertim in caſu, cum rei mo
bilis ac ſe mouentis, ſeu animatę poſſeſſor
ſpoliabatur, hanc promulgarunt conſtitu-
tionẽ, qua cautũ cernimus, quod ſi colonus
alterius ſimilis ſeruus & aſcriptitius fugiẽdo
poſſeſſorẽ ſua poſſeſſione ſpoliaret, ſpolia-
tum celeri reformatione, hoc eſt ſine cũcta-
tione ad ſuam poſſeſſionẽ reſtituendũ eſſe,
& poſtmodum cauſa originis ſeu proprieta
2 tis tractandam, horum forte † Imperatorũ
conſtitutionem, inſecutus Theodoricus tũc
Italiæ & Galliarum rex, in hęc uerba reſcri
3 pſit, ut eſt author † Caſſiodorus li. 3. uaria.
epiſtola deſtinata Vnigis Spartario. Qua
propter, cum deo propitio, Gallias exerci-
tus noſter intrauerit, ſi qua mãcipia ſeruitiũ
declinantia, ad alios ſe, q̃ quibus uidebãtur
competere, contulerunt, prioribus dominis
iubemus ſine aliqua dubietate reſtitui, hanc
4 noſtri crebrius dixerunt † nouam eſſe cõſti
tutionem nouumq; recuperan. poſſeſſ. reme
dium, ut retulit Ripa in cap. ſæpe. nu. 30. de
reſt. ſpol. qui etſi diluat Abbatis argumen-
tationem, qua adductus opinabatur & hoc
in caſu eſſe locum interdicto unde ui, atta-
men & ipſe Ripa leui motus argumento eã
dem Abbatis ſententiam tueri uidetur, nam
(inquit ille) colonus fundo adſcriptus, fun-
di pars eſſe dicitur l. cum ſatis C. de agri. &
conſ. lib. xj. quare inter immobilia enumera
ri poteſt. l. iubemus, ſecũda, in prin. ubi gloſ.
C. de ſacroſ. eccl. non ergo mirum erit ſi in
terdictum unde ui cõpetere poſſit, ſi fugien
do colonus poſſeſſorẽ, ſpoliat, quæ ſanẽ ar-
gumẽtatio nec uera, nec probabilis eſt, q̃m
5 tunc demum colonus † ſolo adſcriptus in-
ter immobilia connumeratur, cũ a ſolo nõ
recedit, probat l. 3. ff. de diuerſ. & tempo. prę
ſcrip. & clarè ſic explicat glo. in l. 1. in gl. prę
ſcriptionem, q̃ ibi Bart. nu. 5. eſt ſecutus. C.
6 de ſeruis fugit. argumentum † tex. l. ſi, cretę
ff. de furtis, quo dicimus, cretam a ſolo ſepa
ratam inter mobilia eſſe referendam, non ſi
cohereat ſolo, cum ergo colonus fugiendo
a ſolo ſeparari dicatur, non mirum ſi ut res
mobilis iudicatur, & ut furti actio datur. d.
l. 1. ubi Bart. nu. 5. C. de ſer. fug. ſic hoc caſu
interdicto unde ui. locus non erat, quod nõ
conceditur ob poſſeſſionem rei mobilis. l. 1.
7 *Impenſarum cauſa rem reſtituere locatori iuſtè recuſat conductor.*

8 *Impẽſarũ cauſa,iuſtè retineri res põt.*

9 *Animalia ob alimenta eis præſtita iuſtè retineri poſſunt.*

10 *Impenſarum exceptio, etiam executionis tempore obijci poteſt.*

11 *Impenſarum cauſa,aliàs retineri prohibitæ retineri tamen poſſunt.*

12 *Scolaſticus,ob impenſas in funere ſcholaſtici factas;iuſtè illius libros retinere poteſt.*

13 *Libri ſcholaſticorum ob æs alienum pignorari non poſſunt, ſicque in eis fieri executio.*

14 *Impenſarũ cauſa,iuſtè ſcripturæ a procuratore et notario retineri poſſunt*

15 *Impẽſarum exceptio etiam tertio obijci poteſt.*

16 *Impenſarum cauſa, etiam res eccleſiæ poſſunt retineri.*

17 *Impenſarum cauſa, etiam oblata fideiuſſione de eis ſoluendis retineri res poteſt.*

18 *Impenſarũ cauſa, etiam Caſtrũ et oppidum refectum retineri poteſt.*

19 *Conductor ad longum tempus ob impẽſarum cauſam rem iuſtè retinere poteſt.*

20 *Conductor et ſi ob nõ ſolutã pẽſionẽ expellitur, poteſt tamen impenſarum cauſa rem retinere.*

21 *Impenſarum cauſa, res a malæfidei poſſeſſore retineri non poteſt.*

22 *Conductor iuſtam habet cauſam non reſtituendi rem conductã, ſi conductionis tempus adhuc non eſt finitũ*
23 *Conductor iuſtam habet cauſam non reſtituendi rem conductam, cum timet ab alio ſibi fieri controuerſiam.*
24 *Conductores non reſtituentes rem a ſe conductam, ut rerum alienarum occupatores tenentur.*
25 *Delicta puniũtur ſi dolo et culpa ſunt commiſſa.*
26 *Excuſatur is, qui dum conſuluit peritiores errauit tamen ob iuris ignorantiam.*
27 *Conſilium Iuriſprudentum excuſat in litem ſuccumbentem, ut in expenſis condemnetur.*
28 *Iuriſperiti conſilium, qui eſt ſecutus a delicto excuſatur.*
29 *Conductor, uel colonus, quouſque debeat eſſe contumax in reſtituendo, ut in pœnam l. non ab re. C. unde ui incidat.*
30 *Praxis quæ ſit in remedio l. conductores. C. locati et l. Nõ ab re. C. un. ui.*
31 *Probanda quæ ſint in caſu remedij l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde ui.*
32 *Dominiũ ex poſſeſſione preſumptione probatur, & ibi declaratur.*
33 *Locationis Inſtrumentum dominium non probat.*
34 *Poſſeſſio locatoris probanda eſt illius temporis, quo facta eſt locatio, ſi agitur remedio l. Nõ ab re. C. un. ui.*
35 *Conductor conuentus remedio l. Conductores, uel l. ſi quis condictionis. C. locati, uel etiam l. Non ab re. C. locati obijcere an poſſit dominij exceptionem, & ibi ſeptem declarationibus declaratur queſtio ipſa.*
36 *Dominij exceptionẽ, qua ratione locatori obijcere non poſſit conductor.*
37 *Exceptio alia dominio inferior, locatori per conductorem obijci nõ poteſt.*
38 *Locatio cum legitimè facta non eſt dominij exceptio locatori iuſtè obijci poteſt.*
39 *l. Litibus. C. de agricol. & cenſ. lib. xi. declaratur.*
40 *Exceptio dominij locatori obiici poteſt cum rem propriam conduxit conductor.*
41 *Exceptio poſſeſſionis propriæ a conductore contra locatorẽ obijci poteſt.*
42 *Conductor ob ſuperuenientem nouam cauſam poteſt recuſare rem domino reſtituere.*
43 *Conductor mutato locatoris titulo rẽ illi reſtituere iuſtè recuſat.*
44 *Exceptio dominii notoria locatori obijci poteſt.*
45 *l. ſi quis conductionis & l. conductores C. locati remedium ceſſat, cum actione ex locato agitur.*
46 *Locationis contractus, nullius detegitur, ſi ex locato agatur.*
47 *Cyni euerſa conſideratio.*
48 *l. Ad probationem. C. locati, exponitur*
49 *Conduci res propria poteſt ob ſolam poſſeſſionis cauſam.*
50 *Remedium l. non ab re. C. unde ui. & l. conductores. C. locati. an contra conductoris hæredes concedatur.*
51 *Hæres, defuncti repreſentat perſonã.*
52 *Locator cum rẽ a conductoris hærede uult recuperare, hæredis ſcientiam rẽ eſſe ipſius locatoris probare debet*
53 *Emphyteotæ hæres alienãdo rẽ emphyteo. in pœnã nõ incidit niſi probetur*

ſciuiſſe rem fuiſſe emphyteoticam.

54 *Hæres ſuus & neceſſarius, qui cum defuncto moram trahebat; præſumitur defuncti facta ſciuiſſe, ibi declaratur, ſi legitimæ ætatis erat.*

55 *Scientia ex cohabitatione præſumitur*

56 *Remedium l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde ui. an habeat locum, cum conductor rem conduxit propriam.*

57 *Remedium l. Conductores. C. locati. & l. Non ab re. C. unde ui an locum habeant contra creditorem, qui ſoluto debito rem non reſtituit.*

58 *Conſtitutiones l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde ui an extẽdantur.*

59 *Conſtitutiones pœnales ob rationis identitatem extenſionem recipiunt.*

60 *Remedium. l. conductores. C. locati. & l. Non ab re. C. unde ui, an locum habeant in cæteris contractibus, quàm locationis.*

61 *Emphyteota conueniri non poteſt remedio. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde ui.*

62 *l. Si quis conductionis. C. locati locum non habet in contractu emphyteotico. et cæteris a locatione diſſimilib.*

63 *Differentia quæ ſit inter l. Non ab re. & l. ſi quis in tantam. C. unde ui, & inibi quatuor aſſignantur.*

ZENO A SEBASTIANO P.P.

Condvctores alienarum rerum, ſeu alienam cuiuslibet rei poſſeſsionem precario detinentes, ſeu hęredes eorum, ſi non eam dominis recuperare volentibus reſtituerẽt, ſed litem vſq; ad definitiuã ſententiam expectauerint, non ſolum rem locatam, ſed etiã æſtimationem eius victrici parti ad ſimilitudinẽ inuaſoris alienæ poſſeſſionis præbere compellentur. Dat. Quint. Cal. April. Conſtantinopol. Theodorico & Venantio Coſſ.

IDEM A SEBASTIANO P.P.

Non ab re eſt, quemadmodum alienæ poſſeſſionis inuaſores, tam vetus quàm præſens ſacra conſtitutio cenſuit eſſe puniendos; ita nec cõductoribus & poſſeſsionis alienę detẽtoribus impunè procedere, ſi locatoribus fortè, vel poſſeſsionẽ rerum ſuarũ, quam apud alios precario mõ eſſe conceſſerant, recuperare ſecundum leges volentibus, (cum nulla ſibi met cognita legibus allegatio competeret) duxerint reſtituendũ, & non protinus, ideſt nõ expectato iudiciorum ordine, alienam poſſeſsionem rectè eã recuperantibus cedere patiãtur. Eos namq; iubemus pro tanta ſuæ iniquitatis impudentia, ſi cognitionis iudiciariæ euentu

fuerint condemnati: rei, cuius
poſſeſsionem ſponte reſtituere
vſq; ad diffinitiuam ſententiã
minimè paſſi ſunt, æſtimationẽ
victrici parti vnà cum ipſa re
præbere compelli. Dat. Quint.
Cal. April. Conſtantinopol.
Theodorico & Venantio coſſ.

VNDECIMVM
RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium*.

EX L. CONDVCTORES. C. locati & l. Non ab re. C. unde ui.

CONSTITVTIO
hæc fuit Zenonis Iſauri
ci, qui non modo ex im
pia Tyrannide ab omni
bus deteſtandus eſt, ue-
rum & ob immodicam
illius negligentiam ſum
mopere accuſandus, cũ
1 eo Imperante ampliſſima, & † nobiliſſima
Centum uiginti milia uolumina librorum
combuſta fuerint, quod dolendum eſt certe
noſtris præſertim temporibus, quibus mul-
ta ſubobſcura perplexa &non ſatis cognita
uidemus, quæ omnibus nota & clara forent
ſi illa extarent, is ergo Zeno hanc unam edi
dit conſtitutionem, quam compilatores, uel
ob faciliorem cognitionem, uel memoria
lapſi duobus relatis in locis ſcripſerunt, eſt
hac conſtitutum, antiquum poſſeſſorem ad
uerſus prædij conductorem, qui conductio-
nis finito tempore, nulla cauſa, nullauè ra-
tione ſuffultus poſſeſsionem reſtituere ne-
2 gat ante omnia reſtituatur, eo enim † ipſo
quod reſtituere negat locatorem ſpoliare
dicitur l.colonus, de ui & ui armata. in his
noſtris terminis Alex.conſi.33.num.2.lib.6.
Cephalus conſ.47.nu.40.lib.1.hæcq; conſti
tutio in omnibus iis locum ſibi uẽdicat, qui
rem ab alio precario detinent, quod multis
exemplis Bald. & cæteri hic docent, & ſuo
oſtendemus loco, in Inquilino enim & con-
ductore expreſſum eſt.

Quæro primo, cum hæc conſtitutio eos
3 † conductores excuſet, qui non reſtituendi
rem domino iuſtam aliquam cauſam & ra-
tionem habent, quæ cauſa iuſta, quæ ratio
hæc eſſe poſſit, & plures adferuntur, Prima
4 eſt ſecundum aliquos, cum conductor † do-
minium rei a ſe conductæ allegat, quod pro
bare uidetur hic tex. dum inquit, poſſeſsio-
nem rerum ſuarum. uerum reijcitur prima
hæc cauſa a gloſ. Bart. & cæteris hic, cum
non ualeat conductor aduerſus locatorem
rem repetẽtem dominij exceptionem obij-
cere.l.ſiquis conductionis.C.locati, quæ cõ
ſtitutio ut Diocletiani & Maximini:(ut iam
admonui in præludijs) per annos ferè du-
centos ante noſtras edita eſt, & eſt ad poſſeſ
5 ſionem recuperandam, ut in ipſa † l.ſi quis
conductionis.nu.3. docuit Bar. parumq; ab
his noſtris differt, nam hæ noſtræ ſunt ad-
modum generales, & caſum d.l. ſi quis con-
ductionis continere poſſunt, ut factũ in ſpe-
cie & exemplum quoddam, cum ex ea ſit ſo
lum diffinitum conductorem non poſſe re-
cuſare reſtitutionem poſſeſſionis, obijcien-
do dominij exceptionẽ, qua de re latiſsime
infra dicemus.q.5.Secunda ergo cauſa, & ra
tio adferri poteſt ſecũdũ Bar.& cæteros q͂ſi
6 ſcilicet is † conductor finita locatione ratio
ne impenſæ utilis, uel neceſſariæ, rem ipſam
retinet, quod poteſt, ut in his terminis eſt
gl.in l.colonus & in l.cum fundum, de ui &
ui arm.in l.pen.ff.locati, Regulare enim eſt,
7 ut pro † expenſis in re factis, retineri res ip-
ſa poſſit, ut eſt gloſ.in.l.ſi non ſortem.§.ſi
centum & ibi Iaſ.num.10.de cond.indeb.&
ſolet adferri quotidianum, & notabile exẽ
8 plum, cum retinentur † animalia ob alimen
torum eis præſtitorum impenſam, ex.l. in
ſumma.ubi Saly.C.de pign. & tradunt Alci.
tracta.præſump.regula prima præſump.50.
& Plotus Nouarien.in .l. ſi quando.numer.
874.C.unde ui. Confirmatur hæc ſecunda
ratio ex eo, quod tradunt Albe.in.l.fundo
col.ultima.ff.de rei uend.Caſtren.conſil.17.
col.ult.Iaſ.in.l.ſi area in prin.ff.de cond. in-
deb.Goza.conſ.86.nu.25.& Rolan.a Valle.
conſ.28.nu.3.Ripa.in.l.ubi purè.§.qui in di
ſtrahẽdis nu.2. ad Trebel. Neguſa.de pign.
quinta parte princip. quarto mẽbro. nu.15.
Boe.q.43.nu.10.&.q. ſeq.num.14.16. Tira-
quel.de retract.conuentio.§.7.glo. 1. num.

13. alia retuli ſup. remed. 15. q. 32. in fin. &
10 Corn. conſi. 147. nu. 18. lib. 2. hanc † impenſa
rum exceptionem etiam in executione ſen
tentiæ poſſe opponi, eamq; executionẽ poſ
ſe impedire, quę notabilis eſt extenſio ad re
latam regolam, quæ etiam extenditur ſecũ-
11 do loco procedere etiam in his rebus † quæ
regulariter pro debito aliás retineri nõ poſ
ſent, ut tñ poſſint pro expenſis, ut cum quis
12 † in funere ſcholaſtici, facit expẽſas, illius li
bros donec ſit ſibi ſatisfactum poterit reti-
nere, ſic Bal. in l. 1. C. ob chirogr. pecu. in. l.
in reſtituenda C. de petitio. hæred. in. l. ulti.
C. commod. quem eſt ſecutus Iaſ. d. l. ſi non
ſortem. §. ſi centum nume. 10. uerſi. immò
plus addo, & idem probauit is, qui tractatũ
fallẽ. edidit poſt illud Soc. regula. 84. fallen.
13 2. cum tamen pro † debito in libris ſchola-
ſtici, non poſſit fieri executio. glo. in. l. ne-
pos Proculo de uerb. ſig. Bald. in rub. C. qui
bonis cedere poſſunt.

14 Extenditur tertio procedere † ẽt in procu
ratore, & altero, apud quos acta & proceſ-
ſus litis ſunt, ut poſſint illa retinere donec
pro expenſis eis ſoluatur quod debetur, ſic
Boe. q. 15. nu. 3. qui poſt longã diſputationẽ
teſtatur a Rege Carolo ſic fuiſſe cõſtitutũ,
idem cenſuit Capicius Deciſ. 11. nu. 1. 2.

15 Extenditur quarto procedere † etiã aduer
ſus tertium, ſic Soc. Sen. conſi. 15. col. 6. uerſi.
quinimò licet res &c. lib. 1. ex l. qui iniurię
§. ulti. ff. de furtis.

16 Extenditur quinto ut procedat † etiã in
rebus eccleſiæ, & ita beneficialibus, ſic Ab-
bas in capit. de mulcta. col. 4. de præben. Iaſ.
d. §. ſi centum nu. 10. uerſi. amplia iſtam.

17 Extenditur ſexto etiam ſi offeratur † fi-
deiuſſio de ſoluẽdis ipſis impenſis iam liqui
dis. ſic Goza. conſi. 100. nu. 21. etſi abſolutè
etiam nondum liquidatione facta intelligat
Ruin. conſi. 84. in fi. lib. 1. dicemus infra in
15. remedio. q. 32. in fin.

18 Extenditur ſeptimo procedere † etiam,
quando quis in refectione Caſtri expendiſ-
ſet, nam & tunc non ſolutis expenſis Caſtri
reſtitutio poteſt impediri, Io. de Anna. in
conſi. 32. col. fin. quem ſic rectè intellexit &
ſecutus eſt Rui. conſil. 100. in fin. lib. 4. Soc.
Iun. conſil. 68. nu. 143. lib. 3. idem reſpondit
Bello. con. 10. nu. 2. qui non uidit nec Anna.
nec Ruin. Contrarium autem ſenſit Iaſ. &
malè. in. d. §. ſi centum in fi. uerſi. aduerte ta
men, eſt enim ſecutus authoritatem Io. de
Anna. quem non perpendit aliter ſentire, q̃
ipſe intellexerit.

19 Extenditur octauo procedere ẽt in † con
ductore ad longum tempus, in quem tranſ-
latum dicitur utile dominium, qui poteſt
adhuc rem retinere ratione impenſarum, ſic
in terminis ſubtilis Aret. conſi. 55. nume. 3.
uerſic. præmiſſis tamen &c.

20 Extenditur nono procedere † in condu-
ctore, qui penſionem non ſoluat, & ob id a
poſſeſſione expellitur, is enim adhuc rem
pro expẽſis retinere poteſt, ſic clarè docuit
Bal. in l. ædem col. 2. uerſi. ſed numquid co-
lonus. C. locati. hanc adfert rationem, quia
licet ſit malè uerſatus contra dominum non
ſoluendo illi debitam penſionem, non tamẽ
eſt malè uerſatus circa prædiorum culturã,
quare expenſas repetit. alia retuli infra in
remedio. 15. quæſtione. 32.

21 Declaratur nunc non procedere † quan-
do poſſeſſoris malafides eſſet nota & clara,
tunc enim retentione uti non poſſet, ſic re-
ſpondit Alex. conſi. 154. nu. 4. lib. 6. Cur. Iun.
conſi. 165. quos eſt ſecutus Neuiz. conſi. 78.
in fi. ubi affirmauit, agenti remedio illo re-
integrandę ex cap. reintegranda. 3. q. 1. non
poſſe a ſpoliatore obijci expenſarum exce
ptionem, qua de re ſuo loco dicemus infra
15. remedio d. q. 32. in fi. ubi & de meliora
tionibus agemus latius.

22 Tertia quoq; iuſta cauſa & ratio † non re
ſtituendi eſt, ſi dicat conductor, nondum fi-
nitum eſſe locationis tempus, & penſionem
tamen iam eſſe ſolutam, quod intelligo ra-
tione temporis præſentis, non futuri, & u-
trumque copulatiuè eſſe deducendum ſentit
Saly. in hac l. non ab re, quia ſi ſolum dice-
retur finitum non eſſe locationis tempus,
poſſet dominus excipere, nec pẽſionem eſſe
ſolutam, ideoque finitam eſſe locationem
intelligi, cum iure concedatur expulſio. l.
cum fundum. ff. locat. cum ſimil.

23 Quarta quoq; conſiderari poteſt † cauſa,
ut in eo conductore, qui iuſtè timet contro-
uerſiam alterius impedientis rem locatori re
ſtituere, iudicio moto contra ipſum locato
rem, ut anno iam elapſo interrogatus reſpõ
di pro Bernardino Foppa Cunienſi, qui fini
to conductionis tempore, quam conduxe-
rat apothecam a locatore, monitus non re
ſtituit, ſed reſpondit ſe moleſtia affici a Be-
cherijs ſe dominos affirmantibus, ſeq; obtu
lit ei reſtituere, cui de iure tenebatur. con-

demnatus tamen fuit is Foppa apotechā lo
catori reſtituere,ſed dicebam in pœnam ip-
ſum conductorem harū conſtitutionum nō
incidiſſe: multis adducebar,Primo.quia ra-
tio præcipua harum conſtitutionum in illo
caſu ceſſabat,quæ illa eſt, ne audeat condu-
ctor rem conductā occupare,& deinde poſ-
ſidere,ut uerba clarè oſtendunt,quod teneā
24 tur conductores, † ut rei alienæ inuaſo-
res & occupatores,& clarè ſic omnes hic in
telligunt,& Pract. Papien. in forma libelli,
quo agitur ad ficti prȩſtationem & rei rela-
xationem in glo.ſuper ſolutione num.5.ſed
eo in caſu is Foppa nō,ut occuparet, & poſ
ſideret reſtituere negabat,ſed ut ab ea mo-
leſtia & futuro timore ſeſe liberaret,q̄ con-
firmabā ex Bar.in l.extat nu.4.uer. hoc pro
batur.ff.quod metus cau.(quod & ſuo loco
retuli) dum affirmauit,conſtitutionē illam,
tunc demum locū habere, ſi is creditor oc-
cupando poſſidere incipiat, quod & clarius
probauit Paul. Picus in l.in quartā nu. 168.
ad l.falcid.qui adfirmauit conſtitutionem.l.
ſi quis in tantam.C.unde ui,non habere lo-
cum,cum is occupator nō acquirit ſibi poſ-
ſeſſionem,ſicq; poſſeſſorem non priuat,(qđ
ſuo loco fuſius explicaui) Argumentabar
25 præterea ex eo,quod † delicta tūc puniri de
bent cum dolo uel ſaltem culpa cōmittun-
tur,ſecus ſi utrūq; deficiat,latè Iaſ.in l.1.nu.
13.cū multis ſeq.ff.de legibus,latiſſimè Ti-
raq.tract.de pœnis legum mitig.uel &c. cau
ſa.13. in Foppa aūt,nullus erat dolus nulla-
que culpa,cum timeret iuſtè controuerſiam
a Becheri js ſibi fieri,quin,ut a fraude ſe alie
num oſtenderet,obtulerat fideiubere ſoluē-
di penſionē ac reſtituendi conductam apote
cam,cui reſtituēda erat.dicebā prȩterea ma
iorem fuiſſe negligentiam & culpā locato-
ris,qui ſola præſtita fideiuſſione poterat in-
demnem prȩſtare Foppā cōductorē & oēm
ab eo pellere timorem,quē uel ex eo magis
26 excuſandum dicebam, quod eſſet † uir rudis
& ignarus,cum præſertim peritiores conſu-
luerit iuxta tex.l.iuris ignorāria. C. qui ad-
mitti, Tiraq.d.cauſa.13.n.1.20.ubi latiſſimè,
qui affirmauit poſt multos a ſe relatos,iuris
ignorantiam rudes a delictis excuſare cum
præſertim peritos conſuluerunt.accedit tan
dem, quod cauſa etiā leuis excuſat ut olim
dicebam ſupra in 5.remedio recuper.poſſeſ.
q.14.ubi ex multis retuli Soc.Sen.conſi.131.
col.4.uerſic.amplius lib.1.quem eſt ſecutus
Crauet.conſil.18. nume.9. affirmantes leuē
etiā cauſam excuſare a pœna.l. extat & d. l.
ſi quis in tantam,ſic in hoc Foppa conducto
re cauſa aderat non leuis, ſed iuſta & gra-
uis iudicio & conſilio patronorum cauſæ,
quare quemadmodum in lite ſuccumbens
27 ab expenſis † excuſatur ſi peritorum iu-
dicio, ſe bono iure contendere arbitratur,
ut tradunt omnes in l. properandum. §.ſin-
autem alterutra,ubi Iaſ.nu.8. C. de Iud.Ti-
raquel.d.tracta. de pœnis legum &c. cauſa.
51. nume.108.109. illi addo Rui. conſ. 162.
nume.7.lib.3.Pariſ.conſi.7.in fi.lib.3.Alcia.
tract.præſump. regula.1.præſump. 51. in fi.
& clarè cenſuit Alex.conſil.19.nu.10. lib.7.
28 eum † a delicto & pœna excuſari, qui Iuri-
ſperiti conſilium ſecutus actum geſſit.idem
placuit Barba.conſi.12.col.8.lib.1. ſic in no
ſtris terminis reſpondit Alex. conſi.103.nu.
11.lib.1.eum excuſari a pœna l.ſi quis in tan
tam,qui ex conſilio iuris periti alterius poſ
ſeſſionem eſt ingreſſus:placuit & hæc ſentē
tia Ang. in l.ſed etſi lege.§.ſcire,de petitio.
hære.& Barb. conſi. 40. col.8.in fi.li.1.idem
ergo dicebam in ipſo Foppa conductore.

Quinta poteſt cauſa conſiderari,ut in hæ
rede ſuccedente conductori ut infra in. q.6.
latè explicabimus.

29 Quæro 2.uſquequo debeat hic † colonus
eſſe contumax,ut conueniatur ex hac diſpo
ſitione,Bart. in hac l. non ab re:uerſ. quȩro
inquantum,concludit uſq; ad ſententiam,re
iecta Io. opinione, exiſtimantis ſufficere ſi
uſque ad litem conteſtatam contumax erit,
ex tex. ibi,ordine iudiciorum non expecta-
to,quæ tamen uerba hoc non ſignificant,ut
ſolum litis conteſtatæ tempus expectetur,
ſed declaratur ordo is iudiciorum, ut uſque
ad diffinitiuam intelligatur, ut ſubijcit tex.
quem ſic Bar.& cæteri intelligunt,& clarus
eſt hic tex.l.conductores.C.locati,quem ſic
citare uoluit Saly. in hac l.non ab re.

30 Quæro 3.quæ † praxis harum cōſtitutio
num erit:multiplicem retulit Bart. in hac.l.
non ab re nu.2.hancq; ueriorem eſſe cōclu
dit,quam & gloſa probauit,ut conditionali
ter proponatur hoc modo, peto Caium cō
ductorem prædij mei ad illud reſtituēdum,
& ſi fuerit contumax uſq; ad ſentētiam, pe
to eum condemnari ad ipſius rei æſtimatio
nem,cū ipſa re.ſimilem praxim inquit Bar.
haberi in l.1.in prin.ſecūdū glo.ibi de actio.
emp.in l.2.§.item ſi in facto de uerbo obli.

idem cũ Bar. cẽſuit in hac.l.non ab re, Bal.
Ang.& Saly.qui hoc generale eſſe affirmãt,
quando comiſſio pœna pendet à cauſę pro-
ceſſu:ſimilem praxim docuit Bar.in.l.ſi con
ſtante.§. quoties in fine.ſol. matr. qui pro-
priè citauit tex.hunc.l.non ab re:ſimilẽ pra
xim retulit Bal. in. l. quod tempore col. 3.
uerſ.ſecundo quæro.C.de reſtitu.milit.qui.
l.non ab re noſtram citauit,ſimilem Bar.in.
l.qui de inofficioſo nu. 4.ff.de inoff.teſta.ſi-
milẽ Bal.in.l.ſi quis in ſuo in fi.C.de inoff.te
ſta.qui et d.l.non ab re allegauit,ſic tandem
ſimilem retulit Bar.in.l.ſi cum excep.§.hæc
autem actio.nu.2.ff.quod metus cauſa.

31 Quæro. 4.quæ † neceſſario probãda ſint
in hoc iudicio:& duo tantum eſſe probanda
affirmauit Bal.in hac.l.non ab re nu.8.loca-
tionem ſcilicet, & contumaciam non reſti-
tuentis,nec enim habet neceſſe hic agens do
minum ſe probare, cum eo ipſo, quod loca
32 uit † dominus præſumatur,nam is dominus
præſumitur,qui poſſidet,l.litibus.C.de agri
col. & cenſ. lib.11.l.quidam in ſuo.ubi Bar.
ff.de cõd.inſtitu.l.2.&.l.4.C.de proba.quod
uerum ſatis arbitror, cum dubium non ſit,
hunc locatorem ex conductoris perſona de
præſenti poſſidere. l. qui uniuerſas. §. qui
per colonum & §.ſeq.ff.de adquir.poſſ. qua
ex poſſeſſione de præſenti ſatis is dominus
præſumitur,cum non principaliter,ut in rei
uendicatione,ſed incidenter deducatur do-
minium, ut latè docuit Bar. in.d. l.ſi quis in
ſuo num.4.uerſ.ſecundo caſu de cond. inſti-
tut.quem ſecuti ſunt omnes ut apud Barba.
conſil.50.col.6.in fi.lib.1.Soc.Sen.conſ. 112.
num.22.23.lib.4.Dec.conſil. 221.nu.7.Soc.
Iun.conſil.135.num.2.lib.2.& latè plura ſcri
bunt Boe.q.42.num.8.Alcia.reſponſo. 319.
nu.1.Cephal.conſil.63.n.13. lib.1. licet ergo
33 † locationis inſtrumentũ non probet domi-
nium.l.ad probationẽ. C.de proba.ſatis ta-
mẽ præſumitur ex eo inſtrumento, quo poſ
ſeſſio probatur,cum dominium in hoc iudi-
cio non ueniat,quod alia ratione a Bar. nõ
perpenſa confirmo,cõſtitutiones hæ noſtre
prouident pinguius, quàm conſtitutio. l. ſi
quis cõductionis.C. locati, ut iam admonui
cũ hoc ſit genus,illa ſpecies,& caſus,ſi ergo
in eo caſu nulla dominij opponi poteſt ex-
ceptio. ut clarè eſt conſtitutũ, & ſtatim ſub
ijciam,ſic & in caſu hoc noſtro.fruſtrà ergo
dominij quæſtio erit,ut nũc ſubiiciam, Gra
tus.tamen reſponſo.90.nu.14.15.lib.1.citan
34 do Cur.ſe.d.conſ.71.col.2.uult ſaltem † eſſe
probandam poſſeſſionem locatoris tempo-
re factæ locationis.

35 Quæro.5.an aduerſus hũc † locatorẽ agẽ
tem, opponi poſſit dominij exceptio con-
cludit Bar.in hac.l.nõ ab re in prin. & nu. 4.
diſtinguendo,aut agitur ſimpliciter actione
ex locato, & tunc poteſt opponi, hic caſus
non eſt noſter,aliquid tamen ſtatim ſubijci
am declaratione.7.aut agitur ex condictio-
ne.l.ſi quis conductionis. C. locati, & tunc
non poſſe ait.ſentit Bar.noſtras conſtitutio
nes, actionem non præbere, ſed ſumere à
relatis, uel locati, uel condictionis ex. l. ſi
quis cõductionis, rectius admonui ſupra, in
prima huius remedij queſtione noſtras con
ſtitutiones magis generales eſſe. d. l. ſi quis
conduct.uerum idem diſponere.quare uerè
dominij exceptio non poterit opponi, cu-
36 ius rei † rationem ſentiunt Abbas. & Fely.
in cap.inter dilectos,de fide inſtru.quos pro
bauit Petrus Stella Aurelianus in. l. repeti-
tio.nu. 53. ff. de cond. indeb.ne ſcilicet per
hanc exceptionem illudatur locator, quod
& in alijs caſibus cum locati agitur malè ſe
cundum Stellam intelligebat Bar.in. l.ſi alie
nam rem.ſol.matr.intelligo hanc concluſio
nem fortius procedere, cum alia infirmior
37 † exceptio ipſo dominio obijcitur, ut ſi op
poneretur hypothecæ ſic clare in terminis
Cur.Iun.reſpondit Conſ.122.num.1. quem
ſecutus fuit Soc.Iun.conſ.56.num.8.lib.2.ea
ratione relata, quia ſi dominus excipiẽs nõ
auditur,fortius,qui ius habet pignoris, ex-
cluditur.

38 Declaratur primo non procedere † cum
nõ conſtat legitimè locationem factam, ſic
declarat Bart.d.l.ſi quis conductionis.ibi,in
fine uerſ.ultimo oppono,& clarè Barb. cõſ.
50. col.8. uerſ.in contrarium.lib.1.Afflictus
Deciſ.12.& egregiè Cora.li.3.miſcella.iuris
39 cap.2.nu.10.quo loci ſic intelligit. † l.litibus
C.de agricol.& cenſ.lib.xj.quam tamen ali
ter declarat Bald.in.d.l.ſi quis conductionis
ſecunda oppo.& ibi Ang.col.2. circa finem.

Declaratur ſecundo nõ procedere quan-
40 do † conductor ignoranter rem propriam
conduxit,nam & tunc opponi poteſt domi-
nii exceptio,ut.d.l.ſi quis conductionis de-
clarant Cur.Sen.conſ.71. col.2.uerſ.quarto
principaliter. & alij quos infra referam.q.
7.quo loci poſt gloſam dicemus, hoc caſu
ceſſare harũ noſtrarũ cõſtitutionũ prouiſio
nem,

nem,& diſpoſitionem.
41 Declaratur 3. non procedere,ubi † con-
dictor offert ſe paratum probare rem hanc
a ſe locationis tempore poſſeſſam, condu-
xiſſe,ſic declarant omnes in l. ſi quis aliquã
rem,de adquir.poſſeſſ. clarè Cur.Sen. conſi.
71.col.2..Dec. in l.neque pignus nume.4.in
fi.de reg. iur.Pariſ.conſ.59.num.30.lib.1. &
clariſſimè hanc eſſe ueram ,& communem
declarationem omnium in d.l.ſi quis condu
ctionis,teſtatur Ripa in d. l. ſi aliquam rem
in fi. ſic & Plot. in l.ſi quando nu.193.uerſi.
fallit tamen C. unde ui.
42 Declaratur 4. non procedere ubi † ſuper
ueniſſet noua cauſa non reſtituendi,tunc.n.
ſuper illa ante reſtitutionem auditur condu
ctor,ſic declarat dictam.l. ſi quis conductio
nis Alber.in l.ſi quis fundum.§.fin. ff.loca-
ti,quem eſt ſecutus Iaſ.conſi.158.col.fi.uer.
quinto principaliter lib.2.Plotus d.l.ſi quã-
do nu. 193.uerſi. fallit 2.
43 Declaratur 5.non procedere,qñ is † cõ
ductor mutauit poſſeſſionis titulũ, ut quia
locator ſentẽtia iudicis fuit poſſeſſione ſua
priuatus, & is cui fuit adiudicata poſſeſſio,
eã ipſi conductori alienauit, ut in notabili
hoc caſu conſuluit Iaſ.con.158.col.1.uer.ul
tra eorũ,li.2. ceſſat enim tunc locatio,& iu
ſtã non reſtituendi cauſam habet cõductor,
cũ finito datoris iure,finitũ ſit & illud accep
toris,iuxta regulã l.lex uectigali.C.de pig.
Declaratur 6.non procedere in illis caſi-
bus, in quibus aduerſus agẽtem remedio re
cuperandæ ex interdicto unde ui obijci po-
44 teſt dominij exceptio,ut quando † notoriè
de dominio rei conueniti,ſicque conducto-
ris cõſtat,ſic clarè Alex.in l. ſi aliquam rem
num.35. & Ripa in l.naturaliter.§.nihil cõ
mune nu.35. & ibi Cora. ſecunda parte nu.
67.de adquir. poſſ. Iaſſ. Lanfrancus in ſuis
deciſionibus concluſ.498.cæteros caſus lo-
co ſuo retulimus.
Declaratur 7.diſpoſitionem hanc noſtrã
45 † & d.l.ſi quis conductionis, non procedere
cum actione ex locato agitur,(& ſi nõ igno
rem hanc declarationem male ab interpre-
tibus referri,cum ſub genere regulæ nõ ſit)
tunc non tertij, ſed proprij dominij exce-
ptionem obijcere licet: ſic declarat Bart. in
d.l.ſi quis conductionis in fine,& in d.l.non
ab re,nam ut inquit ille,ſic excipiendo dete
46 gitur † contractus nullus, adducitur ex.l.q
rem &.l.ad probationem.C.locati,ſicq; de-
monſtrat actorem ſine actione experiri, cũ
Bar. communis eſt ſententia, ſic reſpondit
& Alex.conſi.43.nu.8.lib.4. Soc. Sen.cõnſil.
287.in prin.lib.2.Bart.l.legata inutiliter nu.
2.ff.de adim.lega. Dec.l. neque pignus nu.
4.de reg.Iur. Gratus reſponſo. 90. in fi. lib.
1. Boe.conſi.13.nu.14.uerum contrariũ ſen
ſit Cy. in d.l.ſi quis conductionis, idem eſſe
cum locati actione agitur,nec uerum uide-
tur,quod docuit Bar. ex ea excep. contra-
ctum nullum detegit,nã inquit Cy. per ſim-
plicem dominij exceptionem, nõ detegitur
nullitas contractus locationis, ſed per pro-
bationem ipſius dominij, dicta.l.ad proba-
tionem,uerſiculo ſed ex euentu,Nec obſtat
inquit Cy. ibi quæri de dominio,quia nõ ex
locato,ſed rei uendicatione agebatur,eſt rñ
ut admonui contra Cy. crebrior ſententia,
47 & quanquam non adſit qui † Cyn.conſide-
rationem euertat,illi uno ſatisfaciã uerbo,
48 tituli naturam,ſub quo collocatus eſt †tex.
d.l.ad probationem, oſtendere non rei uen
dicatione,ſed locati agi, ſed ut uerius dicã,
nulla mihi harum ſententia in eo textu pro
batur,non enim eſt ibi diſputatio an rei uen
dicatione uel locati agatur,ſed tantum am-
bigitur,an locationis inſtrumentum probet
dominium ad illius cõmodum,qui illud pro
bare debet: & non probare affirmat, cum
iure nemo poſſeſſionem ſibi mutare poſſit,
aliarum ergo probationum euentus ſpectã-
dus erit,quibus ſi conducentis dominiũ pro
betur,nulla erit locatio, hacq; ratione hic
tex.illi tit. conueniet,quare ubiq; paſſim in
terpretes noſtri in eam ſententiam hunc ci-
tant tex. locationis inſtrumentum dominiũ
non probare,uno tamen in caſu,Cy. ſenten
tia locum habere poteſt,ut placuit Saly.in d.
l.ſi quis conductionis in fi. quando ſcilicet
49 dominus, & poſſeſſor rem † propriã ſolius
poſſeſſionis cauſa conduxit, quod fieri po-
teſt l.ſi aliquam rem ubi Alex.nu.29.ff.de ad
quir.poſſeſſ.agi enim tunc locati actione po
teſt,cum iure poſſeſſionis ratione tenuerit
locatio ſic & Dec.in.d.l.neq; pignus num.4.
in fi.de reg.iur.quod ſatis placet,& cum ſta
tim admonuerim non eſſe locum diſpoſitio
ni.d. l. ſi quis conductionis, cum rei uendi-
catione agitur,non habet dubium,cum ter-
minos tunc egrediatur actor, quare poterit
reus dominij exceptionem obijcere, ut de-
clarat Bal. in.d. l. ſi quis conductionis in fi.
C.locati Bart. in l. ſi fur. ff. commod. quos

eſt ſecutus Crauetta. conſ.157. num. 4. qui
Caſtren. & Corneum retulit.
50 Quæro.6.an.remedium harum † conſtitu
tionum concedatur aduerſus heredes cõdu-
ctoris:& concedi dixit Bart.in hac.l.non ab
re nu.5.ex tex.l.ſi quis conductionis.C.loca
ti,qui certè nullum uerbum hac de re facit,
arbitror tamen ueram eſſe Bar. ſententiam
ex tex.noſtro.l.conductores quem ſic cita-
uit Saly.in hac.l.non ab re.q.5.Cagnol.in.l.
neq; pignus num.8.de reg.iur.Cepha. conſ.
51 47.nu.40.li.1.accedit,quod ſi defuncti † per
ſonam ſuſtinet hæres auth.de iureiura.a mo
rie.Præſtito in prin.& in eum eſt continua-
ta poſſeſſionis locatio,ſequitur eum teneri
ſine difficultate poſſeſſionẽ reſtituere, quá
nouit ſe ut conductorem poſſidere, hanc ta
52 men ſcientiam probabit † locator, alioqui
enim ipſe hæres iuſtè ignorare præſumitur.
l.qui in alterius.de reg.iur. quod ſenſit Bar.
ſtatim relatus,dũ ſubdit,quod ſi cauſa eſt iu
ſta, hæredem excuſari, quam Bart.ſenten-
tiam probauit & Dec. in.d.l.qui in alterius
nu.1.in fi.de regu. iur.quo loci alijs hoc af-
firmauit exemplis,ut illud notabile,Emphy
53 teotæ † hæredem ab emphyteoſis commo-
do inſcio domino nõ cadere, niſi probet do
minus, illum iam ſciuiſſe rem emphyteoſi
fuiſſe ſuppoſitam, ut ante alios cenſuit Bal.
in cap.1.§.ſi uaſſallus feudum.in fi.in ti.ſi de
feudo fuer.contro.inter dominum,& agna.
idem reſpondit Dec.conſil.328.num.6. quo
loci & Bart.ſententiam.in.d.l.nõ ab re,pro-
bauit, quæ ſanè concluſio præter ea quæ a
Dec.in.d.l.qui in alterius afferuntur,declara
54 ri poteſt. Primò non procedere in eo † hæ
rede ſuo,& neceſſario,qui cum ipſo defun-
cto morabatur,ut in noſtris ferè terminis
declarauit Rui.conſ.50.nu.7.li.1.dum argu-
mẽtatur, hæredem iam nouiſſe defunctum,
cui ſucceſſerat inueſtitum quandoque de
feudo fuiſſe cum is hæres una cum ipſo de-
functo habitaret,quod & in ſimili reſpondit
idem Ruin.conſ.47.nu.13.lib.2.quam decla
rationem ueram intelligo,cũ is filius legiti-
mæ ætatis eſt ut intelligat ac ſcire poſſit fa
cta patris,ut in ſimili declarat Iaſ. in.l.ſi quá
do nu.53.uerſ.limita tamen.C.unde ui,ſic &
nouiſſimè Plotus.ibidem n.620.qui nu.621.
55 ſubijcit † ex cohabitatione regulariter pręſumi
ſcientiã,& multos in hanc ſententiam
retulit,non tamen Rui.a me relatum , addo
nunc Pariſ.conſ.75.in fi.lib.1.Tiraq. de re-
tractu conſang.§.2.gloſ.2.nu.9, & Rolandũ
à Valle conſ.52.num.11.12.lib.1.
56 Quæro ſeptimo utrum ne † coſtitutiones
hæ noſtræ locum ſibi uendicent,contra con
ductorem,qui ignoráter rem propriam con
duxit,& nõ habere locum ſenſit glo.in hac
l.non ab re in uerbo cedere in fin.quam mul
tum perpendit Cur.Sen.conſ.71. col.3.uerſ.
4. principaliter & col. 7. uerſ. ſimiliter non
obſtat.qui ſi declarat doctrinam Alex.in.l.ſi
aliquam rem nu.35.de adquir.poſſ.idem ſen
ſit Dec.in.l.neq; pignus nu.4. uerſ. ſecundo
noto.de reg.iuris, idem reſpondit Riminal.
conſil.94.nume.16.lib.1.illa eſt præcipua ra
tio , quia conductio & locatio eſt nulla ſic
omnes in.d.l.ſi aliquam rem.ibi.Ripa num.
15. deficit enim conſenſus , qui locationis
contractum perficit, cætera apud relatos ui
deri poſſunt.
57 Quæro.8.an remedium harum, † cõſtitu
tionum locum habeat cõtra creditorẽ, qui
ſoluto debito.pignus non reſtituit,& nõ ha
bere locum affirmauit Saly.in hac.l.nõ ab re
in fi.ea ratione,quam ſenſit & gloſa,quia tri
bus in caſibus ſolũ hę conſtitutiones loquun
58 tur, ut ergo † ius ſingulare non extẽditur.l.
ius ſingulare de legib.cum præſertim ſit pœ
nalis.l.ſi de interpretatione de pœnis:quæ ſa
nè ratio non multum cõcludit,cum taxati-
uè non loquatur,& licet caſus aliquos refe
rat exempli gratia illi ſunt,quare nõ reſtrin
gunt.l.damni infecti quidam.ff.de dam.infe
cto.§.hactenus inſt.de grad.& licet pœnales
59 † conſtitutiones hæ ſint, ex rationis identi-
tate tamen poſſunt extendi,ne preſertim im
punita remaneãt delicta,ut iam aliàs admo-
nui,niſi dicamus eandem rationem non ſub
eſſe,cum ſint hæ conceſſæ ad recuperan-
dam amiſſam poſſeſſionem, quâ is debitor
etiam ſoluto debito non dicitur poſſe recu-
perare , cum nulla penes eum fuerit , ſed
apud creditorem,contra quem,al o eſt ſuc-
curſum remedio, nempe pignoratitia actio
ne directa.l. ſi rem.§.omnis de pigno.actio.
& alibi.ſæpe,quare ueriorem ſemper arbi-
tratus ſum Saly.ſententiam.
60 Quæro. 9.utrũ ne hæ † conſtitutiones lo
cum habeant in alio contractu, quam loca-
tionis,& locũ habere ſenſit poſt Caſtren.in
l.ſi rem alienam. ff. de pigno. actio.Rober.
Maran.de ordine iudicio.7.diſtinct..iudi.nu.
41.Riminal.conſ.94.num.6.lib.1.qui tamen
n.19.20. intelligit de ſimilibus locationi. cũ

ſcilicet poſſeſſio naturalis, & ciuilis penes locatorem & concedentem remanet, nō in
61 diſſimilibus, ut † in emphyteota, qui ſibi nō domino directo poſsidet, huius q; ſentētiæ fuiſſe uidetur Alber. in hac. l. non ab re, ſic
62 etenim intelligunt & interpretes † diſpoſitionem. l. ſi quis conductionis. C. locati, habere locum in illis caſibus locationi ſimilibus, ut declarat Caſtren. l. qui rem. ff. depoſiti, Ang. in. d. l. ſi quis conductionis in fin. Fely. in cap. inter dilectos. col. 9. de fide inſtru. Dec. conſi. 28. nu. 3. in fi. conſi. 56. col pen. Bello. lib. 4. ſuppu. iuris cap. 6. num. 2. Pariſi. conſ. 59 num. 31. lib. 1. Neuizanus conſ. 37. num. 22. Cephal. cōſil. 47. nu. 40. lib. 1.
63 Quæro. 10. & ultimo, quæ ſit † differentia inter has noſtras conſtitutiones, & illam. l. ſi quis in tantam. C. unde ui. reſpondet glo. ult. in hac. l. non ab re, quam ibi probat Bar. differre primo, quia. l. ſi quis in tantam, eſt generalis ad infinitos prope caſus, hæc autem ad illum tantum pertinet, quādo is, qui poſſidet cauſam ab eo, qui petit habuit. Differt ſecundo, quia hæc mitius agit, cum detinentem ad ſententiam uſque expectet, illa ſtatim occupatorem punit, differt tertio, quia illa l. ſiquis in tantam, diſtinguit, an is inuaſor ſit dominus uel non, noſtræ tamen non, differt quarto ſecūdum Azonem, quia illa dolum non exigit noſtræ uero ſic, quā tamen differentiam recte reiecit Cyn. cum uere. d. l. ſi quis in tantam, exigat dolum conſiderari ultimo loco illa differentia poteſt, quod in caſu noſtro is detētor non habet uitioſum ingreſſum, ut habet his occupator in caſu d. l. ſiquis in tantam hæc ad undecimum remedium.

SVMMARIVM
DVODECIMI remedij.
RECVPERANDAE POSSESSIONIS.

1 *Conſtitutio Iuſtiniani eſt. l. ult. C. de prætorio pigno.*

2 *Conſtitutio. l. ult. C. de prætor. pigno. an locū ēt habeat in ſola detentatione.*

3 *Creditor ſua culpa amittens pignoris prætorij poſſesſionem reſtituitur adhuc remedio. l. ul. C. de prætor. pigno.*

4 *Poſſeſſor tertius cum remedio. l. ult. C. de prætor. pigno. conuenitur an neceſſaria ſit debitoris excuſſio.*

5 *l. ſi poſtquam. C. ut in poſſeſſ. lega. declaratur.*

6 *Creditor recuperans poſſeſſionem pignoris, non recuperat ut in ſolutum ſibi cedat proprietas.*

7 *Excusſio neceſſaria non eſt, cum contra tertium. l. ult. C. de adquiren. poſſ. remedium mouetur.*

8 *Culpa qualis eſſe posſit, ut creditori ſuccurſum ſit remedio l. ult. C. de prætor. pigno.*

9 *Camillus Plautius Ireconſ. laudatur.*

10 *Dolus doloſo prodeſſe non debet.*

11 *Ratio, quæ conſiderari poſſit in conſtitutione. l. ult. C. de prætor. pigno.*

12 *Cōſtitutio prouidēs in pignore conuentionali, cuius meminit. l. ul. C. de prętor. pign. q̄ ſit, et quo loco collocata.*

13 *l. is cui. §. quæri poterit. ff. ut in poſſeſſ. lega. ſenſus & declaratio.*

14 *Referenti credendum eſt, cum apud eū conſtituendi facultas eſt.*

15 *Conſtitutio. l. ult. C. de prætor. pigno. an locum habeat in pignore legali & iudiciali.*

16 *Pignus conuentionale quod.*

17 *Pignus prætorium quod.*

18 *Pignus iudiciale quod.*

19 *Pignus legale quod.*

20 *Pignus legale non posſidet creditor.*

21 *Pinus iudiciale cedit in ſolutum creditori dominusq; is efficitur, ſi ei concedatur.*

22 *Caſus fortuitus in conſtitutione l. ult.*

C.de prætor.pigno.qualis intelligatur.

23 Caſus fortuitus eſt, qui humano conſilio præuideri non poteſt.

24 Peſtis inter caſus fortuitos enumeratur.

25 Peſtis grauiſſima anni.1350.

26 Fluminis uis & impetus inter caſus fortuitos enumeratur.

27 Inũdatio maris prodigioſa anno.1099

28 Tiberis inundatio miraculoſa.

29 Terræmotus inter caſus fortuitos enumeratur.

30 Terræmotus ingens anni 1564. apud Niciam Maſſilienſium.

31 Terræmotus maximus anno 116. in Antiochia ſub Traiano Imperat.

32 Terræmotus ſub Tyberio Cæſare tredecim urbes aſumpſit.

33 Terræmotus apud Niciam Maſſilienſium anno 1218. tempore Honorij tertij pontificis.

34 Terræmotus maximus Reate ſub Bonifacio octauo max. pont.

35 Terræmotus quomodo cauſetur remiſſiuè.

36 Locuſtarum edacitas inter caſus fortuitos enumeratur.

37 Locuſtarum prodigioſa copia, ſub conſulatu Popilij Lenatis, & Publij Aelij Liguris.

38 Cn.Sicinij diligentia in Locuſtarum copia abſumenda.

39 Locuſtarum ingens copia anno 1542.

40 Nix immoderata inter caſus fortuitos enumeratur.

41 Hoſtium & Piratarum incurſus inter caſus fortuitos enumeratur.

42 Dolus uel lata culpa ſi caſum præcedit, damnum paſſus non excuſatur.

43 Actio, quæ concedatur creditori recuperanti poſſeſſionem pignoris.

44 Condictio ex l.ultima.C. de prætor pigno. conceditur recuperanti poſſeſſionem pignoris.

IMPERATOR IVSTINIANVS A IVLIANO

PRAEFECTO PRAETORIO.

VETERIS iuris dubitationem decidentes ad duplum genus hypothecarũ reſpeximus: vnum quidem, quod ex conuẽtionibus & pactis hominũ naſcitur: aliud, quod a iudicibus datur, & prætorium nuncupatur. Et cum inuenimus in conuentionalibus pignoribus vel hypothecis, non ſolum tenentem creditorem adiuuari, ſed etiam ſi ab ea poſſeſſione cadat, ſiue ſua culpa, ſiue non, ſiue fortuito caſu: humanius eſſe perſpeximus, & non prætorio pignore dare recuperationem creditori, quocunq; modo poſſeſſionem amittat, ſiue culpa ſua, ſiue non, ſiue fortuito caſu, licet enim debuerat incumbere ſuo pignori, ne aliquam patiatur inde iacturam. tamen ne quid amarum in creditoribus conſequatur, benignius eã interpretamur, & ei recuperationem

nem donamus. Dat. Cal. Aug.
Cõſtantinop. Lampadio & O-
reſte. VV. CC. Coſs.

DVODECIMVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM,

EX L. VLTIMA. C. DE Prætorio Pignore.

1 IVSTINIANI † Imperatoris diligentiſſimi
eſt hæc conſtitutio, qua
cũſultum eſſe uoluit cre
ditoribus illis, qui pigno
ris poſſeſsionem, quam
pro ſui crediti cautione
apud ſe habebant, amiſe
runt: nuncq́; recuperare uolunt, uerè enim
is creditor poſſidebat, ut iam aliàs admo-
nui, hæc ſanè conſtitutio in ſolo Prætorio
pignore loqui uidetur. quare ſolet dubitari,
an in alijs pignorum ſpeciebus locum habe
at, ut infra ſuis ſubijciam locis.

2 Quæro Primo an hæc † conſtitutio locũ
habeat eo in caſu, cum creditor non ex pro
nunciatione de mittendo in poſſeſſionem,
ſed ex ſola corporali, quam aſininam uocãt
detentionem poſſidet: & nõ habere locum
ſenſit hic Bald. & Ang. qui huic creditori iu
dicis officium, uel condictionem ex. l. ſi colo
ni. C. de agricol. & cenſ. libr. xj. concedi affir
mant, quod uerum an ſit, non mediocriter
dubito, cum conſtitutio illa. l. ſi coloni, ſpo-
liato poſſeſsione rei mobilis & animatæ ſo
lũ prouideat, ut iam ſuo loco diximus. qua-
re caſui noſtro abſolutè non conuenit, ſic
nec iudicis officium concedi poſſe uidetur,
cum illud ei non concedatur, qui ſua culpa
è poſſeſsione cecidit, ut ſuo loco dicemus, &
3 tamen in caſu † pignoris eſt conſtitutum, ei
quoque concedi, qui ſua cecidit culpa, ut
probant clara huius conſtitutionis uerba,
ibi, ſiue ſua culpa: ſiue non Ang. Aret. §. itẽ
ſi quis in fraudem colu. 4. Inſt. de actio: niſi
dicamus tunc huic creditori concedi offici-
um iudicis, cùm ſine culpa cecidit, ſicq́; iuxta
terminos officij iudicis, non in cęteris.

4 Quæro 2. utrum ne † ut locus ſit huic con
ſtitutioni contra tertium poſſeſſorem: quia
a debitore è conſecutus poſſeſsionẽ, neceſſa
ria ſit ipſius principalis debitoris excuſſio:
hanc dubitationem mouit Bal. in. l. 1. colum.
ult. uerſ. ſed ego quęro. C. de his quę in frau
dẽ cred. & neceſſariam non eſſe credidit, ſen
ſit idem Ang. Aret. in §. item ſi quis in frau
dem. colum. 4. Inſt. de actio. idem cẽſuit Iaſ.
in. l. creditor, ſecunda, in principio, nu. 4. ff. ſi
cert. petatur Gomeſ. §. item Seruiana. col. 1.
Inſt. de actio. Franc. de Marchis. q. 194. in fi.
adducuntur ratione, quia eo modo in poſ-
ſeſſionem miſſus, eſt conſeruandus. l. ſi quis
miſſus. ff. ne uis fiat ei. l. 2. §. etit, de iure iurã
5 do. credit & Bald. hoc probari in † l. ſi poſt
quã. C. ut in poſſeſsione legator. tametſi is
text. eo fortè in caſu loquatur, cùm eſt con
tentio ſuper diſtractione pignoris, in qua is
pręfertur, qui iam in poſſeſsionẽ miſſus eſt,
cum cæteris anterior uideatur. quare de ex
cuſsione nerbum nullum, eam tamen hoc ca
ſu minimè neceſſariam forè exiſtimarem,
6 cum nõ † ea mente poſſeſsionem recuperet
creditor, ut iure crediti inſolutum cedat pro
prietas, ſed ut conſultum ſibi ſit, donec cre-
ditum ſibi perſoluatur. Cõfirmari poteſt ex
ea communi interpretum ſententia, excuſ-
ſionem non eſſe neceſſariam cùm contra
7 † tertium agitur ex remedio l. ulti. C. de ad
quirenda poſſeſsione, quod eſt recuperãdæ,
ut noſtrũ. qua de re infra ſuo loco dicemus
in. 14. remedio. q. 5.

Quæro. 3. cum conſtitutio hæc creditorẽ
adiuuet, quia ſua culpa e poſſeſsione cecidit,
8 de qua † culpa intelligemus, an de lata, uel de
leui, uel de leuiſsima: de leuiſsima dubium
nõ eſt, maior eſt difficultas an de lata, uel de
leui intelligatur. & de leui eſſe intelligendũ,
duo ſuadẽt. Primum, quòd in dubio appella
tione culpę de leui intelligitur, ut eſt notab.
glo. & ibi Bar. in l. in uẽditione. §. de tẽpore
in gloſ. & culpa. ff. de bonis autho. Iud. poſ-
ſid. declarãt omnes in. l. quod te ibi Dec. nu.
27 Sadoletus. num. 39. & nouiſsime Clariſsi-
9 mus † Camillus Plautius, inter noſtrę ętatis
primarios Iureconſultos connumerandus,
cum in omni ſciẽtiarum genere uerſatus ad
modum ſit, in glo. 3. n. 97. ff. ſi certum peta-
tur, ſecundum eſt, quia de lata nullo pacto
poteſt intelligi, cum dolo illa ęquiparetur. l.
quod Nerua. ff. depoſiti, ibi Barto. & cęteri
10 omnes, & tamen eſt abſolutum, † dolum do

loſo non debere prodeſſe.l.ne ex dolo.ff.de
dolo,latisſimè Tiraq. De retractu conſang.
§.1.glo.9.num.67.

11 Quæro 4.qua ratione moueri † potuerit
Iuſtinianus,ut conſtituerét, creditorem ſua
culpa amittentem pignoris ſui poſſeſſioné,
eam recuperare poſſe: & certe ratio in tex.
asſignata uidetur, dum inquit tñ ne quid a-
marum in creditoribus conſequatur quorũ
uerborum ſenſus is eſſe uidetur, æquum
ſcilicet eſſe,ne creditor ratione ſolius poſſeſ
ſionis ius ꝓprietatis ſui crediti amittat, hoc
enim ex humanitate ac benignitate quadã
conceſſum relata ratione eſt, cum aliàs ob
culpam ſibi paraſſe præiudicium dicatur.

12 Quæro 5. teſtatur in hac † conſtitutione
Iuſtinianus,idem quod ipſe nunc conſtituit
in Prætorio pignore,fuiſſe iam ſtatutum in
conuentionali, quo loci reperiatur illa con
ſtitutio in pignore conuentionali, ambigũt
noſtri interpretes,opinantur aliqui hic,eſſe
13 in † l. is cui.§.quæri poterit.ff.ut in poſſ. le-
gato,qui tex.uix eſt,quòd ad rem hanc fa-
ciat,cum ſolum agatur, ut creditor refun-
dat ſeu reſtituat debitori,quod plus ex fru-
ctibus percepit, ſic intelligit Lud. Bolog. in
l.ſi finita.§.Iulia.num.163.uerſic.uel &.4.ff.
de damno infecto, qui paulò ante dixerat
loqui potius in legali pignore, quàm alte-
rius generis,ibidẽ Bolog. aliàs refert decla
rationes. Rurſus intelligo loqui in Præto-
rio pignore, ut intelligunt oẽs in d. §. Iuli.
hoc clarè oſtendit titulus,ſub quo eſt collo
catum Prætoris edictum, quo edicto conſti
tutum ſic eſt,& aliam infra ſubijciam.q.ult.
Bal.ergo & Saly. hic ſentire uidétur,ex ſen
tentia Inno.in cap.contingit. De dolo & cõ
tumacia,conceſſum fuiſſe interdictum unde
ui, ſed uix eſt ut hoc ſentiat Inno. in hoc
noſtro caſu,quin malè ſentiret, ſi hoc affir-
maret,quandoquidem ſua culpa deiecto nõ
ſuccurrat interdictum unde ui, ut fortius di
cimus in remedio ex cap. reintegranda 3.q.
1.ut infra.in.15.remedio.q.9.dicemus. Ha-
ctenus itaque ignoramus,quæ ſit illa conſti
tutio,qua creditori in pignore cõuentiona-
14 li ſit conſultum: Iuſtiniano tamen ſic † refe
renti credendum eſt, cũ & authoritatem ſic
ſtatuẽdi habuerit,iuxta cõmunem illam do
ctorum ſententiam, referenti credendũ eſſe
ſi a ſe relatum conſtituere potuit,quam ſen
tentiam probauit Dec. in auth.ſi quis in ali
quo, in fine.C.de edẽdo,idem in l.edita.nu.
86.C.eo.Ripa lib.2.reſponſorũ cap.6. num.
2. dum affirmat credi Principi referenti alí
cuius priuilegium,cum concedere illi potue
rit,Pariſ.conſil.33.nu.10.lib.1.& conſil.17.
nu.14.li.4.Alba. conſi.62. nu.7.Crauet.cõſi.
157.nu.3.& ante omnes ſic docuit Bart.in l.
admouendi n.7. de iureiurando,quem ſic re
lati intelligunt, & idem placuit Dec. conſil.
402.nu. 10.in fi. & conſil.326. nu.2.3. Rui.
conſi.25.nu.11.conſi.31.nu.7. lib.1. conſil.1.
nu.1.libro quarto, latè Cur. Iun. conſi.97.
nu.4. Rube.conſi.151.nu. 6. Boe.q.247.col.
1. Gramma. Deciſione 59. nu.20.21.35.Ne
uiz.conſi.12.nu.10. Quare ſequitur hanc di
ſpoſitionem locum habere & in pignore cõ
uentionali,cum nulla ſit differentia inter re
latam & hanc noſtram, quæ ad exemplum
relatæ a Iuſtiniano fuit inducta.

15 Quæro 6.utrum ne hæc † conſtitutio lo-
cum habeat in pignore legali & iudiciali,
quemadmodum locũ habet & in Prætorio
ac conuentionali.Quatuor enim genera ſeu
16 ſpecies pignorum eſſe ſcimus. † Conuentio
nale dicitur quod partium conuentione cõ
ſtituitur,ut clarè probat hic text. noſter in
princip. l.1. ubi Bar.ff.de pigno. actio.§.ult.
Inſtitu. quibus modis re contrah. obligat.
17 † Prætorium dicitur,cum ob contumaciam
debitoris, creditor mittitur in poſſeſſionem
bonorum ipſius debitoris,donec is ſoluat,&
cõtumaciam purget.l.cum unus.ff. de bonis
auth. iud.poſſide.glo.l.huius titu.C.de Præ
torio pignor.& Is creditor dicitur poſſidere
ſaltem in realibus,ut omnes affirmant in.§.
Iul.l.ſi finita de dam. infe. quo loci Vrcurr.
nu.214.probat hunc creditorem poſſidere,
18 & mihi placet ex tex.noſtro.† Iudiciale dici
tur,quod in cauſam iudicati conceditur, ut
in toto titulo.C.ſi in cauſ. Iud. pig. captum
fuer. tradunt omnes in l. a Diuo Pio. §. in
uenditione,ibi Alexan. nume. 37. de re iu-
19 dic. † Legale autem,quod a lege inducitur,
ut cum dicimus bona mariti eſſe pro dotis
reſtitutione obligata,ut in tit. quibus mo-
dis pig. uel hypot. tacitè contrah.& tradũt
omnes.in.§.item Seruiana Inſt. de actio.ubi
latisſimè Gomeſ.& Iaſ.colum.1. & ſecunda
declarant relatas ſententias, & plures adfe-
runt differentias. In legali ergo pignore,ea
ratione huic conſtitutioni locũ non eſſe ar
20 bitror,quia non is cui † obligata ſunt poſſi
det,ſed rei dominus &obligatus,& in illatis
& inuectis pro penſione domus. In iudiciali

21 † idem dicendũ illa ratione,quia ille cui con
ceſſum eſt efficitur dominus,& cedit multo
ties inſolutum, ſi ipſi creditori cõcedatur.d.
l.a diuo.§.in uenditione &.§.ſi pignota,ubi
omnes,de re iud. quare ut loco pignoris nõ
habetur,eſt tex.in.l.ult.C.ſi in cauſ.iud.pig.
cap.fue.tradit Afflict.Deciſione 188.quẽ eſt
ſecutus Pariſ.conſ.42.num.18.libro.1.uel ſi
eſt antequàm cedat inſolutũ, is creditor nõ
poſſidet.l.3.ff.qui potio.in pig.habea.com-
munem teſtatur Vrcurrus.d.§.Iulianus nu-
mero.219.

Quæro.7.cum conſtitutio,hæc eum adiu
uet,qui caſu fortuito rem amiſit quomodo
22 † caſus iſte fortuitus intelligatur, & uerè di
23 citur caſus † fortuitus, qui humano con-
ſilio præuideri non poteſt.l. 2.ſi eo tempo-
re.ff.de admi. rerum ad Ciuit. pertine.in.l.
quæ fortuitis.C.de pig.actio.Ripa in Tract.
Peſtis,in titulo. De Priuileg. contractuum.
num.68.quo loci inter caſus fortuitos enu-
24 merat † Peſtem cui morbo humano conſi-
lio prouideri non poteſt, cum iam populos
inuaſit:nec enim medicamenta adferri poſ
ſunt,ut rerum magiſtra ſæpè docuit expe-
25 rientia,ut eo † anno. 1350. quo (ut ſcribit
Platina in uita Clementis. 6.) tempore per
triennium totam Italiam peruagata eſt, ut
uix decimus quiſque ex milleſimo ſuperſue
26 rit,ſic † uis fluminis inter caſus fortuitos e-
numeratur.l.ex cõducto. §.uis tempeſtatis.
ff.locati,Rube. Alexand.in. l. ſed & ſi quis.
§.quæſitum.num.3.ff.ſi quis cautio qui ſanè
impetus ac æſtuationes uiſæ ſunt aliquãdo
27 prodigioſæ, † ut legimus anno. 1099 Mare
ita æſtuaſſe,ut a littore in altum centũ paſ-
ſus exceſſerit, ut literis prodidit Platina in
uita Paſchalis ſecundi.Sic idem Platina in ui
28 ta Nicolai tertii ſcribit † Tiberim adeò in im
menſum excreuiſſe,ut altare ſanctæ Mariæ
Rotondę, quatuor pedibus, & eò amplius
excederet.non abſimilẽ Tiberis inundatio
nẽ recitat Sabellicus; Enneade decima l. 1.
Inter caſus quoque fortuitos Rubeus.d. §.
quæſitũ nu.3.ex.d.§.uis tempeſtatis, enume
29 rat † Terræmotus,qui graues fuerũt elapſo
30 anno † 1564 die.20.Iulij hora noctis prima
mẽſis Auguſti:& multo maiores apud Niciã
in ea regione,quã Diui Martini nũc appel-
lãt,ut quã plurima iſtic corruerint ædificia
maximo cũ inhabitantiũ calamitate, qui fe
rè omnes abſũpti interfectique ſunt. aliqua
enim fuere oppida,ubi ne unus quidẽ ſuper
ſtes fuerit,tantus terror in memoriam illi-
us ſaneq̃ horrendi terræmotus renouauit,
31 qui in Antiochia omniũ † maximus fuit ſub
Traiano Imperatore anno ſalutis noſtrę cẽ
teſimo decimo ſexto , ut author eſt Dion.
Gręcus in Traiani uita,uel illius,cuius me-
minit Euſebius in annalibus a Petro Crini-
to l.9. de honeſta diſciplina cap.7.relatus,
32 † qui euenit ſub Tiberio Ceſare.quo trede-
cim urbes corruerunt:nec minor is certè fu
it motus terræ,quam is,qui ad maximũ ho-
minum terrorem contingit in eiſdem fortè
33 † Saluijs montibus apud Niciam Maſſilien-
ſium,anno.1218.qui ſanè motus terræ tam
ingens fuit,ut ad quinq; millia hominũ pe-
riiſſe conſtet, cadentibus domibus, ſaxiſq;
ex cacuminibus montium inhabitatas ual-
les paſſim ruẽtibus. cuius rei authores ſunt
Platina in uita Honorij tertij Põtificis max
ac M. Antonius Sabellicus Enneade Nona.
li.6.quin? ſi dicere auſim, quod ad nos p̃ ru-
morẽ allatũ eſt,tantus hic motus terrę fuit,
ut exiſtimauerint tunc mortales illo inferio
rẽ non fuiſſe,qui ſub Bonifacio octauo pon
tifice max.in illius uita,his ſcripſit Platina.
& ne exiſtimares tum Deũ cum hominibus
34 pacem habuiſſe † tantus repètè terręmotus
exortus,eſt, quantus nunquam antea:quo-
quidem multis diebus interualla plurima du
rante,ædificia paſſim corruère.Reate Põti-
fex tum erat cum tota Curia,qui certè ueri
tus,ne ruina ædificiorum opprimeretur,ca-
ſulam quandam ex tabulatis ſubtilibus in
medio clauſtro fratrum Prędicatorum pra
to admodum lato,ædificari iuſſit,eoq; loco
aliquãdiu reſedit,licet horrida ſęuiret hyẽs.
In celebritate namque Sancti Andreæ hæc
perturbatio exorta eſt,qua autem ratione,
35 & cauſa fiant † terræmotus expoſuit nunc
relatus Crinitus,& Gellius in atticis lib.2.c.
28.& apud Plutarchum in.3 de placi. Philo
ſop.c.13.& 15.Enumeratur quoq; inter ca-
36 ſus fortuitos,illa † locuſtarum edacitas in.
l.excepto.C.locati,& quorum meminit Pli
nius lib. 11. Natura.Hiſto.capi. 29. & apud
Liuium lib.2.quintæ decadis, ſub conſulatu
C.Popilij Lenatis,& publij Aelij Liguris le
37 gimus † locuſtarũ tantam nubem à mari uẽ
to repètè in Apuliam illatam eſſe,ut exami
38 nibus ſuis agros latè operirẽt.† Ad quam pe
ſtem frugum tollendam Cn.Sicinius Pretor
deſignatus,cum Imperio in Apuliã miſſus,
ingẽti agmine hominum ad colligendas eas

coacto, aliquanculum temporis abſumpſit, quod & hanc noſtra ætate euenit dum in te
39 neris agerem † anno etenim ſi modò ipſe rectè memoria teneo quadrageſimo ſecundo ſupra milleſimum & quingenteſimum, tanta in his Italiæ Regionibus aduolauit locuſtarum copia, ut per ſex integras horas perduraret uolatus ac ueluti denſiſsimæ nubes ſolem obſcurarent, quæ factum eſt, ut iactæ paulò ante ſementes aſſumptæ fuerint. & malè certæ res ſe ſe nobiſcum anno ſequenti habuiſſet, niſi ſingula Italiæ loca eã, qua uſus fuit Cn. Sicinius, adhibuiſſet diligẽtiam. Enumeratur & inter caſus fortuitos
40 † nix immoderata l. fiſtula §. ſi frumenta de cond. ind. ſunt alij quos non refero. Hi ergo uerè caſus fortuiti dicuntur, qui facto naturæ ſine ulla hominis cauſa contingunt, ut egregiè docuit Bal. in d. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & Rube. d. §. quæſitum num. 3. qui affirmant alios eſſe caſus fortuitos, qui
41 facto hominis proueniunt, ut † piratarum hoſtium ue incurſus. l. in rebus in prin. ff. cõ mod. l. contractus in fi. de reg. iur. ſic ſententia iniuſta. l. ſi per imprudentiam. C. de euictio. his ergo caſibus excuſantur, qui poſſeſſionem amiſerunt.

42 Declaratur non procedere † cũ lata culpa & dolus caſum procedit, ut probat is tex. d. l. contractus in fi. & ibi latè Igne. nu. 78. adfert exemplum in l. qui inſulam. §. qui mulas. ff. locati in. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi mulier ff. ad. l. Aquil. aliaq; quamplura adfert, quibus declarat, quando culpa & dolus cauſam procedat, addo Crotum in Rub. de operis noui nuntia. num. 35.

43 Quæro ult. qua actione † experiatur hic qui pignoris poſſeſſionem amiſit. Crebrior uidetur ſententia, utilem hypothecariã creditori concedi, hanc probaſſe uidetur Cyn. hic, & Petrus, & refert Ang. in l. ſiquis miſſum. §. iudex. ff. de damno infecto, qui tamẽ Ang. non aperit cuius ipſe opinionis ſit, Cy. tamen eſt ſecutus Imol. d. §. iudex, & clarè Alex. in l. ſi finita. §. Iulia. nu. 98. ff. de damno infect. quo loci Michael Vrcurrus, nu. 206. cõmunem eſſe teſtatur præcipuum horum fundamentum eſt in l. is cui. §. quæri poteſt ff. ut in poſſ. lega. qui ſanè tex. uarios habet intellectus ut admonui ſupra. q. 5. poſt Bolo. d. §. Iulia. nu. 163. placet ex multis, quod ſcribit Vrcurrus in d. §. Iulianus nu. 207. nullam hoc caſu proditam eo iure Pandectarũ fuiſſe actione, cũ nouè eam conſtituerit Iuſtin. hac cõſtitutione noſtra, ut infra ſtatim ſubiiciemus, alia quæ adferuntur facili diluuntur negotio a Bolog. Vrcurro & cæteris.

Secunda fuit ſententia Inno. in ca. contingit de dolo & contumac. concedi hoc caſu interdictum, unde ui, argumento noſtræ conſtitutionis. Inno. ſecuti ſunt Alex. d. §. Iulia. nu. 98. diſtinguendo, ut apud eum uerum cæteris non placet. ut nec mihi ſatisfacit, relata præſertim ratione ſupra.

44 Tertia ergo † fuit opinio aliquorum, ut per Imol. d. §. iudex. & Alex. d. §. Iulia. num. 98. quã clarè defendit, eo loci Vrcurrus nu. 207. & rectè mea ſententia, concedi conditionem ex. l. hac noſtra, quæ inſtar interdicti, unde ui, eſt promulgata, non enim ante hanc conſtitutionem prouiſum fuerat, ut non mirum ſi dicat Iuſtinia. ſe dare, donare, hoc caſu poſſeſſionis recuperationem, nec enim hanc dediſſet actionem Iuſtinia. ſi iã competiſſet, alia plura rectè perpendit prꝶcitato loco Vrcurrus, quæ non refero, hæc ad duodecimum Recuperandæ poſſeſſionis remedium.

SVMMARIVM
TERTIIDECIMI
remedij.

RECVPERANDAE
POSSESSIONIS.

1 *Conſtitutio l. ultimæ. C. unde ui, una eſt ex poſterioribus quinquaginta Iuſtiniani conſtitutionibus.*

2 *Conſtitutio l. ultimæ. C. unde ui remedium poſſeſſionis recuperandæ continet.*

3 *Conſtitutio. l. ultimæ C. unde ui, extenſiua interdicti unde ui.*

4 *Poſſeſsio uacans, quæ rectè dicatur.*

5 *Poſſeſsionem uacuam, qui tradere tenetur, quomodo eam tradet.*

6 *Poſſeſsionem uacuam non tradit, qui minus tutam transfert.*

Poſſeſſ

7 Poſſeſſio plena, quæ.
8 Pleno iure poſſidere quid.
9 Plena proprietas, quæ.
10 Poſſeſſio ſemiplena, quæ.
11 Poſſeſſio uacare an dicatur, ſi antiquꝰ poſſeſſor ciuiliter adhuc posſidet.
12 Conſtitutio.l.ultimæ.C.unde ui. locum habet, pro ſola naturali poſſeſſione occupata recuperanda.
13 Conſtitutio.l.ult.C.unde ui. habet locũ cũ occupator credidit ex toto poſeſſionem uacare.
14 Occupator poſſesſionis rei mobilis uacantis excuſari an poſſit ex conſtitutione.l.ultimæ.C.unde ui.
15 §. quod autem.Inſt.de uſucap.declaratur.
16 Poſſeſſio rei mobilis, uacare poteſt, ut poſſeſſio rei immobilis.
17 Rei appellatione ita mobilis ut immobilis continetur.
18 Rei appellatio reſtringitur ob ſubiectã materiam.
19 Similitudo, qua utitur Iuſtinianus. in l.ultima.C.unde ui declaratur, & nouè explicatur.
20 Vis ablatiua propriè cadit in re mobili
21 Poſſeſſio uacans ita furtiua & uitioſa posſit effici, ut ui poſſeſſa dici posſit.
22 l. qua ratione.§.ultimo.ff.de adquiren poſſeſſ.declaratur.
23 l.ſi falſus.§.ſi, actum.ff. de furtis exponitur.
24 Ratio cur res mobilis uitio reali affici poteſt, ita ut impediatur uſucapio. & non immobilis.
25 Occupans poſſeſſionem uacantem rei propriæ, an teneatur ex conſtitutione l.ult.C.unde ui.
26 Bartoli & aliorum cõſiderationes multæ, ad.l.ult.C.unde ui, ſubuerſæ.
27 Noua authoris opinio, an occupans poſſeſſionem uacantem rei propriæ teneatur ex.l.ultima.C.unde ui.
28 Occupans poſſeſſionem uacantem rei propriæ, admittitur ad probandum de iure ſui dominij, ſi offerat probationes incontinenti.
29 Conſtitutio.l.ultimæ. C.unde ui.an inſtar interdicti unde ui, uel interdicti.de adipiſcenda, ſit introducta.
30 Interdicta, Adipiſcendæ, & recuperandæ, duo continent pugnantia.
31 Occupans poſſeſſionem alterius, quàm propriam credebat tenetur ex.l. ultima.C.unde ui.
32 Credulitas iuſta excuſat.
33 Malafides in eo præſumitur, qui ſine tit.poſſidet.
34 Error iniuſtus cauſat bonam fidem.
35 Bona fides etiam ex iniuſtis rationibus cauſatur.
36 Credens uiro bono excuſatione dignus eſt.
37 Occupans poſſeſſionem rei hæreditariæ an teneatur ex conſtitutione.l.ultimæ.C.unde ui.
38 Hæreditatis iacentis poſſeſſionem occupãs, an teneatur ex l.ult.C.unde ui.
39 l.1.§.1 ff.de rerum diuiſ.declaratur.
40 Hæreditaria res, quomodo in nullius bonis eſſe dicatur.
41 Poſſeſſio qualis qualis ineſt in hæreditate iacenti.
42 Statutum puniens ingredientem fundum alienum non habeat locum contra occupantem fundum iacentis hæreditatis.
43 l.Vltima.C.de crimi.expila. hæredita.

declaratur.

44 Hæreditas iacens, defuncti perſonam repræſentat, & quomodo.

45 Conſtitutiones nouæ ſtatus Mediolani ſub tit. de bonis ad cridas ponendis, an locum habeant, contra iura iacẽtis hæreditatis, & inibi de ratione.

46 l. Cæptam. ff. de uſucap. intellectus & declaratio.

47 Præſcriptio etiam aduerſus hæreditatem iacentem procedit.

48 Legatarius ſua authoritate occupans legatum hæreditate iacente rem tenetur reſtituere, ſed occupationis euitat pœnam.

49 Hæreditaria res cum occupatur hæreditate adita, an locus ſit conſtitutioni l. ultimæ. C. unde ui.

50 Hæres, dominus dicitur adita hæreditate, non tantum adhuc poſſeſſor,

51 Interdictum quorũ bonorum, Bonorum poſſeſſori tantum conceditur. & adipiſcendæ poſſeſſionis remedium eſt.

52 Remedium l. ultimæ. C. de edicto Diui Adri. tollen. quando habeat locum. & adipiſcendæ poſſeſſionis eſt.

53 Priuatio habitum præſupponit.

54 Ratio authoris noua, qua demonſtratur l. ult. C. unde ui. locum non habere, cum poſſeſſio rei hæreditariæ, adita hæreditate occupatur.

55 Hæreditas adita, deſinit eſſe hæreditas

56 Poſſeſſio cui reſtitui debeat. an primo, qui uacuam poſſeſſionẽ iam ingreſſus, uacuam reliquit, uel ei, qui ultimo loco uacuam amiſit.

57 l. Cum à te. ff. de ui & ui arma. declaratur.

58 Ripæ rationes et cõſiderationes exploſæ

59 Poſſeſſor ſimul & dominus ſi cum ſolo poſſeſſore concurrit præfertur, ut ei reſtituatur poſſeſſio.

60 Poſſeſſio uacua ſi ex ſecundo occupato re in primum perueniat, primo loco ſpoliato conceditur ante alterum reſtitutio.

61 Occupatus poſſeſſionem uacuam, ſi eã amiſit, an teneatur ex l. ultima. C. unde ui. & inibi declaratur.

62 Occupator an in dolo eſſe debeat, ut locus ſit remedio l. ultimæ. C. unde ui.

63 Dolus præſumptus ſufficit, ut ſit locus conſtitutioni l. ultimæ. C. unde ui.

64 Bonafides regulariter præſumitur.

65 Bonafides etiam in cauſis lucratiuis præſumitur.

66 Bonafides in eo etiam præſumitur, qui ſolum titulum habet putatiuum.

67 Bonafides præſumitur etiam in eo, qui per errorem iniuſtum poſſidet.

68 Poſſeſſor antiquus contra nouum ſine titulo malæfidei exceptionem obÿcere poteſt.

69 Bonafides in nouo poſſeſſore cum titulo præſumitur contra.

70 Malafides præſumpta, 30. annis purgatur.

71 Bonafides præſumitur etiam in nouo poſſeſſore ſine titulo quoad tertium.

72 Bonafides non præſumitur in nouo poſſeſſore ſine titulo quoad tertium, ſi iuris præſumptio repugnat.

73 Emens ab occupatore rei uacãtis, quãto tẽpore præſcribat.

74 Occupator prębẽdæ uacãtis an teneatur ex cõſtitutione l. ulti. C. unde. ui.

75 Spiritualia authoritate propria apprehendi unquàm poſſunt.

76 Occupans agrum deſertum, an teneca-

tur ex conſtitutione.l.ult.C.unde ui

77 Occupans agrum deſertum,biēnio præſcribit.

78 l.qui agros.C.de omni agro deſeru.lib. xi.quo tempore promulgata.

79 Lex poſterior ab antiquiori ſæpe declarationem recipit.

80 l.qui agros.C.deſerto.lib. xi. diſpoſitio hodie in Italia locum non habet.

81 Negligens,iure ſuo ſæpiſſimè priuatur

82 Captus ab hoſtibus et reuerſus an ex cõſtitutione.l.ultimæ.C.unde ui. ſuam poſsit recuperare poſſeſsionem quæ captiuitate pendente fuit occupata

83 Captus ab hoſtibus ſtatim amittit poſſeſsionem.

84 Captus ab hoſtibus etiam per momentum poſſeſsionem perdit.

85 Momentum temporis eſt in conſideratione,cũ de actus extinctiõe agitur

86 l.qui poſſeſsionem. ff.de ui & ui armata declaratur.

87 Momentanea acquiſitio non eſt in conſideratione.

88 Vxor à uiro nõ dicitur diuertiſſe ſi per temporis momentum abſuit.

89 Alienare prohibitus,non cenſetur prohibitus cũ momētanea alienatio eſt

90 Emphyteota alienando per tēporis momentum domino irrequiſito ius ſuum non perdit.

91 Dos ſi à uiro uxore mortua lucratur iuxta ſtatuti diſpoſitionem, eã adhuc lucrabitur. ſi per momentum temporis perdurauit matrimonium.

92 Maritus ſi ſtatuto prohibeatur uxori aliquid relinquere non prohibetur, ſi quid per momentaneum erit relictum.

93 Momentanea ſunt in conſideratione, cum poſſunt prodeſſe.

94 Commodatario,& depoſitario an concedatur remedium.l. ult.C.unde ui.

95 Scholaſtico an concedatur l.ultimæ C. unde ui remedium contra Scholaſticum, qui ſuum in auditorio locũ occupauit.

96 Scholaſticus eſt per triduum excommunicatus, cum in prælectionibus docenti um,cæteris eſt impedimento.

97 Accurſus in interpretatione.l.ultimæ. C.de officio magiſtri officio,notatus & reprehenſus.

98 Militiæ ſchola olim fuit.

99 Tyrones in ſchola militiæ ultimum tenebant locum.

100 l.ultima. C. de officio magiſtri officio ſenſus.

101 Petri Rebuffi lapſus.

102 Libelli forma in remedio. l. ultimæ.C. unde ui.

IMPERATOR
IVSTINIANVS A. IOANNI PRAE. PRAE.

Cvm quærebantur inter Illyrica nam aduocationē,quod fieri oporteret propter eos,qui vacuam poſſeſsionem abſentium ſine iudiciali ſententia detinuerunt, quia veteres leges nec vnde vi interdictum, nec quod ui aut clam, vel aliam quandam actionem ad recipiendam talem poſſeſſionem definiebant, violentia

in ablatam poſſeſsionem minimè præcedente niſi domino tã tummodo in rem actionẽ exercere permittentes: nos non cõcedentes aliquẽ alienas res vel poſſeſsiones per ſuam auctoritatem vſurpare, ſancimus talẽ poſſeſſorem, vt prędonem intelligi, & generali iuriſdictiõe ea teneri, quæ pro reſtituenda poſſeſsione contra huiuſmodi perſonas veteribus declarata ſunt legibus. Ridiculum etenim eſt dicere vel audire, quòd per ignorantiam, alienam rem aliquis quaſi propriam occupauerit. Omnes autem ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere: cum talis diſpoſitio in furti actione iamdudum ueteribus legibus definita eſt dicentibus, ſi quis alienam rem aduerſus domini uoluntatem attigerit, furti actione tenea tur: his videlicet, quæ ſuper recipienda poſſeſsione à nobis diſpoſita ſunt, locum habentibus, ſi non ex die, ex quo poſſeſsio detenta eſt, triginta annorum exceſſerint curricula. Dat. 13. Cal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis. V.V. C. C. anno ſecundo.

TERTIVMDECIMVM

RECVPERANDAE POSSESSIONIS *remedium*.

EX L. VLTIMA C. unde ui.

CVM non omni ex parte eorum audacia eſſet repreſſa, qui tam auidè aliena occupare ſtudet, eo præſertim in caſu, cũ rei poſſeſsio uacans, ut potè quaſi a poſſeſſore relicta, ab eo, qui ſe dominum non eſſe intelligit, occupatur: Iuſtinian. noſter legiſlatorum pru-
1 dentiſsimus hanc edidit, † conſtitutio-
nem, quam unam ex quinquaginta poſterioribus credimus, ut iam in anteludijs admonuimus, prouidet itaque conſtitutio hæc aduerſus occupantem rem uacantem, qua-
2 re † remedium poſſeſſorium recuperandæ
eſt, ut uno ore affirmant omnes, & reſpondit Bal. conſi. 321. ad euidentiam præmittendum eſt, quod aliquando lib. 3. Afflict. in ca. 1. §. illud quoq; nu. 16. de prohib. feud. alien. per Frider. dixit hanc eſſe ex quinquaginta deciſionibus Iuſtinia. & non eſſe nec retinẽdæ nec adipiſcendæ poſſeſsionis, quin
3 rectè noſtri dixerunt eſſe † conſtitutionem,
interdicti unde ui, extenſiuam, ut ante alios probauit Iac. Butrig. & Bart. hic ex uerbis tex. noſtri, ibi generali iuriſdictione, hoc ẽ, generali interdicto unde ui, & ibi, ueteribus legibus, quæ non ad. l. ſi quis in tantam (ut malè aliqui opinantur) ſed ad interdictũ unde ui relationem habent, ſi enim intellexiſſet Iuſtinia. hic referri. l. ſi quis in tantã, nõ ius antiquum, ſed nouum appellaſſet, nam cum ueteris iuris meminit Iuſtinia. intelligit, quod iure Pandectarum eſt promulgatum, ut probat inſcriptio tit. C. de ueteri iure enucl. & ibidem in l. 1. §. hoc etiam, & uerè ſecundum Saly. hic col. 2. in ſecunda oppo. uerba illa ueteri iure, non cõueniunt diſpoſit. oni. l. ſi quis in tantam, cum nulla in caſu noſtræ cõſtitutionis interueniat uiolentia, ob quam edita eſt. l. ſi quis in tantã: hanc ſententiam probauit & Ang. hic.

4 Quæro primo, quæ dicatur † poſſeſſio,
propriè uacans.glo. hic, quam cæteri ſunt
ſecuti dixit poſſeſsionem dici uacâtem,quæ
ab aliquo,nec animo,nec corpore poſsidetur,
glo. in l. idcirco. C. de fide inſtru. in.l.
improba C. de adquirē.poſſ.ff.in §.quæ au
tem,in uerbo loci uacantis, Inſti.de uſucap.
Alex. & Iaſ. in l. in conuentionalibus. §. ſi
quis uacuam de uerbo.ob. Oldra.conſi.311.
alegationes col.2. Rui. conſi.94.nu.2.lib.1.
Dec.conſi.282.nu.3. uerſi.& iſta Goza.cōſ.
24.n.1.2 Bald. in l.Celſus nu.80. de uſucap.
quare dicimus condemnatum tradentem
5 † poſſeſſionē uacuam, nō liberari ſi ab alio
etiam ſolius rei ſeruandæ cauſa occupetur.
l. 2.§. uacua.ff.de actio.emp.egregiè docuit
Aemilius Ferretus in l.3. nu.39.ff.de uſuca-
6 pio.ſic nec † uacuam dicitur transferre, qui
minus tutam transfert. Bart.l.ratio. §.1. de
actio.empti.probat tex. in cap. Piſanis, de
7 reſtit. ſpolia. ſic è contra dicimus eum † ple
nam habere poſleſsionem, qui naturalem ſi
mul habet & ciuilem Bald. in.l.mater C. ad
Tertul. Iaſ. in l. huiuſmodi.§.ædes.de leg.1
& ante eos gloſ. in d.§.quod autem Inſt.de
actio.licet glo.l.raptores.C.de Epiſc.& Cle
ri. aliter & malè ſentire uideatur. quare eũ
8 † pleno iure poſſidere dicimus, qui ut domi
nus poſſidet l.1. C.de reuocand. dona. & in
9 ſimili dicimus † de plena proprietate,quę in
ſe uſumfructum ius alienandi, & abſolutum
dominium habere dicitur, ſecundum Baldũ
in l. fœminæ.§.illud. C. de ſecundis nup. &
10 Ruin.conſil.ult.num.6. lib.3. † ſemiplenam
autem poſſeſſionem (ut uno uerbo attingã
oĩa) illam dicimus,in qua, quis eſt cauſa rei
ſeruandæ, ſic glo. d. §. quod autem, quam
ſingularem dixit Iaſ. in. l. traditionibus. C.
de pactis Alexan. in additio. ad Bart. in.l.2.
§.1.de actio.empti,& Iaſ.in.§.rurſus nu.142
Inſtit. de actionibus.

11 Quæro ſecundo.quid ſi is primus † poſſeſ
ſor ciuiliter adhuc poſſideat, an uacans dicatur
poſſeſsio & conſtitutionis noſtræ locus
ſit:& eſſe locum credidit Bart.hic nu. 3.
& ante eum Hugo a glo. hic relatus,& eam
ſecutus fuit Albe. & Saly. hic col.2.uer.tunc
quæro,& quam ueriorem probo, nam eum
(ut dicebat Bar.) poſſeſsio ſit naturalis & ci
uilis,naturalis hoc caſu uacare dicitur,qua-
12 re † illius cauſa conſtitutioni noſtræ locus
erit,quod ea ratione confirmatur,quia tex.
noſter in prin. de poſſeſsione abſentium lo
quitur, & ſolam naturalis poſſeſſionis occu
pationem conſiderat, ob id abſens dum ciui
liter poſſidet,reuerſus recuperat ex hac cō
ſtitutione,quæ dum appellat abſentis poſſeſ
ſionem,aliquam eſſe preſupponit,quæ dum
naturalis eſſe non poteſt,ciuilis erit.

Contrariam tamen ſententiam probauit
Io.gloſator,& eum ſecuti alij ſunt, adeo ut
communem hanc deinde dixerit Ripa. in c.
ſæpe nu.56.de reſtit.ſpolia. uerum iure non
ſubſiſtunt fund. nam, quod dicitur dari in-
terdictum unde ui ex.l.1.§.ſiue autem & l.3.
§. ſi quid autem.ff.de ui & ui arma.illi ciuili
ter poſſidenti,ob idq; fruſtra hoc cautũ ui-
deri noſtra conſtitutione,uerum non eſt,cũ
enim hanc rationem ſenſiſſet is Hugo, ani-
maduertit hic Saly. col.2. uerſi. ſed attende,
13 reſpondetq; noſtra † conſtitutionem loqui,
quando is occupator credidit rem ex toto
uacare,& ſi arbitratus fuiſſet aliquem ad-
fuiſſe poſſeſſorem,non occupaſſet,cum nec
animum habuerit repellere uenientem,quo
in caſu non prouidit interdictum unde ui,
cum loquatur quando occupator primum
poſſeſſorem uenientem non admittit,quare
imputandum eſt potius hoc noſtro caſu pri
mo poſſeſſori,qui ut meticuloſus nimis au-
ſus nō eſt poſſeſsionem naturalem ingredi,
ſed eam pro derelicto potius habuiſſe dicit,
nō quoq; me mouet,quod dicebat Ioãnes,
hanc poſſeſsionem numquam uacantē dici
potuiſſe,quia aut conſideramus tempus an-
te ſuſpicionem antiqui poſſeſſoris,& tunc il
la uacans dici non poteſt,cum ciuilis eſſet a-
pud ipſum antiquũ poſſeſſorem. aut conſi-
deramus tempus poſtea quã ſuſpicaris cœ-
pit poſſe repelli,& tũc nec uacans poteſt di
ci,cum ſit occupatori quæſita.quia reſpon-
deo cum Saly. hic col.2.uerſic. ſed certè ad
hoc &c. poſſeſsionē dici uacantē, quoad an
tiquum poſſeſſorem, eo ipſo,quod eſt ſuſpi
catus poſſe repelli, licet,quo ad occupatorē
non dicatur uacua,cũ iam ſit poſſeſſa & oc-
cupata, & ſufficit eſſe uacua habita ratione
antiqui poſſeſſoris,ut hic nouus iuſta ratio-
ne ſe tueri poſſit.quare uerior eſt(ut admo-
nui) Bart.& Saly. ſententia, quam tamen in
telligo eo caſu procedere,cũ occupator tē-
pore occupationis ignorauit poſſeſsionē
ab antiquo poſſeſſore poſſideri, ſecus ſi ſci-
uit,quia tũc quàm facillimè credere potuit
ſe committere uiolentiam, & ceſſat creduli
tas,ob quam excuſabatur a pœnis cōmiſſæ

uiolentiæ. erit tñ cogitandũ in re tã ardua.
14 Quæro 3. an hæc † conſtitutio locum habeat pro occupatione rei mobilis, & nõ habere locum cenſuit hic glo. quam tueri conatur Saly. col. 3. uerſi. 4. quæro, ea ratione, quia tex. hic noſter uult pro re mobili antiquitus fuiſſe prouiſum per furti actionem, ut in fine dicitur, & tamẽ in huius poſſeſſionis occupatione per actionem in rem erat conſultum, cum ergo iure antiquo differentia eſſet, ſic & nunc eſſe debet, ut enim actio in rem olim ad rem mobilem non adaptabatur, ſic nec hodie hæc conſtitutio: uerum parum ſatisfacit Salyn. ratio, nam licet olim quoad dominij recuperationẽ in re mobili & immobili prouiſum eſſet. idq; diuerſimodè, ſtat tamen, quod nunc in poſſeſſione recuperanda eadem hac noſtra conſtitutione ſatisfactum & prouiſum uidetur. quare clarius Saly. ſentẽtia probari uide
15 tur ex tex. † §. quod autem Inſti. de uſucap. dum paucis refert hanc conſtitionem, & ibi glo. animaduertit & utitur his uerbis: quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, loquitur ergo de rebus immobilibus, niſi dicamus tex. illum nullum uerbum facere, quoad poſſeſſionem recuperandam, ſed ratione uſucapionis. quem ibi glo. in uerbo longa, inquit hodie hac noſtra conſtitutione eſſe correctum.

Contrariam ergo ſententiam rectè probatunt aliqui, quos hic ſecutus eſt Bart. nu. 7. placuit & hæc ſententia Alcia. in l. rem quæ nobis nu. 4. de adquiren. poſſeſſ. qui cõmunem recentiorum eſſe teſtatur, & ſi non me lateat leuia aliqua adferri, ut illud, quo
16 utitur Bart. poſſeſſionem † rei mobilis ita uacantẽ diei poſſe, ut immobilis. l. ſi rem mobilem de adquir. poſſ. concedo, ſed quid ad rem? nec enim infert argumentatio hæc, conſtitutionis uerba huic caſui conuenire, non pariter ſatisfacit Bar. argumentatio ex hoc tex. qui loquitur generaliter de poſſeſ-
17 ſione rerum, & † rei appellatione uenire, ita mobiles, ut immobiles. l. 1. in fi. ff. ſi certũ peta. l. rei appellatione, de uerbo ſig. nam re-
18 ſponderi poteſt † rei appellationem ex ſubiecta materia reſtringi, ut declarant omnes in d. l. 1. ff. ſi certum peta. & docuit Alcia. in l. nominis & rei, de uerb. ſig. in caſu ergo noſtro dicere poſſumus ſubiectã materiam nõ ferre, ut de poſſeſſione mobiliũ intelligat. euitari quoq; poteſt illa Bar. & ante eum Butrigã. conſideratio, ex text. noſtro in fine
19 † dum furti ſimilitudo adfertur, quod ſanè furtum in ſola re mobili cõmittitur. l. 1. ff. de furtis, euitari inquam poteſt præter obſcuram Saly. reſponſionem, Iuſtinianũ hic non uti furti ſimilitudine, quoad huius conſtitutionis diſpoſitionẽ, quaſi quod & in re mobili locũ habeat, ſed utitur tñ Imperator rationis ſimilitudine, ad reijciendam eorũ opinionem, qui opinabãtur licere occupare rẽ uacantem, quam ſuam non eſſe ſciebant, inquit. n. Iuſtinianus dum iſti ſciunt rem non eſſe ſuam, ſcire debent eſſe alterius, & ideo non licere eam occupare, quæ ratio & in furtis ab antiquis iureconſultis conſiderata fuit. hæc ergo ſententia uerius probaẽ in illis uerbis noſtri tex. uiolentia in ablatã poſſeſſionem, nã hæc uerba, quæ de ui ablatiua ſunt, intelligũtur ratione rei mobilis in qua
20 † uis ablatiua cadit, ut declarat glo. ubi Bar. & cæteri in. l. extat. ff. quod metus cauſa, & diximus ſupra in anteludijs nu. 40. intelligiẽ ergo conſtitutio hæc noſtra in poſſeſſione rei mobilis, hoc ſuadent & illa uerba, ꝑ ſuã authoritatem uſurpare, quæ uſurpatio, tam propriè cadit in rebus mobilibus, quam immobilibus, ſic & illa uerba, res & poſſeſſionem, quorum unum referri uidetur ad rem ipſam immobilẽ, alterum ad rem mobilem: nec ſubiecta materia noſtræ conſtitutionis magis ſuadet (ut ſupra dicebam) ut intelligamus potius de re immobili, quam mobili.
21 Quæro 4. an uacãs † poſſeſſio uitioſa efficiatur, ita ut furtiua, uel ui poſſeſſa eſſe dicatur, & nõ effici ſenſit hic gloſ. quam ſecuti ſunt cæteri, ut communem teſtaẽ hic Bar. n. 8. ex l. ſequiẽ. §. ſi ui me. de uſucap. ubi occupans uacantem poſſeſſionem uſucapit, & ex claro tex. §. qđ aũt, Inſt. de uſucap. ubi poſſeſſio uacans & ſi apud occupantem dicatur uitioſa, non tñ apud illius ſucceſſorem, quia non eſt effecta uitio reali, quare is ſucceſſor uſucapit, quod minimè poſſet ubi uitio reali effecta eſſet. §. furtiuæ, illo tit. de uſucap.

Nõ ignoro tñ glo. in l. ſequitur. §. item ſi occupaueris. ff. de uſucap. & in d. §. quod autem, Inſt. eo. in uerbo longa, contrariã ſententiã probaſſe, ex uerbis noſtræ cõſtitutionis quæ ſic cõſiderare uiſus eſt Bar. dum hic tex. æquiparat huius legis prouiſionem, ad furti actionem, ſed eo caſu per furtũ res dicitur uitio reali affecta. d. §. furtiuæ ergo & idẽ noſtro hoc caſu, uerum iam præcedenti

queſtione dicebam , caſus non æquiparari,
ſed Iuſtinianum à ui rationis argumentari,
non repeto, Bart. ergo , gloſæ ſententiam
comprobans declaratione quadam,in hanc
ſententiam citat. l. falſus.§. ſi iactum. ff. de
furtis &.l.qua ratione.§.ultimo.ff.de aqui-
re. rerum do. ubi probari uidetur furtum
committi in re uacanti aliàs tamen à domi-
no poſſeſſa,idem ergo dicendum eſt in caſu
noſtro,quare Bar.intelligit tex.noſtrũ pro-
cedere in re numquam poſſeſſa, ſed ſemper
uacanti, uerum reſponderi poteſt non lice-
re argumentari ex re furtiua ad hanc occu-
patam,hęc enim uſucap.poteſt d.l.ſequitur.
§.ſi ui me.d.§.quod autem,illa furtiua non.
22 d.§.furtiuæ.nec ad rẽ confert is tex. † l. qua
23 ratione.§.ultimo &.d.† l.falſus.§.ſi iactum,
quia concedo,quo ad occupantem furtum
committi eo caſu, cum rem ab altero ſaltẽ
animo poſſeſſam occupat,ſed in caſu noſtro
loquimur,tum quoad occupatoris ſucceſſo
rem,in quem non dicitur res uitioſa tranſi-
re,tum quia res erat omnino uacans,cum in
totum primus poſſeſſor deſierit poſſidere,
ſed ſubtilis eſt inueſtigatio quærere,qua ra
24 tione factum ſit, ut in re mobili † res dica-
tur effici uitio reali , ut uſucapi non poſſit,
non autem in re immobili occupata,ut no-
ſtro in caſu , & ratio eſſe poteſt : quia in re
mobili furtum committitur, & res contre-
ctatur,quare uitium circa rem uerſatur, idẽ
quando res occuparetur, diuerſum quando
res uacans occupatur , nam ſolum uitium
in perſonam occupantis uerſatur, qui fide
mala aliena occupauit, declarat doctè Ae-
mil.Ferretus in.l.3.nu.40. de uſucap. erit ta
men cogitandum.
25 Quæro quinto an † hæc conſtitutio lo-
cum habeat contra occupãtem poſſeſſionẽ
rei propriæ uacantem: & non habere locũ
affirmauit hic glo.in uerbo. per ignorantiã
quam ſunt ſecuti Bart.num.11.Ang.& Saly.
colum.1.idem cenſuit Alexand.in.l.naturali
ter.§.nihil commune num.14.32. de adqui-
renda poſſeſſione Ruin.conſil. 49. nume.6.
lib.4.Ripa.in cap.ſępe num.65.de reſtitutio
ne ſpoliatorũ Didacus lib.3.uariar. reſolut.
cap.16.num. 7.uerſic.ſecundus caſus,nouiſſi
mè Natta conſil.396.num.2.li.2.quare una
omnium hæc uidetur ſententia,quæ uix eſt,
quòd iure probetur:nam tex.hic noſter in il
26 lis uerbis. † poſſeſſionẽ abſentium &c. quẽ
ſic inducit Bart.ergo ſecus ſi res eſt propria
non concludit,quia licet occupans rem pro
priam,ſciat eſſe propriam ratione dominij,
non ignorat tamẽ eſſe alienam ratione poſ
ſeſſionis,qua reſpõſione diſſolui cęterę Bar
tol.& aliorum cõſiderationes poſſunt, dum
uerba illa tex.cõſiderant,alienas res uel poſ
ſeſſiones, ſecus ſi proprias, nam hæc argu-
mentatio, ut relata diſſoluitur & tres caſus
conſiderari poſſunt, aut intelligimus occu-
patorem occupare rem propriam in qua ip
ſe habet dominium,& poſſeſſionem, & tũc
res eſt de indubitabili poſſe:aut occupat rẽ,
in qua habet poſſeſſionem & idem eſt, cum
non alienam poſſeſſionem, ſed propriam
continuare dicatur,aut occupat rem,in qua
ipſe habet dominium,alter uero poſſeſſio-
nem,quę poſſeſſio dicitur quando corpora
liter non poſſidet , & hoc caſu non poteſt
occupare, quia & ſi ſciat rem eſſe ſuam ra-
tione dominij,cum tamen etiam ſciat ſe nõ
eſſe in poſſeſſione , credere debuit alterum
poſſidere,ſibique non licere alterius poſſeſ-
ſionem occupare,& ita intelligi poſſunt illa
uerba conſtitutionis,omnes autem ſcire de
bent,quod ſuum non eſt , hoc ad alios mo-
dis omnibus pertinere , quæ pro communi
perpendi ſolent.
27 Quamobrẽ aduerſus cæteros placuit † ali
quando contraria opinio,nõ licere domino
rei occupare poſſeſſionem uacantem, ea ra
tione adducor,quòd cõſtitutio hęc eſt facta
principaliter ad extenſionẽ interdicti unde
ui,ut hodie detur cõtra occupantem poſſeſ-
ſionem uacuam,quare conſtitutio hęc ſolã
poſſeſſionem reſpicit,& ſolius occupatoris
uitium conſiderat,qui non debet ſe poſſe ea
ratione excuſare,quod crederet poſſeſſionẽ
eſſe nullius,nam ſi ſciebat nõ eſſe ſuam, cre
dere debuit eſſe alienã. Pręterea interdictũ
unde ui ſolũ prouidet ratione poſſeſſionis,
ut eam ne dominus quidem dominij iure oc
cupare poſſit,hęc ergo cõſtitutio, quę extẽ
dit interdictum procedere etiam cum occu
patur uacua poſſeſſio,debet ſic accipi, ut in
telligamus,etiã hoc caſu,cùm dominus oc-
cupat,aliàs interdictum unde ui, non modo
extenderetur in uno,ſed etiam reſtringere-
tur Verum in praxi difficile eſſet a commu-
ni recedere . quare intelligere poſſumus,
hanc communem, cùm ipſa poſſeſſio omni
no uacat & abſens corpore & animo poſ
ſidere deſijt,tũc enim arbitror domino rei
licere poſſeſſionẽ illam occupare,aliàs non.

Declaratur ſecūdò communis relata ſen
28 tentia non procedere quando is † occupa-
tor eſt paratus incontinenti probare ſe eſſe
dominum,ſic gloſ.hic in uerbo per ignoran
tiam,quam hic probauit Bartol.num.11. &
cōmunis eſt declaratio,ut aliàs diximus ſu-
pra in primo remedio recuperandæ poſſeſ-
ſionis ex interdicto unde ui.quæſtione.21.li
mitatione prima,ubi plures retuli, ibi rela-
tis nunc addo ſolum: utrum ne declaratio
hæc in noſtro hoc text.probetur: & nō pro
bari uidetur,Cum hæc conſtitutio ſit exten
ſiua interdicti unde ui,quo non licet oppo-
nere dominij exceptionem etiam proban-
dam incontinenti.l. momentaneæ C. un-
de ui,& dixit in d.q.21.Bar.hic.n.11.fatetur
eſſe inductā ad ſimilitudinē interdicti unde
ui,cōtra eū,qui occupauit res alienas; atta-
mē hinc ante omnia conſtare debet rē eſſe
alterius,nō immeritò ſi dominus occupator
eſſe propriam probare poteſt, ut ex hoc cō
cludat non eſſe alienam, quę reſponſio non
eſt uera,nec iure probatur.nō enim hec cō-
ſtitutio inducta eſt ad ſimilitudinem inter di
cti unde ui,quia diuerſa ab eo eſſet,nā quod
ſimile eſt,diuerſum,non idē eſt.l.quod Ner
ua.ff.depoſiti.Eſt ergo illius interdicti unde
ui,extenſio,ut ergo in illo interdicto nō ha
betur ratio,quæ res fuerit occupata,quoad
dominiū, an propria uel aliena, ſic nec hoc
caſu,quia cōſideratur ſola occupatio poſſeſ
ſionis alterius,quare is actor ſolum proba-
re habet poſſeſſionem ſuam tēpore quo per
abſentiā uacare deinde cœpit,& ſi noſtri in
terpretes male opinētur neceſſe eſſe proba-
re rem fuiſſe propriam ratione dominij.re-
ſpondet itaque ſecundo loco Bart.& negat,
29 hanc † conſtitutionem habere ſimilitudinē
per omnia interdicto unde ui,cum hoc con
ſtitutionis noſtræ remedium uideatur inſtar
poſſeſſionis adipiſcendæ, quam ipſe ſua cul
pa perdiderat:& hanc Bart. conſiderationē
probauit Natta.d.conſi.396.nu.2.lib.2.quæ
ſanè reſponſio eſt deterior prima, cum iure
probari minimè credam,remediū recupera
torium(ut eſt hoc ipſum)habere ſimilitudi-
nem adipiſcēdæ, ſeu eſſe illius inſtar, cū ſint
30 duo pugnātia, † adipiſcēdæ præſupponit nū
quā penes eo interdicto agētē poſſeſſionē
fuiſſe. recuperādæ uerò fuiſſe,ſed nūc amiſ-
ſam.& dū inquit Bar.hūc ſua culpa amiſiſſe,
dico nihil eſſe quin ſi uerum illud eſſet,dicē
dū eſt nullo pacto eo adiuuari, ex quo ſua
culpa amiſit ut in magis utili & fauorabili
reintegrāde remedio ex capitulo reintegrā
da.3. q.1. dicemus Saly.ergo tertio loco hic
colum.3.uerſic.quero.9.in fin.illud procede
re aſſerit in interdicto unde ui, in quo uiolē
tia dicitur interueniſſe, ſecus hic, ubi ſolus
adeſt præſumptus dolus,aut ſi uerus eſt, ſi-
ne uiolentia eſt. Verum hoc eſt penitus fal-
ſum,ut dixi ex.l.meminerint.C.unde ui,erit
tamen cogitandum.

31 Quæro.6.an hæc conſtitutio † locum ha
beat cōtra occupatorem, qui credebat rem
eſſe ſuam:& non habere locū affirmauit hic
gloſ.cum per dolum hic nō occupauerit, &
tamen dolus requiritur, ut huic conſtitutio
ni locus ſit,Bar.hic diſtinguit quatuor caſus
tandem cōcludere uidetur, quòd ſi huius oc
32 cupatoris†credulitas erat iuſta ratione fun-
data, eū omninò excuſari ſi uero iniuſta,nō
excuſari,cum in dolo ſaltē præſumpto eſſe
dicatur,quod ſentit idem Bart. hic numero
decimo quinto cōfert, quod ſcribit Inn. &
33 Bald.in capit.per tuas de teſtibus † malam-
fidē in eo præſumi,qui ſine titulo poſſidet,
quam ſententiam probarunt Imol.in capi.
ultimo de præſcriptionibus & Fely.in ca. di
ligenti eo.adducūtur omnes ex text.hoc no
ſtro.uerū Bar.diſtinctioni aduerſatur, quod
immò credulitas cauſata ex iniuſta ratione
34 excuſet occupatorem,cū etiā † iniuſtus er-
ror cauſet bonamfidem.l.igitur.§.poteſt,de
libera.cauſa.ubi clarè Bart.& idem in.l.Cel
ſus.nume.17.de uſucap. & communem teſta
tur Alcia.Tractat. præſumptionū regula.3.
præſumptione.5.num.1.& Didacus Couar.
Hiſp.in relectione capit.poſſeſſor in ſecūda
parte.§.8.nu.2.de regulis iuris in ſexto, qui
35 bus in locis affirmant†bonamfidem cauſari
ex iniuſtis rationibus,etiam in eo, qui eſt ſi
ne titulo,aduerſus Inno.Baldū Imol.& Fely
num,cōtra quos,pręter relatos,reſpōdit So
cin.Iun.conſil.76.num.60.conſil.77. nume.
156.lib.1.Nec difficultatē facit text. noſter,
quo nititur Bart.quia reſpōdetur ex Alcia.
Didaco & cæteris,loqui quando occupator
ſciebat rem non eſſe propriam,quia tūc cre
dere debuit eſſe alienam,ſed in eo,qui credi
dit eſſe ſuā,is profectò dicitur eſſe in bona-
fide,& ſi titulo careat,ſine dubio tamē excu
ſatur, cum iuſta credulitas ſecundum Alcia-
tum & Didacum cauſari potuerit in eo, qui
credidit alicui referenti res illas ſuorum ma
iorum fuiſſe:quod ſenſit & Alexan.d.l. na-

turaliter.§.nihil commune num. 14. de ad-
36 quirenda poſſeſſione,eſt enim is † excuſatio
ne dignus,qui uiro bono credidit.iuxta no-
tab.gl.l.Titio fundus de cond.& demo.quã
citauit Didacus.d.§.8.num.1.in fine,& eam
probarũt alij plures olim relati ſupra quòd
intelligo quando credulitas uerſatur circa
poſſeſſionem,non circa rei dominium,ut ſu
pra præcedenti queſt.declaraui, & ita ſenſit
Alex.d.§.nihil commune.num.14.
37 Quæro.7.an hæc conſtitutio † locum ha
beat in poſſeſſione rei hæreditariæ occupa
ta:& nõ habere locũ gloſ.hic affirmauit, &
ſi gloſ.in.§.quod autem Inſt.de uſucap.com
muniter recepta, ut docuit hic Bart.nu.10.
aliter ſenſerit,ut tamen clarior res ipſa red-
datur ex Bart.hic duo diſtinguo caſus, & ſi
tres diſtinguat Ripa in cap. ſæpe.nu.58. de
reſtitutione ſpoliatorum.
38 Primus eſt caſus, quando † res hæredita
ria iacente adhuc hæreditate occupatur, &
non eſſe tunc locum conſtitutioni noſtræ,af
firmauit glo.hic,quam ſecuti ſunt Bart.Sa-
ly.& cæteri crebrius,ut teſtatur Ripa.d.cap.
ſæpe num.58.qui pariter eam probauit, &
Alcia.lib.2.de uerbo.ſing. pagina 83.in par
uis impreſſionibus.Verum tamen,quæ adfe
runtur rationes, & fundamenta non mul-
tum urgent.nam prima illa ratio, qua dici-
mus conſtitutionem noſtram locum habere
contra occupantes bona uocantia, non ha-
bere contra occupantes bona uacantia , nõ
habere locũ hoc caſu , cũ bona hæreditaria
adhuc hereditate non adita non dicãtur bo
39 na uacantia,ſed nullius †.l.1.§.1. de rerum
diuiſ.ad rem non facit. quia res hereditaria
40 dicitur eſſe † in nullius bonis ratione poſſeſ-
ſionis,quia poſſeſſor non reperitur.l.1.§.Scę
uola.ff.ſi quis teſta.li.eſſe iuſſ.fu.ratione ta-
men iuris,quod in his rebus habet hæres in
eius bonis eſſe intelliguntur.l.ult.ff.de crim.
expel.hered. & declarat Cor.1. in d.l.1.§.1.
nu.9.ff.de rerũ diuiſ.qui hac ratione docet
al cui nõ licere eã occupare, & ſi in nullius
bonis eſſe dicantur,quod fortius hic proce-
dit,ubi nõ cõſideratur præcipua ratio,quòd
res dicatur uacãs & in nullius bonis,ſed con
ſideratur ratio illa,nõ licere occupatori oc-
cupare,quæ ſua nõ ſunt,quia credere debuit
aliena eſſe , licet ergo ratione poſſeſſionis
res hereditaria iacẽte hereditate in nullius
bonis eſſe uideatur,adeſt tamẽ ius futuri he
41 redis.quin? † qualẽ qualẽ poſſeſſionẽ ineſſe
dicebat Cora.libr.6. miſcella. Iuris cap. 12.
nu.2.nec diſſentit Afflict.cap.1.§. illud quo-
que nu.16.de prohib. feud.alien.per Frider.
quare occupatori licere non debet illam ſic
occupare.Quod autem adducit Ripa ex do
ctrina Bart.in.l.ſi ex re.§.ult.ff.de ſtipulat.
42 ſeruo.dum inquit † ſtatutum puniens ingre
dientem fundum alienum non punire,ingre
dientem fundum iacentis hæreditatis , cum
ficte fundus alienus dicatur , in quo ſtatu-
tum locum habere non poteſt,hoc inquam,
probabile eſt , non neceſſarium , nec enim
Barto.authoritas legis eſt, quin?uera fortè
non eſt,cum eam rationem conſideret ſta-
tutum,ut illius occupatoris audaciam con-
primat , quando non propria conſeruare,
ſed aliena inuadere ſtudeat,quæ ſanè ratio
& noſtro in caſu procedit.Rurſus.3.loco ci
43 tat Ripa textum.† l.ultimæ.C.de crim.expi
la.hæred. quo text. ſatis hoc in caſu proui-
ſum dicitur, quare remedium hoc ut, ſubſi
diarium ceſſare debet.uerum reſpõdetur eo
text.eſſe quoad pœnam contra expilantem
indicendam , non quoad recuperationem
poſſeſſionis prouiſum, quod animaduertẽs
glo.in d.l.ultima.C.de Crim.expil.hæred.&
& in.l.ultima.ff.eodem,dixit tunc dari in fa
ctum actionem.
Contraria ergo ſententia placet magis,
& hoc caſu locum forè cõſtitutioni noſtrę,
quamquidem ſentẽtiam probauit Oldra.&
Alber.hic,ut retulit Ripa.d.cap.ſępe.nu.58.
& eam nouiſſimè ſecutus eſt didacus Couar.
lib.3.uariar.reſolut.cap.16.num.7.uerſic.his
præterea ſuffragatur, ea adducũtur ratione,
44 quod † hæreditas iacens defuncti perſonam
repræſentat,& pro domino reputatur. l.in
eodem.§.ult.& l.ſeq.& l.hæreditas. ff.de ad
quirẽdo rerum dominio.Ripa tamen d.cap.
ſæpe num.58.reſpõdẽdo dicebat, iacentem
hereditatem repræſentare quidem defuncti
perſonam, ſed fictè, ut clarè probat text. l.
mortuo.ff.de fideiuſſ. & confert elegans do
ctrina Comẽſ.in.l.1.§. ultimo.ff.de adquirẽ
da poſſeſſione,quem eſt ſecutus Iaſ.in.l.ſi is
qui pro emptore,nu.29 de uſucap.ſtatutum
45 Papiẽſe,& nũc clarius † Nouæ ſtatus Medio
lani cõſtitutiones,ſub titulo de bonis ad cri
das ponendis,quibus eſt cautum, non licere
amplius alicui agere contra bona uẽdita &
proclamati expoſita,niſi intra certum tẽpus
fuerit contradictum,non habere locum cõ-
tra iura iacentis hæreditatis, quę dum fictã

habent perſonam, contradici non poteſt,
quã doctrinam citauit Alcia.in lib.2.de uer.
ſign.pag.83.in paruis impreſſio.quæ tamen
reſponſio,non ſatis placet, ut iam admonui
nec ſimile illud,quod ab Alcia. citatur ſatis
conuenit,cum alia ſit ratio in caſu.d.ſtatuti
in hæreditate iacente,quæ non eſt in cæte-
ris rerum dominis.nam in illa iacente hære
ditate ceſſat contradicendi facultas, & op-
ponendi contra proclama, quare ne ob im-
potentiam futurus hæres tantum ſentiat in
commodi,ſic recte eſt conſtitutum,at diuer
ſum in caſu noſtro,in quo non pſona rei oc
cupatæ principaliter,ſed occupatoris auda-
cia & temeritas conſideratur,qui ut ſe excu
ſare non poteſt,dum credidit rẽ occupatam
eſſe alicuius uacantem,ſic,nec ſi opinatur eſ
ſe iacentis hæreditatis.Idem ergo Ripa.d.c.
ſæpe nu.58.aliam adfert reſponſionẽ,inquit
q; præſuppoſito,quod hæreditas iacens ue-
rè poſſideatur.l.cœptam de uſucap.argumẽ
tum retorquetur,ſi uerè poſſidetur,non ha-
bet locum hæc cõſtitutio,quę tunc locũ ha-
bet cum uacua poſſeſſio occupatur. Verum
nec reſponſio iſta ſatisplacet, cum uerè hoc
caſu poſſeſſio dicatur uacans.l.nunquam.§.
uacuum,ubi gloſ.in uerbo poſt aditam, de
uſucap.tex.clariſſimus in d.l.1.§.Scæuola.ff.
ſi quis reſt.li.eſſe iuſſ.fuerit, & quod dicitur
46 in l.† cœptã,procedit iure ſingulari.l. iuſto.
§.nondum.de uſucap.& ob complementum
ſ.uſucaptionis,ut declarat egregiè Coraſius
li.6.miſcella. Iuris ca.12. nu. 2. ſic etenim è
47 contra uidemus † aduerſus iacentem hære-
ditatem præſcriptionem continuare ut poſt
Alex.con.36.lib.2.Soc. Sen. conſ. 60. in fine
lib. 1. & alios, quos citauit, tradit Balb.in
Tract. preſcript. 1.part.5.partis principalis
caſu 25.uerſi.2.fallit. Quare poſterior hæc
ſententia magis placet, ea præcipua ratio-
ne,quia negari non poteſt,quin aliena occu
pauerit is occupator, qui omninò tenetur
ſtatim reſtituere,& ſi aliam pœnam non pa
tiatur. Accedit, quod ſcribunt omnes in. l.
non eſt dubium ibi Iaſ.nu.1.C.de locati. dũ
48 affirmant † legatarium teneri quidem poſ-
ſeſſionem reſtituere rei a ſe occupatæ, ia-
centis hæreditatis tempore, ius tamen lega
ti non amittere, idem cenſuit Didacus qui
ſupra.Hoc neceſſario intelligimus, cùm hę-
reditate adhùc iacente illius nomine uel à
curatoribus datis, uel ab alijs illius nomine
agitur ad recuperandam poſſeſſionem, ſe-
cus ſi iam adiuit hæres, ut nunc ſubijciam.
49 Secundus caſus eſt,cũ res hereditaria † oc
cupatur hæreditate adita, ſed nondum poſ
ſeſſione apprehenſa: & hoc caſu locum eſſe
conſtitutioni noſtræ crebriore calculo, no-
ſtri affirmant,ut refert Ripa.d.cap.ſæpe.nu.
58.uerſic.3.poteſt: ea adducuntur ratione,
50 quia tunc † hæres dicitur dominus.l.cum hę
redes in prin. de adquirendi poſſeſſione,nõ
ergo potuit occupari,uerum reſpondent Ol
dra. Alber. & alij, qui contrariam tuentur
ſententiam,quod licet hæres ſit effectus do-
minus,non tamen eſt effectus poſſeſſor, ut
deinde ſui ratione, poſſeſſio uacãs dici poſt
modum poſſit,ut latius ſubijciam.
Contrariam itaque ſententiam proba-
runt,Oldra.Alber.hic,& Salу. colum.3. uer
ſic. ſecundo quæro,quos uiſus eſt ſequi Ri-
pa.d.cap.ſæpe num.58. in fine. quibus ſub-
ſcribo,& ſi non ignorem plura adferri,quæ
non urgent,ut illud, quo inquit Ripa ſatis
hoc caſu eſſe alijs remedijs hæredi ſuccur-
ſum,primo per interdictum quorum bono-
rum,ſecundo per remedium.l.ultimæ. C.de
edicto Diui Adria.toll.3. per accuſationem
criminis expilatæ hæreditatis. l. ultima. C.
de crim.expil.hæred.huic enim argumenta
tioni reſponderi poteſt, non ſatis ex illis di
ſpoſitionibus hoc in caſu eſſe hæredi ſuccur
51 ſum,nam quoad † interdictum quorum bo-
norum, uidemus illud ſolum concedi bo-
norum poſſeſſori, qui in iudicio bonorum
poſſeſſionem agnouit. l. prima ubi gloſ. &
Bart. ff. quorum bonorum Ripa in rubrica.
52 ff.eo. col.2.uerſi.4.differentia † Remedium
uerò.l.ult.C.de edicto Diui Adria. tollen.il
li ſolum conceditur, qui teſtamentum ha-
bet pro ſe, non uitiatum nec cancellatum.
quare uenienti ab inteſtato nõ conceditur,
omnes d.l.ultima,Ripa.d.rub.ff.quorum bo
no.in fi.rurſus utrumq; eſt adipiſcendæ, cũ
tamen nos loquamur in caſu recuperandæ:
remedio.l.ult.C. de crim. expil. hæred. ſu-
pra ſatisfactum eſt.Secundo ergo loco argu
mentantur alij ea ratione, quòd poſſeſſio
hic non poſſit dici uacare, quoad hæredem
hunc,cum eam nunquam apprehendiderit
53 † priuatio etenim habitum præceſſiſſe argu
it.l.manumiſſiones de iuſt.& iure. l. decem.
§.decem,de uerbo.ob.uerum, qui conmmu-
nem uellet tueri,reſpõdere ſic poſſet, quòd
licet quoad hæredem non dicatur uacare
poſſeſſio, eo tamen modo uacare dicitur,

quo uacat nondum adita hæreditate, ut ergo eo caſu conceditur huius conſtitutionis remediũ ſic, & hoc noſtro, quia quoad poſſeſſionem, pares ſunt caſus iacente hæreditate, & ea adita nondum poſſeſsione apprehenſa, cum quoad poſſeſſionem nihil fuerit innouatum, & eadem reſponſione diſſolui cætera poſſunt, quæ a Saly. hic conſiderantur. Verum ut dixi uerior eſt hæc Oldra. & Alber. ſententia, quam ea confirmo ratione
54 quia † & ſi par ratio ſit, quoad poſſeſſionem ut dicatur uacua ita adita hæreditate, non apprehenſa tamen per hærede poſſeſſione, ut ipſa adhuc iacente hæreditate: in alijs tamen maxima extat differentia, quo ſcilicet ad ipſum hæredem, qui occupatorem uult expellere, & ab eo poſſeſſionem recuperare, qui non dicitur poſſe recuperare ſiue ſuã perſonam, ſiue illam iam defuncti conſideremus, nam ſi conſideramus hæredem agentẽ ex perſona defuncti, non poteſt, quia adita
55 hæreditate † confuſa ſunt omnia, nec amplius dicitur hæreditas. l. 1. §. ueteres ubi latẽ Iaſ. nu. 14. de adquir. poſſeſſ. quod uerum præſertim eſt poſt annum ſpoliationis, cum tunc nullo modo poſſint hæredes defuncti nomine agere gloſ. in ca. cum ad ſedem in uerbo interdictum. de reſtitu. ſpolia. & diximus latè ſupra in primo remedio recuperandæ poſſeſſionis. q. 35. in fine: aut conſideramus hæredem agentem ex propria perſona, & tunc non conceditur hoc remedium, ea ratione, quia hæc conſtitutio ut extenſiua interdicti unde ui, hoc caſu non conceditur, ut nec illo, ut iam docuimus d. q. 35. non enim poteſt hoc caſu recuperare cum nihil amiſerit. quare hoc caſu adipiſcẽdæ interdictum concedi debet, non recuperandæ, eſt tamen cogitandum, quod ſi uera eſſet illa Bar. ſententia hic nu. 11. quam ſupra. q. 5. in fine reiecimus. hoc ſcilicet remedium eſſe inſtar adipiſcendæ, ceſſarent prædictæ rationes: & hoc caſu locum haberet hoc remedium.
56 Quæro. 8. quid ſi † poſſeſsio ab eo, qui primo uacuam poſſeſſionem ingreſſus eſt poſtea de nouo uacare cœpit, & alius ingreſſus eſt, cui debeat reſtitui poſſeſsio, an primo uel ſecundo a quibus uacauit: & ſecundo reſtitui debere concludit hic glo. quã probauit Bar. nu. 12. Saly. col. ultima uerſ. quæro. 10. & cui accedo, ſolet citari text. l. 1. §. qui autem ui me & l. cum a te. ff. de ui & ui arm. ubi interdictũ unde ui, contra ſpoliatorem, non contra illius ſucceſſorem datur: & ideo primus ſpoliatus agit contra ſpoliatorem ſuum, & ſecundus contra ſecundum, non autem agit primus contra tertium: ergo idem hoc noſtro caſu, cum ſit illius interdicti extenſiua conſtitutio. Ripa d. ca. ſæpe n. 63. de reſti. ſpol. & forte fuit Petrus Perticẽſis hic, qui aliter à communi ſe eximens, ſentit hãc conſtitutionem noſtram non eſſe extenſiuã nec illius naturam interdicti unde ui habere cũ ſit in rem ſcripta, uerum hoc nec uerbis conſtitutionis noſtræ, nec alio iure (ut rectẽ animaduertit Ripa) probatur. quamob-
57 rem reſpondet ipſe Ripa † d. l. cum a te loqui cum is ultimus ſpoliator cauſam habuit iuſtam, uel iniuſtam ab immediato ſuo prædeceſſore & poſſeſſ. in caſu uerò nr̃o, hic ultimus poſſeſſor occupauit uacãtẽ, quam primus dominus ſua authoritate potuiſſet apprehendere, & ideo dicitur occupaſſe uacantem ab ipſo domino, & per conſequens ei quoq; dabitur huius cõſtitutionis remediũ. hanc reſponſionem non probo, tum quia uerum non eſt licere dominio rei ſuæ uacantem poſſeſsionem ingredi (ut iam diximus) tum quia ſi eſſet uera, ad caſum illum tantũ gloſæ & Bar. concluſio, quæ generalis eſt, reſtringeretur. quare ſubſiſtit fundamentum: nec relate opinioni aduerſantur quæ retulit
58 † Ripa. d. ca. ſæpe. n. 63. qui contrariam ſententiam aduerſus relatam probauit, affirmando eſſe receptiorem, & ſi ex authorum dinumeratione iã relata ſit crebrior, nã Bar. aliter ſenſit quam intellexerit Ripa, nec alterũ reperio pręter Petrũ Perticenſem, quẽ retulit Saly. hic, qui hanc poſteriorem ſentẽtiam probauerit. & in hanc opinionẽ ea ratione is adducebatur, quòd hæc conſtitutio eſt inuenta ad fauorem domini, qui ſecundũ æquitatem etiam preferri debet l. bonafides ff. depoſiti, quia reſpondeo, hanc conſtitutionem eſſe editam pro poſſeſſore abſente, & ad reprimendam audaciam occupatoris, ad l. bonafides, ex infra dicendis erit reſponſũ. præterea quod Ripa dicebat rationẽ noſtrę cõſtitutionis hoc caſu militare, & forte uoluit ſic argumentari, rationẽ conſtitutionis eſſe: quia, qđ quis ſcit nõ eſſe ſuũ, ſcire debet ad aliũ ptinere, ſed in ſecundo poſſeſſore ſic eſt, ut reſtituat primo, ut in ultimo occupatore, ut reſtituat primo, quem dñm intelligit, & ſecundus aliud quęrere nõ debet,

cũm ſciat rem ad ſe non pertinere, hæc inq̃
argumentatio non procedit, tunc enim illi
locus foret, quando dominus primus cũ ſpo
liatore ad agendum contra nouum poſſeſ-
ſorem concurrit, ut nũc ſubijciam. eſt ergo
uera gloſæ & ſequacium opinio.

Declarari illa poteſt, primo non procede
59 re, † quando primus poſſeſſor & dominus
concurrunt cum ſecundo poſſeſſore, quia is
primus pręfertur: argumento l. bonafides. ff.
depoſiti, ſic Bat. hic nu. 13. & Saly. ac alij re-
lati a Ripa d. ca. ſæpe nu. 64. alia retulimus
plura ad d. l. bonafides declarationem, ſupra
in primo remedio recuperãdæ poſſeſſionis.
q. 11. ſæpius dicta non repetam.

Declaratur 2. quum ex ſecundo ingre-
60 dienti † uacua poſſeſſio in primum peruenit
nam primo ſpoliato conceditur facultas re-
cuperandi adhuc contra ultimo poſſidentẽ,
ut in caſu feudali tradit Afflict. cap. 1. nu. 21.
In fine de milite uaſſallo, qui contumax eſt,
poſt Iſer. quem citat.

61 Quæro 9. an hæc conſtitutio † locum ha-
beat contra eum, qui poſt a ſe factam occu-
pationem poſſeſſionem amiſit: & habere lo
cum, ca. contra eum agi poſſe affirmauit hic
glo. quod placuit & Bar. nu. 14. Ripæ. d. cap.
ſæpe nu. 64. uerſi. tertio dubitatur ex l. 1. §.
rectiſſime, de ui & ui arma. nec me mouet,
quod contrariã ſententiam probauerit Cy.
& Saly. hic col. ultima uerſi. 11. quæro, quia
eorum ratio, qua adducuntur, non urget, in-
quiunt enim ſpoliatum ex interdicto un-
de ui agere ob uiolentiam in ſe commiſ-
ſam, ſed hic ceſſat uiolentia, ergo agere nõ
poteſt, quia reſpondetur, quod licet is uio-
lentiam non commiſerit, eſſe tamen in dolo
præſumpto, cum aliena occupauerit, & hic
caſus eſt extenſus, & a Iuſtiniano diffinitus,
ut idem ſit, quod in interdicto unde ui, cum
ergo hoc in caſu illud procedat, ſic & no-
ſtra conſtitutio.

Declarat hanc communem Saly. hic col.
ult. uerſi. 12. quæro, quid ſi &c. non procede
re quando ſine culpa poſſidere deſiit, ſic in-
quit probari. d. §. rectiſſime, qui tamen con-
trarium probare uidetur, in uerſic. idem Iu-
lianus: dum uult ſpoliatorem teneri, & ſi
res ſine ſua culpa perierit, uult inquam eum
ad æſtimationem teneri, & reddit rationem
generalem, ubi enim quis ui deiecit, per
eum ſtetiſſe uidetur quo minus reſtitueret,
quare abſolutè uerior eſt gl. & Bar. ſẽtẽtia.

62 Quæro. 10. an adhoc † ut hæc conſtitutio
locum habeat is occupator in dolo eſſe de-
beat, & in dolo eſſe debere affirmauit gloſ.
hic, q̃ intelligit Bar. nu. 15. de dolo uero uel
præſumpto idem placuit Saly. col. ult. uerſi.
tertiodecimo quæro, ſi ergo ſufficit occupa
torem hunc in dolo præſumpto eſſe, ſine du
bio conſtitutio hæc locum habebit, cum is
63 occupator erit in dolo uero, quod † autem
ſufficiat eſſe in dolo præſumpto probat ſe-
cundum omnes tex. noſter, in illa ratione,
omnes autem ſcire debent &c. quæ uerba
præſupponunt, ſeu oſtendunt ſolum dolum
præſumptum, nec enim uerum poſſumus
dicere, eum aliquam habeat excuſationem,
ſeu habere uideatur, ex quo enim excuſatio
non eſt legitima, dolus præſumitur, uerum
aduerſari uidetur tex. l. pen. C. de euictio.
ubi bonafides præſumitur niſi mala probet,
ſic in l. ſi fundum. C. de rei uend. & alia cira-
uit Alcia. tract. præſump. reg. 3. præſump. 5
nu. 1. 2. Didacus in cap. poſſeſſor. 3. parte. §.
8. nu. 2. de reg. iur. in 6. diſſoluit nodum Bar.
inquitq; in poſſeſſore cum titulo, bonamfi-
dem pręſumi, niſi malafides probetur, & ita
intelligit. d. l. pen. in poſſeſſore uero ſine ti-
tulo malamfidem præſumi, ſi a ueteri poſſeſ
ſore obijciatur, non ſi a tertio. Quò tamen
res clarior ſit, plures conſtituemus conclu-
ſiones, eas ſuo ordine declarando. prima eſt
64 concluſio † bonamfidem in poſſeſſore præ-
ſumi. d. l. pen. C. de euictio. Alcia. & Dida-
cus præcitatis in locis, addo Alex. conſ. 200.
nu. 4. lib. 2. conſi. 75. col. pen. lib. 4. Balbum in
l. Celſus, nu. 104. de præſcrip. qui communẽ
eſſe affirmant, nec obſtat, quod Inno. & Bal.
in cap. per tuas de teſtibus & Imola in cap.
fin. de præſcrip. ac Fely. in capit. ſi diligenti
nu. 4. de præſcrip.. contrarium uerius eſſe af
firmauerint, quia a communi non eſſe rece
dendum & iudicando & de iure reſponden-
do, cum Balb. ſuadeo.

65 Extenditur primo etiam ſi poſſeſſor † lu
cratiuam cauſam habeat, & de ſola longi tẽ
poris præſcriptione agatur. l. ſuper lõgi ubi
glo. & docto. C. de long. tempo. præſcri.

66 Extenditur 2. † etiam ſi titulũ habeat tñ
putatiuum glo. & Bar. l. Celſus nu. 17. de uſu
cap. omnès in cap. ſi diligenti. de præſcrip.

67 Extenditur 3. etiam † ſi errore iniuſto poſ
ſideat Bart. d. l. Celſus egregiè tradit Moli-
næ. conſi. 20. nu. 1. 2. 3. & qua ratione bona-
fides præſumatur, & e contra nõ malafides,
docu

fides præſumatur, & econtra non malafi-
des, docuit eleganter Aemilius Ferret. in l.
3.nu.62.ff.de uſucap. ſecunda eſt concluſio
68 † Antiquum poſſeſſorem cõtra nouum ſine
titulo, obijcere malamfidem poſſe, ſic Bart.
hic, & clarè Balbus in d.l.Celſus,num. 105.
& hæc concluſio non habet dubium, nã ut
eam quoque (præter a Balbo relatos) affir-
mauit Alex. conſil.75.num.47.lib.4.poteſt
enim antiquus hic poſſeſſor dicere, ſcire
debuiſti, quod tuum non eſt, ad alios mo-
dis omnibus ſpectare.

Declaratur primo hæc concluſio nõ pro
69 cedere † quando conſtaret de titulo, quia
etiam tunc bonafides noui poſſeſſoris præ-
ſumitur contra illum antiquum poſſeſſorẽ,
ſic poſt Butrium & Felynum, quos citat de-
clarauit Balbus.d.l.Celſus nu.107. uerſi. ſe-
cundo limita.

70 Declaratur ſecundo non procedere † ela
pſis triginta annis, cum tãti temporis curſu
præſumpta malafides extinguatur.ſic Bart.
hic nu. 17. & cum eo communis eſt ſenten
tia, ut teſtatur Balb. d.l. Celſus nume. 106.
107. dum multos citauit, & alios plures re-
tulit Didacus d.cap. poſſeſſor .e parte. §. 8.
nu.3.de reg.iur.in 6.addo eiuſdem ſententię
Craue.tract. de antiquit.tempo. quarta par
ticula quartæ partis princ.n.20.ubi declarat
reſpõſum ſuũ 146. ubi in his terminis conſu
luit, idem reſpondit Ruin. conſi.156. nu.10.
lib.1.conſi.34.num.10.lib.2.conſi.27.nu.27.
lib.3.conſi.13.nu.4.conſil.44.nu. 17. conſil.
118.num.4.lib.4. Soc. Iun. conſi.115.nu.30.
lib. 2. Rolan. a Valle conſi.3.nu.93.Ripa.d.
cap. ſæpe nu.66.67. de reſtit. ſpolia.Molin.
d.conſil. 20. nu. 4. eſt uerum quòd Ruin. in
hoc ſibi parum conſtans fuit, & contrariũ
reſpondit conſil.41.nu.29.conſi.204.nu.14.
lib. 1. & idem conſi.150. num.17.lib.4.affir
mauit Bart. ſententiam poſſe iuſta ratione
negari, ante eum contra Bart. & cæteros,
renuit Imola in l. Celſus col. pen.ut ibi re-
fert Balb. num.106.ſed durum nimis eſſet a
receptiſſima Bart. ſententia recedere, cui
nunc accedo.

71 Tertia eſt concluſio † nouum poſſeſſorẽ
ſine titulo quoad tertiũ præſumi bonafide
poſſidere, ſic omnes relati a Balbo d.l.Cel-
ſus num. 105. nec enim aliqua in tertio eſt
ratio, qua obijcere in poſſeſſorẽ poſſit ma-
lamfidem, cum illi poſſit reſpondere poſſeſ-
ſor, quoad te liberas ædes habeo, iuxta tex-
tum.l.loci corpus. §. competit de ſeruit.ur-
ba. prædio. Non me latet tamen contrariã
ſententiam probaſſe Imolam.d.l. Celſus col.
ultima Fely.d.cap.ſi diligenti nu.4.5.de præ
ſcrip. & refert Balb. d. l. Celſus, & ibidem
Claud. Seyſſellius nume. 29. ſed a communi
non recederem.

72 Declaratur hæc concluſio eo † caſu non
procedere cùm ipſi poſſeſſori ſine titulo, iu-
ris etiam præſumptio aduerſatur, ſic poſt
Bart. d.l. Celſus nu.17. declarat ibidẽ Balb.
nu.108. qui poſtmodũ ſubdeclarat, idem re-
ſpondit Alex.conſi.75.nu.48.lib.4.

73 Quæro.11. ſi † occupator alteri uendat,
quanto tempore is emptor præſcribat. glo.
inquit, decem uel uiginti annis, eam proba-
uit hic Bar. in fine, qui tamen ſubijcit hodie
aliter eſſe ex diſpoſitione auth. malæfidei.
C. de præſcrip. longi temp.& gloſæ ſenten
tiam uno probauit uerbo Saly. hic col. ulti.
uerſi.15.quæro, uerùm cum hic locus non
poſtulet ut illius authenticæ materiam ex-
cutiam, uidendi quandoq; erunt ad illius in
terpretationem, Soc. tract. fallen. regula.
33. & regula 431. Ruin.conſ.105.in fi.lib.1.
Balb. tract. preſcrip. ſecunda particula. 3.
partis princip.q.12.colum.2.3.Gomes.§.ſed
iſtæ nu.40. Inſt. de actio. Soc. Iun. conſ.69.
nu.54.lib.1.Boe.q.182.nu.44. Rolan. a Val
le conſi.79.num.9.10.lib.1.

74 Quæro.12. an † conſtitutio noſtra locum
habeat contra occupantem poſſeſſionẽ præ
bendæ uacantis: & non habere locum, affir-
mauit hic Ang. in fi. poſt Inno. quem citat.
ea ratione, quia numquam hoc caſu poſſeſ
ſio uacare dicitur, cum eccleſia ſemper poſ
75 ſideat. rurſus, quia † ſpiritualia propria au-
thoritate non poſſunt occupari.cap.cauſam
in fi. de proba. & hanc ſententiam proba-
uit Ripa.d.cap. ſæpe nu.57. uerſi. tertio du-
bitatur, de reſtit.ſpol.poſt Specul. & Butriũ,
quos citat: eiuſdem fuit ſententiæ Bellame
ra conſi. tertio, ſexto dubio, licet Albe. &
ante eum Petrus hic aliter ſenſerint, & ma-
lè: quin damnoſa potius eſſet eccleſiæ hæc
conſtitutio quàm utilis, ſi ea experiri con-
tra occupatorem uellet, cum alio fortiori
uti poſſit.

76 Quæro.13. an cõſtitutio † iſta locum ha-
beat contra occupantem agrum deſertum
& incultum: & non habere locum, cenſuit
hic Albe.col.1. & Clarius Corſetus ſing.in
uerbo occupatio, incipit, tu habes, & in hãc

Q

ſententiam citat textum.l.qui agros. C. de
omni agro deſerto lib.xj. quem pro ſenten
tia hac ibi notat Barto. nec diſſentire uide-
tur Ripa.d.c.ſæpe nu.66.de reſtitu. ſpolia.q
77 citando. d.l. qui agros,inquit † occupato-
rem preſcribere biennio, ne amplius poſt-
modum moleſtia afficiatur, idem cenſuit in
tract. Peſtis in tit. de remedijs perſeuerat-
uis contra Peſtem nu. 251.252. qui hoc ad-
uerſus Bart. & cæteros in l. rem quæ nobis.
& in l. de eo.§. ſi forte. de adquiren. poſſ.
intelligit procedere tam in agris tributarijs
quàm non tributarijs, & Balb. tract. præ-
ſcrip. prima particula quartæ partis princi.
col.2.uerſ. prædicta concluſio, eā adferunt
oēs rationem,eſſe hoc conſtitutum ob cul-
turæ utilitatē,quinimò ceſſat hoc caſu præ-
ſumptus dolus occupatoris, nec mirum ui-
deri debet, quòd noſtra hæc conſtitutio di
78 ſtinctionem recipiat ab illa † l. qui agros
per multos annos ante noſtram condita, ut
pote à Valētiniano Theodoſio & Arcadio,
ſicq; anno tricenteſimo nonageſimo primo
ſalutis humanæ,ut aliàs diximus in antelu-
79 dijs nam & † lex poſterior ab antiquiori ſæ
pe declaratur gloſ. in l. ſciendum. ff. qui ſa
tiſd. cog. & licet dixerim ſtatim Ripam in
telligere tam in agris tributarijs quàm non,
aliter ſentit Riminal. conſ.100. nu.48.49.li.
1. qui in ſolis tributarijs uult procedere, &
idem ſentit poſt citatum Corſetū,Didacus,
in cap. poſſeſſor ſecunda parte.§.11. in fi.de
reg. iur.in 6. quare dicebat Riminal. hodie
80 in † Italia ceſſare illius.l.qui agros diſpoſi-
tionem,cū agri tributarij non reperiātur.

Extenditur tamen relatus caſus. l. qui a-
gros,ut nō tantum iure ciuili procedat, ſed
& iure Pontificio,ſic Ripa.d.tract. peſtis.d.
tit. de remedijs perſonę contra peſtem nu.
253. addo Baldum conſ. 12. Quidā D. Mat
81 theus col. pen.in fi. lib.1. dum affirmat † nō
eſſe inconueniens, nec nouum, quòd quis
ob negligentiam iure ſuo priuetur, ut latè
olim diximus.

82 Quæro 14. an † remedium huius conſti-
tutionis concedatur reuerſo ab hoſtibus pro
recuperanda poſſeſſione occupata tempo-
re captiuitatis: & non concedi affirmauit
Ang. & Saly. hic,quos ſecutus eſt Ripa.d.c.
ſæpe nu. 62. de reſtitu. ſpol. ea adducuntur
83 prima ratione † quia captus ab hoſtibus di-
citur dominium & poſſeſſionem amiſiſſe.l.
cum heredes.§.1.ff.de adquir. poſſ.l. ſic eue
niet. ff.de adul. ſicq; tempore occupationis
res non erat in bonis.d.capti,ergo ei nō da-
bitur hoc remedium, ſecundo, quia reuerſo
ſuccurritur remedio ordinario,remedio in-
quam ex fictione legis Cornelię: ceſſare er-
go debet remedium ſubſidiarium, nec Albe
rici authoritas aliter hic ſentientis me mo-
uet,cum nulla ſolida adducatur ratione.

84 Extenditur ut eo etiam † caſu procedat,
ſi is captus ab hoſtibus per momētum tem
poris in captiuitate duraſſet,nam cum tunc
amiſerit ſtatim poſſeſſionem.d.l.cum hære
des §.1.de adquiren.poſſ. & poſſeſſio ſemel
extincta amplius non poſſit reintegrari.l.
Pomponius §. qua ſitum.ff.de adquiren.poſ
ſeſſ. eſt ergo & in hoc caſu neceſſaria noua
85 poſſeſſio.d.l.cum hæredes. §. 1.cū ergo † de
extinctione actus agatur,etiā temporis mo
mentum eſt in conſideratione.l. uxoris ab-
ortu. C.de poſthu.hæred.inſtit.& hac ratio
ne adductus ſic docuit Ioannes Crottus.in.
l.ſi is,qui pro emptore nu.7.de uſucapio. in
recuperanda poſſeſſione amiſſa,ob momen
taneam captiuitatem poſtliminij fictionem
nihil operari, ut apud eum, qui alia ratione
86 etiam utitur,eoq; loci reſpondet ad.† l. qui
poſſeſſionem.de ui & ui arma.quæ intelligi
tur cum poſſeſſio amiſſa in ipſo conflictu re
cuperatur, quod conceditur, quia is animo
dicitur poſſeſſionem amiſiſſe,non mirum ſi
ſua authoritate recuperat, qua de re ſuo lo
co diximus.in caſu autem noſtro idem dicē
dum eſt in poſſeſſione hac per momentum
amiſſa,quod in cæteris,cum ratione amiſſio
nis par ſit ratio.non ignoro tamen multis
in caſibus momentanea in cōſideratione nō
eſſe, ut uidemus in. l. ult. §. ult. C.de bonis
87 quæ libe.ubi † momentanea acquiſitio non
habetur in conſideratione, & a uiro non di
88 citur diuertiſſe, qui per † momentum ab eo
abfuit.l.plerique ff. de ritu nuptia. l. diuor-
tium non eſt ff. de diuor. ſic ſoluens ut ſta-
tim repetat,non dicitur ſoluiſſe.l. qui ſic. ff.
89 de ſolutio.ſic prohibitus † alienare extra fa
miliam,non dicitur prohibitioni contraue-
niſſe, quando per momentum tantū res fuit
extra familiam. Ang. in. l. uoluntas. C. de
fidei commiſ. quem ſecutus eſt Crottus.d.l.
ſi is qui pro emptore. num. 7. de uſucap. &
Opizonus Papienſis in l. filius fam.§. Diui.
nu. 100. de lega.1. & ſimile addit Crottus,
ex Ang. & Roma.in l. ſequitur.§.item La-
90 beo. de uſucap. † Emphyteotam alienantē

emphyteoſim domino irrequiſito,nõ amit-
tere eam ſi per momentum tantum durauit
91 alienatio.ſic maritus,† qui ex ſtatuti diſpoſi
tione dotis partem, ut in Ciuitate Montis
Regalis,uel integram,ut Papiæ,lucrabitur,
ſi per momentum durauit matrimonium.
ut affirmarunt Baldus & Angel. in l. non
tantum C. de lega. Aret. in l. 2. in princip.
&in l.ſi ante nuptias.col.ul.ff.ſol.matr.Soc.
Sen. conſ. 223.col.2.lib.2.Iaſ.l.ſi donaturus
in §.ult.ff.de cond. ob cauſam. Dec. conſil.
177.col.ult. & conſ.623.Ripa.l.1.nu.66.ſol.
matrimo.& in l.ult.q.38. C. de reuoca. do-
na.latè, & doctè Rolan.à Valle in tracta. de
lucro dotis.q.59. ubi alia adfert ſimilia: ſic
plura apud Tiraq. in. l. ſi unquam in uerbo
ſuſceperit.nu.171.172. C.de reuoca.dona. &
in tracta.quod ceſſante cauſa ceſſet effectus
Limita.23.addo Barba.conſ.12.col.14. in fi.
92 lib.1dum affirmat ſtatutum prohibẽs † ma
ritum in ultima uoluntate aliquid uxori re
linquere non procedere quando per momẽ
tum tantum perduraret relictum. alia apud
eundem Barba.conſ.22.col.6.lib.3. & apud
Plotum Nouarie. inter conſilia criminalia
diuerſorum,conſi.108.nu.65.66.addo pari-
ter Ripam in.l.cum filiofam.num.43.de le-
93 ga.1. qui relata declarat,inquitq; etiá † mo
mentanea eſſe in conſideratione,ſi prodeſſe
poſſunt,cõmodumq; adferunt. Petraſ.ſing.
26.tu habes &c.cætera ex induſtria ſilentio
prætercam,ne extra rẽ uagare uelle uidear.
94 Quæro 15. an † conſtitutionis huius noſtrę
reme dium concedatur commodatario, de-
poſitario & ſimilibus: & non cõcedi docuit
Ripa in ca. ſæpe nu.60. in fine.de reſtit.ſpo.
pendet hæc diſputatio ab illa, an & quando
poſſidere dicatur commodatarius & depo-
ſitarius,ut poſtmodum ſpoliatus recuperet.
qua de re latè diximus ſupra in nono reme-
dio. q. 22. & alia adferemus infra in 15. re-
medio ex.cap. reintegranda.3.q 1. in quæ-
ſtione.7. quare ex traditis illis in locis finiri
hæc poterit quæſtio.

95 Quæro 16. an † conſtitutio hæc locũ ha
beat eo in caſu,cùm ſcholaſticus in Audito-
rio ſcholaſtici locum occupauit: & ex con
ſuetudine locum non habere affirmauit Pe
trus Rebuffus in tracta. de Priuilegijs ſcho-
larium.q.101. ex iuris tamen communis di-
ſpoſitione locum habere uidetur: quando-
quidem unus alterius locum occupare non
poteſt,ut ſenſit glo.ex illo tex. in l. ultima.
C. de officio magiſtri officio. quod utinam
tam ex conſuetudine diligenter, quàm ex
iure cõmuni obſeruaretur. nec enim eſſet,
quod corrupti huius ętatis mores graui ar-
guerentur ſupercilio, qñquidem illæ malus
inoleuit uſus,ut nõ mõ aſſidui aliqui ſint in
ꝑlectionibus, ſed & dum docẽtes adeunt,eo
adeunt aĩo ut docentes plus ſapere uidean-
tur,uel cæteris diligentioribus ſuis ſibillatio
nibus & obſtrepationibus impedimẽto ſint.
96 quos † per triduum excommunicatos cen-
ſuit Roman. ſing. 673. Quando uniuerſi-
tas &c. in hos grauiſſimè inuehitur Ioan-
nes Neuiz. lib.5.Syluæ nuptia.nume.51.52.
qui ſcholaſticorum detegit uitia quàm plu-
ra. quod ſi tanta uitiorum hodie eſt copia,
mirum uideri non debet ſi exoleuit ius hoc
recuperandi occupatum in Auditorijs locũ.
uerum nec ullo unquàm iure comprobatũ
97 fuit. quandoquidem † gloſa in d. l. ultima.
C. de officio magiſtri officio. malè ſumat
argumentum a conſtitutione illa, ad caſum
hunc noſtrum: illa enim conſtitutio in an-
98 tiqua illa † ſchola militiæ loquitur in qua
gradus conſtituebantur omniumque poſtre
99 mi erant † Tyrones l. 3.de Tyronib. lib.12.
maximaq; erant priuilegia iuxta unius cu-
iuſq; gladum & locum,quod indicat l.4.eo.
tit. C. de officio magiſtri officio.& integer
ille titulus. C.de officio magiſtri officio. &
integer ille titulus. C. de Priuilegijs ſcho-
lari. lib. xij. quo loci annotauit nouiſſimè
Iacobus Cuiacius idem in l.1. C. de comi-
tib. & trib. ſchola. lib. 12. Iuſta ergo ra-
tione eſt factum, ne poſtremis locum ante
rioris; qui per labores aſſiduos, & ſtrenuá
in militia uacatam operam meruit,occupa
100 re ualeat.ut. † d.l. ultimæ uerba oſtendunt.
& probat.d.l.3. C. de Tyronib. lib.12.quæ
relata ratione utitur & in hanc ſententiam
textum illum ánnotauit conſultiſſimus uir
Petrinus Bellus in tracta. de Re milita. par-
te prima tit.6. nume. 12. 13. fatuam ergo
Accurſij interpretationem nemo eſt qui nõ
101 uideat, & inſipidam magis illam † Petri Re
buffi uiri alioqui eruditi.

102 Quæro ultimo, qualis eſſe debeat † li-
belli forma, dum in foro huius conſtitu-
tionis remedium deducitur: docuit hic
Saly. in fine. ad quem beneuolum lecto-
rem allego, ne quæ difficultatem non pa-
tiuntur ſæpius repetam. Hæc ad tertium-
decimum recuperandæ poſſes. remedium.

SVMMARIVM
DECIMI QVARTI remedij.
RECVPERANDAE POSSESSIONIS.

1 Conſtitutio l. ultimæ C. de adquiren. poſſeſſ. una eſt ex quinquaginta conſtitutionibus Iuſtiniani.

2 Serui uel coloni factum in amittenda poſſeſſione domino præiudicare hodie non poteſt.

3 Conſtitutio l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſſ. an retinendæ uel recuperandæ potius remedium contineat.

4 Negatiuæ uis fortior eſt affirmatiuæ.

5 Dictio penitus, præciſè naturã habet.

6 Dictio nullo modo, negatiua omnis potentiæ.

7 Dictio nullo modo, idem quod dictio penitus, operatur.

8 Dictio, aliqd, in re minima uerificatur

9 L. ultima C. de adquiren. poſſeſſ. multis modis perpenditur.

10 Conſtitutio. l. ulti. C. de adquir. poſſ. an iuris antiqui correctoria ſit.

11 Correctio in dubio euitanda eſt.

12 Conſtitutio l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſſ. exorbitans eſt ex Ripæ & Tiraquelli ſententia.

13 Exorbitans diſpoſitio, & correctoria, quæ, & quomodo inter ſe differant.

14 Conſtitutio l. ultimæ C. de adquire. poſſ. an locum habeat, tam pro poſſeſſione rei mobilis, quam immobilis.

15 L. ſi rem mobilem. ff. de adquiren. poſſeſſ. declaratur.

16 Exceptio dolo facis petere, quod ſtatim reſtituturus es, an agenti remedio. l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſ. obijci poßit.

17 Conſtitutio. l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſſ. an locũ habeat. cũ agitur de recuperanda poſſeßione non neglecta, ſed tradita a ſeruo, uel colono.

18 Ratio ubi eadem eſt, conceditur in correctorijs extenſio.

19 Ratio eadem ubi eſt, non fit extenſio, ſed interpretatio.

20 Ratio ubi eſt eadem, non dicitur lex extendi, ſed enucleari.

21 Contrahens cũ altero, non ita de facili cum rei dominum credere debet.

22 Verbi Prodere, ſignificatio.

23 Credens iuſta ratione ſeruum uel colonum rei a ſe alienatæ dominum eſſe. a uero domino remedio. l. ultimæ C. de adquirend. poſſeſſ. conueniri non poterit.

24 Creditor uti an poßit remedio l. ultimę C. de adquiren. poſſeſſ. cõtra tertiũ, in quem debitor rem creditori hypothecatam; & quam eius nomine ſe poſſidere conſtituit, alienauit.

25 Conſtitutum naturalem poſſeßionem, & ciuilem transfert.

26 Aretini ac Barbatiæ ſubuerſæ rationes multæ.

27 Conſtitutum Generale, operatur idẽ quod ſpeciale.

28 Excußio principalis debitoris neceſſaria an ſit cum agitur contra tertiũ poſſeſſorem, ex remedio l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſſ.

29 Verba l. ultimæ. C. de adquiren. poſſeſ. multis modis perpenduntur.

30 Dominus poſſeßionem a ſeruo introuerſam ſua authoritate põt recupare.

31 Precarij clauſula in inſtrumento dotis

teſti

reſtituendæ operatur.ut ſoluto matrimonio poſſit mulier bona hypothecata ſua authoritate occupare.

32 Regulæ inhærendum eſt donec de fallentia demonſtretur.

33 Excuſſio neceſſaria eſt debitoris.cũ agitur cõtra tertios poſſeſſores,in quos ĩ fraudẽ creditorũ alienata sũt bõa

34 Locatori nõ licet ſua authoritate rem in tertium per conductorem alienatam recuperare.

35 L.2.ff.de Saluia.interd. declaratur.

36 Dolus debitoris, creditori non debet poſſe nocere.

37 Creditor conſtitutarius,non ad ſui,ſed debitoris commodum poſſidet.& inibi declaratur.

38 Conſtituente mortuo, conſtituti uirtus extinguitur.

39 Excuſſio neceſſaria eſt illo caſu debitoris principalis, ſi caueatur generali ſta tuto, in omnibus caſibus faciendam eſſe extenſionem antequam ad tertios deueniatur.

40 Cõſtitutio.l.ultimæ.C.de adquiren. poſſeß. an locum habeat contra eũ, ꝗ nomine unius deinde nomine alterius ſe poſſidere conſtituit.

41 Conſtitutio.l.ultimæ. C.de adquirend. poſſeſſ. quomodo poſſit prodeſſe primo poſſeſſori conſtitutario, & ſecũdo cui re ipſa tradita eſt poſſeſſio.

42 Conſtitutio.l.ultimæ. C.de adquirend. poſſeſſ. an prodeſſe poſſit poſſeſſori in quem poſſeſſio per ſolam clauſulam Precarij tranſlata eſt.

43 Poſſeſſione naturali tranſlata, transfertur et ciuilis,et inibi declaratur

44 Precarij natura eſt,ut finiatur ex concedentis uoluntate.

45 Poſſeſſio naturalis an ſit penes creditorem ob clauſulam precarij.

46 Vſufructuario an concedatur remediũ l.ultimæ.C.de adquiren. poſſeſſio.

47 Vſufructuarius naturaliter poſſidet.

48 Colono ad longum tempus an concedatur remedium.l.ultimæ. C.de adquiren.poſſeſſio.

49 Poſſeſſori uel domino an concedatur remedium.l.ultimæ.C.de adquiren. poſſeſ. ſi quis occupauit poſſeſſionẽ, quam deſeruit colonus animo non reuertendi.

50 Poſſeſſor antiquus ſi negligat apprehendere naturalem poſſeſſionem, a colono deſertam.& ab alio occupatam,an eam perdat, nec remedio.l. ultimæ.C. de adquiren.poſſeſ. recuperare poſſit.

51 Conſtitutio.l.ultimæ. C.de adquirend. poſſeſſ. an & contra clericos locum habere poſſit.

52 Laici contra clericos ſtatuere non poſſunt.

53 Lex iniqua non eſt, cùm ſe habet ad commodum & onus.

54 Cõſtitutio.l. ultimæ.C. de iure deliber. & auth. hoc amplius. C. de fideico. locum habet contra clericos.

55 Lex ciuilis ſi peccatũ nõ cõtinet,et canoni nõ aduerſetur ẽt clericos ligat.

56 Lex Generalis ligat etiam clericos.

57 Andreas Barbatia, quam multipliciter a doctoribus notatus & de audaci inſulſaque illius doctrina.

58 Conſtitutio.l.ultimæ.C. de adquirenda poſſeſ.an locum habeat in una facti ſpecie Beneficiaria.

59 Reſignãs Beneficiũ,reſignatiõe admiſſa ſtatim ius ſuũ et poſſeſſionẽ perdit.

60 Ius offerẽdi,an cõcedatur tertio poſſeſ

ſori,contra quem agitur remedio, l. ultimæ.C.de adquiren.poſſeſſ.

61 *Ius offerendi cuiuſcunque poſſeſſori conceditur.*

62 *Ius offerendi non conceditur cõtra agẽtem rei uendicatione.*

63 *Ius offerendi conceditur contra agentem ex remedio.d.l.ultimæ.C.de ad quiren..poſſeſſ.ſi aliter poſſeſſori nõ eſt ſuccurſum.*

64 *Conſtitutio & remedium,l. ultimæ.C. de adquiren poſſeſſ. an extinguatur per mortem illius,qui ſe creditoris, uel alteri⁹ noĩe ſe poſſidere cõſtituit*

65 *Conſtitutum extinguitur per mortem conſtituentis.*

66 *Voluntas morte finitur.*

67 *Conſtituto finito, ius tamen conſtituti & poſſeſ. nõ perdit conſtitutarius.*

68 *Remedio.l.ultimę.C.de adquir. poſſeſſ. quanto tempore præſcribatur.*

69 *Actio perſonalis.30.annis tollitur.*

70 *Actio hypothecaria contra tertium poſſeſſorem quanto tẽpore tollatur.*

71 *Remedium.l.ultimæ. C. de adquir.poſſeſſ. eſt proprie contra tertium, poſſeſſorem introductum.*

72 *Poſſeſſor debet eſſe bonæfidei, ut præſcribat,in caſu tituli. C.ſi aduerſus creditorem.*

IMPERATOR IVSTINIANVS.

A. IOANNI P. P.

Ex libris Sabinianis quęſtionem in diuinas noſtri numinis aures relatas tollentes definimus,vt ſiue ſeruus ſiue procurator,vel colonusvel inquilinus, vel quiſpiam alius,per quem licentia eſt nobis poſsidere,corporaliter nactam poſſeſsionem cuiuſcumque rei, eam dereliquerit vel alii prodiderit, deſidia forte,vel dolo,vt locus aperiatur alii eandem poſſesſionẽ detinere: nihil penitus domino præiudicii generetur, ne ex aliena malignitate alienum dãnum emergat,ſed & ipſe,ſi liberæ condicionis eſt. competentibus actionibus ſubiugetur: omni iactura ab eo reſtituenda domino rei,vel ei, circa quem negligenter vel doloſe verſatus eſt,Sin autem,nec dum ſub manibus procuratoris, vel coloni,vel ĩquilini, vel ſerui poſſesſio facta eſt,ſed ipſe eam accipere deſidia vel dolo ſuperſedit:tunc & ipſe, qui eum tranſmiſit,ex mala ſua electione pręiudicium circa eam poſſesſionem patiatur, ex memoratarũ perſonarũ vel machinatione, uel negligẽtia accedens, Hoc etenim tantum ſancimus,vt dominus nullo modo aliquod diſcrimen ſuſtineat ab his, quos tranſmiſerit, non vt eam lucrũ ſibi per eos aliquid adquirãt, cũ & antiqua regula iuris, quæ definiuit deteriorem condicionem per ſeruum domino nullo

modo fieri,tunc locum habeat cum dominus de damno periclitetur: non cum ſibi lucrum per ſeruum adquiri deſiderat. Salua videlicet in hoc caſu domino rei, vel ei,qui ad eam detinẽdam præfatas tranſmiſerit perſonas aduerſus eas omni actione(ſi qua ex legibus ei competit)ſeruata.

DECIMVMQVARTVM *RECVPERANDAE* POSSESSIONIS. *remedium.*

EX L. VLTIMA. C. DE adquirenda poſſeſsione.

1 NOVISSIMA † una hæc eſt ex quinquaginta Iuſtiniani conſtitutionibus,ut olim admonui, qua domino amittenti poſſeſsionem facto & culpa ſerui, coloni, uel alterius cuiuſuis,prouiſum eſt,eum illorum
2 factum † domino nocere minimè debeat, olim tamen in amittenda poſſeſsione illorũ factum domino nocebat.l.3.§.quod ſeruus. l.peregre.§.ult. de adquirenda poſſeſsione, Ripa in rubr.ff.de interd.nu.6.in fine,& ſuo loco dicemus.
3 Quæro primo,an huius † constitutionis noſtræ remedium, ſit retinendæ poſſeſsionis,uẽl recuperandæ potius,& eſſe retinendæ multa ſuadere uidentur,in primis illa tituli inſcriptio,ſub quo collocata eſt hæc cõſtitutio quæ, De adquirenda, & retinenda poſſeſsione eſt,quæ quidem inſcriptio non conueniret ſi hæc ipſa conſtitutio De recuperanda poſſeſsione tractaret. Suadetur ſecundo ex uerbis text.dũ tam amplo & uniuerſali ſermone utitur,nihil penitus domino præiudicii generetur, maxima enim eſt uis negatiuæ uniuerſalis,quæ totum excludit.l.naturaliter.§. nihil commune de adquirẽda poſſeſsione.l.nihil.ff.de capt. poſt lim. reuerſ. quas hic citat Saly.col.3. uerſic. ego etiã reprobo &c.Soc.Se.conſ.21.col.3.uerſ. ucrum prædictis.lib.1.& ibi in fin.d.colum.
4 3.augetur,quia maior eſt † negatiuæ, quã affirmatiuæ uis & poteſtas.l. hoc genus ubi gl.de cõd.& demo. latisſimè Tiraq.i.l.boues.§.hoc ſermone.7.limit.de uerborum ſignificatione:addo Rubeum conſil.51.num. 4.Crauet.conſil.146.num.4.& conſ.294.nu. 6.Confirmat hanc ſententiã tertio hic tex.
5 in illis uerbis,penitus &c.quæ † præciſa eſt & omne pręiudicium excludit.§.eſt & aliud Inſt.de donat.Saly.qui ſupra & tradit Soci. Sen.d.conſil.21. colum.3.uerſ. item ponderandum lib.1.Ruin. conſil.180.num.8.lib.1. Dec.conſil.401.num.9.Boe.q.23. nume.23. Comprobatur quarto ex illis uerbis, ut dominus nullo modo aliquod diſcrimen ſuſti-
6 neat:nam † dictio nullo modo eſt negatiua omnis potẽtiæ l.ulti.C.de teſtam.mil. Dec. conſil.3.nu.7.uerſ.60.& ulti.Goza.conſ.71. nu.4.conſ.92. in fi.Tiraq.in.l.ſi unquam in uerbo reuertatur.n.93. C.de reuo.dona.&
7 † dictio hæc nullo mõ,idẽ operatur, quod dictio penitus Goz.cõſ.25.nu.9.ſi ergo nullo mõ,ſi penitus, ſi nihil adferri põt pręiudicii,ergo nõ amittit dominus poſſeſsionẽ,qđ confirmatur quinto loco ex illa dictione,
8 aliquod diſcrimẽ,nã † dictio aliquid uerificatur,in quauis re minima.l.ſeruum.§.prætor ait,ubi Bar.de adquirẽda hereditate,latè Dec.in.l.cum quid ſecunda lectura.num. 1.ff.ſi certum petatur in.l.ſi quis id quod nume.19.de iuriſdictione omniũ iudicũ,latiſſimè Crauet.conſil.294.nu.4. & præter eum plura Tiraquel.in.l.ſi unquam in uerbo omnia nu.65.C.de reuoca.dona. Cur Iun.conſil.177.in fin.Bello.conſil.13. nu.10. ſi ergo nec minimum infertur præiudiciũ, ergo nõ amittit,ſuadetur ultimo ex ea differentia, quã adfert text. inter lucrum & damnum, quod in quærendis.nõ in quęſitis ſeruus domino præiudicium adferre poteſt, ut ergo differentia ſit bona debemus dicere,dum nihil amittere, quia alias ita ſeruus damnum adferret in quæſitis, ut & in quærendis.

Verum tamen,ut omnes affirmãt,recuperãdæ poſſeſsionis remedium hæc conſtitutio continet. quam ſentẽtiam communem teſtatur Ripa.in Rubr.ff.de interd.nume.6. Grat.conſil.40.nume.5.conſil.75. numero. 1.lib.2. Cuius rei clarũ præſtat argumentũ.

9 † text.ipſe in fine,dum uult huic domino ſal uam eſſe omnem actionem contra eum cui res data,& conceſſa eſt,ſi enim datur actio contra eos, qui detinent, neceſſe eſt dicere amiſſam eſſe poſſeſſionem, & ſi per actionē poſſit recuperari,nec me mouet,ſi quis dice ret,ultimam huius text.partem,illud reſpice re,quod paulo ante in textu dicitur, quo ad poſſeſsionem quærendam,quam ſi dolo ſeruus non adquirat,ſaluam domino actionem eſſe:quia uerum hoc non eſt, cum nulla hoc caſu ſuperſit domino actio,quando in quærendis præiudicare poſſit,hanc quoque com munem cōfirmat hic text. dum in uerſic. ſed & ipſe ſi liberè &c. aduerſus colonum, uel procuratorem domino actionem, ſi damnū aliquod ſenſit, concedit: ſi itaque poſſeſsionem dominus retineret, fruſtrà illi actio ali qua daretur, cum nullum ſenſiſſet damnum. Nec aduerſantur, quæ in oppoſitum adducta ſunt nam quod dicitur non conueniri in ſcriptione, eſt falſum, quia & ſi naturalem dominus amittat,retinet tamen ciuilem,ob quam facile naturalem, uel manu propria, uel iudicis authoritate recuperat,& quod di citur nullum penitus inferri præiudicium,intelligitur ſecundum Bulga. hic a gloſ.relatum & Ripa. d. rubr.ff.de interd.nume.6.in effectu, cum ad recuperandum illæſa adhuc ſuperſit actio,& ſi Cy.& Saly.Bulga.aduerſetur . quinimò, ex quo dominus adhuc re tinet ciuilem,nō dicitur generatum aliquod detrimentum, cum ſponte naturalem poſſit (ut ſtatim dixi)recuperare. l.clam poſſidere.§. fi.ff. de adquirenda poſſeſſione, & ſi olim omnem ciuilem & naturalem perderet.l.3.§.quod ſeruus. ff.de adquirenda poſſeſſione,in qua difficultate extricanda, mirum in modum ſe torquent omnes,cum tamen ex ſententia,& uera Bulga.ac Ripæ de claratione ceſſent omnia, quæ dubitationē afferre poterant.

10 Quæro.2.an hæc † conſtitutio ſit iuris an tiqui correctoria, uel non, & eſſe correctoriam cēſuit Alexand.in l.peregrè. §.quibus. num.4.de adquirenda poſſeſſione ſenſit uno uerbo.Corne.conſi.190.nume. 5. lib.1 Barba.conſ.28.colu.2.in princi.lib.1.nec diſſentit. Io. Crottus in. l.ſi is, qui pro emptore num.205.de uſucapt. quorum ſententia uidetur.l.3.§.quod ſeruus & l. peregrè. §. quibus. ff. de adquirenda poſſeſſione, & huius ſententiæ fuit Martinus gloſator.

Contraria tamen ſententia eſt uerior,nō eſſe iuris antiqui correctoriā,quam opinionem affirmarunt omnes Cyn. hic & Sali.colum.2.uerſic.ego etiam,ratione : quia euitā

11 da eſt in dubio † legum correctio. l. præcipimus. C.de appellat. nec uerè dici poteſt cor rectoria,quia illa diſpoſitio aliam corrigere dicitur,quādo iam in ſpecie diſpoſita,in ſpe cie illi aduerſatur,uel ſi in genere, in genere corrigit,ut in primo caſu,ſi ſit diſpoſitum iu re antiquo fœminas non poſſe ſuccedere maſculis exiſtentibus,ſi deinde nouo iure diſponatur poſſe ſuccedere, noua diſpoſitio, antiquæ correctoria eſt, in ſecundo caſu nō poſſe teſtari, ſi deinde lege noua caueatur, quod omni caſu filiusfam. poſſit teſtari,noua hæc diſpoſitio eſt antiquæ in genere cor rectoria,quod non contingit in caſu noſtro, quia Pandectarum eſt cautum iure, dominum ex facto ſerui & coloni amittere poſſeſſionem,quo tamen ad recuperationem ni hil ſtatuit an poſſit dominus hoc caſu recuperare,quod ergo hac noſtra conſtitutione eſt diſpoſitum,ut poſſit dominus recuperare,non pugnat cum iure antiquo,nec in genere,nec in ſpecie,quare Ripa in.d.Rubr.de

12 interd. numer. 7. dicebat † noſtræ conſtitutionis diſpoſitionem eſſe exorbitantem, quam ſentētiam probaſſe uidetur Tiraquell. Tractat.de iure conſtituti prima parte num. 62.ea adducuntur ratione, quod diſpoſitio

13 †tunc dicatur exorbitans, cum lex noua diſponit aliquid in ſpecie contra diſpoſita iure antiquo in genere,ut ſi lex antiqua diſpo nat dotem conſtante matrimonio non poſſe repeti,& lex noua diſponat poſſe repeti, ſi uir uergit ad inopiā ſic Bar.in.l. ſi conſtan te.q.10.ſoluto matrimonio,ſic differentiam diſpoſitionis correctoriæ & exorbitantis de clarat Ioa.Crottus.in.l.omnes populi, num. 193. de Iuſt.& iure, quem eſt ſecutus Cran. Tractat. de antiquitate temporum quarta parte princip.in princip.num.65. idem ſenſit Ripa in. l.ſi conſtante num.78.ſoluto ma trimonio;dum diſtinguit caſus diſpoſitionis correctoriæ à caſibus diſpoſitionis exorbitā tis, inquitque exorbitare, eſſe a communibus iuris regulis deuiare,ex gloſ.ca. ea quæ, de reg.iuris in.6.cum ergo in caſu noſtro cō ſtitutio hæc,non deroget iuri antiquo in to tum,ſed in certis caſibus prouideat:non cor rectoria,ſed exorbitās potius dici debet,ex quibus non mediocris oritur utilitas,quia ſi

correctoria eſſet difficilius concederetur ex
téſio, de caſu ad caſum, ut relati interpretes
ſcribunt.
14 Quæro 3. an hoc † remedium locum ha-
beat tam pro poſſeſſione rei mobilis, quàm
rei immobilis: & habere locum cenſuit hic
glo. Bald. & Ang. ex text. in illis uerbis, cuiuſ
cunque rei, dum exponunt, ideſt mobilis,
quæ ſanè ſententia confirmatur ex doctrina
Soc. in l. rem quæ nobis, nume. 13. uerſic. ſe-
cundo concludo. ff. de adquirenda poſſeſſio
ne, quem eſt ſecutus Ripa in l. naturaliter. §.
nihil commune, nume. 54. eodem titulo, &
alij plures, quos ſuo loco referam, dum affir
mant remedium recuperandæ poſſeſſionis
ex capit. reintegranda. 3. queſt. 1. concedi
etiam pro poſſeſſione rei mobilis, adducti
eo textu in illis uerbis generalibus, ſeu uni-
uerſalibus, reintegranda eſſe omnia. & ex
text. noſtro inferunt Bald. & Angel. ad decla
15 rationem, † l. ſi rem mobilem de adquiren-
da poſſeſſione, qua cautum dicitur, poſſeſ-
ſionem rei mobilis animatæ perdi ſtatim,
quo noſtram effugit pręſentiam, & ſi ab alio
occupata minimè fuerit, hoc intelligitur,
quando nos ipſi poſſidemus, uel alter noſtro
nomine, & is fraude rem amiſit, ſecus ſi is,
qui noſtro nomine poſſidet, cum fraude ami
ſit, quia tunc nobis facultas, ex hac conſti-
tutione recuperandi ſupereſt, qui quidem
text. l. ſi rem mobilem, & eo caſu declaratur
ſecundum Baldum & Angelum hic, poſt In
no. in cap. de ſeruorum, de ſeruis non ordi-
na. non procedere quando rem animatam,
ſicque ſeruum fugientem, non deſinit do-
minus proſequi: nam tunc nòn amittit poſ-
ſeſſionem, quod uerum an ſit, latè diſputat
Alexand. in l. 1. §. per ſeruum, quū, num. 7. in
fin. ff. de adquirenda poſſeſſione, non excu
tio, cum præſentis inſtituti non ſit.
16 Quæro. 4. an † aduerſus hoc remedio a-
gentem poſſit opponi exceptio illa dolo fa
cis petere, quod ſtatim reſtiturus es: & eſſe
locum reſpondit Calca. conſil. 29. numero.
10. quæ ſententia numquam placuit, cum iá
oſtenderim eſſe hoc recuperandæ poſſeſſio
nis remedium, quod hanc exceptionem nó
admittit, ut olim diximus ſupra ĩ primo re
medio ex interdicto unde ui: non repeto.
17 Quæro. 5. an † huius conſtitutionis reme
dium concedatur ad recuperandam poſſeſ-
ſionem à colono, ſeruo uel ſimili traditam,
uel ſolum concedatur, cùm ab eis neglecta
poſſeſſio occupatur; & concedi etiã cum eſt
tradita, affirmarũt, Butr. Cy. & Petrur hic,
ut eos eſt ſecutus Ripa in Rub. ff. de interd.
nu. 7. idem cenſuit Corne. conſ. 228. excogi
tabã, lib. 2. Rui. cõſ. 172. nu. 5. lib. 4. & hãc eẽ
uerã credidit Ang. hic col. ult. uerſic. in ea,
ibi, omni modo &c. & latius Saly. hic col. ul
tima uerſ. addit ergo &c. & Albe. col. 1. Cor
ne. cõſ. 85. nu. 4. lib. 4. Io. Crottus. in l. ſi is, q
pro emptore, nu. 204. ff. de uſucap. probauit
hãc Claud. Seyſell. in. l. exitus, col. 1. de ad-
quir. poſſ. & certè uidetur hæc magis cõmu
nis, quã uno uerbo probauit Crau. cõſ. 235.
in prin. & hãc probãdo eſſe cõmunẽ teſta-
tur Rebuffus in cõmenta. Regiarũ conſtitu-
tio. tomo tertio tit. de cauſis poſſeſſoriis be
neficio. art. ult. glo. una. nu. 16. ea generali ad
ducuntur omnes rationes, quia dño per fa-
ctum procuratoris, coloni, & ſerui, nullum
inferri præiudiciũ poteſt, quæ ſanè genera-
lis ratio, tam militat in eo caſu, cum tradita
eſt poſſeſſio, quàm cũ permittitur ex negli
gentia occupatio, & ubi adeſt eadem ratio,
eſt & idẽ ius. l. illud, ad. l. Aquil. l. a Titio. de
uerbo. oblig. uerum Alex. in. l. peregrè. §. qui
bus nu. 4. de adquir. poſſ. inquit hãc argumẽ
tationẽ non concludere, quia licet in utro-
que caſu eadem adſit ratio, nõ eſſe tamẽ in
his correctoriis concedendã extenſionẽ ex
notab. gl. Clem. auditor, in uerbo Romana,
curia, de reſcrip. iuncto tex. Clé. 1. i uerbo
prælatũ de electio. ſed fallitur Alex. qa im
18 mo ubi eadem adeſt † ratio in lege ſcripta,
illa ut generalis, omnes caſus, non per extẽ
ſionem, ſed per intenſionẽ cõplectitur. l. cũ
mulier. ff. Sol. matr. l. his ſolis. C. de reuo. do-
na. & in his terminis ſic reſpondet, & decla
rat Crottus. d. l. ſi is, qui pro emptore, num.
19 205. quare ubi eadem † ratio in duobus ca-
ſibus eſt non extenſio, ſed intellectiua in-
terpretatio fieri dicitur Bald. in. l. quamuis
circa pri. C. de fideicom. hinc reſpondit Ol
dra. conſ. 185. Thema tale eſt, Titius cano-
20 nicus, in h. quod ubi eadem eſt † ratio, non
dicitur lex extendi, ſed enucleari, alia plu-
ra adfert Crauet. Tract. de antiq. tẽpo. quar
ta parte principali nu. 91. cui addo latè Pa
ris. cõnſ. 32. num. 20. lib. 2. & Io. Iac. de Leo-
nardis inter conſ. Bruni. conſ. 17. nu. 264. qui
nimò Crauet. præcitato ſtatim loco nume.
86. poſt Iaſ. in. l. ſi ita ſtipu. §. Griſogomus
num. 37. in fi. de uerbo. ob. teſtatur contra
Alex. d. §. quibus nu. 4. communem eſſe do-

ctorum ſententiam citantque Alex.in hoc ſi
bi parum conſtantem, Crottus autem.d.l. ſi
is,qui pro emptore,num.205.dicebat meli-
us reſponderi poſſe,eandem non uideri ra-
tionem in colono tradente,& in negligente
quia à tradente,accipiens poteſt credere il-
lum eſſe dominum,nec nomine alterius de-
tinere,quare culpa carere uidetur, quod nō
contingit in ipſo occupatore rei uacantis:
uerum ſubdit is Crottus maiorem uideri ra
tionem in tradente, cuius malignitas (quæ
ſola hic conſideratur)maior eſt,quàm negli
gentis.l.ſi ex cauſa.§.nunc uidendum de mi
no.gloſ.notab.in .l.2.ff.ad Sylla:quam ratio
nem exactè,& diligenter perpendit hic Al-
be. colu.2.addo non eſſe ſatis iuſtam excu-
ſationem illius,quia tradente accipit, quia
21 nō ita ſimpliciter debuit credere † illum do-
minum,ſed perſcrutari debuit,cum quo cō-
traheret.l.qui cum alio de reg.iur.& in ſpe-
cie ſic conſiderat Gra.con.42.n.19.li.2.com
munis ergo ſententiæ fundamentū defendi
tur. Confirmatur uera horū opinio, ex cla-
22 ris uerbis tex.ibi,prodiderit,† cuius uerbi il
la eſt ſignificatio,ut idem ſit, quòd tradere,
& dare.l.proditores.l.omne delictū.§.explo
ratores de re mil.capi.nolite 23.q.3. quæ in
hanc ſententiam citauit Ripa d.rub.ff.de in-
terd.nu.7.in fi. & ante eum Saly. hic col. ul.
uerſ.alio modo ſi tractans, & citat textum
l.2.C. quæ res expor. non debe.& l. prima.
C.de his qui ſe defer.l.ſi quis aliquid.§.ſi mi
les,de pœnis,addo.l.priuatorum.C.de iuriſd.
om.iud.& cap.ſacerdos de pœniten.diſtinct.
6.Bartol.in.l.recipiendum.§.delinquunt, de
pœnis,& apud Salluſtium, Antequàm arcem
proderent hoſtibus:ideſt darēt. accedit,ali-
às ab Imperatoribus diffinitum colonum et
ſeruum ex ſua conceſſione domino nō poſ-
ſe in ſua poſſeſſione adferre præiudiciū. l.ſi
ſeruus.C.quod cum eo &c.& l.ul.eo.& in l.
ult.C.ſi aliena res pign. data ſit,& in.l.ſi co-
lonum.C.de agricol.& cenſ. libr. 11.quæ ſa
nè conſtitutiones huic rei magnam adferūt
lucem.Non ignoro tamen contrariam ſen-
tentiam aliquibus placuiſſe ut Aretino in l.
exitus colum.2.circa medium de adquiren-
da poſſeſſione. & Alex.d.l.peregrè. §. qui-
bus num.3.in fine eodem,& hanc eſſe com-
munem teſtatur Crottus d. l. ſi is, qui pro
emptore nu.205.qui hāc affirmare uidetur
magis æquam & naturali ratione conſonā
ab hac non uidetur recedere Gratus conſil.
69.nu:2.& conſ.36.in fin.lib.1. & conſil. 75.
num.19. ubi hanc communem eſſe teſtatur
idem.conſ.110.nu.24.lib. 2. idem ſenſiſſe ui-
ſus eſt Corn.conſil.190.num.5.lib.1.con.55
num.4.lib.3. Tiraq.de iure conſtituti in pri
ma parte nu.59. uerum horū rationes ſatis
clarè ex iam relatis diluuntur.
23 Declarari tamen poteſt † non procedere,
quando is a tradente adquirens uеriſimili-
ter & iuſta aliqua ratione credebat traden-
tem non eſſe detentatorem, ſed dominum
ſic Are.d.l.exitus & Crotus.d.l.ſi is,qui pro
emptore. nu.205. & clarè refert is Tiraqu.
d. prima parte.de iure conſtituti nu.57.quia
tunc is accipiens iuſtam habet excuſationē,
uerum erit cogitandum,quia excuſatio hæc
quoad pœnam euitandam,ubi alias eſſet in-
dicta,prodeſſet,ſed quoad impediendam re
ſtitutionem ambigo non parum, cum omni
caſu ſpoliatus reſtituendus ſit.quare cogitan
dum erat,quia Grat. conſil.42.nu. 16.lib. 2.
poſt Claud.d.l.exitus aliter ſenſit,ea ratio-
ne quod omni caſu,hæc conſtitutio uult do
mino conſulere.
24 Quæro.6. an † hæc conſtitutio locum ha
beat in aliis præter colonos & ſeruos, ut in
eo caſu frequēti,ſi debitor nomine credito-
ris conſtituat ſe poſſidere propria bona,ra-
tione debiti perſoluendi, ſi contingat illum
debitorem alienare,an ab eo adquirēte auo
cari alienata hæc poſſint,ut idē ſit cōtra eū,
ut eſt contra occupatorē ex coloni negligē
tia, uel traditione:& habere locum, ideq;
eſſe,cēſuit hic Bal.& Ang.col.1.qui ſub eiſdē
uerbis ſunt cōmentati hanc conſtitutionem
& Ang.Baldi fortè commentaria expilauit,
eandem ſententiam probauit hic Alber.Ri-
pa in rub.ff.de interd.nu.13.Rober.Maran-
ta de ordine Iudiciorum ſeptima diſtinctio
ne nume.51.qui in regno eſſe in praxi quo-
tidianum, diciturque Petitio de aſſiſtentia,
adducuntur ex uerbis textus ibi,uel quiſpiā
alius &c.& ibi,domino rei,uel ei circa quē,
cui tamen argumentationi reſpondere uide
tur Barba.in conſil.28.col.1.lib.1 . ubi con-
trariam ſententiam tuetur, illa uerba, uel
quiſpiam alius,intelligenda de ſimilibus per
ſonis expreſſis,quod non poteſt in debitore
uerificari,qui non dicitur ſimilis colono &
ſeruo: ſed fallitur, Barbat.quia is debitor
ſic conſtituendo mutat ſibi poſſeſſionem,
25 & efficitur detentor, ut eſt colonus, †
nam conſtitutum, &* naturalem, & ciui-

lem transfert.l.quod meo. ubi omnes. ff.de
adquirenda poſſeſſione,latè Tiraquel.de iu-
re conſtituti prima parte numero.3.4.ut er-
go colono non licet eam poſſeſſionem in-
teruertere ad detrimentum domini, ſic nec
ipſe debitor.

Contrariam ergo ſententiam malè defen
dunt Barba.d.conſi.28.col.1.lib.1. Aret.in l.
exitus de adquir.poſſ. & Gratus. conſ.36.in
fi.conſil.69.nu.2.lib.1.conſi.42.nu.15. lib.2.
quos refert Tiraq. de iure conſtituti prima
parte num.56.& nu.61.affirmant enim in de
bitore ſic conſtituente non habere locum.
26 adducuntur † Primo.quia hic tex.noſtræ cõ
ſtitutionis in colono & ſeruo loquitur, qui
ſua negligentia dimittunt poſſeſſionem, ut
alius eam occupet, quo caſu non ciuilis ſed
naturalis tantum perditur,pro qua ex reme
dio huius conſtitutionis,agitur cũ leges ue-
teres,ut l. 3. §. quod ſeruus. &. l. peregrè.§.
quibus. ff.de adquirenda poſſeſſione diſpo-
nant,noſtro nomine detinentes poſſe nobis
auferre poſſeſſionem alij tradendo,& leges
illę non aliquod remedium contra poſſeſſo
rem,ſed tantum contra tradentem,inducũt.
l.Pompeius.ff.quibus mod. uſusfructu.amit.
non ergo uidetur hoc in caſu locum eſſe
conſtitutioni noſtræ, nec eſt (inquit Aret.)
facienda extenſio,de caſu ad caſum cum ſi-
mus in correctorijs,in quibus ceſſat extẽſio
etiam ſi eadem militet ratio,glo.not. Clem.
auditor in uerbo Romana de reſcrip. ſed fa
cilis eſt diſſolutio, quia & ſi iure ueteri hac
de re cautum nihil ſit, ſufficit eſſe hodie ex
hac noſtra conſtitutione, quæ iuris antiqui
correctoria non eſt,ut aliàs ſupra q.2.docui
mus,ſed exorbitat,quin ubi correctoria eſ-
ſet conceditur extenſio ob rationis identita
tem,ut in præcedenti quæſtione diximus,ta
metſi neceſſaria minimè ſit extenſio quan-
do hic caſus expreſſe contineatur ſub uer-
bis huius conſtitutionis, ſecundo tamẽ loco
adhuc ſic contra Bald.& cæteros argumẽta
tur Barba. d.cõ.28.refert Tiraq. qui ſupra
nu.62.hæc cõſtitutio loqui in domino, qui
facto ſerui,uel coloni ſua poſſeſſione priua
tur,ibi, ut domino nihil pręiudicii generetur
& duobus aliis in locis,ſed abſolutũ eſt,cre
ditorem nõ eſſe rei dominũ.cum ergo uer-
ba tex.non cõueniant, non conuenit etiam
iuris diſpoſitio.l.4. §. toties de damno infe-
cto,cum aliis adductis a Tiraq.in.l.ſi unquã.
in uerbo libertis nu.2.C.de reuo.dona. Sed
reſponderi poteſt, hanc conſtitutionem nõ
loqui de domino, ut intelligamus eum, qui
uult agere, probare debeat rei dominium,
ſed appellat dominum illi rei poſſeſſorem
antiquum,quando ſola ſit de poſſeſſione cõ
trouerſia, quod oſtendit conſtitutio ipſa,
quæ non ſolum loquitur de domino, ſed &
de eo circa quem alius negligenter & dolo
ſe uerſatus eſt ſicq; non tantum in domino,
ſed & in alio procedit,nec difficultatem fa-
cit replicatio Barb.quam etiã refert Tiraq.
qui ſupra de iure conſtituti num.64.quia ſa-
tis illi ex ſupra relatis eſt reſponſum. quini-
mo creditor ratione crediti, & iuxta illius
quantitatem dicitur dominus illarum rerũ.
quas illius nomine conſtituit ſe tenere debi
tor,cum is rem habere uideatur,cum ad eã
actionem habet l. qui actionem de reg. Iur.
ubi Dec. nu.1. poſt.glo.l.ſi tibi pecuniam,&
l.ſi me & Titium.ff.ſi certum peta. affirmat,
meum dici, quod mihi debetur.

Extendit̃ hæc concluſio habere locum ẽt
27 in † ſolo generali oĩum bonorum conſtitu-
to,ſic communem teſtatur Tiraq.de iure cõ
ſtituti 2.parte ampliatione 31. & ſi aliter,&
malè reſponderit Calca.conſi.29.nu.7.8.
28 Quæro 7.an † cum alienata per debitorẽ,
a tertio adquirente reuocãtur,neceſſaria ſit
ipſius debitoris excuſſio, & non eſſe neceſſa
riam affirmarunt Bal.& Ang. hic,idem Bal.
in l.1.col. pen. uerſi. quæro quid.C.de his q̃
in fraud.Cred. idem in cap. cũ ueniſſent in
fi.de reſtit.ſpolia.Ang.& Alex.in l. exitus in
fi.de adquir.poſſ.latè Rui.conſi.130. nu.8.li.
1.conſi.172.nu.3.4.lib.4. Francus in diſputa
tione Petitorij primo dubio nu.40.uerſ.17.
Decius in l. ultima.§.ultimo.nu.28.ff.ſi cer-
tum peta. ubi eiuſdem ſententiæ citat Ang.
Alex.& Roma.multis in locis, idem cenſuit
Marſil. in rub.ff.de fideiuſſo. nu.21. & ſing.
158. hodie &c.Boe.q.112.nu.12.q.200.nu.8
Afflict. deciſione 139.nu.7. Capicius deciſio
ne 54.nu.4.Gramma. deciſione.103.nu.106
Goza.conſi.42.n.12. Cagnol. in prohemio.
ff. ff. nu.211. Ripa. in rub.ff.de interd.n. 14.
Pariſ. conſi.103.nu.8.lib.3. Bello. conſil.34.
nu.7.conſi.44.in fi.Rolan. a Valle conſi. 79.
nu.33.li.1. & alios citat Tiraquel. Tract. de
iure conſtituti prima parte.n.54. inter alios
citat Areti. conſil.127. numer.3. qui in hoc
ſibi parum conſtans eſt, ut infra ſubijciam,
idem cenſuit Grat.conſil.42.nume.15.lib.2.
Corne.conſi.85.nu.3.lib.4.Rober. Maran-

ta de ordine Iudiciorum ſeptima diſtinctio
ne Iudiciorum num. 51. quibus conſtat, quã
recepta ſit hæc ſententia, quæ eo præcipuo
fulcitur fundamento, ſatis ſolido ex uerbis
29 † noſtræ conſtitutionis, uel quiſquiam a-
lius &c. nam ſi agitur contra eum, qui occu
pauit nulla ſibi facta traditione a colono
uel ſeruo, non eſt neceſſaria aliqua excuſſio
ergo nec in caſu noſtro, cum pares ſint ca-
ſus, & tam in uno quàm in altero locum ha
bet hæc conſtitutio, ut ſupra oſtendimus.
Adfertur ſecundo text. in §. ab hoc autem
litigioſi in auth. de litigio. ubi creditor ad-
uerſus tertios poſſeſſores directó agere po-
teſt, & uendicare rem ſibi hypothecatam,
nullaq; ibi habetur excuſſionis ratio, ergo
non uidetur neceſſaria, tametſi gloſ. plures
ibi referat declarationes & intellectus, hic
tamen eſt receptior & uerior. Tertio, præ-
ter cæteros adducor in hanc ſententiam,
30 † quód ubicunque ſeruus domini poſſeſſio-
nẽ introuertit, licet domino propria autho-
ritate eã ingredi, ſic probat notab. text. l. ſi
ſeruus C. quod cum eo, quo adductus cẽſuit
Bald. in l. 1. C. de ſeruo pigno. dicet optimã
31 eſſe cautelam, † ut in pacto de dote reſtituẽ
da apponatur precarium, quo mediante ſi
eueniat caſus reſtitutionis, propria authori
tate poterit mulier ingredi poſſeſſionem il-
lius rei, quod probauit idem Bald. in l. pen.
C. de pigno. actio. in eo qui Ciuilem habet
poſſeſſionem Boe. d. q. 200. col. ult. circa me
dium, ſi ergo propria authoritate potuiſſet
ingredi, ergo neceſſaria non eſt excuſſio, cũ
uia iudiciaria agitur.

Contrariam tamen ſententiã probatunt
Barba. conſi. 28. col. 1. lib. 1. Aret. in l. exitus
ff. de adquir. poſſ. & ſi parum ſibi cõſtans ali-
ter de iure reſponderit, ut iam retuli, hi mul
tis in hanc ſententiam adducebãtur, Primo
32 † regulæ eſſe ſtandũ donec fallentiæ caſus
oſtendatur, ut dicebat Bar. in l. 2. §. 1. ff. ſi qs
in ius uoca. non ierit Dec. in l. 1. nu. 7. de reg.
Iur. Goza. conſ. 50. nu. 10. latiſſimè Tiraq. tra
cta. de retractu conſang. §. 1. glo. 9. num. 209.
Alcia. tract. præſump. reg. 1. præſump. 28.
nu. 6. ſed regula eſt, contra tertios poſſeſſo-
res agi non poſſe niſi excuſſo principali. §.
ſed neq; in authen. de fideiuſſ. authen. hoc ſi
debitor, C. de pigno. ergo idem in caſu no-
ſtro ſed uno uerbo reſpondetur, regulam il-
lam nõ procedere in caſu noſtro, ex his quæ
iam ſupra relata ſunt, argumentatur ſecun-
33 dò quod iure antiquo quãdo creditor † uult
reuocare alienata ad ſui fraudem, ex cuſſio
nem ipſius debitoris eſſe ante omnia facien
dam. l. 1. l. ignoti. C. de reuo. his quę in fraud.
cred. l. ait. §. ita demum. ff. eo. ergo idem no-
ſtro hoc caſu: uerum reſponderi poteſt, uete
ri iure, ſic cautum, non fuiſſe, nam agens hy-
pothecaria neceſſe quidẽ habebat ac habet
excuſſionem principalis facere, ſed illud cõ
tingit quia remedium illud petitorium dici
tur glo. l. 1. ff. de Saluia. interd. ſic reſponde-
tur & ſecundo ad l. ignoti, ubi agitur ea a-
ctione infactum Pauliana uel Caluiſiana, qđ
non contingit in caſu noſtro, rurſus reſpon
deri poteſt nõ procedere hęc in expreſſa hy
potheca, ex tex. d. §. ad hoc autẽ in authen.
de litigio, licet ſecus in tacita, iuxta glo. §.
ſed neq; in authen. de fideiuſſ. ertio ergo lo
co Aret. & Barba. argumentabantur ex eo,
34 quód uidemus † locatori non licere propria
authoritate conſequi alienata in tertium ꝑ
conductorem. ſed uia agere debet ordinaria
l. 2. ff. de Saluia. interd. l. 2. §. 1. l. quæſitum. §.
ulti. de precario, ſi ergo uia ordinaria agere
debet, ergo neceſſaria eſt excuſſio, non con
35 cludit argumentatio, quia relata iura † lo-
quũtur in tacita hypotheca pro illatis & in-
uectis l. differentia. ff. in quibus cauſ. pig. uel
hypo. tacitè contrah. §. item. Seruiana. Inſt.
de actio. rurſus caſus ſunt diuerſi, ob etiã cõ
ſtitutionum diuerſitatem: præterea, non ſe-
quitur, agendum eſt uia ordinaria, ergo ne-
ceſſaria eſt excuſſio. Quarto ſic argumenta
36 bantur, † dolus debitoris nõ debet poſſe no
cere tertio ſucceſſori. l. apud Celſum §. ſi ex
cauſa legati. ff. de excep. doli, ſed ſi liceret cõ
tra eum agere non facta excuſſione princi-
palis, ſibi noceret. l. ultima in prin. ff. de eo
per quem factum erit, ergo excuſſioni locus
eſſe debet, ſed reſpondet, tertio ſatis eſſe ſuc
curſum per actionẽ euictionis, ſecutæ, rurſus
ipſe tertius ſucceſſor, debuit perſcrutari, cũ
quo contraheret. l. qui cum alio de reg. iur.
& ſupra diximus. præterea, ut dolus debito-
ris tertio ſic nec creditori debet poſſe noce-
re ulti. tandem loco Barba. d. conſ. 28. addu-
cebatur, ex tex. huius conſtitutionis, q dum
loquitur in ſeruo colono, & procuratore ea
ratione in debitore locũ habere nõ poteſt,
quia coloni & ſerui detinent, non ad ſui cõ-
modum, ſed ad cõmodum domini, quare ſi
introuertant poſſeſſionem, & alienant, eã iu
ſtè dominus poteſt à ſucceſſore illo recupe-
rare,

rare,hoc non contingit in caſu noſtro,quia licet debitor poſſeſſionem in creditorem
37 transferat,attamen † creditor non ſibi ſed debitoris utilitatem poſſidet.l.ſerui nomine de uſucap.l.ſciendum.§.creditor.ff.qui ſatis d.cog.Bar.in.l.ab emptione num.8.ff.de pactis. Tiraq. de iure conſtituti in. 3. parte limit.20.nu.8.quam argumentationem retulit Tiraq.qui ſupra prima parte nu.61.& indiſſolutam reliquit arbitror reſponderi,ſic poſſe,& minus uerum eſſe creditorem abſolute ad debitoris commodum poſſidere,ſolum enim quoad duos caſus ad illius utilitatem poſſidet, quoad euitandam ſatiſdationem,& quoad uſucapionem & præſcriptionem,nō quoad cætera,ſic glo.d.§.creditor, &. d.l.ſerui nomine,qui textus probat,eum qui rem pignoratam uendicare uult,non cōtra debitorem ſed contra creditorem agere debere,ex quo apparet,eum dominū & poſſeſſorem eſſe, ſi præſertim conſtitutum interueniat, quo dominium in eum tranſlatū eſt adeo ut ſi non ſit in actuali poſſeſſione, contra detinentē agere poſſit declarat Bar. d.l.ab emptione num.7.Tiraq.d.tract.de iure conſtit.prima parte nu.7.addo Capicium deciſione.14.nume.11.12.Bello.conſ.35.nu. 11.12. Rola.a Valle.conſi.53.nu.4.lib.1.uera ergo eſt communis relata ſententia.

38 Declaratur primo non procedere † mortuo conſtituēte,ſic Roma.conſ.189. primo dubio qua de re infra latè dicemus.q.17.interim,uidēdus eſt Tiraq.de iure cōſtituti prima parte n.65.& in.3.parte limit.21.n.9.10.

39 Declaratur † ſecundo non procedere, ſi generali ſtatuto,ſit cautum excuſſionem debitoris prius eſſe faciendam,antequam ſcilicet ad tertios poſſeſſores deueniatur, ſic reſpondit Alex.conſ.83.in fi.lib.6. & refert Tiraq.de iure conſtituti prima parte num.67. ubi aliqua addit.

40 Quero.8.an cōſtitutio † hæc noſtra locū habeat quādo poſſeſſor nomine unius dein de nomine alterius ſe poſſidere cōſtituit, Saly.hic in fi.Ripa in rub.ff.de inter.nu.9.rem hanc explicare uidentur,ſed non declarant, cui concedatur,uel negetur hoc remedium, uel primo conſtituario,uel ſecundo, ipſe autem rem ſic explico, illi primo conſtitutario,abſolutè concedi, nam ſi aliqua poſſeſſionis introuerſio ad ſui detrimētum ſit,ſuc curſum illi eſt,ut iā docui,nec res (mea ſententia)habet difficultatem,ſi primus ipſe cōſtitutarius cōtra ſecundū uia iudiciaria uult agere,aliàs enim extra iudiciū poſſet ſua authoritate ingredi,dūmodo ſecundus is conſtituarius in corporali nō reperiatur,ſecundus autem cōſtituarius non habet huius cōſtitutionis remedium,quo cōtra tertium de inde detētorē agat illa eſt ratio, quia ſuum conſtitutum nullius eſt momenti,nec aliquā in eum tranſtulit poſſeſſionem,cum iam primus poſſideat ciuiliter & naturaliter, nec is conſtituens ullam habet facultatē transferēdi in ſecundum,ut multis probat ipſe Ripa. d.rub.de interd.nu.10.11. & latiſſime Tiraq. de iure cōſtituti.3.parte limit.prima,nec difficultatē facit, quod is colonus,uel procurator detineat,& ſit in corporali poſſeſſione, quia illa naturalis poſſeſſio nullum tribuit commodum,& idem eſt ac ſi nō teneret, ut in ſpecie docuit Bar.in.l. qđ meo ubi Alex. nu.16.de adquir.poſſ.Tiraqu. d.limitatione 1.nu.11.non ergo uti, aliquo remedio is poteſt cum nihil amiſerit,cū nihil poſſederit.

41 Quæro.9. non multum à precedenti quæſtione recedendo,quid † ſi illi primo coſtitutario, ſolum factum eſt conſtitutum, & ſecundo facta eſt traditio,an ad commodum. d.ſecundi,ſit locus huic remedio, quemadmodum ad commodum primi,&ad commodum primi non eſt dubium,quia(ut iam diximus,)in eum tranſlata eſt naturalis & ciuilis poſſeſſio& hanc communē teſtatur poſt Corne.conſ.55.col.2.lib.3.Ripa.d.rub.ff.de interd.nu.12.& alias ſupra pluries diximus. quo uerò ad commodum ſecundi non arbitror illi concedi hoc remedium,cum illa traditio nullam in eo trāſtulerit poſſeſſionem, ſed ſolam detentationem, nec quid operatur traditio illa ad primi conſtitutarij detrimentum, qui omnino præfertur,ſic Bar. in. l.ab emptione.in fi.ff.de pactis latè Iaſ.in.l. quoties nume. 14. C.de rei uend. latiſſime Tiraq.de iure conſtituti prima parte nu.21. illi addo Iaſ.conſ.92.num.2.lib. 1. Pariſium conſ.128.nu.15.lib.1.conſ.96.num.155. lib. 3.& Boe.q.112.num.5.6.

42 Quæro. 10. an huius † conſtitutionis remedium illi cōcedatur,cuius nomine is, qui añ naturaliter & ciuiliter poſſidebat ſe precario tantum poſſidere conſtituit,ut ſi debitor precario tantū nomine creditoris hypothecata bona poſſidere cōſtituit,& is deinde debitor in tertiū alienet,an cōtra tertiū illum hoc remedio experiri poſſit creditor,

& huic creditori concedi,probauit Corne.
conſil.228.lib.2.& ſi idem Corne.conſil.55.
lib.3.dubitauerit,idem probauit Iac.&Ang.
ut refert Ripa.d.rub.de interd.nu.15.qui &
ipſe eiuſdem ſententię fuiſſe uidetur.duplici
ratione in hanc ſententiam adduci uiden-
tur.Prima,dum inquit Ripa,quod ſi conce-
ditur debitori ad euocandam poſſesſionem
rei alienatæ per creditorem, qui posſidebat
ciuiliter & naturaliter, ergo multo magis
competere debet huic creditori, pro poſſeſ
ſione rei alienatæ per rogantem illum, qui
naturaliter tantum posſidet neſcio quo iure
Ripæ argumentatio probetur,nec enim de
bitori ſed creditori hoc remedium concedi
tur, ut diximus ſupra.q.6. qui quidem credi
tor, ut poſſeſſor ciuiliter & naturaliter, ſine
dubio poteſt a debitore, qui nec ciuiliter
nec naturaliter posſidet alienata reuocare.
ſed an modò idem ſit, cum ciuiliter tantum
creditor posſidet,ut hic,non probatur à Ri
pa,nec à fortiori,ſic potuit argumentari. Se
cunda fuit Ripæ argumentatio,dum inquit
ciuilem poſſesſionem rogati quieſcere ſu-
43 per naturali rogantis,qua † naturali tranſla
ta transfertur & ciuilis, perditurq; l.inter-
dum.§.ultimo de adquir.poſſ. Bar.l. Celſus
numer.15.& ibi Franc. Balb. numer.85. de
uſucap.Soc.l.3.§. in amittenda.ult notab. ff.
de adquir.poſſeſſ.Crottus.l.ſi is qui pro em
ptore nume.201. de uſucap.Soc.Iun.conſil.
35.nu.2.lib.3.ubi communem teſtatur,huic
ergo creditori, & domino conceditur hoc
remedium, hæc argumentatio non conclu-
dit, cum ex ea non probetur,huic ciuiliter
posſidenti hoc remedium concedi. Rurſus
non uidetur ſatis uera illa cõcluſio, quod ci-
uilis poſſesſio creditores adhæreat naturali
debitoris,& amiſſa naturali,amittatur,& ci
uilis,immò non amittitur,ut rectius Barto.
ſenſiſſe uidetur in.l.creditores.n.25.in fi.C.
de pigno.& declarat Goza.conſ.42.nu.16.
idem ſenſit Saly.d.l.creditores ut refert Ti-
raque.de iure cõſtituti.3. parte limitatione.
14.nu.8.Quare alia ratione, & ueriori com
munem hanc probo ſententiam, conſidero
enim ciuilem poſſesſionem eſſe penes hunc
creditorem,qui naturalem precario ipſi de
44 bitori concesſit.cum ergo † natura precarij
illa ſit,ut uolẽte concedente finiatur. l.1. de
precario,ſequitur,quod ſi is debitor alienet
eam naturalẽ & concedens declaret animũ
recuperandi illam naturalem, extinguitur
precarium:ſic declarat.d.l. & habet.§. cum
quis.ff.de precario.Rota in deciſio.antiquis
tit.de reſt.ſpol Deciſ.1.nume.2. & ideo ipſe
creditor uerè eam uia iudiciaria cum conſe-
qui poteſt aliàs ſpontè eam ingredi poſſet.l.
clam posſidere.§.qui ad nũdinas,ibi Iaſ.nu.
23.de adqui.poſſ.& aliàs diximus,& hic cre
ditor recuperat naturalem quam in actu pre
carij debitori rogãti uidetur concesſiſſe, ut
ſtatim ſubijciam. Nec communi huic ſentẽ
tiæ aduerſatur illa ratio,quę Corneum hęſi
tantem reddidit,ut refert Ripa.d.rub.de in-
terd.num.15.hunc creditorem non poſſe re
45 cuperare naturalem illã poſſesſionem, † cũ
apud eum numquam fuerit, nam reſponde-
tur ex declaratione,quam facit Bart.in.l. in
terdum in prin.num.1.uerſ.dico ergo & ibi
Alex.numer.3. communem teſtatur,& poſt
eum Aret.ff.de adquiren. poſſ. immò penes
concedentem precariò,tempore concesſio-
nis fuiſſe ciuilem,& naturalem poſſesſionẽ,
& in rogantem transferri naturalem,quam
aliqui non naturalem propriè eſſe dicunt,
ſed posſidendi qualitatem, quæ omni caſu,
ut diximus, ſola domini concedentis uolun
tate ad eum reuertitur.Rurſus ea ratione ad
huc huic creditori competere dicitur hoc
remedium,conceſſo enim quòd per natura
lem alienatam transferatur & ciuilis ei co-
hærens:attamen ex quo infertur creditori
præiudiciũ,ſequitur ei cõcedi hoc remediũ,
quo eſt cautum,poſſeſſori nihil preiudicij in
ferri poſſe,quod fortius probat declaratio
Odofredi &Albe.hic co.2.dum affirmãt cõ
modanti concedi hoc remedium contra ter
tium,cui commodatarius rem tradidit,ne ei
ſcilicet commodanti minimum adferatur
præiudiciũ,aſſecuta ergo ciuili,conſequitur
& ſine dubio naturalem:uera ob id erit cõ-
munis ſententia.
46 Quæro.an.11.hoc †remedium uſufructua
rio concedatur,ad cuius incommodum pro
prietarius rem,ex quaipſe uſumfructũ perci
piebat,alienauit:& concedi ſenſit gloſ. in.l.
Pomp.in uerbo amittit. ff. quemad. uſuſfr.
amitt.quã uno uerbo probauit Ripa.in rub.
ff.de interd.nu. 13.in fi.& ſenſit hic Odofre.
in fi.quod ea ratione probari poteſt,quia ex
quo rem ratione ſui uſufructus posſidet, &
proprietarius introuertẽdo eum priuat,iux
ta textum.d.l.Pomp.non immerito ſi recu-
47 perare poteſt,quod autem † uſufructuarius
naturaliter posſideat,probat clarus tex.l.na

turaliter in prin. ff. de adquir.poſſ. quo loci
glo.inquit ipſi uſufructuario deiecto conce-
di interdictum unde ui. l.3. §. unde ui &. §.
pertinet.ff.de ui & ui arm. & diximus ſupra
in primo remedio ex interdicto unde ui.q.
5.idem ergo dicēdum eſt in hoc caſu, quod
eſt maximè utile contra tertium poſſeſſorē.
48 Quæro.12.an † colono ad longum tem-
pus concedatur hoc remedium, ſi in alium
dominus directi rem transferat: & concedi
affirmauit Ripa.d.rub.de interd.num.13. in
ſine dixitq.probari ex tex noſtro,ſed non ui
deo,qua in parte hic tex.hanc probet ſentē
tiam immò contrarium probare uidetur,cū
domino rei concedi ſolum uideatur, ut tri-
bus in locis inquit, per ſeruum, procurato-
rem,colonum,uel inquilinū domino rei nō
fieri præiudicium.quare ſepiſſimè Barba.in
conſi.28.col.2.lib.1.ponderando relata uer
ba,dicebat eum, qui hoc remedio uult age-
re,ſe dominum probare debere, uerum ut
aliàs dicebam,non hæc conſtitutio de domi
no relata ratione loquitur:ſed intelligit do
minum pro poſſeſſore,cum de ſola poſſeſ-
ſione ſit contentio,ideoq; ſatis huic colono
ad longum tempus conceditur,cum is poſſi
dere dicatur l.naturaliter} in prin.ff.de ad-
quir.poſſ.ſic in emphyteota diximus conce
di interdictum unde ui.ut ſupra in primo re
medio.q.6.& emphyteotæ ſimilis eſt hic co
lonus
49 Quero.13.†quid ſi colonus ſolum animo
non reuertendi poſſeſſionē deſerat, & alter
occupet,an eā dominus perdat ut deinceps
hoc remedio recuperare nō poſſit: Ang.hic
col.ult.uerſic.aut animo deſerendi,affirmat
naturalem perdi,non ratione doli procura-
toris,ſed ratione occupationis,cum is occu
pator naturalem uacantem inuenerit. l. clā
poſſidere,in prin.&.§.qui ad nundinas.ff.de
adquirend.poſſeſſ.ciuilem uerò apud ſe reti
net,cuius uirtute propria authoritate natu-
ralē poterit ingredi antequā ſuſpicetur poſ
ſe repelli,uel iā fuerit expulſus.d. §. qui ad
nundinas,tāto ergo fortius,huc uti poterit
remedio,quod etiam intelligitur uerū,quan
do colonus ueniens fuit expulſus, uel non
admiſſus,quia interim quo non uenit, natu-
ralis amiſſa non dicitur, ſic declarat Rui.cō
ſil.127.nu.18.uerſ.& nedum.lib.5.
50 Quæro. 14. †. quid ſi ab altero poſſeſſio à
colono deſerta fuit occupata,& negligat do
minus naturalē apprehendere, an eā perdat
dominus ut recuperare non poſſit, & Iure
Pandectarum finita eſt cōtrouerſia,amitti
poſſeſſionem ex.l.ſi de eo.§. 1.ff.de adquir.
poſſ.hodie tamen diuerſum uidetur ex con
ſtitutione noſtra, qua iura antiqua corrigi
dixit Martinus gloſator,quē probaſſe uide
tur Ang. hic col. ult.uerſ. ſi uerò poſſeſſio.
&c.quia nullo in caſu animus procuratoris
domino nocere poteſt,quod intelligit Ang.
uerum,ut ciuilem non amittat,quam iam fa
cto illius procuratoris amiſiſſe uidetur.& i-
deo licet ſuo facto dominus amiſerit natu-
ralem,adhuc tamen habet ciuilem.nam etſi
naturalis ſit amiſſa ciuilis tamen poteſt reti
neri,cū ſolo animo retineatur.l.3.§. in amit
tenda.ff.de adquir.poſſeſſ.an autem hæc di-
ſpoſitio ſit antiqui iuris correctoria uel non
diximus ſupra.q.2.
51 Quæro.15.an hoc remedium conſtitutio
nis noſtræ locum habeat contra clericos,&
non habere locum reſpondit Barb.conſ.28.
col.pen.lib.1.ea adducitur ratione, quia nul
52 la eſſe potuit † iuriſdictio ſtatuendi contra
clericos cap.eccleſiæ ſanctæ Mariæ de con-
ſtitutio.cap.bone quidem 96. deſtinct. ergo
iuriſdictionis defectu non ligat. l.ultima. ff.
de iuriſd.om.iud.quod ſecundum eum con-
firmatur fortius procedere quando lex ciui
lis eſt clericis p̄iudicialis,ut tradunt Io.An-
dre. & Inno.in capit.ultimo de ſolu. at con-
ſtitutio noſtra eſt præiudicialis, & cum de-
trimento illius tertij à quo poſſeſſio auoca-
tur, cum facto alterius puniatur, quod eſſe
non debet.l.ſancimus.C.de pœnis, ergo &c.
uerum contrariam ſententiam probauit An
cha. & rectè in cap.1. conſi.1.& 2. de conſti
tut. 6. ut refert Barba. præcitato loco, illa
53 præcipua ratione adductus, † legem non cen
ſeri iniquam cum ſe habet ad commodum &
onus, iuxta.l.ſi pater puellæ.ubi latè Iaſ. C.
de in off.teſta. cum ergo conſtitutio noſtra
ſit ad commodum etiam clericorum, ini-
quam non eſt, ſi quandoq; ſit ad detrimen
54 tum, ſic uidemus † diſpoſitionem. l. ultima.
C.de iure deliber.& auth.hoc amplius.C.de
fideico.locum habere etiam contra clericos.
Nec à Barba.citata obſtant,& illud præſer-
tim dum inquit reſpondendo.Ancha.funda-
mento uerum eſſe quatenus ſunt fauorabi-
les,non odioſæ & ad detrimentum, quæ reſ
ponſio uera non eſt,quia ſi clericus ipſe is eſ
ſet,qui ſpoliatus foret,hoc uti remedio poſ-
ſet.ergo laico debet poſſe contra eum conce

di,& quod ait Barba.d. l.ultima. C. de iure
deliber. & . d.auth.hoc amplius ea ratione
clericos ligare,quia ante omnia ad præmi-
um inuitantur,eſt falſum, cum hoc contin-
gat,quia eſt ad commodum & incomm o-
dum,nec principaliter ad detrimentum ec-
cleſiaſticæ libertatis.Ancharani ſententiam
probarunt Abbas in cap.eccleſia ſanctæ Ma
riæ.num.17.18.in repet.& ibi Fely.num.67.
55 de conſtitutio.qui abſolute affirmarũt.† le-
gem ciuilem ligare clericos,quando non cõ
tinet peccatum, nec canoni aduerſatur &
poteſt eſſe ad commodum & incommodũ.
Nec obſtat, quod deficere uideatur iuriſdi-
56 ctio,† quia hoc procederet,quando non ge
neraliter,ſed in ſpecie eſſet contra clericos,
ut poſt alios declarat Dec. d.ca.eccleſia ſan
ctę Marię num.24.Ex quibus ſatis ſuperque
demonſtratur.quã fatua & inſulſa ſit ſenten
57 tia Barb.† cuius doctrina in ſola audacia &
oſtentatione poſita erat, ut non immeri-
to illam ſint ex noſtris quamplurimi dete-
ſtati:ut unus omnium præſertim Calcaneus
conſ.1.qui tantis admodum aduerſus inue-
hitur probris & maledictis,ut mirum ſit di-
ctu,unumq; illius reſponſum ita cõtorquet
ac deſtruit ut nobis oſtenderet prima illum
iuris elementa ignoraſſe,multo plura aduer
ſus hunc iuris Doctorem attulit Neui.lib.5.
Syluæ nuptia.nu.28.& Vldaricus Zaſius lib.
1.ſingula.reſponſo.cap.7.nu. 11. qui unà cũ
Calcaneo fatetur Barbatiam fuiſſe docto-
rem cum ueritatis obliuione,quod eſt maxi
me deteſtandum.miſſa facio nunc,quæ de il-
lo litteris prodidit Rodericus Suares Hiſpa
nus in lege prima in titulo dellas Ganunci-
as,quæ Hiſpanorum leges ſunt.eo enim lo
ci nume.44.inquit ſe conſulere iudicibus,ut
non ante oculos , ſed poſt terga Barbatiæ
habeant opiniones.cum uanæ fuerint homi
nis cogitationes.& cum iactantiæ uitio ma
ximè laboraret, multa protulit aduerſus rei
ueritatem,ac conſcientam & alijs multis i-
dem Rodericus in lege prima titulo de las
Arras num.48.contra ipſius Barbatiæ ſuper
biam,& iactantiam inuehitur.
58 Quæro.16.an † hæc conſtitutio locũ ſibi
uendicet,in hac hypotheſi Beneficiaria,quę
non ſemel in foro controuertitur.Beneficij
poſſeſſor clerico Beneficiũ illud reſignauit ,
hic reſignatarius,reſignanti Beneficij poſſeſ
ſionem locauit,ac ei in mãdatis dedit,ut re
ſignationem publicari curaret iuxta regulã
cancellariæ Inno.8.de Publica.reſignationi
bus,qui quidem conductor & reſignãs, eam
reſignationem publicari non curauit , ſed
per ſemeſtre in poſſeſſionem Beneficij man
ſit , alterique,ſicque tertio iterum reſigna-
uit,qui poſſeſſionem adeptus eſt.Dubitatur
nunc, an illi primo reſignatario cuius reſi-
gnatio à reſignante mandatario non fuit pu
blicata concedatur huius conſtitutionis Re
medium ad auocandam poſſeſſionem e ma-
nibus ipſius reſignatarij ſecundi ac nũc poſ
ſeſſoris , & dicendum eſt non poſſe, illa ra-
tione,quia tunc demum locum habet hæc
conſtitutio,quando nouus is poſſeſſor cau-
ſam habuit ab eo,qui ut colonus nomine
domini poſſidebat,ut ſupra in anteludijs hu
ius conſtitutionis admonui citando Rotam
in titulo de reſtitutione ſpoliatorum Deciſ.
9.in nouis,ſed in caſu noſtro ſecundus hic re
ſignatarius & poſſeſſor, non poſſidet tam-
quã cauſam habuerit ab eo qui, ut colonus
primi reſignatarij agẽtis poſſidebat, ſed to
tum a ſuperiore eſt conſecutus,nam cum fa
cta ſit reſignatio in illius manibus, & illa ad
commodum primi reſignatarij effectum nõ
ſit ſortita, quia neceſſaria erat publicatio,
non obſtante,quod reſignans ut conductor
conſtituerit,ſe nomine reſignatarij, poſſide
re,ut declarat.Rebuf.in Praxi Beneficia. in
Regola de publica.reſignationibus in gloſa
decima tertia, in fine.dicitur legitimè con-
ceſſa & admiſſa ad fauorem ſecundi reſigna
tarij nunc poſſeſſoris,qui(ut retuli)nõ a pri
mo reſignate aliquid conſequitur,cuius om
59 ne † ius & poſſeſſio per reſignationem, ex-
tinguitur admiſſa reſignatione ſeu renuntia
tione ut tradit Abbas in cap. ſolicitæ. num.
10.de reſtitutione ſpoliatorum.Rebuffus in
Praxi Beneficia.in regula. De Infirmis Be-
nef.reſigna.in glo.10.num.3.& ſtatim ſubij
ciam,& ideo ſecundus reſignatarius totum
accipit a ſuperiore ca. Moyſes & cap.ſequẽ
ti.8.q.1.Abbas cap.2.de præſcri.& Butr. ca.
ſi diligenti eodem titulo Aret.in.l.Pomp.§.
cum quis num.7.de adquirenda poſſeſſione,
alios citat in hanc ſenteriam Carol.Molinę.
ſuper regula Cãcellarię,de publica.reſigna.
num.33.qui quidem Molinæ. eo loci nu.90.
quam retuli facti hiphothęſim diffinire uide
tur ſic declarando noſtram conſtitutionem,
qui ſentire uidetur ita demũ procedere niſi
ſecundus hic reſignatarius & poſſęſſor frau
dem commiſiſſet,ſicque fuiſſet in cauſa, ne

prima

prima reſignatio publicaretur, hic enim do
lus ſibi prodeſſe non debet.l.itaque fullo.de
furtis cap.pen.de colluſ.detegend.
60 Quæro.17.an † in caſu noſtræ huius cōſti
tutionis illi tertio poſſeſſori; contra quem
agitur, ius offerendi ipſi creditori agenti cō
cedatur, & forte dicen.uidebatur concedi,
61 † cū cuicunque poſſeſſori & ſi ius in re non
habeat, concedatur.l.mulier.ff.qui potio. in
pigno habe. Caſtren.in l.ſi res in principio,
de legatis primo Rui.conſil.123. numer.5.
lib.2.Afflictus Deciſione.259.& quem libet
poſſeſſio rem ius offerēdi habere tradit Ca
picius Deciſione.99. nume.6. ſic ergo & in
caſu noſtro uidebatur dicēdum, ſed interro
gatus in ſpecie reſpondit contrarium Ru-
in.conſil.77.nu.7.in fin.libro.5. ea adductus
ratione quia poſſeſſionis reſtitutio mora
ri non debet iuxta diſpoſitionem conſtitu-
tionis noſtræ & ſimilium, immò fortius ui-
62 demus † quod agenti rei uendicatione offer
ri non poteſt.l.ſi culpa de rei uend.Soc. Sen.
conſil.224.colum.1.uerſic.ex qua concluſio
ne lib.2. & quæ in oppoſitum ſunt relata in
telliguntur cum agitur hypothecaria, ut
omnes relati præſupponūt & declarat Cra-
uet.conſil.298.numer.9. Capicius Deciſio-
ne.41.num.1.2.
63 Declaratur non procedere quando † poſ
ſeſſori non eſſet contra ſuum authorem ſuc
curſum, tunc enim is offerre creditori poſ-
ſet, argumento doctrinæ Bald.in.l. cōtra ro
gantem. C.ad Trebellianū, quam ut egregi-
am in his terminis eſt ſecutus Soc.Sen.d.con
ſi.224.colum.2.uerſic.quinimò dico li.2.
64 Quæro.18, an † extinguatur huius cōſtitu
tionis remedium per mortē illius, qui credi
toris, uel alterius nomine ſe poſſidere cōſti
tuit: & extingui, reſpondit Roma.conſ.189.
primo dubio in fin. Corne. conſ.190. nu.5.
lib.1.Rui conſil.127.num.8.lib.5. Goza.con
ſil.42.numero.4.Corneus in conſil.190.co-
lum.1.uerſiculo, item eſt præmittendum lib.
1.Gratus cōſ.63.colum.4.li.2.quos tres po-
ſteriores retulit Tiraque.De Iure conſtituti
prima parte.nu.65.& alia idem Tiraq.d.lo-
co.3.parte limitatione.21.nu.10.11.& in ſe-
cunda parte ampl.13.num.1.2.ea adducūtur
65 ratione, quia † conſtitutū & precariū quod
apud illum rogātē eſt, illius morte extingui
tur.l.cū precario §.1. ff. de precario & in c.
ult.extra eo.nec.n.heredibus cōſtituēti, ſed
ipſi ſoli tm̄ cōceſſa eſt poſſeſ. accedit, quod
is conſtitutarius animo & corpore cōſtituē
tis poſſidet.l.3.§.ſaltus.l.quod meo.ff.de ad
quir. poſſeſ. ſed per mortem conſtituentis
animus eſſe deſinit.l.ſi id quod.l.ſi de eo.§.ſi
66 forte.ff.de adquir.poſſeſ.ſic † uoluntas mor
te finitur.l.4.ff.locati.omnes.l.centeſimis.§.
ſi ita ſtipulatus de uerborum obligatione,
extinguitur ergo conſtitutum, & per conſe
quens conſtituarius poſſidere deſinit ſic pro
cedat regula & concluſio in hoc caſu.
67 Declaratur ac intelligitur relata † cōclu-
ſio, ut finiatur, quidem cū conſtitutum, non
tamē amittat conſtitutarius poſſeſſionem,
quin eā recuperata ſucceſſore & hærede.d.
conſtituentis.nec enim is cōſtitutarius actio
nem perdit, ſed illam cōtra.d.heredē habet
ſic probat Claud.Seyſelius in.l.exitus de ad
quirenda poſſeſſione Goza.d.conſil.42.nu.
16.Crauet.conſil.107.nu.2.& late Tiraq. in
omnibus precitatis locis, qui intelligunt pre
ſertim niſi is conſtitutarius mortuo conſti-
tuente patiatur illius ſucceſſorem poſſidere
nam ſi negligenter ſeſe habeat, is conſtituta
rius, quam habebat ciuilē amittere dicitur.
d.l.ſi forte.ff.de adquir. poſſeſſ. ſic declarat
& Ang.hic.col.ult.uerſ.tu autē ſequēdo &c.
68 Quæro.19.† quanto tempore extingua-
tur ſiue præſcribatur, huic remedio, & trigin
ta annis præſcribi, affirmarunt Afflict.deci-
ſione.139.nume.5.quem eſt ſecutus Rober.
Maranta de ordine iudiciorum. 7. diſtin-
ctione iudicio.numer.52. Crottus in.l.ſi is,
qui pro emptore num.203.de uſucap.quos.
uidetur probaſſe Rola.à Valle conſ.73. nu.
20. lib. 1.nec ab ea receſſit Frenc. Cremen.
ſing.81. uolo tibi, Vbertinus Zucchardus in
rub.ff.ſi certum peta. num.31. in fi. ea addu
cuntur ratione, quod cōdictio, legis hæc ſit,
ſicq; perpetua. §.ultimo Inſt.de perpe.& tē
po.actio.triginta ergo ſolum annis illi præ-
69 ſcribitur, † ut in perſonalibus, ut latè tradit
Balb.Tract.præſcrip. quarta particula quar
tæ partis princip.q.1.uerū Cur.Iun.in Rub.
ff. ſi certum peta.nu. 17.dubiam admodum
hanc, eſt opinatus ſententiam, ea ratione,
70 quia & ſi † hypothecaria nō niſi ſpacio qua
draginta annorum tollatur, l.cum notiſſi-
mi.C.de preſcrip.30.uel,40. anno. attamen
eum tertius poſſidet, res illas hypothecatas
poſſidet aduerſus creditorē decennij ſpatio
præſcribit, ut in tit.C. ſi. aduerſus creditorē
lib.7.Codicis, ergo tanto fortius, idem dicē
dum eſt in caſu noſtro, ut hæc cōdictio & ſi

perſonalis ſit, & ſui natura perduret annos 30.non tamen contra tertium poſſeſſorem, ultra decennium perdurare poſſe debere, cum præſertim difficilius tollatur ipſa actio hypothecaria actione reali fortiori, ut tradunt omnes rub.ff.ſi certum peta.& ſi decẽnio tollitur dominiũ & hypotheca fortius hæc condictio, quæ ſi ultra decennium durasset, eſſet per indirectũ tollere uires tit. C. ſi
71 aduerſus cred.uerũ reſpõderi poteſt, † remediũ, hoc proprie eſſe cõtra tertium proditũ, qui debitor reputatur, quod in caſu tit. C. ſi adue. cred. non eſt ſit Zuccard.d. rub ſi certum peta. nu. 31. rurſus præſupponit Cur.
72 Iun. in ſuo caſu, tertium illum † bonæfidei poſſeſſorem, eſſe ut uerè in eo caſu eſſe debet quod latè declarat Balb. de præſcrip. quarta particula quartæ partis princip. q. q.3.quod non ſemper contingit in caſu noſtro, hæc ad l. ultimam. C. de adquir.poſſ. hactenus iuris Cæſarei conſtitutione explicauimus, nunc ad conſtitutiones Pontificias tranſeamus.

SVMMARIVM DECIMIQVINTI remedij.

RECVPERANDAE POSSESSIONIS.

1 *Conſtitutiones ex C. reintegranda. 3. q.1 a quibus Pontificibus editæ, & promulgatæ.*

2 *Conſtitutiones canonum. Reintegranda 3.q. 1. an remedium petitorium uel poſſeſſorium contineat.*

3 *Genitiuus etiã poſſeſſionem ſignificat.*

4 *Verba.c. reintegranda.3.q.1 ibi poſſeſſiones uel res quam interpretationem habeant.*

5 *Remedium C. reintegranda. 3.q.1, an ſit nouum & cæteris pinguius.*

6 *Remediũ C.reintegranda 3 .q.1.an contra ſingularẽ ſucceſſorẽ prouideat.*

7 *Remedium C. reintegranda.3.q.1. non prouidet pignus, quàm faciat. cap. ſæpe. de reſtit. ſpol.*

8 *Cap. cum ad ſedem. de reſtitut. ſpolia. ſenſus, & intellectus, & quo tempore editum.*

9 *Cap.ſæpe. de reſtitu. ſpolia. ſenſus & intellectus.*

10 *Cap.2.3.q.1.declaratio.*

11 *Fructus qui percipi potuerunt, non ueniunt in reſtitutionẽ ex C.reintegrã da 3.q.1.ex ſententia Rotæ Romanæ.*

12 *Conciliatio interpretum, quomodo remedium.cap. reintegranda. 3. q. 1. nouum eſſe oſtendatur.*

13 *Remedium cap. reintegranda.3.q.1. an concedatur pro rebus laicorum, ſicque pro rebus prophanis.*

14 *Remedium C. reintegranda 3.q.1. fuit editum ut peccatũ ſpoliatoris emendetur, & corrigatur.*

15 *Extenſio in correctorijs conceditur fauore animæ.*

16 *Cap.1.3.q.1.ibi, quibuslibet, ſenſus & declaratio.*

17 *Remedium capit. Reintegranda.3.q.1. exorbitans a iuris communis diſpoſitione eſt.*

18 *Extenſio cõceditur in exorbitantibus, quæ fauorem potius, quàm odium habent.*

19 *Cap. Reintegrãda 3.q.1. in illis uerbis. deiectis Epiſcopis.declaratur.*

20 *Conſtitutiones Pontificũ, tunc laicos ligãt.cũ alias eis ex altis Cæſarũ cõſtitutionibus, peccare pmitteretur.*

21 *Bona clericorum patrimonialia fruuntur Priuilegiis clericis,conceſſis.*

22 *Remedium C. Reintegrandæ.3. q. 1.an concedatur pro rebus Hoſpitalium ſeu Xenodochiorum.*

23 Hoſpitalia, ſeu Xenodochia loca ſacra, & religioſa dicuntur.
24 Remedium. C. reintegranda. 3. q. 1. an concedatur pro rebus Confrariæ ſeu diſciplinatorum.
25 Confrariæ ſeu diſciplinatorum congregatio eſt iure licita & permiſſa.
26 Confrariæ appellatio, unde ducta.
27 Legatum factum piæ cauſæ, Confrariæ ſolui poteſt. ſed contra paulò infra.
28 Confrariæ multa opera miſericordiæ & pietatis exercent.
29 Confrarias uiſitare tenetur Epiſcopus ſed contra paulo infra.
30 Quarta ex relictis Confrarijs Epiſcopo debetur. ſed contra paulo infra.
31 Diſciplinati ſeculares ſunt & laici, ideo ſecularium exercitia tractare poſſunt, & uxores ducere, & paulo infra.
32 Diſciplinati non ſunt iuriſdictione eccleſiaſtica, & ideo ſub epiſcopo non conueniuntur.
33 Doctor & ſcholaſticus, quemadmodũ expellere poteſt fabrum ferrarium, qui impedimẽto eſt ne ſtudijs incũbat, ſic expellere poterit Diſciplinatos, cum eorum uoce impeditur.
34 Falcidia & Trebellianica detrahitur de relictis factis, confrariæ diſciplinatorum.
35 Diſciplinati quando confrariæ bona, poſſint ad libitum diſtrahere.
36 Altare & cãpanile conſtituũt locũ religioſum ſine Epiſcopi cõſecratione.
37 Religioſum unus quiſq; ad libitum conſtituit.
38 Remedium. cap. reintegranda. 3. q. 1. an concedatur commendatario ratione ſuæ commendæ.
39 Commendatarius depoſitario & commodatario ſimilis eſt.
40 Commendatarius ius & titulum habet in commenda.
41 Commẽdatarius expenſas facit, & debita perſoluit ex bonis commendæ.
42 Commendæ noſtri temporis perpetuæ ſunt & ideo de fructibus ad libitũ diſponit commendatarius.
43 Commendam reuocare & commendatarium ſpoliare quando poſſit Pontifex maximus.
44 Beneficium reuocare quando Pontifici ſit permiſſum.
45 Remedium c. Reintegranda. 3. q. 2. an concedatur Patrono eccleſiæ, qui in ea honoris cauſa ſedem & cathedram habet.
46 Patronus eccleſ. poteſt habere honoris cauſa ſedẽ & cathedrã in eccleſia.
47 Inſignia familiæ in eccleſia depicta habere poteſt eccleſiæ Patronus.
48 Inſigna familiæ, quæ honoris cauſa in eccleſia a Patrono habentur abradi ab alio non poſſunt.
49 Remedium. c. Reintegranda. 3. q. 1. an commodatario & depoſitario concedatur.
50 c. Reintegranda. 3 q. 1. in illis uerbis, eiectis & ſpoliatis, intellectus & declaratio.
51 cap. Eccleſia. 3. q. 2. ibi poſſeſſiones, uel res ſenſus & declaratio.
52 Commodatario ſpoliato iudicis officiũ conceditur.
53 Commodatarius & depoſitarius poſſidere non dicuntur rem commodatam, & depoſitam.
54 l. 1. §. Quod autẽ ait Preto. ff. de ui & ui arm. intellectus & declaratio.

R ii

55 Remedium ca. Reintegranda 3. q.1.an concedatur illi cui precario res conceſſa eſt.
56 Precario poßidens,naturalem poſſeſſionem habere dicitur.
57 Aequiparatio non eſt bona,cũ in puncto de quo agitur ſubeſt differentia.
58 Precario poßidens tunc ad poſſeßionem reintegratur,cum a tertio,non cum a domino deiicitur.
59 Remedium ca. Reintegrandæ 3.q.1.an ceßionario concedatur.
60 Ceßionario quando concedatur interdicto unde ui, uel aliud remediũ poſſeßionis recuperatorium.
61 Remedium cap.reintegrandæ 3.q.1.an poſſeſſori malæ fidei ſpoliato concedatur.
62 c. In litteris in fi.de reſtitu.ſpolia.ſenſus & intellectus.
63 Remedium cap. Reintegrandæ.3.qu.1. eſt editum principaliter ad comprimendam ſpoliatoris audaciam.
64 Remedium cap. Reintegrandæ.3.qu.1. an trãſeat in ſingularẽ ſucceſſorem.
65 Remedium cap. Reintegrandæ.3.qu.1. an uere dicatur eſſe in rẽ ſcriptum.
66 Remedia in rem ſcripta, non tranſeunt ob damnum præteritum,in ſingularem ſucceſſorem.
67 Remedium cap. Reintegrandæ.3.qu.1. an concedatur contra ſingularem ſucceſſorem.
68 Remedium Reintegrandæ datur contra poſſeſſorem ſingularem bonæ fidei, ſi eſt ſine titulo.
69 Poſſeßione antiquiori probata noua præſumitur clandeſtina.
70 Clandeſtinitatis uitium ceſſat, ſi de titulo poſſeßionis conſtet.
71 Remedium Reintegrandæ, an concedatur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bonafide,quando tamen titulus ex poſt ſuperuenit.
72 Baldus in diſputatione de ui Turbatiua col. pen. uerſic.3.modo &c. declaratur.
73 Remedium Reintegrandæ an concedatur contra ſingularem poſſeſſorem cum titulo & bonafide qui cauſam tamen a uitioſo poſſeſſore habuit.
74 Res uitio affecta non præſcribitur, nec eam Publiciana actio conceditur.
75 Publiciana conueniri an poßit, is ſucceſſor ei qui ſucceſſit, qui conueniri alias poterat.
76 l.3.§.Opus.ff.de aliena.Iud.muta.cap. fact.intellectus & declaratio.
77 Remedium Reintegrandæ an concedatur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & Bonafide,cum tamen res uitio reali eſt affecta.
78 Remedium Reintegrandæ, an concedatur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bonafide,ſed qui ſucceſſit uitioſo poſſeſſori.
79 Clandeſtinitatis uitiũ non tranſit in ſingularem bonæfidei poſſeſſorem.
80 Remedium Reintegrandæ an concedatur contra ſingularem ſucceſſorem, qui poßidet cum titulo & bonafide & cauſam habuit a bonæfidei, & titulato poſſeſſore.
81 Clandeſtinitatis uitium tollitur per titulum & bonamfidem.
82 Clandeſtinitatis uitiũ perſonale eſt.
83 Generalis diſpoſitio caſus etiam priuilegiatos comprehendit.
84 Cepit. Epiſcopi. 3. qu.1. ſenſus & intellectus.

Cap

85 *Ca.Eccleſia. 3.q.2.ſenſus et declaratio.*

86 *Vniuerſalis diſpoſitio reſtringitur de habilitate.*

87 *Remedium reintegrandæ, quomodo inſtar interdicti unde ui ſit inductũ.*

88 *Remedium reintegrandæ maius habet Priuilegiũ interdicto uti poſſidetis.*

89 *Poſſeſſionem antiquiorem probans in interdicto uti poſſidetis, non præfertur nouo poſſeſſori titulato.*

90 *Declaratio doctrinæ multorum interpretum in remedio Reintegrandæ.*

91 *l. Sine autem.§.ſi duobus.ff. de Publicia. in rem actio ſenſus & intellectus nouus multis aliorum reiectis.*

92 *Remedium Reintegrandæ eſt inductum etiam eam ob cauſam, ne ſpoliator cum peccato aliena detineat.*

93 *Remedium ca. ſæpe de reſtit.ſpolia.quo tempore editum, & quis effectũ huius cognitionis.*

94 *Conſtitutiones Regni Neapolitani prouident ſpoliato etiam contra milleſimum poſſeſſorem ſingularem cum titulo & bonafide.*

95 *Remedium reintegrandę an cõcedatur illi, qui ſuo facto et culpa amiſit poſſeſſionem.*

96 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, alteri adſcribere non debet.*

97 *Poſſeſſionem qui ſuo facto in omittendo amiſit, remedio reintegrandæ adhuc adiuuatur.*

98 *Spoliatum, qui alterum ſua culpa dicit, probare debet.*

99 *Pręſumptio una alteri efficaciori cedit*

100 *Poſſeſſionem ſua negligentia perdens quomodo remedio reintegrandæ, & quando reſtituatur.*

101 *Prælatus per ſuam negligentiam non amittit poſſeſſionem, quin eccleſia reintegrari ad eam poſſit.*

102 *Spoliatus ſuo facto iniuſte, à ſpoliatore cauſato, reſtitui debet ex remedio reintegrandæ.*

103 *Bartolus in.l.de pupillo. §. meminiſſe. n.7.de operis noui nũtia.declaratur.*

104 *Caſſiodori locus Declaratur.*

105 *Minor uel pupillus, qui admiſtratorũ facto ſua poſſeſſione ſunt ſpoliati, an adiuuentur remedio reintegrandæ, ſi effecti maiores non contradixerunt.*

106 *Tituli duo unus libri.2.Codicis ſi maior factus ratum habuerit. & libri. quinti ſi maior factus alienationẽ ſine decreto ratam habuerit, quomodo inter ſe differant nouiter explicatum, aliorum reiectis interpretationibus.*

107 *Titulus libri ſecũdi.C.ſi maior factus ratum habuerit, in qua alienationis ſpecie loquatur.*

108 *Titulus libri Quinti. C. ſi maior fact⁹ alienationẽ ſine decreto ratã habuerit: in qua alienationis ſpecie loquatur.*

109 *Perperam aliquid agere, quid ſit.*

110 *Minor non reſtituitur contra alienationem legitimè factã, ſed quæ prætextu ætatis reſcindi poteſt. ſi effectus maior debito tempore non contradixit.*

111 *Ratihabitio tribus modis fit.*

112 *Ratihabitio uerbis expreſſis, quæ.*

113 *Iulii Pauli receptarum ſententiarum locus expoſitus.*

114 *Ratihabitio tacita lapſu temporis inducitur.*

115 *Quadriennium, quod effecto maiori cõ*

ceditur ad petendam reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis præteritæ eſt utile, ideo a die ſciētię tantum incipit currere.

116 *Scientia præſumpta ſufficit ut currere incipiat quadriēnium ad petēdum reſtitutionem in integrū conceſſum.*

117 *Quadriēnium ad petendum reſtitutionem in integrum conceſſum, Papiæ incipit currere a die, quo quis pronūciatus eſt maior ex ſtatui forma.*

118 *Ratihabitio, quæ facto inducitur an expreſſa uel tacita ſit.*

119 *Soluēs ob cauſā celebrati cōtractus, il lū ratificare dicitur, & cōprobare.*

120 *Ratificat contractum minor ſi eam ob cauſam annuos fructus percipiat.*

121 *Cuniēſiū cōuētiones cōfirmauit Diuus Carolus Sabaudiæ Dux, ex redditibus annuis ab illo oppido perceptis.*

122 *Dilationem ad ſoluendum petens contractum ratum habere dicitur.*

123 *Ratum habere uenditionem dicitur, qui rei pretium ſibi ſolui poſtulat. et inibi declaratur.*

124 *Animus ita factis, ut uerbis declaratur.*

125 *Voluntas ex non facto declaratur.*

126 *l.3.§.ſcio.ff.de mino.25. annis ſenſus & intellectus.*

127 *Emptio & uenditio tres habet perfectiones.*

128 *Tempus, ſiue Principii, ſiue medii, ſiue finis, ſpectatur, ubi actus ſuam perfectionem recipit.*

129 *Maior factus ratificans alienationem factam a ſocio communium bonorū. non amplius reſtituitur.*

130 *Ioannes Cephalus Ferrarienſis iureconſ. laudatur.*

131 *Cauſa ubi eſt indiuidua. ſocius fruitur priuilegio ſocii.*

132 *Maior factus nunquam dicitur ratificaſſe, quæ geſta ſunt per dolum aduerſarii, dum minor eſſet.*

133 *Antonius Goueanus iurecōſ. laudatur*

134 *Structum quid ſit. & de ſignificatione uerbi ſtruo.*

135 *Dolus uerus, et dolus præsūptus, quis.*

136 *Minor petens reſtitui in integrū, oſtendere debet ſe læſum ſui facilitate, & dolo aduerſarii. & inibi, quomodo procedat.*

137 *Minor qui factus maior dolum in contractu ab aduerſario adhibitum nouit, ſi non contradixit, dolum remiſiſſe dicitur.*

138 *Dolus de præterito poteſt remitti.*

139 *Marcus Antonius Natta iure conſultus laudatur.*

140 *Contractus nullus ipſo iure, quomodo a facto maiori dicatur conualidari & ratificari.*

141 *Nullitas contractus in caſu tituli. ſi maior factus aliena. ſine decreto ratum habue. lib.5. Codicis. unde cauſetur. & quomodo.*

142 *Conſtitutio. l. ultimæ. C. ſi maior factus aliena. ſine decreto ratum hab. an locum habeat, cum alienatio eſt nulla defectu legitimitatis perſonæ, et ibidem quomodo res hæc intelligatur.*

143 *Decretū quid ſit in genere et in ſpecie.*

144 *Iacobus Cuiacius iureconſultus laudatur.*

145 *Decretum præcedit cauſæ cognitio, ut antecedens neceſſarium.*

146 *Minorum bona alienari, ut poſſint quàmplures ſolēnitates exiguntur, quæ inibi enumerantur.*

147 *Rolādus a Valle iurecōſult' laudatur.*

148 *Decreto alienare quid.*

149 *Alienatio rerum minoris titulo oneroſo quomodo ratificetur ſuperuenienti maiori ætate.*

150 *Ratificatio in caſu tituli.C.ſi maior factus aliena .ſine decreto &c. lib.5. Codicis quomodo alienationem confirmet. & de ratificationum ſpecie.*

151 *Ratificatio cōtractus nulliter celebrati, lapſu quinquennii a die perfectæ ætatis inducitur.*

152 *Quinquennium quod currit a die perfectæ ætatis in caſu l.ultime.C.ſi maior factus aliena. ſine decreto &c. currit etiam à die, quo quis pro maiori habetur ex ſtatuti diſpoſitione.ut Papiæ ex ſtatuto. 23 .in ciuilibus*

153 *Ratihabitio, quæ uerbis expreſſis fit, uel facto. quomodo actū cōualidet: & quando uim ſumere incipiat.*

154 *Bar.l.ab emptione nu.14. declaratur.*

155 *Ratihabitio legis & hominis maximè differunt.*

156 *Aretinus conſ.128.nu.5. declaratur.*

157 *Decretum antiquum Sabaudię & Pedemontium.lib.3 .ſub rub.de donationibus uend. & Rechatis & cetera declaratur.*

158 *Decretum Antiquum Sabaudiæ et Pedemontium lib.3.ſub rub.Quietationes factæ p minores etc.declaratur.*

159 *Minoris alienatio titulo lucratiuo nulliter facta per curſum decennii à die ætatis perfectæ coualidatur.*

160 *Donatio remuneratoria à minore nuliter facta per curſum quinquennii à die ætatis perfectæ conualidatur.*

161 *Donatio remuneratoria exigit eaſdem ſolemnitates,quas cæteræ poſtulant.*

162 *l.1.C.ſi aduerſus donatio.intellectus et declaratio.*

163 *Donatio regulariter nec cum decreto a minore celebrari poteſt.*

164 *Decretum antiquum Sabaudiæ & Pedemontium lib.3. ſub rub.de donationibus, uenditionibus &c. non habet locum in donatione remuneratoria.*

165 *Donatio propter nuptias an ſub diſpoſitione l.ult.C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratum habuerit comprehendatur.*

166 *Donatio propter nuptias an neceſſario ſit conſtituenda.*

167 *Auth.dos.data.C. de dona.ante nuptias.intellectus,ſenſus et declaratio*

168 *Nouella Iuſtiniani. 91. ut Primæ & ſecundæ dotis exactio.ſenſus & intellectus.*

169 *Mereri & commereri ſignificatio.*

170 *Beneficium neceſſario, ſed naturaliter tantum accipientem obligat.*

171 *Aliena. nulla ob interdictum à Prætore factum conualidatur tempore poſt elapſum interdicti tempus.*

172 *Statutum Papiæ 6 .in ciuilibus de eo cui bonis interdictū eſt declaratur.*

173 *Statutum Bononiæ. De eo cui interdicta eſt adminiſtratio declaratur.*

174 *Statutum Papiæ.119. In ciuilibus de modo & forma obligandi filium familias declaratur.*

175 *Conſtitutio.l.ult.C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratam hab.an locum habeat,cum ſolus tutor, uel curator rem minoris alienat.*

176 *l.ul.C.ſi ys ignorās ītellectus et ſenſus*

177 *Alienatio bonorum minoris per aduerſarii dolum facta,nec tēpore,nec*

facto conualidatur poſt perfectam minoris ætatem.

178 *Dolus ſemper cenſetur exceptus, & paulo infra declaratur.*

179 *Mala fide is contrahere dicitur, q non obſeruatis iuris ſolẽnibus cõtrahit.*

180 *Curtij Iunioris cõſ. 50. n. 6. 7. exploſũ.*

181 *Romani conſil. 54. ac nonnulla Barba. confutata.*

182 *Conſtitutio. l. ult. C. ſi maior factus aliena. ſine decreto &c. locum non habet, cum alienatio eſt ſimulata.*

183 *Simulatus cõtractus, cõtractus nõ eſt.*

184 *Alienatio bonorum minoris ſi duplici uitio laborat, nullitatis ſcilicet & læſionis, nõ conualidatur ex ratificatione iuxta titulum. C. ſi maior factus aliena. ſine decreto ratã hab.*

185 *Minor ſi effectus maior ignorauit uel dubitauit ſub qua forma olim a ſe fuerit celebratus cõtractus, nõ dicitur eũ ratũ habuiſſe, ex lapſu tpis.*

186 *Dubitans Ignoranti æquiparatur.*

187 *Conſtitutiones tit. C. ſi maior factus aliena. ſine decreto ratum hab. an hodie ob iuris Pontificii conſtitutiones abrogatæ ſint.*

188 *Ratihabitio, non præſcriptio inducitur ex curſu temporis in caſu conſtitutio. tit. C. ſi maior factus aliena. ſine decreto ratum hab.*

189 *Præſcriptio a Iure Pontificio nõ impeditur, Cum lex ciuilis certis perſonis ad certum tempus uſq; & non ultra actionem tribuit. (giẽ.*

190 *c. Qui contra reg. in 6. declaratur egre*

191 *Praxi, qua uti debet minor, cum uult poſſeſſionem rei nulliter alienatæ recuperare.*

192 *Reſpublica minori æquiparatur.*

193 *Remediũ c. reinteg. 3. q. 1. an cõcedatur pro poſſeſſione rerum mobilium.*

194 *Dictio omnis uniuerſalis eſt.*

195 *Dictio res ampliſſimæ ſignificationis.*

196 *Verbum Auſero. Oſtendit agi ibi de re mobili.*

197 *Bonorũ appellatione mobilia ueniũt.*

198 *Decretum Antiquum Sabaudiæ et Pedemontium lib. 2. ſub rub. de reſtitu ſpoliat. uult ſpoliatos re mobili eſſe reſtituendos.*

199 *Statutum Montis Regalis ſub rub. de eiectione poſſeſſio prouidet ſpoliato re mobili.*

200 *Remedium ex c. Reintegrandæ. 3. q. 1. an concedatur, pro quaſi poſſeſſione rei incorporalis.*

201 *Decretum Antiquum Sabaudiæ & Pedæmontium de reſtit. ſpolia. prouidet ſpoliato quaſi poſſeſſione rei incorporalis.*

202 *Iudicii ordo qui ſeruandus in remedio Reintegrandæ.*

203 *Iudex competens quis ſit in remedio reintegrandæ.*

204 *Iudex competens eſt ordinarius rei conuenti.*

205 *Spolians clericum an ſub Iudice eccleſiaſtico poſſit conueniri.*

206 *Eccleſia ſi priuilegium habet contra laicum iudex eccleſiaſticus contra laicum poteſt conueniri.*

207 *Sacrilegus coram eccleſiaſtico poteſt conueniri.*

208 *Qualitas tribuens Iuriſdictionem nõ eſt ab eo cognoſcenda qui ſuam Iuriſdictionẽ prætendit.*

209 *Spoliatus per uim ſub eo Iudice agere poteſt ſub cuius Iuriſdictione illata eſt uis.*

210 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere ſuper poſſeſſorio Reintegrandę rei Beneficiariæ.*

211 *Poſſeſſorij cauſa de re ſpũali, ſpiritualis nõ eſt, & paulo infra declaratur*

212 *Quæſtio facti de re ſpirituali poteſt apud laicum tractari.*

213 *c.ſ Cauſam il.2. qui filij ſint legit. ſenſus & intellectus.*

214 *c. Petimus xi.q.1. intellectus & declaratio.*

215 *Iudex laicus clericum compellere poteſt, ut depoſitum reſtituat clerico depoſitum deponenti.*

216 *Decretum Antiquum Sabaudiæ & Pedemontium de reſtit. ſpolia. declaratur.*

217 *c.ult. de Iudicijs ſenſus & intellectus.*

218 *Poſſeſsio cum proprietate nihil habet commune; ibi declaratur.*

219 *Poſſeſsionis cauſa & proprietatis connexa eſt.*

220 *Clem. Vnica de cauſa poſſeſſ. et proprie intellectus & declaratio.*

221 *Clem. unicæ de ſequeſtra. poſſeſſio. & fruct. intellectus & ſenſus.*

222 *Poſſeſsio rerum ſpiritualium nõ adquiritur niſi ex inueſtitura, ab eo qui poteſtatem habet conceſſa.*

223 *In Interdicto adipiſcendæ neceſſaria eſt cauſæ cognitio & tituli colorati demonſtratio.*

224 *Decretum Antiquum Sabaudiæ & Pedemontium ſub rub. Quod clerici Ducales nõ trahant. Ducales etiã ſubditos ad Curias &c. Declaratur.*

225 *Caſsianus Putheus Taurinenſis Senatus præſes laudatur.*

226 *Cantela qua ſolent uti in Regno Neapolitano Aduocati, ut clericos ad Laicos iudices trahant.*

227 *Citatio generalis, ut compareat is, qui ſua putat intereſſe, neminẽ arctat, ideo citatum actorem ex reo facit.*

228 *Citatur ſi ſua intereſſe putauerit, facile poteſt effugere, & uitare citationem illam.*

229 *Citatio, ſi ſua intereſſe putauerit, nihil operatur, cum certus eſt poſſeſſor, qui citari debet.*

230 *Citatio per edictum, uel ſi ſua intereſſe putauerit præſumptam ſcientiam tantum inducit.*

231 *Citatus per edictum iure ſuo non poteſt priuari.*

232 *Citatus ſub illa forma, ſi ſua intereſſe putauerit, poterit allegare fori priuilegium et petere ſe remitti coram ſuo Iudice.*

233 *Citatio generalis, ſi ſua intereſſe putauerit nõ prodeſt, cũ de transferẽda poſſeſsione de uno in alterũ agitur.*

234 *Petri Calæfati declaratio, & doctrina exploſa.*

235 *In interdicto adipiſcendæ. Laicus de poſſeſsione rei Beneficiariæ maximè inter clericos non cognoſcit.*

236 *Iudicium reintegrandæ ſummarie tractari debet.*

237 *Decretum antiquum Sabaudiæ & Pedemontium. De reſtitu. ſpolia. uult. cauſas ſpolij eſſe ſummarie tractandas.*

238 *Poſſeſſoriæ cauſæ omnes ſummarie tractandæ ſunt.*

239 *Libellus porrigendus an ſit, in remedio reintegrandæ.*

240 *Libellus porrigendus non eſt, cum ſummarie cauſa eſt tractanda alii contra paulo infra*

241 *Conciliatio authoris, in ea controuerſia, an in cauſis ſummarie tractandis neceſſario libellus porrigẽdus ſit*

242 *Libellus in cauſis, quæ coram Prætoribus uillarum tractari ſolent, non exigitur.*

243 *Petitio in quauis cauſa etiam ſummarie tractanda neceſſaria eſt.*

244 *Libellus non eſt neceſſarius in Patria Sabaudienſi & Pedemontana cum ſpoliatus ſe reſtitui petit. idq. ex antiquo decreto.*

245 *Capitula libelli, & petitionis loco aliquando ſunt.*

246 *Libellus in cauſa ſpoliationis non eſt neceſſarius Papię, ex ſtatuto. 54. In ciuilibus.*

247 *Concluſio libelli in remedio reintegrãdæ qualis eſſe debeat.*

248 *Concluſio ſola libelli ſpectanda eſt.*

249 *Concluſio libelli non ſpectatur, cum actio generalis concurrit cũ ſpeciali*

250 *Concluſio non attenditur ſed narratio in libello attenditur ob clauſulam, ius & iuſtitiam fieri.*

251 *Clauſula ius et iuſtitiã &c. nihil operatur ſi reſultat in libello contrarietas.*

252 *Petitorium & Poſſeſſorium iudicia diuerſa, non contraria ſunt inter ſe.*

253 *Litis conteſtatio neceſſaria eſt in remedio reintegrandæ.*

254 *Litis conteſtatio in quouis poſſeſſorio iudicio eſt neceſſaria.*

255 *Litis conteſtatio neceſſaria non eſt in Sabaudienſi, & Pedemontana regione, qui ut ſpoliatus agit ex decreto antiquo de reſtit. ſpolia.*

256 *Litis conteſtatio neceſſaria nõ eſt. ubi nec libellus exigitur.*

257 *Decretum Antiquum Sabaudiæ & Pedemontiũ de reſtitutiõe ſpoliatorũ, ĩ qua ſpoliatiõis ſpecie loquatur.*

258 *Litis cõteſtatio ĩ notorijs nõ exigitur.*

259 *Citatio in notorijs ſpernitur.*

260 *Notoria non poſtulant ordinem nec ſolemnia Iudicij.*

261 *Notoriũ dicitur, quod celari nõ põt.*

262 *Fruſtra lex, & diſpoſitio operari non debet.*

263 *Interpretatio ſumitur, ne fruſtra actus ſit factus etiam in his caſibus, qui ſtrictam interpretationem ſolam admittunt.*

264 *Notoria ab onere probandi releuant.*

265 *Notorium efficitur, quod coram duobus, uel tribus teſtibus fit.*

266 *Litis conteſtatio non exigitur cum Iudex ex officio procedit.*

267 *Litis conteſtatio neceſſaria non eſt, cũ ſpoliatus agit Papiæ & illius ciuitatis ſtatuto 54. in ciuilibus. ut tanquam ſpoliatus reſtituatur.*

268 *Statutum iuris communis correctorium minus corrigere debet, quam ſit poſſibile.*

269 *Tempus ſpoliationis factæ, an libello quo remedio reintegrandę agitur deſcribi debeat.*

270 *Remedium reintegrandæ infamiam non irrogat.*

271 *Tempus ſpoliationis de iure Pontificio non deſcribitur in libello.*

272 *Legitimatio perſonarum an exigatur in iudicio reintegrandæ poſſeſſionis*

273 *Legitimatio perſonarum exigitur in quouis iudicio ſummario.*

274 *Filius familias ſine patris conſenſu, an in ſummario iudicio eſſe poſſit et paulò infra.*

275 Filius familias ſine patris cõſenſu, an in iudicio reintegrandæ poſſeſſionis eſſe poſſit.
276 Argumentum de contractibus ad iudicia ualet et quãdo īfra paulò poſt.
277 Argumentum de ultimis uolũtatibus ad iudicia ualet & quando infra paulò poſt.
278 Filius familias ſine patris conſenſu nõ poteſt donare cauſa mortis.
279 Filius familias ſine patris conſenſu poteſt donare bona caſtrenſia.
280 Filius aduerſus patrem litem exercere non poteſt.
281 Filius qua ratione impediatur litem contra patrem habere.
282 Filius contra patrem litem habere poteſt ſuper Caſtrenſi peculio.
283 Filius contra patrem litem habere poteſt ſuper bonis aduentitijs cũ uſusfructus patri non requiritur.
284 Filius contra patrem litem habere poteſt ſi pater proprietatẽ ex qua fructus percipit euertit & dilapidat.
285 Patria poteſtas in ſeptem conſiſtit.
286 Remedium reintegrandæ, an iudicium momentaneum contineat.
287 Baldus Peruſinus nullum iuris locum ignorauit.
288 Baldi authoritas maxima in cauſis diffiniendis.
289 Baldi authoritatem ſi ſequatur Iudex irreprehenſibilis dicitur.
290 Baldi ingenium admiratus eſt aliquando Bartolus.
291 Baldus ſibi ut plurimum parum conſtãs præſertim cũ de iure reſpõderet
292 Baldi cerebrum ut auis in aere uolitare conſueuit.
293 l.1.C. ſi per uim uel alio modo declaratur.
294 l.ultima. C. qui legitimam perſonam hab.ſtandi in iudicio intellectus & ſenſus.
295 Filius familias ſtare poteſt in Iudicio ſine patris cõſenſu in illis caſibus, in quibus ſtare põt minor ſine curatore.
296 Minor ſine curatoris authoritate recuperare poteſt poſſeſſionem.
297 Patris conſenſus in iudicio à filio familias agitando de iure poſitiuo exigitur.
298 Filius familias regulariter illegitimã habet perſonam ſtandi in Iudicio ſine patris conſenſu.
299 Filius lege naturæ,et ciuili,ſub patria poteſtate eſt.
300 Patria poteſtas maioris roboris eſt in filios,quàm Domini in ſeruos.
301 Pater ius uitæ et necis in filium ex Romuli lege accepit.
302 Numa Pompilius Patriam poteſtatem coarctauit.
303 l.2.C. de Patribus, qui filios diſtraxe. remiſſiue declaratur.
304 Filius familias ratione Caſtrenſis peculii ſub Patris poteſtate non eſt.
305 Bartoli doctrina.in.l.ult.§. neceſſitate nu.2. C. de bonis quæ liberis, confutata.
306 l.tam ex contractibus.ff. de Iudiciis, ſenſus.
307 Filiusfamilias, cum ut alterius procurator in Iudicio agit, patris conſenſus non exigitur.
308 l.Noxali.ff.de noxa.actio. exponitur.
309 l.Vltimæ.§.1. uerſiculo neceſſitate. C. de bonis quæ liberis.intellectus, & ſenſus genuinus, communi aliorum exploſo.

duntur & denegantur.

338 Spiritualis quæſtio, quæ incidenter tractatur in cauſa temporali ad Iudicem eccleſiaſticum remittẽda eſt.

339 Remiſſoriæ per fraudem et calumniã petitæ concedi nullo modo debent.

340 Cautela, qua uti debet Iudex, cũ per calumniam conuentus petit remiſſorias ad ſuum Iudicem.

341 Conſilium, quo uti poteſt Iudex, cum negat uelle cõcedere remiſſorias per fraudem petitas.

342 Probationibus claris, cũ negat deferre Iudex, quo uti debeat conſilio ne in ſyndicatu moleſtia poßit affici.

343 Teſtiũ trepidatio, uultus mutatio & cætera ſimilia apud acta ſcribi dbẽt

344 Remißio examinationis teſtiũ regulariter alteri concedi non debet.

345 Probatiões Iudici. cauſæ faciẽdæ ſunt

346 Remisſio ad examinandum teſtes in remotis regionibus cõcedi debet.

347 Decretum nouum Sabaudiæ & Pedemontium in tit. Delle eſſaminationi, declaratur.

348 Remißio ad examinandum teſtes in remotis Regionibus conceditur etiã cum agitur Remedio attentatorum.

349 Remisſio ad examinandum teſtes etiã in cauſa ſpoliationis non cõceditur, cum per fraudem petitur.

350 Teſtium interrogatio & examinatio actuario committi poteſt & ſolet per Iudices.

351 Decretum nouum Sabaudiæ & Pedemontium in titulo. Delle examinationi, declaratur.

352 Impedimentum, ob quod Iudex committit teſtium interrogatio. actuario ex forma Noui Decreti Sabaudiæ, & Pedemontium, ſatis probatur ex ſola Iudicis aſſertione et paulò infra declaratur.

353 Præſumptio una alteram infirmiorẽ tollit.

354 Veriſimile quod non eſt falſi ſpeciem habet.

355 Iudici aſſertioni creditur, cum ueriſimilis aliqua ratio concurrit.

356 Probationes recipi poſſunt contra Iudicis aſſertionem.

357 Probationes recipi poſſunt contra iuratam aſſertionem damnum paſſi iuxta ſtatuti diſpoſitionem.

358 Remisſio examinationis teſtiũ in cauſis Criminalibus maxima cum difficultate ſolet concedi.

359 Remisſio examinationis teſtium concedi ſolet in cauſis Criminalibus, cũ teſtes ſunt perſonæ egregiæ, & in dignitate poſitæ.

360 Iuramentũ quod egregiæ perſonæ præſtatur ad illius domum deferendũ eſt, & iſtic recipiendum.

361 Remisſio examinationis teſtium conceditur etiam in cauſa Criminali, cũ per uiam exceptionis agitur.

362 Remisſio examinationis teſtium conceditur etiam in cauſis Criminalibus cum teſtes ſunt extra Prouinciam.

363 Poſſeſſorii reintegrandæ & Petitorii cauſa ex reſcripto ſimul commiſſa an iudex ad libitum poſſit ſuper ſolo poſſeſſorio procedere.

364 Poſſeſſorii cauſa neceſſarium antecedens ad cauſam petitorii.

365 Poſſeſio transfert probandi onus in aduerſarium.

366 Poſſeſſorii cauſa ratione ordinis ante cauſam Petitorii tractanda eſt.

367 *Petitorium abſorbet poſſeſſorium.*

368 *Iudex delegatus in cauſa proprietatis ſimpliciter non taxatiue ſuper cã etiam Poſſeſſorij cognoſcere poteſt.*

369 *Poſſeſſorij & Petitorij cauſa cognoſci poteſt ab eodem delegato ſi reſcriptum ſit generale.*

370 *Poſſeſſorii & Petitorij cauſa tractari ſimul ab eodem Iudice poteſt partibus conſentientibus.*

371 *Petitorii cauſa reiecta Poſſeſſoria a Principe committi poteſt.*

372 *Princeps poſſeſſionem tollere poteſt.*

373 *Signatura ſola an probet commiſsionem cauſæ Poſſeſſoriæ in Remedio Reintegrandæ.*

374 *Regula Cancellariæ. De non iudicando ſecundum tenorem ſupplicationis &c. an impediat commiſſionem cauſæ poſſeſſoriæ per ſolã ſignaturã.*

375 *Signatura ſola quando ſufficiat in cauſa poſſeſſoria.*

376 *Signatura ſola an ſufficiat in commiſſione cauſæ poſſeſſoriæ, ſtante regula Cancellariæ.29.Quod Commiſſiones cauſarum & ſucceſſus &c.*

377 *Literæ Iuſtitiæ nullum tribuunt ius nouum in quouis caſu.*

378 *Literæ Gratiæ ius tribuunt.*

379 *Remedium Reintegrandæ, cum interdicto unde ui, Cumulari an poſsit.*

380 *Remedia plura ubi competunt, unum eligi debet.*

381 *Petitorium intentatum omitti an poſſit, & ad remedium Reintegrandæ reuerti.*

382 *Clem. unicæ. de cauſa poſſeſsio. & propriè ſenſus, & declaratio.*

383 *Remedio Reintegraudæ agẽs, quæ probare teneatur.*

384 *Poſſeſsione antiquiori probata, noua præſumitur clandeſtina.*

385 *Negligentia non præſumitur.*

386 *Poſſeſsionem antiquam probare ſufficit, & allegare poſſeſsionẽ tempore ſpoliationis cum remedio Reintegrãdæ agitur.*

387 *Poſsidere hodie præſumitur, qui & olim, & inibi una interpretum reſtrictione reiecta.*

388 *Delictum præſumitur, cum actus à iure prohibitus Celebratur.*

389 *Poſſeſſor antiquior præfertur.*

390 *Præſumpta poſſeſsio à noua naturali tollitur.*

391 *Ciuilis poſſeſsio ſufficit, ut ſua ſponte is poſſeſſor naturalem ingrediatur.*

392 *Dictio Tunc tẽporis demonſtratus eſt.*

393 *Statut. Papiæ.54.In ciuilibus, ibi uel ab eius prædeceſſore tũc declaratur.*

394 *Probatio clara in Criminal. exigitur.*

395 *l. Vltima.C.de probatio. intelligitur, cum de pœna corporali, non cum de pecuniaria agitur.*

396 *Ca. Cum eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſsio. & propriè declaratur, & exponitur.*

397 *Remedio Reintegrandæ agens uiolentiam probare minimè habet.*

398 *Poſſeſsionem antiquam probare ſufficit in cauſa ſpoliationis, etiam ſi ſtatutum ueram exigat probationem.*

399 *Statutum Papiæ.54.in illis uerbis, uere poſsidebatur in præſumptiua probatione uerificatur.*

400 *Præſumptio Iuris liquidisſima probatio eſt, & inibi quomodo procedat.*

401 *Statutum Papię 31.In Criminalibus in p̃ſumptiua p̃batione uerificatur.*

402 *Remedio Reintegrãdæ agens aduerſus*

titulo poſſidentem deducere debet, illius noui poſſeſſoris poſſeſſionẽ clandeſtinam eſſe.
403 Allegare non ſufficit niſi probetur.
404 Clandeſtinam poſſeſſionẽ allegans probare debet.
405 Clandeſtinitatis uitium non cadit in titulo poſſidentem.
406 Poſſidens olim mobilia non præſumitur hodie poſſidere.
407 Poſſeſſionem antiquam non ſufficit probare in Beneficialibus.
408 Probationes in Remedio Reintegrandæ quales eſſe debeant.
409 Poſſeſſionis maximum eſt cõmodum.
410 Poſſeſsio antiqua an unius teſtimonio ſufficiat probare, cum Reintegrandæ remedio agitur.
411 Poſſeſsio in omnibus cauſis poſſeſſoriis an unius teſtimonio ſufficiat ꝓbare.
412 Poſſeſsio per ſolam famam probatur. Cum Reintegrandæ remedio agitur.
413 Poſſeſsio unius teſtimonio ꝓbatur, cũ de ſummariiſsimo poſſeſſorio agitur
414 Statutum Papiæ 54. In ciuilibus rectè exigit legitimas probationes in cauſa ſpoliationis.
415 Præſcriptionis exceptio obiici an poſſit contra agentem Remedio Reintegrandæ.
416 Præſcriptionis exceptionem obiicere non poteſt ſpoliator primus, cum mala fide poſſidet.
417 Præſcriptio immemorialis tẽporis, ob malam fide non currit Iure Pontificio Impediente.
418 Præſcriptio cum bona fide, uel cum mala pſumpta tamẽ ſpacio. 30. annorũ currit. ideoq; poſſeſſor eam obiicere poterit agenti remed. Reintegrãdæ.
419 Condictio ex lege 30. annorum præſcriptione tollitur.
420 Theodorici Regis reſponſum. ex Caſſiodoro.
421 Pyctacium quid.
422 Cap. Reintegranda 3. q. 1. in illis uerbis. quacunque conditione temporis &c. declaratur.
423 Præſcriptionis exceptio, quam ob cauſam obiiciatur ſpoliato agenti.
424 Cap. ulti. de Præſcriptio. declaratur.
425 Poſſeſſor cum titulo & bona fide præſcriptionis exceptionẽ obiicere poterit contra agentem remedio Reintegrandæ. & quanti temporis.
426 Poſſeſsio per negligentiã decem annorum perditur.
427 Poſſeſsio rerum eccleſiæ ſolum ſpacio annorum 40. tollitur.
428 Præſcriptio Centenaria ſola currit cõtra bona Cameræ Principis.
429 Reſtitutio in integrum eccleſię non conceditur aduerſus præſcriptionẽ contra eam decurſam.
430 Regula Cancellariæ de Annali, et De. Triennali Poſſeſſore tuetur ſpoliatorem, dummodo uiolentus non ſit.
431 Regulæ Cancellariæ. De Annali, & De Triennali poſſeſſore inſtar præſcriptionis inductæ ſunt.
432 Poſsidens per annũ apud Gallos defenditur contra agentem, ut ſpoliatũ,
433 Remedio Reintegrandæ agentis obiici poteſt exceptio, qua concludatur eũ non poſsidere, nec poſsidere potuiſſe.
434 Spoliato agenti ſe poſſeſsione Beneficii ſpoliatum eſſe obiici poteſt exceptio, eum Laicum eſſe.
435 Vxorem recuperanti tanquam ſpoliatus obiici poteſt, eum eſſe Clericum, & Monachum.

436 Exceptio incapacitatis contra agentem remedio reintegrandæ, ut reſtituatur ad poſſeſſionem beneficij obiici poteſt.
437 Exceptio, Clerico agenti reſtitui poſſeſſioni Beneficij non eſſe touſuratũ poteſt obijci.
438 Exceptio, non promotionis intra annũ contra agentem reſtitui ad poſſeſſionem Parochialis & curatæ obijci poteſt.
439 Exceptio, quod agens ut Beneficio ſpoliatus, illud per ſolam ſignaturam ſit aſſecutus & hactenus cum ſola ſignatura poſſiderit obijci poteſt.
440 Beneficia retineri nõ poſſunt cũ ſola ſignatura, ſed Bullæ neceſſariæ ſunt.
441 Exceptio Idiomatis obijci poteſt cõtra ſpoliatum agentem, ut reſtituatur ad poſſeſſionem Beneficij,
442 Exceptio Aetatis obijci poteſt cõtra agentem ad recuperationem poſſeſſionis Beneficij.
443 Exceptio Reſeruationis ſpecialis obijci an poſſit contra agentem reintegrari ad poſſeſſionem Beneficii.
444 Reſeruatio titulũ inficit & annullat.
445 Fructus ſuos non facit poſſeſſor Beneficii reſeruati.
446 Reſeruationis Decretum poſſeſſionem diſcolorat.
447 Reſeruatio an Poſſeſſionem annullet.
448 Poſſeſſio exactu nullo transfertur.
449 Actus Principalis ubi eſt nullus, ſic & quæ ab eo dependent.
450 Poſſeſſio in Beneficialibus ſine iure aliquo haberi poteſt.
451 l.1.§. ſi uir.ff.de adqu.poſſ. in Beneficialibus locum non habet.
452 l.1.§.ſi uir.ff.de adq.poſſe. declaratur multipliciter.
453 Reſeruationis exceptio debet eſſe probata cum obiicitur.
454 Reſeruatio ꝑ teſtes quãdo ꝓbari poſſit.
455 Spoliato lite pendẽte obiici non poteſt reſeruationis exceptio.
456 Reſeruationis exceptio obijci nõ poteſt contra agentem reintegrandæ, quando Reſeruatio eſt ſuper incerto Beneficio.
457 Reſeruationis exceptio Triennali poſſeſſori obijci non poteſt.
458 Remedio Reintegrandæ agens in Beneficialibus, an ſuæ poſſeſſionis titulũ Iuſtificare teneatur.
459 Beneficiatus non dicitur Beneficii Dominus, ſed adminiſtrator.
460 Spoliatus agens reintegrari ad poſſeſſionem Beneficii titulum iuſtificare debet inſtante Iudice.
461 Triennali poſſeſſor non cogitur de titulo docere, cum ut ſpoliatus agit reintegrari.
462 Remedio attentatorum agens titulum Iuſtificare non cogitur.
463 Titulum coloratum ſufficit oſtendere agenti remedio reintegrandæ ad ſuam poſſeſſionem Iuſtificãdam in Beneficialibus.
464 Intruſio titulũ et poſſeſſionẽ annullat
465 Signatura ſola an ad tituli Iuſtificationem ſufficiat.
466 Titulus uere & plene iuſtificãdus eſt, cum Præſumptio eſt contra agentẽ reintegrandæ.
467 Spoliatus Beneficiis incompatibilibus non reſtituitur.
468 Beneficiorum incompatibilibus facit ut titulus cenſeatur non titulus.
469 Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio an ſine titulo

tulo haberi poſſit.

470 Beneficiorum iura quomodo cum feudorum iuribus conueniant.

471 Remedio Reintegrandæ agenti quando obijci poſſit Domini exceptio.

472 Exceptio Dominij ipſius agentis remedio reintegrãdę ab eo obijci an poſſit

473 Exceptionem dominij proprij agẽs remedio Reintegrandæ deducere & allegare an debeat.

474 l.ult.C.unde ui,exponitur & declaratur.

475 Pauli de Caſtro exploſa conſultatio.

476 Paulus de Caſtro laudatus, uitium tamen illius unum improbatum.

477 Exceptio Dominij obijci an poſſit,cum in cauſis proceditur ſummarie:& ſola facti ueritate inſpecta.ut ex Decretis Sabaudiæ.

478 Actionis Cumulatio in hac regione Pedemontium non conceditur, cum in cauſis procedatur,Summariè,& ſola facti ueritate inſpecta.

479 Spoliator una cum poſſeſſione cui inſiſtit,dominij cauſam allegare poteſt.

480 Remedium,l.ult.C.de Edicto Diui Adria.tollen.eſt adipiſcendæ & illi poteſt obijci dominij exceptio.

481 Exceptio dominij an reijciatur, cum allegatur poſſeſsio conuenti clandeſtina reſpectu propriæ.

482 Poſſeſſor rei ſuæ conuentus ut ſpoliator, ſe tueri non poteſt,ſi cum uitio poſſeſſionem eſt adeptus,

483 Cap.ſæpe.De reſtitu.ſpolia.declaratur.

484 Remedio reintegrandæ conuẽtus,an in iudicio nominare poſsit eũ cuius nomine poſsidet.

485 Nominatio ita in Iudicio poſſeſſorio, ut in petitorio conceditur.

486 Statutum Papiæ. In ciuilibus. Sub Rubrica. Quod nominans Dominum in Iudicio &c.declaratur.

487 Nominatio non conceditur conuento, qui cum uitio eſt, & pro poſſeſſore habetur.

488 Nominatio etſi conuento, qui pro poſſeſſore habetur noceat,nõ tamẽ uero poſſeſſori abſenti detrimentũ adfert.

489 Statutum Papiæ. Quod nominans dominum in Iudicio &c. declaratur. & egregiè exponitur.

490 Nominatio non admittitur,ſi iam conuentus tẽpore litis conteſtatæ ſe poſſeſſorem uerum affirmauit.

491 Noĩationis exceptio declinatoria eſt.

492 Statutum Papiæ.Quod nominans Dominum in Iudicio &c.expreſſe uult nominationem ante litem conteſtatam fieri debere.

493 Verba Nõ aliter,nec alio modo,annullatiua ſunt.

494 Nominatio,quæ per calumniam fit reijcitur.

495 Poſſidere proprio nomine,qui poſsidet præſumitur.

496 Nominans admittitur ad probandum ſe nomine alieno poſsidere, cum alias eius iuramento non creditur.

497 Nominantis aſſertioni, ſe alieno poſsidere nomine, quomodo credendum.

498 Statuto ſi cautum ſit alicuius dicto & aſſertioni ſtandum eſſe intelligitur, dummodo is iuret.

499 Remedio Reintegrandæ conuentus, an impenſarum, ſeu melioramentorum exceptionem obijcere poſsit.

500 Melioramenta neceſſaria,ſeu impenſæ quæ.

501 Melioramenta neceſſaria,ſua facit poſ

ſeſſor bonæfidei, & cum titulo.
502 Melioramenta neceſſaria deducit Emphiteota et Vaſſallus, finito feudo, & Emphiteoſi.
503 Melioramenta perdit Emphiteota, et Vaſſallus, ſi ob ſuum delictum Emphiteoſis & feudũ ab eis aufertur.
504 Melioramenta non deducit Emphiteota, & Vaſſallus finito Emphiteoſi, & feudo, cum pacto ita eſſet conuentum.
505 Melioramenta finita Emphiteoſi & feudo quomodo æſtimãda remiſſiuè
506 Melioramenta facta in feudo tranſeunt, ad fœminas, quæ alias a feudi ſucceſſione prohibentur.
507 Melioramẽta neceſſaria facta in re fidæicõmiſſo ſuppoſita detrahuntur.
508 l. ultima. §. emptor. C. communia de fideicõ. intellectus et ſenſus genuinus.
509 Melioramẽta neceſſaria ab amico Beneficio poſſeſſoris facta, deduci ab ipſo poſſeſſore poſſunt.
510 Contemplatione mea factum, a me factum dicitur.
511 Melioramenta neceſſaria ubi perierunt. Conſequitur poſſeſſor bonæfidei æſtimationem.
512 Melioramentorum neceſſariorum ęſtimatio adhuc bonęfidei poſſeßor conſequitur, ſi res meliorata perit. ibidem tamen declaratur.
513 Melioramenta ſeu impenſæ neceſſarię cauſa fructuum colligendorum, a poſſeſſore bonęfidei nõ deducuntur.
514 Melioramenta neceſſaria deducit etiam Malefidei poſſeſſor.
515 l. 1. C. de Infant. expoſit. intellectus et ſenſus uerus.
516 l. Dominum in fine. C. de rei uend. ſenſus & intellectus.
517 Meliorationes, ſeu impenſas utiles, an deducat poſſeſſor bonęfidei cũ titulo
518 Plumbare quid ſit.
519 Meliorationes utiles factas a bonæfidei poſſeſſore cũ titulo cauſa colligẽdorum fructuum adhuc deducũtur, ſi nondum collecti ſunt fructus.
520 Meliorationes utiles deducit poſſeſſor cum titulo & bonafide etiam perempta re meliorata. ibidem tamen declaratur.
521 l. Vtiq. ff. de rei uendica. exponitur.
522 Meliorationes utiles deducit poſſeſſor bonæfidei & cum titulo, etiam ſi fundus minoris ſit.
523 Melioramentorum utilium ſolutionẽ non conſequitur poſſeſſor cum titulo & bonafide, ſi rei dominus ita ẽ pauper, ut ſoluere non poſſit.
524 Melioramenta utilia a poſſeſſore cũ titulo & bonafide poſſunt auferri, ſi rei dominus ob inopiam æſtimationem ſoluere non poteſt.
525 Meliorationes utiles non deducit poſſeſſor bonæfidei & cum titulo, cum per ferruminationẽ illæ factæ ſunt.
526 Ferruminare quid ſit, & ferruminatio.
527 l. poſteaquam fundi poſſeſſor. ff. de rei uendi. ſenſus & declaratio.
528 l. Sinautem §. ulti. ff. de rei uenditio. ſenſus & intellectus.
529 Meliorationes utiles deducit colonus, & ſi illas inſcio domino fecerit.
530 Meliorationes ſeu impenſas uoluptuarias quomodo deducat poſſeſſor bonæfidei & cum titulo.
531 Meliorationes uoluptuarias nõ abradit poſſeſſor bonæfidei et cum titu-

lo, cum dominus illarum æſtimationem offert, etiam aliter inter eos conuentum foret.

532 *Melioramẽtorum uoluptuariorũ æſtimatio ſoluenda eſt omnino poſſeſſori bonęfidei & cũ titulo, cum alias dominus ita facturus fuiſſet.*

533 *Meliorationes uoluptuarię, in re deſtinata uẽdi, factæ, a Domino ſolui debent poſſeſſori bonefidei et titulato.*

534 *Promercalis res quæ.*

535 *Meliorationes uoluptuarias in re dotali factas non abradit, nec æſtimationem conſequitur poſſeſſor cum titulo & bonafide.*

536 *Meliorationes uoluptuarias in re minoris factas, non abradit, nec æſtimationem conſequitur poſſeſſor bonæfidei cum titulo.*

537 *Meliorationes neceſſarias deducit poſſeſſor malæfidei & ſine titulo.*

538 *Meliorationes neceſſarias nõ deducit fur, & ibidem declaratur.*

539 *Melioramenta neceſſaria non deducit poſſeſſor malæfidei, ſi ex eis dominus locupletior non eſt effectus.*

540 *Melioramenta utilia regulariter non deducit malæfidei poſſeſſor, ut æſtimationem conſequatur.*

541 *Melioramenta utilia per detractionem illã conſequi poteſt malæfidei poſſeſſor.*

542 *Melioramenta non detrahit nec æſtimationem cõſequitur malæfidei poſſeſſor. ſi res meliorata periјt.*

543 *Melioramenta cum deducit malæfidei poſſeſſor, an iudicis officio, uel per doli exceptionem illud eueniat.*

544 *Melioramenta uoluptuaria regulariter non deducit malæfidei poſſeſſor.*

545 *Melioramenta uoluptiaria malæfidei poſſeſſor tunc detrahit, ſi ſine detrimento rei effici id poteſt.*

546 *Melioramenta quomodo deducat poſſeſſor, qui a principio fuit bonæfidei, & ex poſt malæfidei.*

547 *Melioramenta quomodo deducat poſſeſſor a principio malæfides, & ex poſt bonæfidei.*

548 *Melioramenta quomodo deducat poſſeſſor nec bonæ nec malæfidei.*

549 *Dubitans nec in bona, nec in malafide dicitur.*

550 *Melioramenta neceſſaria deducunt detentatores, ut colonus. Commodatarius. Depoſitarius.*

551 *Melioramenta neceſſaria deducũt colonus & emphyteota etiam ſi ob non ſolutam penſionem fuerint expulſi.*

552 *Melioramenta modicæ impenſæ etiã ſi neceſſaria ſint, non deducunt colonus & emphyteota, & commodatarius, & ſimiles.*

553 *Melioramenta neceſſaria maximę impenſæ non deducunt, Colonus, Emphyteota, cõmodatarius, & ſimiles.*

554 *Melioramenta utilia non deducit detentator, ut colonus, emphyteota, & ſimiles.*

555 *Melioramenta utilia non abradit detentator ut colonus, & ſimiles.*

556 *Melioramenta uoluptuaria non deducit nec abradit detentator, ut colonus & ſimiles.*

557 *Melioramentorum æſtimatio fieri debet ſecundum tempus reſtitutionis rei.*

558 *l. Domos. ff. de legatis primo intellectus, & declaratio, & de illius litera priſtino nitori reſtituta.*
559 *Antonius Auguſtinus Hiſpanus laudatur.*
560 *Caroli Molinęi & Alex. rationes multæ euerſæ.*
561 *c.1.§.ſi uaſſallus. Hic finitur lex, deinde incipiunt conſuet. intellectus, & ſenſus.*
562 *Feudorum iura a Barbaris condita. & compilata.*
563 *Conſuetudo dicitur eſſe localis.*
564 *l. Et in totum. ff. de impenſ. in rebus dota. factis exponitur.*
565 *l. ubi pure. §. ult. & l. mulier. §. ſed. n. intellectus & declaratio.*
566 *Maritus rei dotalis dominus irreuocabiliter non eſt.*
567 *Melioramenta a ſe facta uel a ſuo prædeceſſore probare debet poſſeſſor, cũ illa uult detrahere.*
568 *Remedio reintegrandæ agenti quando non poſſit obijci exceptio deductionis melioramentorum & paulo infra declaratur.*
569 *Melioramentorum exceptio non retardat ſententiæ executionem, aliter paulo infra.*
570 *Fideiuſſor, an dari poſſit de ſoluendis melioramentis facta liquidatione, cum executione ſententiæ agitur.*
571 *Melioramentorum exceptio, non retardat executionem ſententiæ, quando aliàs periculum in procraſtinatione ſubeſſet.*
572 *Melioramentorum exceptio, ſententiæ executionẽ nõ retardat, quãdo aliàs nõ ſubeſſent probationes paratæ.*
573 *Remedio reintegrandæ agens, quõ poſſit allegare fructus perceptos cũ cõpenſandos eſſe, cum melioramentis.*
574 *Fructus dicuntur deductis impenſis.*
575 *Impenſæ cauſa colligẽdorum fructuũ a Prædone & quouis malæfidei poſſeſſore deducuntur.*
576 *Fructuum triplicem ſpeciem, alij duas alij quatuor eſſe dicunt.*
577 *Fructus naturales qui.*
578 *Fructus naturales ſuos facit poſſeſſor bonæfidei, cum titulo.*
579 *Meum eſt, quod ex re mea prouenit.*
580 *Fructus naturales, quõ ſuos faciat bonæfidei poſſeſſor ſine titulo, uel cũ titulo, inualido tamen.*
581 *l. Fructus percipiendo. ff. de uſuris & l. bonæfidei in prin. de adquire. rerũ domi. cõciliatę, et nouo ſẽſu illuſtratę*
582 *Fructus naturales iam conſumptos ſuos facit bonefidei poſſeſſor cũ titulo.*
583 *l. Sequitur. § lana. ff. de uſuca. ſenſus & declaratio.*
584 *l. Fructus. ff. de uſuris declaratio ex Goueano. &c.*
585 *Fructus naturales iam conſumptos ſuos non facit Bonæfidei poſſeſſor cum titulo, ſi ex eis ſit factus locupletior*
586 *Locupletior an in dubio quis cẽſcatur factus, cum fructus conſumpti reperiuntur.*
587 *Angelus Peruſinus laudatur.*
588 *Fructus naturales, quomodo poſſeſſor faciat per lapſum Triennij.*
589 *Fructus naturales, ut uſucapiat bonæ fidei poſſeſſor probare debet, ſe per triennium antequã conſumeret poſſediſſe.*
590 *Fructus naturales ſuos non facit malæfidei poſſeſſor.*
591 *Fructus naturales ſuos non facit male*

fidei

fidei poſſeſſor, etiamſi per triẽnium illos poſſideat.

591 *Fructus naturales quõ ſuos faciat is poſſeſſor, qui ab initio fuit bonæfidei & ex poſt malè, & è contra.*

592 *Fructus Induſtriales, qui cenſeantur.*

593 *Fructus Induſtriales ſuos facit poſſeſſor bonæfidei, ſine titulo.*

594 *Fructus induſtriales cõſumptos nõ tenetur, nec etiam quoad æſtimationẽ reſtituere poſſeſſor bonæfi. ſine titu.*

595 *Fructus induſtriales extantes tempore litis conteſtatæ reſtituit poſſeſſor bonæfidei ſine titulo.*

596 *Fructus induſtriales conſumpti poſt litem conteſtatam reſtituit poſſeſſor bonæfidei ſine titulo.*

597 *Fructus induſtriales quouis tempore malafide conſumpti reſtituit poſſeſſor bonæfidei ſine titulo.*

598 *Fructus induſtriales conſumptos ante litem conteſtatam reſtituit bonæfidei poſſeſſor ſi ex eis ſit factus locupletior, tam in iudicijs uniuerſalibus, quam ſingularibus.*

599 *Fructuum ualor & æſtimatio conſideratur habita relatione ad tempus perceptionis.*

600 *Fructus induſtriales reſtituendi cum melioramentis compenſantur.*

601 *Fructus induſtriales ſuos non facit malæfidei poſſeſſor.*

602 *Fructus induſtriales etiã conſumptos ſuos non facit malæfidei poſſeſſor.*

603 *Fructus induſtriales ſuos nõ facit malæfidei poſſeſſor, qui poſſeſſori bonæfidei ſucceſſit.*

604 *Fructus induſtriales etiam turpiter perceptos ſuos non facit malæfidei poſſeſſor.*

605 *Fructus induſtriales ſuos non facit malæfidei poſſeſſor, etiamſi ex poſt titulum conſequatur.*

606 *Fructus induſtriales culpa non perceptos debet reſtituere malæfi. poſſeſ.*

607 *l. ſi fundum. C. de rei. uend. ſenſus & intellectus.*

608 *Fructus induſtriales ſuos facit poſſeſſor malæfidei, qui rem per annos 30. poſſedit.*

609 *Fructus induſtriales perceptos ex melioramentis a ſe factis ſuos facit malæfidei poſſeſſor.*

610 *l. Cæterum de rei uendica. ſenſus & intellectus.*

611 *Fructus induſtriales, quos inhoneſtè potuit percipere malęfidei poſſeſſor, & non percepit, non reſtituit.*

612 *Fructus induſtriales quomodo reſtituat, uel ſuos faciat poſſeſſor ab initio bonæfidei & ex poſt malè.*

613 *l. Qui ſcit §. ult. ff. de uſuris intellect*.*

614 *l. Bonæfidei. §. in contrarium. ff. de adquir. rerum dom. intellectus, & ſenſus, & inibi quomodo pugnet cum l. qui ſcit §. ult. de uſuris.*

615 *Fructus induſtriales ſuos non facit malæfidei poſſeſſor, qui, poſſeſſori bonefidei ſucceſſit.*

616 *Fructus induſtriales, quomodo ſuos faciat poſſeſſor ab initio malæfidei & ex poſt bonæ.*

617 *Fructus induſtriales ſuos non facit hæres, qui poſſeſſori malęfidei ſucceſſit.*

618 *Hæres ſuccedendo poſſeſſori malefidei quomodo a ſua perſona poſſit præſcriptionem incipere.*

619 *Fructus induſtriales reſtituit poſſeſſor malæfidei, qui effectus eſt bonæfidei nulla ſuperueniente cauſa.*

620 *Fructus induſtriales non reſtituit ſucceſſor ſingularis, qui malæfidei poſſeſſori ſucceſſit.*
621 *Malafides an in ſingularem ſucceſſorem tranſeat.*
622 *Fructus ciuiles qui.*
623 *Penſio domus inter quos fructus connumeretur.*
624 *Fructus ciuiles ſuos facit poſſeſſor bonæfidei.*
625 *Fructus ciuiles ſuos non facit malæfidei poſſeſſor.*
626 *Fructus ciuiles qui percipi potuerũt, & percepti non ſunt, reſtituit malæ fidei poſſeſſor.*
627 *Fructus ciuiles cum melioramentis quomodo componentur ſeu illa prius detrahantur.*
628 *Fructus ciuiles quomodo faciat ſuos, qui non eſt nec in bona nec in mala fide.*
629 *Errãs in iure dicitur in bonafide, quo ad fructuum acquiſitionem.*
630 *Errans in iure fructus ſuos facit.*
631 *Errans in iure, ut fructus ſuos faciat, errorem illum probare debet.*
632 *Fructus naturales errans in iure ſuos non facit.*
633 *Fructus induſtriales errans in iure tenetur reſtituere quatenus factus eſt locupletior.*
634 *Fructus ſuos non facit qui errat iure reſiſtenti.*
635 *Fructus ſuos non facit, errans in iure, cum ſcit ſe ob ſuum demeritum proprietate eſſe priuandum.*
636 *Prælatus, qui ob inſtitutionẽ fructus ſuos facit, reſtituere tenetur, ſi ſcit pp demerita Beneficio eſſe priuãdũ.*
637 *Fructus ſuos non facit poſt litem conteſtatam, qui in iure errat.*
638 *Fructus ſuos non facit errans in iure, quando per ſententiam fuit declaratum titulum eſſe nullum.*
639 *Remedio reintegrandæ cum agitur, ferri an ſententia poſſit ſuper amiſſione proprietatis.*
640 *Appellare an liceat a lata ſententia, in remedio reintegrandæ.*
641 *Appellationem in cauſis poſſeſſorijs ius Pontificum admittit.*
642 *Appellare poteſt laicus a lata contra eũ ſententia in remedio reintegrãdę*
643 *Remedio, uel iure uno, qui uult uti, uti debet cum omnibus ſuis qualitatibus.*
644 *Remedio Reintegrandæ condemnatus, poſſeſſionem reſtituere fideiuſſores dare non poteſt de reſtituendo.*
645 *Condemnatus ſoluere non poteſt dare fideiuſſores de ſoluendo.*
646 *Reſtitutus ad poſſesſionem, quandiu ei debeat incũbere, antequam agatur petitorio.*
647 *Spoliatus una re tantũ ſi reſtituatur, non habet manere in poſſeſſione tam diu quandiu fuit ſpoliatus antequã agatur petitorio.*
648 *Spoliatus & reſtitutus de iure ciuili non debet permanere in poſſeſſione quandiu fuit Spoliatus antequam petitorio agatur.*

IOANNES
VRBIS ROMAE
EPISCOPVS,
ZACHARIAE ARCHIEPISCOPO.

Reintegrãda ſunt omnia ex

ſpoliatis vel eiectis Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pótificú: & in eo loco vbi abſceſſerant funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcũque iniuſtas cauſas res eccleſię vel proprias, ideſt ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcantur.

EVSEBIVS APOSTOLICAE SEDIS EPICOPVS

omnibus Epiſc.

Reintegrãda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis &c. vſque fonditus reuocanda, eodem modo vt ſupra.

DECIMVMQVINTVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS.

remedium.

EX C. REINTEGRANDA 3. quæſt. 1.

PONTIFICVM conſtitutiones plures ſunt, quibus, ad exemplum interdicti unde ui & aliarum Cæſariarum conſtitutionum, deiecto & ſua poſſeſſione ſpoliato ſuccurſum eſt; uerum una hæc citari ſemper ſolet omniũ, nos, ſub unius commentarijs, (ut res poſtulabit) rationem habebimus, ſatis in præludijs oſte-

1 dimus relatas † conſtitutiones in ea cauſa,
3. q. 1. ut Caij. Fabiani. 1. Ioannis primi, Euſe
bij primi, ante conſtitutionem cap. ſæpe, de
reſtitu. ſpolia. promulgatas fuiſſe, hoc ergo
Canone reintegranda pinguius eſſe proui-
ſum & conſultum ſpoliato ad ſuam recupe-
randam poſſeſſionem affirmant omnes in c.
ſæpe de reſt. ſpol. & in l. rem quæ nobis de
adqu. poſſ. & ſtatim ſubijciam.
2 Quæro primo, an uerè huius † canonis
remedium ſit poſſeſſorium, uel petitorium
& eſſe uerè poſſeſſorium probauit gloſ. &
ibi omnes in cap. cum ad ſedem, de reſtitu.
ſpol. & latè defendit Soc. in. l. rem quæ nobis
nu. 1. 2. ff. de adquir. poſſ. & probant plures
canones. d. cauſæ. 3. q. 1. ubi ſemper de eie-
ctis & ſpoliatis reſtituendis agitur, nec ad-
uerſantur illa, quibus reſpondet etiam Soc.
d. num. 2. illud præſertim quod ſolet conſide
3 rari ex illis uerbis, res eccleſiæ, quaſi † geni
tiuus eo loci dominium ſignificet, quia præ-
ter Soc. dico ſignificare etiam poſſeſſionem
iuxta ſubiectam materiam, ſic probat. l. 1. in
prin. uincto. §. ait. prætor, & §. ſeq. ff. nautæ
caup. ſtab. in. l. 2. in princ. &. §. in hac. ff. ui bo
norum rapto. tradit Bar. in rub. ff. de operis
no. nuntia. num. 5. uerſ. ſed circa unum, & ibi
latè Niconitius nu. 146. poſt Roma. Alex. &
& Soc. ac Barba. quos citat, & ante eos cla-
re Comens. d. rub. de operis no. nuntia. ut ibi
refert Crottus nu. 30. non pariter urgent il
4 la uerba † poſſeſſiones, uel res proprias. i. ſu
as. quia illa uerba ſunt poſita ad differentiã
poſſeſſionis bonorum eccleſiæ, cum præla-
tus duas bonorum ſpecies poſſidere poſſit,
quæ eccleſiæ, & quę priuati ſui ſunt patrimo
nij, ut res eſt clara, quod magis placet, quã
illud Soc. d. l. rem quæ nobis. n. 2. in fi. hoc eſ
ſe hoc remedium habet admixtam cauſam
dominij quod non eſt uerum, alioqui dete-
rius eſſet cæteris, & ſuo loco dicemus.
5 Quæro ſecundo an † remedium hoc ſit no
uum, & cæteris pinguius, & eſſe nouum affir
mant crebriore calculo interpretes, ut teſta
tur Ripa. in ca. ſæpe nu. 20. de reſtitu. ſpolia.
& ante eum Abbas. in ca. cum ad ſedem nu.
26. eo. ſic & Barba. conſ. 24. col. 2. in prin. lib.
4. clarè affirmat communem Soc. d. l. rẽ quæ
nobis n. 3. de adquir. poſſeſſ. plura egregiè re
tulit eiuſdem ſententię Paul. Caſtren. conſ.
105. in quæſtione quæ ſperatur. col. 2. uer.
quãtum uerò &c. li. 1. in antiquis Corne. cõſ.
62. nu. 10. uerſ. & licet quidã & cõſ. 329. n. 29.

lib.1.& conſ.247.nu.13.lib.2. ubi hanc com munem eſſe teſtatur,& in foro ſeruari, hoc exillo oſtendere conantur, quod præter cæ tera remedia prouideat pinguius,nam pro uidet pinguius quam faciat interdictum.unde ui, quo contra ſingularem ſucceſſorem ſuccurſum non eſt.l.cum te de ui & ui arma.
6 ut alias diximus,† & cum hoc reintegrandæ datur,hæc argumentatio(ut ſigillatim.procedã)non eſt uera, cum hoc tantum fuerit conſtitutum ex cap.ſæpe de reſtitutio. ſpolia. quod eſt promulgatum per annos quinquaginta poſt.d.cap.reintegranda, ut in anteludijs diximus ex quibus ceſſat, quod ſe-
7 cundo loco dicebat,Caſtre.& Soc. hoc † remedium pinguius prouidere,quàm faciat.d. cap.ſæpe cuius promulgatio poſt eam facta penitus inutilis & fruſtratoria fuiſſet,ut alibi animaduertit ipſe met Soc.& ſuo loco dicemus:rurſus nõ ſequitur pinguius prouidet ergo eſt nouum remedium nam & alia poſt interdictum unde ui, ſuperuenerunt remedia multo uberiora & pinguiora,ut actenus retulimus, non tamen uerè, noua dici poſſunt remedia, ſed potius ampliatiua & declaratiua antiqui,quale hoc eſt,cætera,quæ afferri ſolent, eiſdemmet refelli poſſunt reſponſionibus.

Contrariam itaq; ſententiam probauit. Inno.in cap. cum ad ſedem, de reſt. ſpoliat. nec ab ea uiſus eſt recedere Bar. in.d.l. rem quæ nobis, & ibi clarius eam tuentur Ripa. num.20.Alcia.num.10. Rubeus.§. naturaliter.§.nihil cõmune nu.65.de adquir.poſſ.&
8 conſ.4.num. 6. adducuntur ex tex. † in cap. cum ad ſedẽ,de ruſtitu. ſpolia. quo loci ſimpliciter propoſitum fuerat remedium poſſeſſionis recuperatorium quod comprehendere poterat tam remedium, ex interdicto unde ui,quàm ex hoc cap.reintegranda, & tamen ibi contra agentes fuit lata ſentẽtia, quia ſpoliationem ab ipſo epiſcopo factam uel ſuo nomine ratam habuiſſe uel mandaſſe, minimè probatum fuit, quod tamen neceſſe erat ut illi interdicto locus eſſet, ſi ergo hoc remedium ut nouum,eſſet proditum contra quemcunque poſſeſſorem, lata fuiſſet pro ipſis agentibus ſententia, in quorum libello,& hoc remedium deductum cenſeretur,cum editum iam fuerit & authoritate Pontificis, poſt factam compilationẽ cõfirmatum,per annos 50. ante cap.cum ad ſedem,quod fuit Inno. 3. Pontificis ſub anno. 1196. & tamen compilatio decretorum, eſt ab Eugenio.3.confirmata,quí quidẽ Eugenius (ut alias admonui) ſedit ſub anno 1145.Hanc argumentationẽ diluere ſunt conati Abb.d.cap.cum ad ſedem,& Soc. d.l. rẽ quæ nobis nu.3.in eo cap.cum ad ſedem,in ſpecie, motum fuiſſe inter dictum unde ui, non autem remedium huius cap.reintegrãda,quod ſecundũ eos ex eo detegitur, quod Pontifex ibi abſoluit reos conuentos,ac clarè dixit in eo caſu locum non fuiſſe interdicto unde ui:ex quo intelligitur intentatum illud fuiſſe,cum ſententia libello conformis eſſe ſoleat & debeat.l. ut fundus. ff. cõmuni diuid.cap.licet heli.de ſimo.ſed hanc reſponſionẽ elidit ſubtilis Aret.conſiderãdo ex libello depræhendi hoc non potuiſſe,cum nõ ſit neceſſe in eo actionis nomen exprimere cap.dilecti,de iud.Nec aduerſatur Soc.replicatio hoc potuiſſe colligi ex medio concludẽdi,ac ex narratis, q.a ſi rectè mediũ cõcludendi in interdicto, unde ui,conſideremus illud huic remedio noſtro conueniet,cum his uerbis in utroq; cõcludatur.quare peto, ut ſpoliatus ad priſtinam meam poſſeſſionem reſtitui,nec in uerbis conſtituenda eſt differentia,quod dicatur poſſeſſionem ſibi reſtitui,uel ad eam reintegrari, ut rectè animaduertit Soc.d.l. rem quæ nobis nu. 14. propè med.cum ergo unum ſit medium concludendi,& motum ſit interdictum unde ui, datur intelligi hoc noſtrum,non eſſe ab illo diſtinctum,nec illo pinguius hanc ſententiam for-
9 tius probat tex.in † cap.ſæpe de reſtitu.ſpolia.quo fuit cautum,agi poſſe recuperandæ cõtra tertium ſucceſſorem ſuccedentem ſcienter in uitioſa poſſeſſione, quæ conſtitutio fruſtrà fuiſſet promulgata, ubi noſtra hæc noua & cæteris pinguior fuiſſet, erat enim ante hanc in omnibus prouiſum, uno hoc excepto caſu,nec ad rem facit Abbatis reſponſio,quam refert Soc.d.l.rem quæ nobis nu.3.in fi.dum inquit ca. ſæpe extendere interdictum unde ui,concedo eſſe extenſionem non tamẽ fit quin ſi hoc remedium ex cap.reintegranda fuiſſet pinguius, ſuperfluò edita illa conſtitutio cap.ſæpe. fuiſſet. confirmat hanc ſententiam tex.in cap. cum eccleſiam.3.q.2.quem perpendit Ripa, dum affirmat is canon, ſpoliatum eſſe ante omnia reintegrandum ſecundũ leges.i.ex remedijs à lege ciuili inductis, & præter alios, addo
10 tex.in † ca.ſecũdo.3.q.1.& in ca. prius & in cap.ſi epiſcopus ſuis.3.q.2.confirmat hãc ſẽtentiam illa Alciati ratio,& ſi leuis hoc cap.

reintegranda,ab Euſebio, non in cõſtitutionis modum,ſed admonitionis,dum is literas ſuis Monachis dedit,eſſe conſcriptam:quare poſterior hæc ſententia uerior eſt. non ui-
11 detur quoq; † hoc remedium pinguius prouidere,quàm interdictum unde ui,in quo reſtituuntur etiam fructus, qui percipi potuerunt,quod nõ contingit in hoc remedio, ſic decidit Rota.in antiquioribus deci. tit.de re
12 ſtit. ſpol. deciſione.12.niſi † conciliando interpretum, controuerſiam dicamus, quod, aut conſideramus noſtrum,hoc remedium, ut nouum,hoc eſt à cæteris omnibus, præſertim ab interdicto unde ui, diſtinctum, ut tunc falſa ſit communis ſentẽtia, & uera poſterior, aut intelligimus eſſe nouũ remediũ tanquàm extenſiuum interdicti, unde ui, & aliarum conſtitutionum iuris ciuilis, certis in caſibus & tunc uera eſt crebrior doctorũ opinio,erit tamen cogitandum.

13 Quæro 3. an hoc † remedium ita Laycis pro rebus prophanis recuperandis, quã clericis pro rebus eccleſię concedatur:crebrior eſt noſtrorum ſententia concedi, ut teſtatur Ripa.d.cap. ſæpe num.21.de reſtitut.ſpol.& Soc.d.l.rem quæ nobis nu.4.de adquir. poſſ. & ibi Iaſ.nu.20.quo loci Alex. nu.10. inquit ſic in praxi ſeruari,quod & ipſe iam ſæpiſſimè ſeruari uidi,ſic reſpõdit idem Alex. cõſi. 51.nu.1.lib.1.conſi.117.nu.3.cir.fi.li.2.conſi. 6. nu.4.ubi latè Molinæ. in apoſtillis. lib. 3. Alex. in apoſtillis ad Bar.in l. ſi coloni in fi. C.de agricol. & cenſ. lib.11. Barb.conſi.24. col.1.in princ.lib.4.Guid.pp. ſingul.730. remedium &c. Riminal.conſi. 67. nu.6.conſi. 68.nu.73.74.lib.1.Ang. Aret. in §. quadrupli nu.32.in fi. Inſt. de actio.Aufrerius in additionibus Capellæ Toloſanæ. q. 487. Dec. conſ.252.nu.1.Grat. conſ.70.nu.14.li.2. Rober.Mar.de ordine Iud.7.diſtinct.Iud. num. 50.Rubeus conſi.4.nu.1.2.& in l.naturaliter §. nihil commune nu. 67. & ibi Cora. in 2. parte,nu.139.de adquir.poſſ.Rebuffus in cõmentarijs Regiarum conſtit.tomo. 1. tit.de ſententijs executorijs art.5.glo.1.nu.3& nõuiſſimè Roland.à Valle conſ.50. nu.3. li.2. qui communẽ teſtatur, eo adducũtur, fund.
14 hanc † conſtitutionem eſſe prouulgatam, cauſa corrigendi peccatum, quæ ſine cauſa & ratio militat,& in rebus laycorum, ergo idem ius.l.illud in prin. ad.l.Aquil.l.a Titio.
15 de uerb.obli.cõfirmatur:quia etiam in † correctorijs fauore animæ extenſio conceditur Bar.in authen.ſacramenta puberum nu. 19.ubi Cur.nu.47.C.ſi aduer.uend.latè Craue.de antiq.temporum.4.parte princ.prima part.num.10.huic tamen fundamento reſpõdent multi affirmantes non eſſe editam hãc conſtitutionem cauſa corrigendi peccata, poſteaquam etiam conceditur contra poſſidentem,cum titulo & bonafide, qui à peccato alienus eſt,ſed nihil eſt, quia falſum eſt, quod ipſi concedatur contra illum titulo & bonafide poſſidentem, ut ſuo loco dicemus quare uerius reſpondeo ſatis iure ciuili omnibus in caſibus ſpoliato eſſe conſultum: nõ ergo Pontifices in laycos iuſdicere potuerunt ut ſtatim latius aperiam,ipſe autem aliquando perpendebam pro communi hac
16 ſententia textum † cap.1.3.q.1. & ibi cauſæ propoſitionẽ,ubi generalibus uerbis utitur, quibuslibet ſpoliatis eſſe concedendam reſtitutionem,ergo etiam laycis, uerum ſic intelligi poteſt,quibuslibet ſcilicet,ex clericis & Pontifici ſuppoſitis, in quos ſtatui ab ea potuit:ſic enim & uerba uniuerſalis ſermonis ex habilitate reſtrictionem recipiunt l. ut gradatim.§. 1. de mune. & hono. & uulgatiſſimum eſt.

Contrariam ſententiam probauit gloſ. in cap. cum ad ſedem,de reſtitu. ſpoliat.quã ſecuti ſunt Abbas & alij nonnulli, quos retulit & ſecutus eſt Ripa, in cap. ſæpe nu.21. de reſtit.ſpolia.nec diſſentiunt Francus in diſputatione, de petitorio primo dubio num. 17. latè idem reſpondit Corne. conſi.18.nu. 9. & conſi. 35.nu. 31. & conſil. 329. nu. 30. lib.1. 56.nu.20.lib.2. qui in hanc ſententiam alios citat idem conſi.247.nu.13. eo lib.2.& latè conſil.282.nu.7. lib.3. & Alcia.in l.rem quæ nobis nu.6. ff. de adquir. poſſeſ.quorũ ſententiam diſputando non ſemel probaui, & ſi me non lateat, aliqua adferri,quæ non multum urgent,ut illud quo dicitur,diſpoſi-
17 tionem hanc † exorbitantem eſſe ob idque nullam recipere extẽſionem cap. ea quæ de reg. Iur. in 6. & docuit Iaſ. in l.ſi.conſtante nu.72.ſolu. matr. eſſe exorbitantem concedunt oẽs ferè, uerum aliter Soc. & Dec.præcitatis in locis ſentiunt,ipſe autem argumẽtationi reſpondeo, quod & ſi exorbitans ſit
18 diſpoſitio, † extenſionẽ tñ concedi, ut in re fauorabili potius quàm odioſa, ut declarat Iaſ. d. l.ſi conſtante nu. 78. uerſi. ſecundo limita.ff.Sol.ma.Craue.de antiq.tẽpo.quarta parte princip.nu.78.79.text.autem, qui ſe-

19 cundo loco ſolet perpendi in.d.† cap.reinte
granda in illis uerbis,ſpoliatis & deiectis epi
ſcopis,ut in perſonis eccleſiaſticis & fauora
bilibus prolatis non extenduntur ad laycos,
tum quia á ſermonis proprietate non re-
cedimus,l.non aliter.de leg.3.tú quia eo mo
do eſſet argumentari de maiori ad minus af
firmatiuè quod non conceditur cap. cum in
cunctis de electi. ad rem non confert ex re-
latis reſpóſionibus a Ripa.d.cap.ſępe nu.21.
qđ probo,ex eo preſertim,quod ſi á ſermo-
nis proprietate & expreſſis uerbis non rece
deremus nec in minoribus,clericis locum ha
beret,cum de ſolis epiſcopis loquatur,Fran
cus autem præcitato loco argumentabatur,
quod ſi aliter diceremus fore ſuperfluám ca.
ſæpe. de reſtitu. ſpol. conſtitutionem quæ
prouidet contra tertios ſcienter in uitio ſuc
cedentes,ſed nihil eſt quia intelligipoteſt in
clericis & laycis, ſucceſſoribus, uerius itaq;
hanc ex eo probo opinionem,quod Ponti-
20 ficis ſit hæc† conſtitutio quæ laycos tunc ſo
lum ligat, cum alias peccare eſſet illis iure
cæſareo permiſſum, ut in præſcriptionibus
uidemus cap.ultimo de præſcript.cap.poſſeſ
ſor.de reg.Iur.in.6.ſic in euangelica denun-
tiatione cap.nouit.de Iud.& in ſimilibus tra
dit declarando Abbas ex illo tex. in cap. ad
noſtram nu.2. uerſ. ex his infertur infra de
proba.Dec.in c.eccleſiæ ſanctæ Mariæ num.
25.de conſtitu.& declarat Didacus in ca.pec
catum tertio articulo.§.9.nu.7.8.de reg.Iur.
in.6.tunc demum Pontificem iuſdicere in-
ter laycos,cum utilis eſt & neceſſaria conſti
tutio,at in caſu noſtro nõ uideo,quod lex ci
uilis concedat delinquere & alium ſpoliare,
immo omnibus in caſibus,uel uno,uel alte-
ro remedio ſpoliatis ſuccurrit, nec ſpoliato
ris inultum delictũ relinquit, ut patet ex tot
proditis á iure ciuili remedijs:nõ inficias ta
men ibo,uix eſſe,quod in praxi á relata re-
ceptiori recedatur ſentẽtia,quę in foro quo
tidiana eſt,ſi tamen poſteriorem probaueri
mus,extendi illa poterit procedere non mo
do,quoad bona eccleſiæ, uerum etiam quo
ad bona ipſorum clericorum patrimonialia
21 ratione enim quod † acceſſoria perſonæ
ſunt bona,eodem fruuntur priuilegio Dec.
d.ca.eccleſiæ ſanctæ Mariæ nu.18.de cõſtit.
22 Quæro.4.an hoc † remedium competat,
pro rebus xenodochorũ, quę hoſpitalia uo
camus hæc quęſtio non habet probabilẽ du
bitationem,ſi concludimus cum communi
hoc remediũ pro prophanis concedi.ſed ma
ior eſt dubitatio ſi quam probauimus ſentẽ
tiam ſequatur,pro rebus eccleſiæ ſolum da-
ri,uerum affirmat Soc.d.l.rem quæ nobis nu
me.5.de adquir.poſſ. & pro rebus hoſpitalis
concedi.ſic conſuluit & Butrius conſi.62. &
in adminiſtratore hoſpitalis ſpoliato, ſic de
cidit,Rota in Deciſio. antiquis, tit.de reſti-
tu. ſpolia. deciſione. 6. & in antiquioribus,
eo tit.deciſione.3. Caſſadorus deciſione.4.
pag.2. uerſ. nec refragatur, ut lite pend. ea
23 adducuntur ratione Butr.& Soc. quod † xe-
nodochia & ſimilia locis ſacris & religioſis
æquiparantur, illorumque fruuntur priuile
gijs,authen. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſ.
eccle.cap.hoc ius porrectum.10.q.2. & latiſ
ſime tradit per caſus decem & nouem Fely.
in c.de quarta n.3.de præſcrip.latè Iaſ.con.
214.col.1.lib.2.Rui.con.3.nu.7.lib.2.Bolog.
conſil. 33. col. 1.2. Roma. conſil.477.Cur.
Iun.conſ.120.col.1.Pariſ.conſ.50.nu.36. lib.
2.conſ.36.nu.15.lib.4.Rebuffus tracta. No-
minatio.q.15.nu.12.Didacus.lib.2.uaria.re-
ſolutio.cap.ultimo nu.4.Tiraq.de priuilegi-
js piæ cauſæ.in præfatione pagina.3.
Quæro.5.in caſu non longe á præcedẽti,
24 diſſimili,quid in poſſeſſione † rerum confra
ternitatum, ſeu confratriarum horum diſci
plinatorũ,quos Battutos uulgo appellamus
noua eſt in hoc tractatu queſtio,quæ ab eo,
depẽdet,an hęc loca ſint religioſa & pia,uel
merè prophana, ſi enim loca religioſa dici
poſſunt, omnis ceſſat dubitatio ex iã ſupra
declaratis,ſi uero loca prophana ſunt, ma-
ius eſt dubiũ,ex his,quæ ſupra diximus.q.3.
eſt ad modũ ꝑplexa,& cõtrouerſa hæc apud
noſtros diſputatio, cum infiniti propè inter
pretes ſibi ipſis non cæteris modo aduerſen
tur,& uix eſt ut intelligamus,quæ opinio ſe
quenda ſit,& probãda. conſtitutiſſimũ illud
25 eſt has † cõgregationes eſſe licitas & permiſ
ſas,cum ad finem bonum tendant,ut docuit
Bar.in.l.ultima nu.6.ff.de colleg.illicitis,la-
tè Pariſ.conſ.34.nu.39.lib.4. nec eſt qui di-
ſcẽtiat,cõfratrias ſeu Phratrias appellãt Bu
dæus in annota.Pandecta.& Rebuffus in cõ
menta.Regiarũ cõſtitu.Tomo ſecũdo tract.
de cõfratrijs n. 10. cum ſit Phratria hominũ
quidam cõuentus, ut placuit Ariſtoteli á Bu
dæo & Rebuffo citato, eſſe etiam loca pia
& religioſa, ex multis ſuaderi uidetur, ex
26 eo præſertim,quod † legatũ pię cauſę factũ
huic confraternitati concedi poteſt, ut con-

ſiltus reſpondit Caſtren.conſ. 179. dicendũ
eſt,quod dicta fraternitas, lib.2. quem ſecu
tus eſt Alex.conſ.102.n.3.lib.7. nec diſſentit
Dec.cõſ. 72.col. 3. uer. tertio principaliter
&c.idem placuit Petro Rebuſſo in.d.cõmẽt.
regiarum conſtitutio.tomo ſecundo, tracta
tu.de confratriis.nu. 3.4. alios etiam eiuſdẽ
ſententiæ retulit Tiraqu. tract. de priuileg.
piæ cauſæ pag.4.quid tamen ipſe ſentiat, in
medium non adfert,idem cenſuit Pariſ.con
ſil.34. num.6.& nu.42.lib.4.accedit quia ibi
27 † opera multa pietatis,& miſericordię exer
centur, ut poſt Specula. Abbatem & Fely.
tradit Pariſ.d.conſil.34.nu.4. lib.4.quinimo
28 † Epiſcopum teneri loca hæc ut pia & reli-
gioſa uiſitare,reſpondit Federicus de Senis
conſi.111. quæſtio talis eſt &c. qua ratione
etiam factum eſt,ut affirmauerint quamplu
rimi,ex relictis iſtis confraternitatibus,tan-
29 quàm de relictis pijs locis † quartam Epi-
ſcopo deberi,ſic latiſſimè conſuluit Barba.
conſi.1.lib.4. & huius fuiſſe ſententiæ Petrũ
Vbaldum retulit Alex.conſi.102.nu.5.li.7.

Contra autem has confraternitates non
eſſe loca religioſa,& pia multis ſuadetur,qa
30 ſinguli † illi ex confraternitate laici ſunt,u-
xores ducere poſſunt, & de ſe domi uiuunt,
mercaturas cæteraq; huiuſmodi negotia ex
31 ercere ualent,quare non ſub † iudice eccle-
ſiaſtico ut religioſi conueniuntur,ſed ſub lai
co.ſic Bart.in l.ult.nu.15.ff. de collegijs illici
tis quem eſt ſecutus Iaſ.conſi.218.col.2.uer.
ad prædicta etiam lib.2.Pariſius conſ.34.nu.
28.lib.4.addo Zabarellam conſi.13.in ciuita
te &c. ideoq; Rebuffus,qui ſupra nu.8.affir-
mat Epiſcopum in eos ordinariã non habe
re iuriſdictionem:accedit præterea crebrio-
rem eſſe ſententiam,relictum loco pio & re
ligioſo factum,nõ deberi, ſicq; ſolui nõ poſ
ſe huic confraternitati. hanc probauit Bal.
conſi.161.Quidem Franc. Criſtionis, col.1.
uerſi.4.quæritur lib.5.idem in l. Iubemus &
in auth. hoc ius porrectum col.2.uerſi. ſecũ
do quæro.C.de ſacroſ.eccleſ.& alios plures
citat Tiraq.d.tract.de Priuilegijs piæ cauſæ.
in præfatione.pag.4.illi addo Calca.conſil.
21.col.2.uerſi. modo reuertendo,Iaſ. conſi.
218.num.1.lib.2 quinimo aduerſus ea, quæ
paulò ante retulimus,ſentiunt quamplures,
ex relictis iſtis confraternitatibus,quartam
Epiſcopo non deberi. ſic Abbas,& Inno. in
cap. officij,de teſta.quos ſecutus eſt Rebuf-
fus d. tract. de confratriis nume.8. eiuſdem
ſententiæ addo ipſe Baldum conſi.133.factũ
ſuper quo conſi.lib.2.Federicum de Senis cõ
ſil.150.cum aliqui boni uiri.quos ſecutus eſt
Iaſ.d.conſi.218.col.2.uerſi.ad idem etiam ad
duco.lib.2. & idem interrogatus reſpondit
Calca.d.conſi.21.col.2.uerſi. modo reuertẽ
do.& aliquos citat,(& ſi ut mox retuli,con-
trariam ipſe tueatur ſententiam) Barba. d.
conſi.1. col.2.lib.4.hinc reſpondit,quẽ nunc
retuli Iaſ.conſi.218.lib.2.quod quemadmo-
33 dum priuatus quilibet,qui uel ſtudioſo, † uel
Doctori publicè pręſertim profitenti impe-
dimento eſt ob artem quam exercet,ne ſtu-
dijs operam,commodè dare poſſit,expelli po
teſt, ut in fabro ferrario, & ſimilibus, cum
eos præſertim ſtudioſus, uel doctor præue-
nit,ſic hos diſciplinatos poſſe expellere: ne
alta ac inconcinna eorum uoce impediatur.
affirmat pariter Pariſius.d.conſi.34.lib.4.ad
uerſus ea,quæ ſtatim ſupra retulimus. Epi-
ſcopum non poſſe horum diſciplinatorum
cõfratrias & eccleſias uiſitare.accedit,quod
34 ex legatis † factis iſtis confraternitatibus de
trahitur falcidia, & Trebellianica, ſic poſt
Corneum conſi.307. in fin. lib.4. affirmauit
Pariſ.conſil.50.nu.28.lib.2.

Difficilis ergo eſt huiuſmodi diſſolutio,
cum tam uariæ ſint interpretum opiniones.
Pluribus tamen conſideratis caſibus finiri
ſic res poteſt. Primus caſus.cum ſolæ perſo
næ ipſius confraternitatis cõſideramus, tũc
iſti non dicuntur religioni addicti, ut ab ea
non poſſint ad libitum recedere, ideo & u-
xores ducunt,& negotia exercent:quæ a re
ligioſis exerceri non poſſunt.quare mere &
propriè ſeculares & laici ſunt, habẽturque
ob id nulla eſt in eos Epiſcopi iuriſdictio:ſic
intelligo.Bar.d.l.ult. nume.15. ff.de colleg.
illicit.& alios, qui eum ſunt ſecuti. Secun-
dus eſt caſus quoad bona,quæ illius uniuer-
ſitatis & confratriæ ſunt. & tunc ſi ea men-
te,& animo illa ſunt una ſimul congeſta, ut
confratriæ deſeruiant & poſſit ipſa confra-
ternitas ad libitum de illis diſponere & tra-
ctare, illa non habentur ut bona loci reli-
gioſi, ſed prophani, quare is locus, illud o-
ratorium, in quo omnes unà conueniunt
(quam uulgo in iſtis regionibus Caſatiam
appellant) ſi eo animo ab eis fuit exſtru-
ctum,dicitur locus ſecularis & prophanus,
35 ad libitumq; † diſtrahi & reditus alienari poſ
ſunt, ſic intelligo Bald. in d. auth. hoc ius
porrectum col.2.uer.2.quæro C. de ſacroſ.

eccle. & in l. id quod pauperibus q.21. C.de
Epiſcopis, & cler. quem eſt ſecutus Balbus
tracta. præſcriptio. prima particula quintæ
partis principa.in prin.uerſi.amplia quinto:
ſic intelligo Pariſium.d.conſi.34.nu.19.lib.4
Nec hac ratione dici poteſt locus religioſus,
36 quod ibi adſit † altare & cāpanile,quia hæc
non conſtituunt ſine Epiſcopi ſpeciali con-
ſecratione,& confirmatione locum religio-
ſum & ſacrum,ut reſpondit Zabarella.d.cō-
ſil. 13. & alij plures, quos eſt ſecutus Pariſ.
d.conſi.34.nu.15.lib.4.ſi uerò locus ille, ſeu
illud oratorium eſt extructum ut ſacrum ſit,
& Deo optimo maximo dicatum & bona
unà ſimul congeſta,eo ſunt animo cōgeſta,
ut ad opera oratorij neceſſaria, & ad paupe
res ſubleuandos perpetuo ſint:tunc bona il-
la & is locus iudicandus eſt religioſus etiam
ſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit.ideoq;
ad libitum illa bona diſtrahi non poterunt;
niſi accedente totius confraternitatis con-
ſenſu ac authoritate Epiſcopi,illis tamen in
caſibus in quibus aliorum locorum religio-
ſorum bona diſtrahi cōceditur,ſic intelligo,
quæ ſcribit Petrus Rebuffius in.d.tract.de cō
fratrijs. nu. 9. dum eiuſdem ſententiæ citat
Iaco. Rebuffum in l.quiſquis & l. pen. C.de
37 ſpecta.lib.xj.illa eſt ratio,quia † locum reli
gioſum etſi non ſacrum unus quiſq; facere
poteſt.& ſemel Deo dicatum,ad uſus huma
nos conuerti non poteſt.§.ſacræ.§.religio-
ſum. Inſt.de rerum diuiſio. & ratione ui ef-
fectus,bona illa religioſi loci iudicantur, cū
ad eum ſolum commodum tendunt, ut uno
uerbo ſenſit Zabarella conſil.13.in princ. &
ita clarè ſentiunt Abbas conſi.31.col.1. uer.
ſed his non obſtantibus lib.1. & Soc. Sen.cō
ſil.82.col.pen.uerſi.in contrarium facit.li.4.
quam autem in his poteſtatem habeat Epi-
ſcopus,nunc non excutio.

38 Quæro 6.an hoc † remedium cōcedatur
commendatario è commenda deiecto:& nō
concedi clarè ſenſit Fely. in cap. ſi cōſtiterit
nu.4.poſt gloſ. ibi in uerbo commendata in
fi.de accuſa. & clarè idem affirmauit Capi-
cius Deciſ.3.nu.4.ea præcipua adducūtur ra
39 tione,quod † commendatarius ſit depoſita-
rio & cōmodatario ſimilis, cū eccleſia cau-
ſa cuſtodiæ tm̄ ei concedatur cap. nemo,de
electio.in 6. Rebuffus in praxi beneficio. in
tit.de commenda.nu.1.Franc.de Marchis.q.
1247. quem eſt ſecutus Cephalus conſi. 97.
nu.15.16. cum ergo depoſitarius non poſſi-
deat .l. licet. §.rei.ff.depoſ.ut nec commoda
tarius l.rei cōmodatæ.ff.commod. ſequitur
ſpoliatum non dici, & per conſequens ad
poſſeſſionem minimè reintegrandum, quæ
ſanè ſententia non habet difficultatem,cum
commendatarius e poſſeſſione ſeu cuſtodia
à Pontifice commendante deijcitur,ut in cō
modatario diximus ſupra remedio.9. ex.l.ſi
quis in tantam.q.22. ſed maius eſt dubiū cū
deijcitur à tertio,& relata ratione idem di-
cendum uidetur, & ex. d. cap. ſi conſtiterit.
uerum tamen contrarium exiſtimo uerius
contra tertium ſpoliatorem commendata-
rio hoc remedium concedi, ut de interdicto
unde ui & remedio d.l. ſi quis in tantam di-
40 ximus.d.queſtio.22.&c.ea ratione quia † is
ius aliquod in commenda dicitur habere cū
ſpoliatur,ut egregiè declarat Gomes. Hiſp.
in regula Cancellarie de non tollendo iure
quæſito.q.4. in fi. quinimò titulum quendā
habere dicitur, ut nec in totum depoſitario
41 ſimilis eſſe dicatur, poteſt enim † expenſas
facere,debita perſoluere, & alimenta ſume
re, ut is qui.titulum habet cap.1.de ſolut. &
poſt Archidia. in cap.quia plures 21.q.1.tra
dit Rebuſtus.d.tit.de commenda. nu.3.& ha
bere titulum reſpondit Corne.conſil.66.nu.
2.in fin.lib.3.quod egregiè declarat Caſſad.
ſuper regulis Cancella.Deciſ.32.num.6.7.&
alijs ſequentibus,cum ergo de iure Pontifi-
cio quodlibet minimum præiudicium ſit cō
ſiderabile ca. ſi proponēte,de reſcrip. & Go
meſ.d.q.4. circa fin. ſequitur concedendam
eſſe reintegrationem. quæ ſanè concluſio
42 fortius procedit in † commendis noſtri tem
poris,quæ ex uſu loco titulorum habentur
& perpetua ſunt & beneficiati de fructibus
illarum diſponunt, ut poſt Præpoſ. in cap.
cum autem 44.diſt.Gomeſ.in regula. Cācel
lariæ.de infirmis reſigna.q.13. uerſi. quibus
non obſtantibus, & clarè idem affirmauit
Gomeſ. in regula Cancellariæ. de Annali
poſſeſſore.q.26.idem latiſſimè de Triennali
poſſeſſ.q.5. Capicius.d. Deciſ.3.nu.8.9.licet
olim aliter eſſet,ut iam retuli, & ita intelli-
gitur Deciſio Rotæ in antiquioribus tit. de
præbendis. Deciſ.1.num. 2. hodie enim ſo-
lent ſic concedi commendæ, ut ad libitum
de fructibus diſponat, quare ad maiorem
cautelam ſolet hodie in cōceſſionibus clau
ſula apponi, quòd poſſit de fructibus di-
ſponere,ſic docet Rebuſtius d. titu. de com-
menda.nume.26. Quod tamen ſupra dixi-
mus

43 mus †Pontificem maximum ad libitum poſ
ſe reuocare cõmendam, & commendatariũ
ſpoliare, intelligo cùm commenda eſt ad in
certum tempus, non ſi ad certum, & ad uitã,
nec enim tunc ſine cauſa ab eo aufertur, ut
declarat Rebuffus d.tit.de commenda. num.
98.ex cap. ſatis peruerſum 56.diſtinct. & tra
dunt Iaſ. in l.ultima, col.2.uerſi. facit bene.
C.ſi contra ius uel util. pub. & conſil. 145.
col.1.2.lib.2.Ripa lib.1.reſponſo.ca.14.col.
44 pen. qui affirmant, Pontificem, † non poſſe
ſine cauſa iam conceſſum beneficium aufer
re, quod intelligo de ordinaria poteſtate, nõ
de abſoluta, ut declarat egregiè Crauet. de
antiq. tempo. ſecunda particula primæ par
tis prin. nu. 37. & ita concludo.
45 Quæro 7. an † hoc remedium reintegrã
dæ concedatur patrono eccleſiæ, qui ſedem
uel arcam ſui honoris cauſa in eccleſia ha-
buit, & ab ea fuit deiectus: & habere locum
decidit olim conſilium Delphinatus, ut te-
ſtatur Franc. de Marchis.q.275. ea ratione,
46 quia is Patronus, quemadmodum † ex gra-
tia habet in eccleſia ius patronatus, cap.quo
niam, de iure patro. ſic eis ex gratia conce-
ditur habere ſedem in eccleſia honoris cau-
ſa, ut tradunt Hoſtien. & Abbas in cap.abo-
lendæ de ſepultu. ut quoq; uidemus hono-
47 ris cauſa patronis † eſſe conceſſum, ut habe
re poſſint in illis depicta familiæ inſignia,
48 quæ ab alio † abradi non ſine domini iniu-
ria poſſunt, ut docuit Bart. in l. 2. §. ne eius
nomine.ff.de operis publicis. Cepola.tra-
cta. ſeruitutum. de ſeruitutibus urbanorum
prædiorum cap.71. de pictura.
49 Quæro.8.quid in † commodatario, & de
poſitario, an illis concedatur hoc remediũ:
& concedi plures affirmarunt, ut Io. Andreę
& Specul. quos eſt ſecutus Soc.d.l. rem quæ
nobis nu.6.de adquir. poſſ. & conſi. 37.col.
ult. uerſ. ſecundum.remedium lib.3.commu
nem teſtatur Ripa.d.l.rem quæ nobis nu.21.
& ſi idem in cap.ſæpe nu. 24.de reſtitu.ſpol.
non audeat affirmare. hanc probauit Plo-
tus in l.ſi quando num.63.C.unde ui, & Hen
ric. Boe.in ſuis ſingularibus, tit.de petitorio
& poſſeſſorio iudicio n.11.depoſitarius &c.
leuia tamen ſunt huius opinionis fundamen
50 ta, adducitur enim text. ideſt. † cap.reinte-
granda 3.q.I. in illis uerbis, ſpoliatis & eie-
ctis, quaſi uelint dicere ſub illo uerbo eiectis
contineri & detentatores ſolum, ſed nihil ẽ-
tum quia hoc modo eſt ponere differẽtiam
inter uerbum eiectis & ſpoliatis, tum quia
(ut dicebat Ripa) loquitur de Epiſcopo eie
cto, ſi ergo Epiſcopus, ergo titulum uerum
cum poſſeſſione habet quod non contingit
in commodatario, & depoſitario. adferri ſe
51 cundo loco ſòlet tex. in † cap.cum eccleſia.
3.q.2.in uerbo poſſesſiones uel res: nam uer
bum res generale in ſolo detentatore uerifi
cari poſſe uidetur, ſed præter reſponſiones
à Ripa relatas, eſt cõſiderandum, loqui ſem-
per de eiectis è proprijs rebus, ut ibi dicitur
d.cap.reintegranda.ibi, res proprias.j.ſuas,
quod non contingit in commodatario, qui
nec res habet ſuas, nec poſſeſſionem, ut ſta-
tim ſubijciam: argumentatur tãdem Soc. ex
eo, quod de iure ciuili de æquitate concedi-
52 tur † cõmodatario Iudicis officium, at affir-
mant multi, quos infra referam in ult.reme-
dio recuperandæ poſſ. ſic ergo hoc in caſu
idem eſt dicẽdum. ſed reſpondet multis mo
dis Ripa, ipſe autem arbitror, nec illam ſen
tentiam eſſe ſic abſolutè ueram, ut opinan-
tur interpretes, & ſuo loco dicemus, quod ſi
eo remedio eſt ſuccurſum commodatario,
non tamen hoc noſtro.

Contrariam itaque ſententiam probauit
Ripa.d.l.rem quæ nobis nu. 21. & in d. cap.
ſępe nu. 24.quem uiſus eſt ſequi Cephalus
conſil.100.num.17.lib.1.ea adductus ratione
53 quod cum †commodatarius & depoſitarius
non poſſiderint, l.rei commodatæ. ff. com-
modati.l.licet.§.rei ff.depoſiti, non poſſunt
dici ſpoliati, ut inde reſtituantur, quare tunc
conceditur commodanti domino reſtitutio,
ſi a tertio is commodatarius ſit ſpoliatus, ut
aliàs declarauimus, in nono remedio ſupra
ex.l.ſi quis in tantam q.22.in fine.

Declaratur prętcr aliàs dicta, non habere
locum eo caſu, cùm commodatarius rebus
commodatis unà cum proprijs ſimul ſpolia
tur, ut ſi domi aliqua commodata habeo:
& e poſſeſſione domus deijcior, non modo
ſum ad poſſeſſionem domus reſtituendus,
ſed & ad bona illa commodata, ſic intelligo
54 notab.† textum.l.1. §.quod autem ait præ-
tor. ff. de ui & ui armata, quod ratione cu-
iuſdam acceſſorij contingit, alioqui nec eo
caſu daretur interdictum, cum commodata
mobilia eſſe poſſint, in quibus ceſſat illud in
terdictum, ut olim diximus, quòd ſi hoc in
eo interdicto contingit, fortius in noſtro,
quod eſt illo pinguius, & ad illius extenſio-
nem factum, ut fatentur omnes.

55 Quæro.9.an hoc † remedium cõcedatur
illi cui res præcariò conceſſa eſt:& dicendũ
uidebatur non cõcedi,ea ratione:quia ſi ne-
gatur commodatario,ſic præcariò roganti,
cum æquiparari uideãtur,ut ſcribit Euerar
dus in centuria legali,in loco,de commoda.
ad precarium, num.1. ſed uera eſt ſententia
concedi,quam rectè probauit Rota in deci-
ſionibus antiquis,titulo de reſtitutione ſpo
liatorum,Deciſione.1.nu.2.ea optima ratio
56 ne quia iſte,qui † precario poſſidet, dicitur
habere naturalem poſſeſsionem,ut eſt no-
tab.tex.in.l. & habet.§. pen.ff.de precario,
non mirũ ſi ea ſpoliatus reſtitui poteſt.Nec
ad rem facit illa æquiparatio, quia in hoc
differunt ut is Euerardus animaduertit præ
citato loco,qui ſtatim ſubijcit, huic poſſi-
denti precariò cõcedi interdictum uti poſſi
57 detis, ſi turbari contingat,quare † æquipa
rationis ceſſat argumentum, cum in pun-
ctò de quo agitur nõ eſt facta æquiparatio:
cap.tranſlato ubi Dec. de conſtitutioni.&
Alexand.in.l.ſi quis maior, nume.10.C. de
tranſ.& in.l. Gallus. §.forſitan, nume.5.de
lib.& poſthu.Iaſ.l.2.nu.19. de Iureiur. Pa-
riſ.conſ.49.num.85.lib.3.
58 Declaratur tamen hæc ſententia, † ut
procedat, quando a tertio deijcitur, non
quando a domino concedẽte, ſic Rota in d.
Deciſ.1.& in eo interdicto uti poſſidetis ſic
declarat Euerardus,qui ſupra,quam ſanè de
clarationem ipſe intelligo, dummodo is,
qui precariò poſſidet, iam non introuertit
poſſeſsionem cõtra dominum,ſi enim intro
uertiſſet,& iure proprio poſſidere cœpiſſet,
ſi a domino ipſo deijceretur,cõtra eum reſti
tui poſſet,ſic probo ex his,quæ dixi ſupra in
nono remedio ex.l. ſi quis in tantam, quæ-
ſtione.22.uerſ.Declaratur primus caſus &c.
non repeto.
59 Quæro.10. an hoc † remedium competat
ceſſionario:& competere, affirmant uno o-
re interpretes, ut apud Ripam.d.capit.ſæpe,
nume.25.de reſtitutione ſpoliatorum,Soci-
num.l.rem quæ nobis nume.10.de adquiren
da poſſeſſione, quos eſt ſecutus Tiraquel.
De retract. conſangu.in.§.26.gloſ.3. nume.
18. in fine, quo loci quamplures refert af-
60 firmantes † cõcedi ceſſionario interdictum
unde ui,ex text.ubi gloſ.& cæteri.l. ſi in di-
em.§.Iulian.ſcribit.ff.de petitio.hered.ergo
fortius remedium huius Canonis reintegrã-
da, addo hanc ſententiam a Rumo probari
in conſil.45.colum.5. uerſic. & eſt breuiter
dicendum.lib.4.Gomeſ.ſuper regula cancel
lariæ, de triennali poſſeſſore. q.1'. uerſi. ſe
cundus,caſus eſt, &c.qui Baldum conſ. 308.
ſuper quo puncto lib. 3. citat, & intelligit,
quando in ſpecie ceſſionario eſt ceſſum ius
ſpolij, & omne aliud ius competens, idem
reſpondit Rola. a Valle conſil.28.nume.22.
lib.2.
61 Quæro. 11. † an malæfidei poſſeſſori ſua.
poſſeſſione deiecto concedatur hoc reme-
dium: & concedi affirmant Butr. Areti. Ro
ma.& Alexand.quos retulit & probauit Ri
pa.in d.cap.ſæpe.nume.23.Rube.in.l. natu-
raliter.§.nihil commune nume.81.ff.de. ad-
quirenda poſſeſſione Rober. Maranta de
ordine Iudicior. ſeptima diſtinctione Iudi-
ciorum,nume. 50.iſtis accedo,& pręter alio
rum fundamenta perpendo textum illum.
62 † cap.in literis,in fine,de reſtitutione ſpolia
torum,qui prædonem eſſe reſtituendum af-
firmat,nec magis is text.ad iuris ciuilis diſ-
poſitionem ſe refert,quàm iuris Pontifici',
dum illis uerbis utitur,quia etiam prædo ſe
cundum iuris rigorem reſtituendus eſt,cum
& iure i· Põtificio cõſiderari ſoleat rigor.cõ
ſidero præterea clariſſimũ text. cap. ult, §.
ſed obijcitur.3.q.1 quem perpendit & Ripa
qui ſupra is enim tex. poſteaquã affirmauit
minus canonicè inſtitutum & ſpoliatum eſ-
ſe reſtituendum,diluens nonnulla, quæ obij
ciebantur,hanc reddit rationem.Cum uio-
lenta poſſeſsio niſi per Iudicis ſententiam
uiolento detentori detrahi non poſſit.

Contrariam tamen ſententiam crebrius
affirmarunt interpretes, ut teſtatur Ripa. d.
capit.ſæpe. nume.23. & Brun.conſil.19. nu-
me. 24. conſil. 21. nume. 2. Rubeus. d. §.ni
hil commune. nume. 78. & ſi ipſe(ut retuli)
aliter ſenſerit, hanc pariter probaſſe uide-
tur Molinæ. ad Alexand. conſil. 6. nume.9.
lib. 3. Bertrand. conſil. 54. lib. 1. nouisſi-
mè Natta conſil.288.nume.2.& conſil. 373.
nume. 36. lib. 2. horum tamen fundamen-
ta facili negotio dilui poſſunt & quibus mul
tis reſpondent Ripa & Rube. præcitatis in
locis, non refero illud tantum dico, nihili
eſſe rationem, quæ pro ſententia crebriori
conſideratur, ne ſcilicet ius Pontificium in
iuſtos foueat occupatores, & delinquendi
cõcedat anſam, nec .n. his in caſibus cõſide
63 ratur ſpoliati perſona, † ſed ſpoliatoris, ut
illius comprimetur audacia utque intelli-

rat ſibi non licere,ſua manu iuſdicere, ut alias admonui, quare dicimus ultimo loco ſpoliatum eſſe ante omnia reſtituendum an tequam ratio habeatur primi ſpolij cap. ultimo de ordi.cog.ubi omnes,quod ſi malæfidei poſſeſſores non tueretur ius Pontificiũ dubio procul is ſpoliator ultimo loco ſpoliatus non reſtitueretur,ſed de illius malafide diſputaretur.

Declaratur tamen hæc concluſio nõ procedere in illis caſibus relatis ſupra in primo remedio q.11.in ea quæſtione. An predo ſit ante omnia reſtituendus, ubi tres attuli declarationes quas non repeto.

64 Quæro 12. an hoc † remedium tranſeat in ſingularem ſucceſſorem,in quem res ſine iurium ceſſione fuit alienata, & tranſire affirmarunt Soc. Sen.d.l.rem quæ nobis nu.10. de adquirenda poſſeſſione, Soc. Iun. in conſil.34.num.10. lib.3.Gratus conſil.42.nume. 7.8.lib.2.illa ratione adducuntur, quod hoc remedium ſit in rem ſcriptum, non mirum ſi tranſit in ſingularem ſucceſſorem iuxta doctrinam Bart. in l. ſi tertius.§.ſi quis prius numero 5.ff. de aqua pluuia arcenda,& eſſe
65 in † rem ſcriptum patet ex cap. epiſcopi.3. quæſt.1. & cap. cum eccleſia.3.q.2.dum con cedit reintegrationem contra quoſcunq; de tentatores ergo etiam contra ſingulares ſucceſſores ſed reſponderi poteſt intelligi contra quoſcunq; detentatores,ideſt, qui immediate occuparũt.Quare uerior eſt Ripæ ſententia non tranſire hoc remedium in ſingularem ſucceſſorem non tamen adducor Ripę fundamento dum inquit, nõ concedi hoc remedium pro damno præterito, quia etiã
66 ea,quæ in rem ſunt † ſcripta non tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem pro damno præterito,ut probat l. ſi tertius §. ſi quis prius. ff. de aqua pluuia arcenda, nam hoc nihil eſt,ut animaduertit Soci. Iun. in d.conſil.34. nume. 12. Cum hoc non ſit damnum præteritum, ſed præſens, ex quo de poſſeſſione adhuc ſpoliatorum exiſtenti recuperanda agitur,illa ergo ratione potius in hãc adducor ſententiam, quod in rem ſcriptum non ſit hoc remedium, cum ad ſimilitudinem interdicti unde ui inductum ſit, quod interdictum unde ui, non eſſe ſcriptum in rem aliàs diximus ſupra, in quinto remedio quęſtione 18.ut ergo illud non datur contra ſingularem ſucceſſorem l.cum te de ui & ui armata,ſic nec hoc noſtrum, non pariter tranſit in ipſum: noſtram hanc opinionem clarè probat capitulum ſæpe de reſtitutione ſpoliatorum,cuius recentior cõſtitutio hac noſtra oſtendit iam ante ſui promulgationem ſpoliato contra ſingularem ſucceſſorẽ non eſſe ſuccurſum, quod ſuo loco lat us expendam.

Quæro 13.cͤ conuerſo a pręcedenti que-
67 ſtione, † an hoc remedium reintegrandæ detur contra ſingularem ſucceſſorem, in qua quæſtione,nõ ſibi conſtant interpretes, nec altera uel difficilior, uel in foro quotidiana magis eſt,quamobrem aliqua utar, in ea explicanda diligentia, & quo res ſit clarior,una cum Soc.d.l.rem quæ nobis nume. 12. plures diſtinguam caſus.

68 Primus itaque eſt,cum nouus † hic & ſingularis poſſeſſor eſt cum bonafide, ſed ſine titulo, & hoc caſu contra eum hoc remedium concedi affirmant uno ore interpretes, ut teſtatur Soc.d.l.rem quæ nobis num. 12.in prin. ubi refert Bartolum eo loci, & l. ultima. §.ſed cum in ſecunda C. de furtis, Alexand.conſil.51.nu.1.uerſic. & præſertim quando lib.1.conſil.117.nume.3.uerſi.ſed in propoſito lib.2. & conſi.6.num.9.lib.3.ciuſdem fuit opinionis Soc. Iun.conſi.128.num. 21.lib.2. illo uno adducuntur omnes funda-
69 mento,quod probata † antiquiori poſſeſſione illa, quæ eſt iunior & ſine titulo clandeſtina præſumitur capit. licet cauſam de proba. ubi Dec. numero 9. declarat, ut è con-
70 tra † cum apparet de titulo uitium clandeſtinitatis è poſſeſſione tollitur.l.ſiue autem. §. ſi duobus.ff.de Publicia. Bart. in l. ſi duo in princip.num.4.ff.uti poſſidetis Afflict. Deciſione 363. num.3. Iaſ.conſil.148.num.2.lib. 2. Rui.conſil.53.nume.4.lib.4.Goza.conſil. 85.nume.5.6. Pariſ.conſi.107.nume.80. lib. 1. Soc. Iun. conſil.146.nume.26.lib.1.Bello. conſi.11. num.12.Boe.q.239.nume.1.Craue. conſi.104. nume.14.conſil.132.nu.10. in fine conſil. 248.nume.6.uerſic. rurſus conſi.258. nu.20. Plotus l. ſi quando. num.99. C. unde ui,ſi ergo uitioſus eſt hic poſſeſſor, contra eum hoc remedium,ut contra detẽtatorem competere uidetur d.ca.epiſcopi.3.q.1. &c. cum eccleſia.3.q.2.ſed quid hac de re ſentio in ſequenti caſu dicam.

Secũdus eſt caſus a Soc. & cęteris omiſſus
71 quando nouus † ſucceſſor & poſſeſſor eſt cũ bonafide & titulo, ſed titulus ſupuenit poſt poſſeſſionem illam antiquiorem,ſicque per

fraudem titulus eſt inductus, & tunc idem eſt
ut in caſu præcedenti, cũ is titulus ſit nullus
72 ut fraude quæſitus, ſic † declarat Bal. in di-
ſputatione accuſatus de ui turbatiua.col.ul
tim.uerſi.3.modo, quem ſunt ſecuti Alexan.
conſ.88.nume.1. uerſic.plus dicit lib.5.Dec.
conſ.303.num.8.Goza.conſ.86.num.19.Bel
lo.conſ.11.num.4.ſed duo hac in re perpen-
do, primum Baldum & relatos facti ſpeciem
proponere, quando in recentiori poſſeſſore
ſuperuenit titulus poſt antiquiorem poſſeſ-
ſionem ipſius ſui aduerſarii, quod non ſatis
arridet, quandoquidem, dum loquimur de
recentiori titulata poſſeſſione ſemper præ-
ſupponumus & poſſeſſionem & titulũ poſt
illam aduerſarij antiquiorem ſuperueniſſe.
quare rectius mihi intellexiſſe uiſus eſt Cur.
Iun.conſ.108.num.25.in fine, quem ſecutus
fuit Craue.conſ.158.num.21.in fin. uerſic.ſe
cundo igitur, quãdo nouus is poſſeſſor poſt
adeptam poſſeſſionem aſſecutus eſt titulũ;
nam is titulus fraudis ſuſpicione non caret,
cum facile fuerit amicum a quo emere fin-
geretur ſupponere, eoque cauillo ac dolo
antiquiorem poſſeſſorem fallere, alterum
quod perpendi illud eſt, non ſatis eſſe tutam
Bal.& ſequacium ſententiã, ut rectè animad
uertit.Crauet.d.conſil.258.num.22. uerſic.
aduertendum tamen &c.non refero.proba-
ta tamen Baldi ſententia, quoad noſtram
hanc propoſitam diſputationem, hic caſus a
præcedenti non differt, cum par ratio uitii
in utroque militet, uerum & ſi in foro rela-
tæ interpretum obſeruẽtur traditiones, quã
do & illud quamplurimi auſi ſint affirmare,
remedium hoc contra bonæfidei & titula-
tos poſſeſſores concedi, quod fortius eſt, &
ſuo loco explicabimus, attamen ip ſe nunc,
ut ſtudioſo beneuoloque lectori cogitandi
præſtem occaſionem, animaduertendum cẽ-
ſeo, doctorum argumentationem conclude
re quidem, uitioſos hos eſſe poſſeſſores, ſed
non concludere contra eos concedi hoc re-
medium, quod minimè dari poſſe uidetur,
cum ad ſimilitudinem ſit interdicti unde ui,
quod contra ſingularem ſucceſſorem etiam
uitioſum, non conceditur.d.l.cum a te, nec
iure Pontificio probatur, quod ex hoc cano
ne reintegranda concedatur contra ſingula
rem ſucceſſorem, cum illa uerba & quibuſ-
cunque detentatoribus poſſit de ipſiſmet oc
cupatoribus immediatis concedi, quod pre-
ſertim confirmatur ex cap. ſæpe de reſtitu-
tione ſpoliatorum, quod (ut iam admonui)
eſſet fruſtra poſt hoc capit. Reintegranda,
promulgatum.& latius ſuo loco dicam.
73 Tertius eſt caſus, quando nouus † is poſ-
ſeſſor eſt cum titulo & bonafide, ſed cauſam
ab authore uitioſo habuit, ſicque res eſt effe
cta uitio, ſed perſonali, & adhuc contra eũ
hoc remedium concedi, affirmat Soc. d. l.
rem quæ nobis num.12.uerſic. aliquando &
ſecundo Alcia. ibidem num.8. ea adducitur
74 ratione, Soc. quia res uitio † affecta, ut præ-
ſcribi non poteſt, ſic nec poſſeſſori concedi,
ut Publiciana experiatur.l. ſiue autem. §. ſi
duobus.ff.de Publiciana, ſic ergo contra eũ
poſſeſſorem hoc remedium conceditur, cũ
aliquo iure ſe tueri nõ poſſit.hęc propè Soc.
Cui non aduerſatur Bartoli doctrina in.l.3.
§.opus.ff.de aliena.Iud.muta.ca. facti, dum
75 inquit, quod ſi poteram te † Publiciana con
uenire, quia eras in uitio, ſi in alterum alie-
naueris, contra eum agi non poſſe, cum & ti
tulum & bonam fidem habeat, quare con-
tra te in factum actione agam, ſi ergo ea ra
tione ceſſat Publiciana, ſic hoc in caſu ceſ-
ſare debet hoc remedium, nam illa Bar.ſen-
tentia crebrius reijcitur, ut contra Bartolũ
ſenſit Iaſ.in.l.1.nume.4. uerſic.4. ergo fallit.
C.de inoffic.teſtamen. & clarius Gomeſ.§.
ſed iſte.nume.13.Inſt.de actio.quo loci inge
nuè teſtatur Bartolum falli, cuius ſententiã
76 non probat † is tex.l.3.§. opus, cum ibi nun
cians non poſſet agere contra emptorem,
quando nũtiatum illi minimè fuerit.ut enim
Bart. ibi fatetur nuntiatio eſt perſonalis &
perſonam non egreditur. l.ultima.ff. de con
trahen.emptio.quod in Publiciana non con
tingit, quæ realis eſt.ſed, (ut iam in relatis
ſupra caſibus diximus) ſi contra ſingularem
hunc poſſeſſorem, cum uitio nõ conceditur,
quando fortius contra uitio carentem tex.
autem.l.ſiue autem.§.ſi duobus de Publicia.
infra.in ult.caſu declarabimus.
77 Quartus eſt caſus, † quando ſucceſſor ſin
gularis eſt cum titulo & bonafide, ſed res eſt
effecta uitio reali, uel ob furtũ commiſſum,
uel ob uim expulſiuam, eo caſu affirmat Soc.
d.l.rem quæ nobis num.12.uerſic.aliquando
& tertio, concedi hoc remedium reintegrã-
dæ:& clarius eo loci idem cenſuit Aret.col.
ult.in prin.uerſ.unde miror, Corne. conſ.18.
num.11.& conſi.62.num.10.uerſic.tamen p-
fertur.lib.1. nam hoc caſu res perſcribi non
poſſet l.Pomp.§.cum quis de adquir. poſſ.§.

furti uæ

furtiuæ Inſt. de uſucap. nec conceditur illi
poſſeſſori Publiciana.l.eũ qui.§. prætor ait.
ff.de Publicia.ſic ergo contra eũ dari poſſe
uidetur hoc remedium,ex quo ius non ha-
bet,quo ſe tueatur contra antiquiorem poſ
ſeſſorem.uerum ex relatis rationibus ſupra
defendi minimè poſſe uidetur & hic caſus.

78 Quintus eſt caſus,quãdo is ſingularis † ſuc
ceſſor eſt cum titulo & bonafide,ſed uitioſo
poſſeſſori ſucceſſit,qui ſanè caſus a tertio nõ
multum differre uidetur,etſi ab eo hunc di-
ſtinguat Soc.in.d.l.rem quæ nobis,num. 12.
uerſi.aliquando & quarto , qui cenſuit hoc
caſu non eſſe huic remedio locum,ſic & ibi
dem Alex.nume.8.circa prin. & conſi. 118.
col.1.lib.1.ea adducuntur ratione,quia poſ-
ſidens cum titulo & bonafide rem non uitio
ſam, licet cauſam habuerit a uitioſo autho
re, habet tamen Publicianam. l. eum qui §.
prætor ait.ff.de Publicia. quare ſi conuenia
tur, poterit ſe defendere , nam cum agere
poſſit , fortius poterit ſe defendere. l. inui-
tus.§.cui damus,de reg. Iur.

Contrariam tamen ſententiam probauit
Ripa in ca. ſæpe nu.28.in fi. & ambigit Soc.
d.l.rem quæ nobis.d.nu.12.uerſi. poteſt ta-
men etiam ſuſtineri.moti ſunt : primo quia
licet nouus hic poſſeſſor uitioſus non dicat,
attamen,ex quo ab authore uitioſo cauſam
habuit,ſua poſſeſſio non procedit a pari, cũ
poſſeſſione actoris antiqui poſſeſſoris , cum
nouus longo tantum tempore non præſcri-
bat,ut is antiquus poſſet . quare fortior &
melior eſt antiqui poſſeſſoris poſſeſſio,præ
fertur ergo,uerum non urget hæc argumen
tatio,quia etſi rei conuenti poſſeſſio ita po-
tens, & efficax non ſit,quoad omnia,ut poſ
ſeſſio actoris , ſufficit tamen,ſi ita potẽs ſit,
ut ſe tueatur,cum ſpoliator,nec iniquus poſ
ſeſſor dici poſſit. quamobrem conueniri nõ
poteſt.Nec me mouet , quod ſecundo loco
inquit Soc. hunc actorem deducere in arti-
culis poſſe,ipſius noui poſſeſſoris poſſeſſio-
nem reſpectu antiquiori ſuæ eſſe clandeſti-
nam,iuxta doctrinam Bart. & omnium in l.
ſi de eo.§. ſi fortè de adquirẽ. poſſ.cum aliis
a nobis ſupra congeſtis, quia reſponderi po
teſt, parum actori deductionem illam pro-
deſſe poſſe, cum clandeſtinitas eo caſu pro-
bari nõ poſſit, cum nouus is poſſeſſor clam
poſſidere , non dicatur , is enim clam poſ-
ſidet qui dum metuit futuram controuer-
ſiam,eam poſſeſſionem furtiuè ingreditur
l.clam poſſidere in prin.de adquir.poſſ. Nec
dicatur ſuus author fuit uitioſus ſicq; clan-
79 deſtinus,dico † uitium illud non tranſire in
ſucceſſorem bonæfidei ut tradunt oẽs in d.
§. cum quis ibi Bar. nu.6. & in §.quod autẽ
Inſt. de uſucap. clarè Alex. conſi.118. nu.3.
lib.1.quare dum nos de ſolo bonæfidei ſuc-
ceſſore diſputamus, intelligimus eum omni
clandeſtinitatis uitio carere,aliis tamen ra-
tionibus a nobis iam perpenſis uerè conſtat
hoc in caſu ceſſare huius canonis remediũ .

Sextus eſt caſus magis controuerſus, in
quo non mediocriter doctores noſtros ua-
80 riaſſe uidemus,quando ſcilicet nouus† poſ-
ſeſſor eſt cum titulo & bonafide , & cauſam
habuit a bonæfidei authore . an contra eum
concedatur hoc remedium: & prima eſt opi
nio affirmatiua,cõcedi quam probauit gloſ.
in cap. cum ad ſedem de reſtitut. ſpolia. ibi
Pano. nu.26. & Hoſtien. Innoc Calde.Bu-
tr. & Abbas in cap.ſæpe,qui quidem Abbas
teſtatur ab hac ſententia tanquam a cõmu-
ni & uera non eſſe recedendum,ibiq; refert
eiuſdem ſententiæ fuiſſe Goffredum,& La-
pum alleg. 52. ſic hanc probauit Geminia.
Ligna. & Archidia.in hoc cap. reintegran-
da, hanc eſt ſecutus Alex. in l.rem quæ no-
bis nu.8.de adquir.poſſ.quo loci affirmat ſic
conſuluiſſe & iudicari uidiſſe idem ſic conſu
luit conſil.51.nu.1.uerſi. quinimo tenuit lib.
1.conſi.117.nu.3.in fi. & nu.4.conſil.200.nu.
8.lib.2.conſil.6.nu.5.lib.3.conſi.91. nu.6. &
conſi.92.nu.8.lib. 5. idem reſpondit Ancha.
conſi.42. circa med. Corne. conſil.56.nu.4.
lib.2. qui communem eſſe & in foro ſerua-
ri teſtatur,non audet tamẽ hanc affirmare,
ut idem quoq; nutat in conſi.35.nu.18.lib.1.
Barba. conſil.42.col.pen.ubi communẽ eſſe
teſtatur lib.2.& conſil.24.col.2.lib.4.Roma.
d.l.rem quæ nobis,& ibidem Iaſ.num.19.ubi
hanc cõmunem teſtatur , refertq; ſepius ſic
conſuluiſſe,ut uerè conſuluit,conſi.72.col.1.
lib.4. idem reſpondit Soc. Sen. conſi. 18.col.
12.uerſi. tertium remedium conſil. 89. in fi.
lib.1. Io. Maria Riminal.conſi.67.nu.7.cõſ.
98.nu.76.li.1.& conſi.428.nu.10.lib.3. & ibi
Hippolytus Riminal.in additio. idem cẽſuit
Afflict. Deciſ.361. nu.33. Dec.conſi.57.col.
ult. conſi.136.in fi.& conſi.252.in fi.Lucas a
Penna in l. ſi coloni. q.21 . C. de agricol. &
cenſ.lib.xj.hanc eſſe communẽ teſtatur Ro-
ber. Maran. de ordine iudiciorum 7. diſtin-
ctione iudiciorum nu.50.& Caſſad.in tit.de

reſtitut. ſpolia. Deciſi.7.& probat Bertran.
conſil.121.&conſi.313.lib.2.Boe.q.238.col.
6.Soc.Iun.conſ.34.num.12.lib.3.Claud.Sey-
ſell.d.l.rem quæ col.2.Alcia.reſponſo.388.
nume.2.Bero.cap.in literis num.19. de reſti
tu.ſpol.Plotus in.l.ſi quando num.66.C.un-
de ui,Roland.a Valle conſ.50. nu.11. conſi.
72.num.7.8.libr.2. uerum quæ adducuntur
fundamenta non urgent. Primo enim loco
illud adfertur.quod probata antiquiori poſ-
ſeſſione noua,& recens præſumitur clande-
ſtina, c. licet cauſam,de proba.& tunc præ-
ſertim cum ipſa clandeſtinitas eſt allegata
&deducta,iuxta doctrinam Bartol.in.l.ſi de
eo.§.ſi fortè in fi.de adquir.poſſeſſ.quàm ſe
cuti ſunt plures olim à me relati,& præſer-
tim Ruin.conſ.56.in fi.lib.4.& Iaſ.conſi.21.
col.2.lib.3.uerum reſpondetur & rectè ſe-
cundũ Soc.d.l.rem quæ nobis nu.12.uerſi.ali
quando quinto,& ult.& ibi Ripa nu.27.nõ
81 procedere hoc in caſu † clandeſtinitatis ui-
tiũ,quod tollitur per titulũ bonã fidẽ.l.clam
poſſidere in prin.de adquirẽ.poſſ.quã reſpõ
ſionẽ probauit Ripa in ca.ſæpe nu.28.uerſ.
ſecundo confunditur.de reſtitu.ſpol.& ante
eos ſic Alex.conſi.118.nu.2.uerſi.& dato li.
2.quo loci nu.8.ſubdit, actori hoc nihil pro
deſſe,ſi titulũ oſtendat poſſeſſor, quare cen
ſuit in his terminis Pariſ.conſil.12.nu.9.li.
4.poſt Cur.Iun.conſi.17.col.ultima uerſicu.
duodecimũ,quod eũ cõtra nouũ hunc poſ-
ſeſſorẽ non militet illa qualitas clandeſtini-
tatis,nec cõtra eum hoc remedio agi poſſe.
82 Præterea† clandeſtinitatis uitium perſona-
le eſt Bart.l.Põpo.§.cũ quis nu.6. non ergo
in hunc bonæfidei ſucceſſorem, & cum titu
lo tranſit,ſic Alexan.Soc.& Ripa præcitatis
ſtatim in locis,ſecũdo adferri ſolet tex.iſte
cap.reintegranda,qui imperſonaliter & ge-
neraliter loquitur,ergo generaliter intelli-
gendus.l.1.§.& generaliter.de leg.præſtand.
quæ conſideratio confirmatur ex ca.Epiſco
pi.3.q.1.& cap.eccleſia.3.q.2.ubi ab æmulis
poſſeſſio recuperatur, & a quibuſcunq; &c.
83 quæ dictio † quibuſcunq; ut multum genera
lis omnes complectitur caſus etiam priuile
giatos.l.in fraudẽ.§.ult.de nullita.teſta.in.l.
1.§.quod autẽ.de alea.in.l.una in uerbo ſpõ
ſam.C.de raptu uirg.Soc.in.l.2.§. ex his in
prin.de uerbo.obliga.latiſſimè Tiraq.in.l.ſi
unquã in præfatione.nu.116.C.de reuo. do.
& Crauet.in reſponſo pro Repub.Sauilian.
edito nu.60.62.uerum reſpondet Soc.d.l.rẽ.
quę nobis nu.12.circa.finem uerſ.ſed ad hãc
84 rationem & ibi Ripa nu.27.d.† ca.epiſcopi
85 & cap.† eccleſia,intelligi a quibuſcunq; ma
læfidei poſſeſſoribus,& licet Ripa in .d.cap.
ſæpe nu.28.in fi.maximam hanc eſſe reſtri-
ctionem dicat, nihil eſt cum ſic ratio & ſu-
biecta materia ſuadeat,cum & uerba quan-
86 tum uis † uniuerſaliter prolata ex habilita-
te recipiant reſtrictionem ut in.l. ut grada-
tim.§.1. de mune. & hono. in.l.1. C.de ſa-
croſ.eccleſ.in .§.noſtra autem Inſt.de lega.
§.1.Inſt.de uerbo obliga.quæ ſic declaran-
do citat Rubeus in.l.naturaliter.§.nihil cõ-
mune nume.72.de adquiren.poſſeſſ.ſic feu-
dum conceſſum pro ſe & quibuſcunque in-
telligitur de habilibus,ut reſpõdit Cur.Iun.
conſ.183.nu.6.& alia ſimilia latè adferuntur
a Gomeſ.§.in perſonam nu.24.Inſtit. de a-
ctio.& Tiraq.latiſſimè de Retractu cõſang.
§.1. gloſ.7.num.22. rationem autem reſtri-
ctionis adferunt Soc. & cæteri ex argumen
to.l.ſine autẽ.§.ſi duobus de publica.rationẽ
illã olim ſupra perpẽdebã,quia aliàs fruſtrà
edita fuiſſet conſtitutio cap. ſæpe de reſtit.
ſpolia.ut ſuo infra loco referã: tertio itaq;
loco ſic relati iterpretes argumẽtãtur.reme
87 diũ hoc † reintegrandæ eſt inductũ inſtar,&
exẽplũ interdicti unde ui, ſed in interdicto
unde ui nulla habetur ratio tituli,cum ante
omnia reſtituẽdus ad poſſeſſionẽ ſit ſpolia-
tus ut iã uidimus, idem ergo hoc in caſu di-
cendũ eſt, quia ſi dabitur contra poſſidentẽ
titulo , & bona fide,aduerſus agentẽ nõ ob-
ſtabit dominij exceptio , quę alias obſtaret
ſi de titulo cõſtaret uerũ reſpondendo Soc.
in.d.l. rẽ quæ nobis nu.12. in fi.negat bonã
eſſe cõſequẽtiã , dñij exceptio non impedit
poſſeſsionis reſtitutionẽ,ergo cõceditur cõ
tra poſſidentẽ titulo,hoc patet in ipſo inter
dicto,unde ui,quoſpoliatus ante oĩa reſtitui
tur,& tamen contra ſingularẽ poſſeſſorẽ nõ
datur.l.cum a te de ui & ui arma. ſic in cap.
ſæpe,ſpoliatus ante omnia reſtituitur, & ta
men non conceditur contra ſingularem hũc
ſucceſſorem , niſi ſcienter in uitio ſucceſſe-
rit . quare potius retorquetur fundamen-
tum, ſi eſt inſtar interdicti unde ui,non cõ-
ceditur illud cõtra ſingularem ſucceſſorem.
dicta.l.cum à te, ergo nec hoc noſtrum. ar-
gumentatur quarto,eſſe hoc remedium fa-
uorem animæ inductum , ut euitentur pec-
cata , ergo extenditur , ut iam diximus ſu-
pra ſed nihil eſt, ut iam præcitato loco

oſtendimus,& infra demõſtrabimus, & pro
bare potius negatiuam. Quinto ergo loco
88 ſic argumentantur,† remedium hoc reinte-
grãdæ,eſt magis priuilegiatum, quàm ſit in
terdictum uti poſſidetis,ſed eo interdicto a-
genti, & de antiquiori poſſeſſione proban-
ti,non obſtabit tituli exceptio, ca.licet cau
ſã,de proba.multo minus ergo obſtare poſ
ſe debet hoc in caſu, ſic argumentatur Cla
ud.Seyſell.d.l.rem quæ nobis col.2.& refert
Rube.d.§.nihil commune nu.72.hanc fuiſſe
argumentationem,Alex.conſil.200. ſecun-
do dubio lib.2.reſpondetq; is Rube.minimè
uerum eſſe, quod antiquiori poſſeſſione in
89 eo † interdicto uti poſſidetis probata,nouus
poſſeſſor cum titulo ſuccumbat, ut probat,
tex.l.ſi duo in prin.ubi Bar.ff.uti poſ.& con
ſuluit idem Rub.conſil.4.nume.2.& alios ſu
pra retulimus. q.11.primo caſu. præterea ut
iam ſupra cum Soc.dicebam, non eſt bona
conſequentia, tituli exceptio non impedit
poſſeſſionis reſtitutionem, ergo agi poteſt
contra ſingularem ſucceſſorem habẽtem ti
tulum & bonamfidem:nec hic titulus alium
reſpicit effectum, quam ut clandeſtinitatis
uitium tollatur,quod declarat Rube.d.conſ.
4.num.11.quo loci num.14.uerſ. non obſtat
tex.reſpondet.d.cap.licet cauſam leuia alia
nonnulla adferri ſolent,ut argumentatio il
la ex.l. ſi me & Titium ſi certum pet.&.l.2.
de tritica.ſed reſpõdet Rube.d.§. nihil com
mune.nume.72.in fi.&reſponſiones aliæ col
ligi poſſunt,ex his,quę ſuis retulimus locis,
non repeto.

Cõtrariam itaq; ſententiam negatiuam,
hoc ſcilicet reintegrandæ poſſeſſionis reme
dium non concedi contra ſingularem ſucceſ
ſorem poſſidentẽ titulo & bonæfidei, qui à
bonæfidei & titulato authore cauſam habu
it:probauit Bar.d.l.rem quæ nobis, quẽ ſe-
cuti ſunt Ang.& Imol.ut ibidem retulit Soc.
n.12.uerſ.aliquãdo quinto ac ultimo&c.qui
& ipſemet Soc.in hoc parum ſibi conſtans,
hanc probauit ſententiam,& idem,in conſi.
266.col.6.uerſ.ſecundo eadem concluſio,li.
2. qui multos eiuſdẽ opinionis retulit inter
pretes,ut Nicola. de Matterel. & Bal.in.l.2.
C.de furtis,Specul.in tit.de petito. & poſſeſ
ſo.uer.quid ſi peto,Andream Barulũ ac Io.
a Platea.in.l.ſi coloni.C.de agr.& cẽſ.li.11.
citat,& Alex.ſibi diſſidentem in conſ.118.li
1.& conſi.89.nu.7.conſ.90.lib.5.idem reſpõ
dit Calca.cõſil. 116.col.2. uer. ſed & tertio
Corne.conſil.18.nu.11.conſi.62.nu.10.uerſ.
tamen præfertur,& conſil.329.nu.30. 31.li.
1.latè conſil.282.nu.7.lib.3.Rui.conſ.49.nu
11.lib.4.Ancha. conſil.310.col. ultima uerſ.
iſta enim iura,eiuſdẽ ſentẽtię fuit Pract. Pa
pien.in forma libelli quo agitur in cauſ.ſpo
lia.poſſ.in glo.1.nu.8.in fi.idem cenſuit Iaſ.
ſibi contrarius,in conſil. 21.col.1.uerſic. ſe-
cundo reſpondetur lib.3.ubi eiuſdem ſenten
tiæ citat Io.Fabri.in §.ſed iſtæ Inſt.de actio.
Io. Mariã Rimina.conſil.238.nu.10.lib.2.&
Hyppol.in additio.relati Riminaldi,ad cõſ.
67.nu.7.lib.1.ambo parum in hoc ſibi con-
ſtantes idem a ſe diſſidens,cenſuit Ripa. d.l.
rem quæ nobis nu. 27. hanc ſemper proba-
uit Rube.d.§.nihil commune num.71.72.in
conſ.4.col.2.& conſ.167.nu.9. hanc eſſe ue-
ram& communem probat Pariſ.conſi.1.nu.
166.lib.1.& ſibi parũ conſtans Sòc.Iun.con.
47.nu.25.& conſi.48.in fi.lib.2.Brun.conſil.
19.col.ultima & conſ.21.col.1.Goza.conſi.
28.nu.36.idem cenſuit ſibi contrariusAlcia.
in.d.l.rem quæ nobis nu.8.hanc probaſſe ui
detur Molinę. in additio.ad Alex. in conſil.
6.nu.5.in uerbo.non ſatis.lib.3. dum citan-
do Ancha.ſubdit non practicari, hanc clariſ
ſime ſecuti ſunt Natta conſil.188.in fi. lib.1.
& clariſſimus pręceptor ac compater meus
Io.Cephalus conſil.4.nu.1.conſ.100.nu.22.
lib.1.& huic ſententię ipſe pariter ſubſcribo
cum & communẽ magis eſſe intelligã,nã li
cet pro hac negatiua ſẽtẽtia enumerati fue
rint.27.interpretes:pro affirmatiua autem.
34. attamen ſi diligenter animaduertantur,
multi ex relatis pro affirmatiua indiſtinctè
90 eã non probant,† nã glo.in ca.cum ad ſedẽ
in glo.ultima, in prin. ſolũ quoad poſſeſſio
nem rei eccleſiaſticę, non quoad cætera lai
corum,intelligit Inno.uero in. d.ca. cum ad
ſedem col.2.nec unam, nec alterã affirmat,
cum neget remediũ ex hoc canone eſſe no-
uum,idem Inno. in cap. ſæpe dubitatiuè tan
tum loquitur,nec audet eam ſententiã affir
matiuã probare,ſic Butrius & Abbas relati
limitatè tantum loquuntur, quoad eccleſiæ
poſſeſſionem,ut etiam animaduertit Rube.
d.conſi.4.nu.9.quo loci idẽ dixit de Calder.
Lappo.& Ligna.Hoſtie. uerò ſenſit hoc re
mediũ non eſſe nouum,ſed reſtitutorium ſe
cundum actionis motæ ſpeciem,ut dicebat,
Inno.d.cap. cum ad ſedem col.2. ſic eum in-
telligit Lappus.d.alleg. 52.cir.prin.Boe.aũt
nõ ſatis clarè explicat,qd hac de re ſentiat:

& quia Inno.Hoſtien.& alij non nulli ex an
tiquioribus parum conſiderate' pro affirma-
tiua citari conſueuerunt,cæteri recentiores,
non animaduertētes eam affirmatiuam ab-
ſolute' omnibus in caſibus ueram affirma-
runt, ſic & Bero. in.d.c.in literis.59.nu.dum
per tranſennam hac de re uerba faceret, in
conſiderate pro affirmatiua Bar.citabat, ſic
& Ancha.d.conſ.305. quoad res eccleſiæ in
telligit,&Caſſado.in.d.deciſſione.7.& Cor
ne.conſ.57.num.20.21.lib.2.audacter affir-
mat procedere ſolum quoad res eccleſiæ ali
as affirmatiuam ſententiam non eſſe ueram
affirmaſſe uiſus eſt.Omitto nunc eorum au-
thoritates, qui tam incōſtantes reperti ſunt
ut quid ſibi placeret uix intelligamus,quare
omnibus prætermiſſis rationibus ueris, ac
ſolidiſſimis fundamentis, eſt, quod ueram
hanc oſtendamus negatiuam, primo ergo
91 loco adduci ſolet† tex.l.ſiue autem.§.ſi duo
bus,de Publicia.ſi duo,titulum a diuerſis do
minis uenditoribus conſecuti ſint, & in bo-
na fide uterq; ſit, ille in Publiciana præfer-
tur,qui de præſenti poſſidere reperitur,nam
illa ratio qua Publiciana non conceditur cō
tra illum ſic poſſidētem,facit ut nec detur re
integrandæ hoc remedium nec Butrij pro-
deſt reſponſio,quam diluit Alex.d.l.rē.quæ
nobis,& ibi Ripa.nu.27.idē Ripa.d.ca. ſæpe
nu.28. uerſ.circa ſecundum caſum Rube.d.
§. nihil commune n.70.minus quoq; ſatisfa
cit Abbatis reſpōſio.d.cap.ſæpe dum inquit
in caſu.d.§.ſi duobus,actum non fuiſſe de ſo
lo poſſeſſorio, ut in caſu noſtro, ſed etiam
de petitorio, in quo non conſtabat de iure
alterius eorum, quare in dubio pro poſſeſſo
re fuit pronunciatum: in caſu autem noſtro
ſolum agitur,ut ſpoliatus ante omnia reſti-
tuatur,ob idq; antiquior poſſeſſor præfer-
tur,quàm ſanè reſponſionem probarunt A-
lex.& Ripa.d.l.rē quæ nobis,uerum idē Ri-
pa in.d.cap.ſæpe nu. 28. uerſ.nec obſtat re-
ſponſio &c.hanc Abbatis reſponſionē, non
probauit,quia ſi in caſu illo.§.ſi duobus anti
quior poſſeſſor cū titulo,non præfertur no-
uo poſſeſſori cum titulo, quanto fortius in
caſu noſtro,in quo antiquior poſſeſſor, qui
ut ſpoliatus agit,nititūr ex ſola antiquiori
poſſeſſione obtinere,non debet contra poſ-
ſeſſorem cū titulo & bona fide, & ſi dicatur
(inquit Ripa),quid prodeſt noui huius poſ-
ſeſſoris titulus,cum contra ſpoliatum obijci
non poſſit dominij exceptio, reſpondetur
(ait ille)prodeſſe ad iuſtificandam poſſeſſio
nem,& ad tollendum omne clandeſtinitatis
uitium, quo fit (inquit Soc. in.d.l. rem quæ
nobis num.12.in fi uerſ.unde putarem)ut mi
nime æquum eſſe uideatur,ut is actor,qui ni
titur ex antiquiori poſſeſſione ſola obtine-
at contra nouum poſſeſſorem,qui ſuam poſ
ſeſſionem ex titulo iuſtificat:hanc præterea
ſententiam confirmat ſecundo loco ratio il
la,quā conſiderant interpretes pro affirma
92 tiua dū inquiunt,† remedium hoc reintegrā
dæ eſſe inductū, ne is,qui aliena occupauit,
in peccato mortuus iaceat,ſed hæc ratio ceſ
ſat in caſu hoc noſtro,ergo ceſſat & diſpoſi
tio.l.adigere.§.quamuis, de iure patro. latè
Tiraq.tract.quod ceſſante cauſa ceſſet effe-
ctus in prin.n.125. quod autem in caſu no-
ſtro ceſſet ipſa ratione, clarè apparet, quia
nouus hic poſſeſſor,non poteſt dici ſpolia-
tor,non uitioſus poſſeſſor,& per cōſequens
nec eſt in peccato, cum titulum ac bonamfi
dem habeat, quod ſanè fundamentum ſen-
ſit Alcia.in.d.l.rem quæ nobis num. 5. in fi.
& Rube.d.con.4.nu.5.& ſimile eſt quod ſen
ſit Ripa.in cap.ſæpe nu.12.de reſtit.ſpolia.
Tertio etiam loco in hanc adducor ſententi
93 am ex tex.† cap. ſæpe de reſtitu. ſpolia. cu-
ius conſtitutio edita fuit per annos quinqua
ginta poſt promulgationem, huius canonis
reintegrāda,ut iam in anteludijs nu.60.dixi
mus,cum ergo ex eo cap. ſæpe conſtitutum
ſit,agi ſolum tunc poſſe contra ſucceſſorem
ſingularem ſciēter in uitioſa poſſeſſione ſuc
cedentem,ſi ex hoc noſtro cap.reintegran-
da,ſpoliato ſuccurſum etiam fuiſſet contra
ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bo.fi-
de poſſidentem, pluſquam fruſtra ea & inu-
tilis fuiſſet illius cap.ſępe promulgatio,quia
ſi erat certum dari remedium cōtra poſſeſſo
rem cum titulo & bonafide,non ne erat plus
quàm abſolutum dari contra illum,qui ſciē-
ter in uitio ſucceſſit,ne ergo fruſtra edita ſit
conſtitutio cap.ſæpe,dicamus Pontifices ip-
ſos ſatis intellexiſſe ex hoc ca.reintegrāda,
non eſſe ſuccurſum contra ſingularem ſuc-
ceſſorem,quouis etiam modo poſſidentē,ut
in præcedentibus caſibus admonui, hancq;
argumētationē,ut noſtro olim ex capite p-
pēdiſſem,animaduerti deinde,eā ſenſiſſe Ab
batē.d.ca. ſæpe, & clare eam perpendit Soc.
Sen.d.conſ.266.col.7.uerſ.præterea hoc pa-
tet.lib.2.& Frācus in diſputatione de petito
rio & poſſeſſorio primo dubio nu.19.& poſt

Corne.

Corne.conſ.18.nu.11.lib.1.ſic ſenſit Rube. d.conſ.4.nu.6.& relatus Corne.aliis in locis hac ſemper uſus eſt argumentatione,quę ſane argumentatio mea ſententia omnem tollit dubitationem,ſi diligenter perpendatur.

94 Declaratur hæc † concluſio non procedere in regno Neapolitano ex regia illa conſtitutione circa uiolentiarum,qua eſt prouiſum etiam contra milleſimum ſucceſſorem, in quem poſſeſsio hæc ſemel uitio ſpolij effecta tranſit ut retulit Rober. Maranta de ordine iudiciorum.7. diſtinctione iudiciorum nume.53.

95 Quæro.14.an remedium † huius canonis concedatur illi, qui ſuo facto & culpa poſſeſsionem amiſit,& non concedi concludūt omnes ut teſtatur Rip.in d.cap.ſæpe nu.27. Ruin.conſi.47.nu.5.conſi.49. num.9.uerſic. quarto non competit lib.4.Soc.d.l.rem quæ nobis num.8.de adquir.poſſ.Riminal.conſil. 428.nu.28.lib.3.ſenſit Francus in diſputatione de petitorio & poſſeſſorio primo dubio nu.44.Abbas cap.accedens il.1.nu.19.ut lite non conteſta.Caſſado. in ſuis Deciſio.tit.de reſtitu.ſpolia.Deciſ.4.nu.6.Gratus conſ.50. nu.13.lib.1.Brun.cōſi.21.nu.2.3.Marſil.ſing. 600.Rubeus d.§.nihil commune num.73.Sigiſmundus inter conſilia feudalia conſil.45. nu.6.Pariſ.cōſi.1.nu.164.lib.1.Soc.Iun.conſ. 47.nu.14.conſ.48.nu.6.lib.2.Neuiz.cōſi.79. nu.24.33.Plotus.in.l.ſi quando nu.71. C.unde ui Cephalus conſil.100.nu.26.lib.1. adducitur omnes ex uerbis huius cap. reintegrāda,ibi, & per quaſcunq; iniuſtas cauſas,ergo ſecus cum cauſa fuit iuſta,nec iuſtior inueni poteſt illa, quæ ex propria uoluntate

96 prouenit,cum † damnum,quod quis ſua culpa ſenſit,alteri imputare nō debeat ca.damnum de reg.iuris in.6.hāc ſententiam quoque confirmat text.a Franco qui ſupra perpenſus in.l.ſiue autem.§.ſi duobus in fi. ff.de Publicia.quo dicitur cautum,cadentem ſuo facto è propria poſſeſſione,non experiri cōtra bonæfidei poſſeſſorem.

97 Declaratur primo non procedere † quando is poſſeſſor antiquus ſua negligentia,uel culpa in omittendo poſſeſsionem amiſit,tūc enim ea non obſtante reſtituitur ante omnia ex hoc canone ſic in Capella Toloſana fuit deciſum ut retulit Aufrerius in Deciſ.d. Capellæ.q.487.item fuit quæſitum aliquis uult agere,ut declarat.Crauetta conſi.335. col.penul.circa finem uerſ.idem uult &c. & in amittente per negligentiam, tradit clarè Barba.in ca.ſæpe de reſtitu.ſpolia.ut refert Ange.Are.in.§.quadrupli.nu.32.uerſi. ſeptimo principaliter Inſt.de actio.Ruin.con.37 nu.9.libr.4.& egregiè declarat Rolandus a Valle conſil.50.num.12. lib.2. uerum ratio qua adducitur Capellus ſuadet,ut non modo intellexerit de culpa in omittēdo, ſed & de culpa in faciendo dum inquit in hoc remedio neceſſe non eſſe, quod ſpoliatus probet ſpoliationem iniuſtam, cum ſatis præſumatur eo caſu probando antiquiorem poſſeſſionem,nam tunc præſumitur iniuſta ſpoliatio, quia contrarium non probatur cap.

98 licet cauſam de proba.nam & † in dubio pręſumitur antiquior poſſeſſor ſine cauſa ſpoliatus.quare, qui eum ſua culpa ſpoliatum affirmat,probare debet,ſic Innoce.cap.poſt electionē de conceſſ. proben.Brund. cōſ.19. num.26.Ruin.conſil.49.nu.1.lib.4. Rolan.a Valle.conſi. 50.num.5.lib.2. quæ ſane ratio haud.uera ſatis eſt,ſi intelligamus, cum factum ſpoliati adfuit,licet enim præſumptio ſit pro ipſo antiquiori poſſeſſore, attamen

99 cedit illa † præſumptio non modo probationi ueræ,ſed & alteri præſumptioni efficaciori.l.Diuus. ff.de in integranda reſtitutione,ubi Bart.Crauet.conſil.250.num.2.& conſil.258.num.21.ſi ergo de facto ſpoliati conſtet ceſſat omnis dubitatio. quare dum ait Capella, his uerbis, quia præſumitur eo ipſo quod cōtrarium non probatur, ſi ergo contrarium probabitur,ceſſabit remedium. Deciſionem ergo Capellæ dubiam admodū arbitror,ſi idem intelligit,cum ſpoliatus eſt poſſeſſor ſuo facto in agendo : quod autem dicitur de negligentia & culpa in omittendo, uerum cum illis fateor ſed hac in re †

100 erit, quod animaduertamus aliter ſenſiſſe Socinum Sen.d.l.rem quæ nobis & in conſi. 266.libr.2.qui ſua negligentia ſolā poſſeſsione priuatū negat poſſe reintegrari, ex hoc canone quam ſententiam uiſi ſunt probare Rui.conſi.69.col penul.lib.1.conſi.49. nu.9. lib.4.& clarius Rolan.a Valle.d.conſi.50. in fi.lib.2.quorum ſententiam,eo ipſe caſu defenderem, cum negligentia tanti temporis eſſet, ut ratione præſcriptionis excluſus is fuiſſet,qua de re ſuo loco fuſius.

101 Declaratur ſecundo nō procedere †quando prælatus uel negligentia facto proprio agendo eccleſiæ poſſeſsionem amiſiſſet,nec enim ſuum factum eccleſiæ nocere debet,ſic

Capella.d.q.487.i ſine, etſi hoc uideatur in
telligere per reſtitutioné ex iudicis officio
ex notab.tex.cap.accedens.1.ibi Abbas nu.
19.ut lite nõ conteſta.idem reſpondit Rim.
conſil.428.num.30. lib.3. & de officio iudi-
cis intelligit Soci.Sen.conſi. 266.colum.9. in
principio lib.2.& in .l.rem quæ nobis nu.9.
ubi declarat de adquirenda poſſeſſione , &
dicam infra in ultimo remedio.q.2.ubi alia
referam,& Plotus.d.l.ſi quando,num.71.C.
unde ui,conferunt quæ dixi ſupra in reme
dio.9.ad.l. ſi quis in tantam.q.10.

103 Declaratur tertio non procedere † quan-
do ſpoliator ſuo facto iniuſto feciſſet,ut ſpo
liatus ſuã amitteret poſſeſſioné , tunc enim
ceſſat regula damnum,quod quis &c.ſic in-
104 telligo & declaro † Bartolum in.l.de pup.§.
meminiſſe nu.7.de oper. no.nuntia. & Rui.
conſi.37.nu.8.9.lib.4.qui alioqui Soc.ſenten
tiam.d.l.ré quæ nobis nu.8.reprehendit;nec
reprehendi in hoc meretur,quia idem ſenſit
quod Rui.cum ſcilicet factum eſt iuſtum,ſe
cus iniuſtum,ut apud eum , extatq; in hanc
ſententiam egregiũ Theodorici Italiæ Re-
105 gis reſpõſum ut legitur † apud Caſſio. li.2.
uaria epiſtola trãſmiſſa Spetioſo uiro deuo
to:cuius reſpõſi hæc ſunt uerba,Agabitę igi
tur ſpectabilis fœminæ ſupplicatione como
ti (quæ ab uniuerſis tentatum ſuum aſſerit
ſecretũ,ut etiam promitterent deniq; mari-
ti,a quo iuſtè potius merétur extingui)præ
ſenti iuſſione decreuimus,ut a tẽpore, quo
iugalé copulam derelinquit,omni cõtractu,
qui leuitatis errore firmus eſſe non poteſt ,
legum ratione caſſato,quid quid a retẽtato
ribus conſtiterit poſſideri ſine ulla facies di
latione reſtitui,nec ſcelerati ad illuſioné iu-
ſtitiæ fraudũ ſuarũ ualent compendia uen-
dicare,alia leguntur in ſubſequenti epiſtola.
quare in hoc remedio praxis eſt,ut in libel-
lo ſpoliatus dicat ſe ex iniuſta cauſa ſua pos
ſeſſione ſpoliatum fuiſſe,Innoc.cap.cum ad
ſedem de reſtit.ſpol.Rebuff. in commenta-
rijs regia.conſtit.tomo.1.titu.de ſententijs
executorijs art.5.glo.1.nu.5.

106 Quæro.15.quid† ſi minor,uel pupillus.tu
toris,uel curatoris facto,uel etiam proprio,
poſſeſſionem amiſit ex actu aliquo celebra-
to,uel quia alienata res fuit, uel alio modo
diſtracta,an factus maior annis uiginti quin
que hoc uti poſſit reintegrandæ remedio,
quæ ſit in foro praxis , frequens in foro eſt
quęſtio,quam ut explicemus,duorum titulo
rum confusè pertractata a noſtris materia
107 declaranda eſt.extant enim duo † in Codi-
ce tituli,alter quorum eſt in libro ſecũdo,
ſub Rubri.ſi maior factus ratum habuerit,
alter uero eſt in libro quinto,ſubRubrica,ſi
maior factus alienationem ſine decreto ra
tam habuerit,inter quos illam extare diffe-
rentiam male ſunt opinati noſtri interpræ-
tes,gloſa ſcilicet.l.1. C.ſi maior factus ratũ
habuerit ubi clarius Saly.ut is tit. libri ſecun
di intelligatur, cum alienatio nulliter ob iu
ris ſolemnitatem non obſeruatam a mino-
re celebrata,expreſſim,uerbis, uel facto illi
æquipollenti perfecta ætate, cõfirmata eſt,
& tit.libri quinti procedat,cũ alienatio nul
la,ex relata ratione, ſolo temporis curſu ta
citè confirmata eſt, quod totum a ſola legis
diſpoſitione pendet, quàm ſanè differentiã
(& ſi non ignorem recentiores aliquos eam
ſecutos,Curt.ſcilicet Iuniorem conſ. 50.nu.
8.)& puerilem, & iureconſulto minimè di-
gnam ſemper credidi, quãdoquidem ex.l.1.
C.ſi maiorfactus alienationem ſine decreto
ratam hab.lib.5. ex iilis uerbis,cõſenſum de
diſſe, quæ ut hominis factum reſpiciunt, ſic
de conſenſu expreſſo,tanquã in potentiori
ſignificatu ſunt accipienda,& clarius ex.l.2.
illo titulo,ibi,ſpeciali confirmatione, uide-
rim probari titulum illũ libri quinti , loqui,
cum ſecuta eſt expreſſa confirmatio & ra-
tihabitio accedit , quod ſi non alia ratione
different duo ij tituli,fruſtra is titulus librise
cundi(cuius conſtitutiones a Diocletiano,
& Maximiano editæ ſunt , noſtræ ſalutis an
no.287.)fruſtra conſtitutiones illæ promul
gatę eſſent quandoquidem ex.l.1.&.2.illius
tituli,libri quinti(cuius conſtitutiones Gor
diani sũt ab illo editę anno nřę ſalutis.239)
iã cautũ erat tacitam ratihabitioné ex cur-
ſu tẽpis ætate perfecta,geſta i ętate minori,
cõfirmare,ita ut nõ ampliuscõqueri,is olim
minor poſſet,ſi ergo tacita hũc pariebat ef-
fectũ. quãto fortius expreſſa.accedit , quod
& de expreſſa a Gordiano(ut iam retuli)cau
tũ fuerat, ipſe autem arbitratus ſum aliquã
do titulum libri ſecundi a titulo libri quinti
108 in eo differre,ut† titulus libri ſecundi loqua
tur,cum celebratus a minore contractus,eſt
in ſe ualidus & legitimus ob iuris ſeruatam
ſolemnitaté,ſed minore læſo ſui facilitate,
uel aduerſarij calliditate,conceditur in inte
grũ reſtitutio ex Prętoris edicto, ut probat
clariſſimè tex.l.2.C.de pd.mi.hoc multis cõ

firmatur,tituli imprimis collocatio,qui poſi
tus eſt inter titulos i quibus agitur de reſti.
in int. minoribus cōcedēda, uel nō cōceden
da cum ſuo facto ab illa excluduntur,ſuadēt
uerba illius.l.1.illo tit.libri ſecundi,ibi mane
re integram, integra enim res manet , quæ
integra ſemel fuit, non ergo ab initio nulla
fuit,ſed ualida,& ſi per in integrum reſtitu
tionem reſcindatur deinde læſione probata:
clarius probat.l.2.illo tit.lib.2. ibi fruſtra re
ſciſſionem eorum poſtulat,uult enim maio
rem effectum, expreſſe ab eo in minori æta
te geſta,confirmantem, fruſtra celebrati cō
tractus reſciſſionem petere , is ergo actus
ualiditatē præſupponit,aliàs nullum reſcin-
di non poteſt.l. nam & ſi uerſ. poſt defectū.
ff.de iniuſto rupt.& irrit.teſta.ſatis ergo in-
telligimus titulū libri ſecundi, diſponere cū
cōtractus de ſe ualidus eſt: ſed qui medio re
ſtitutio.in integrū,poteſt ætate perfecta,uel
tacitè,uel expreſſe(ut mox clarius dicemus)
108 Cōfirmatur† titulus autem libri quinti intel
ligitur diſponere cum celebratus à minore
contractus, eſt nullus defectu non obſerua-
tæ ſolemnitatis iuris communis,qui ſanè cō
tractus a maiori effecto,uel expreſſe, uel ta
citè ratificatur ac ueluti de nouo ſtabilitur,
loqui autem in contractu nullo ſuadent mul
ta,tituli collocatio inter illos facta qui oſtē
dunt de re minori alienationem factā nul-
lam eſſe , oſtendit, & ipſa tituli inſcriptio ſi
maior factus alienationem ſine decreto,dū
enim ait ſine decreto,oſtendit illam eſſe nul
lam ut probat.l.1.ff. de reb.eo. & clarius is
text.l.2. C.de prædijs minor. qui utrunque
probat , cum nulla alienatio, nec reſtitutio
in integrum eſt neceſſaria , & cum aliena-
tio eſt ualida, ſed per reſtitutionem reſcin-
denda,hoc confirmant pariter uerba.l.2.il-
lo tit.libri quinti , ibi perperam , actum eſt
109 † ideſt nulliter,corrupte,& uitioſe , ut apud
Iuniorem Plinium epiſtola. 49. Perperam
pronuntiare.i.uitioſe & corrupte ſententiā
ferre,& apud Liuium lib.1.ab urbe. recte an
perperam interpreter,fuerit iſta eius delibe
ratio , qui bellum ſuſcepit . accedit quod is
tex.affirmat abſq; alio facto actusūe reſciſ-
ſione minorem poſſeſſionem ſuam retrahe
re,quod tamen ſine reſciſſione non cōcede
retur,ſi actus in ſe ualidus defenderetur, cla
rius confirmat.l.ult.illo tit.libri quinti , ibi,
ut inutilis alienatio, & ibi hoc non aliter fir
mitatem habebit,&hanc quam retulimus ti
tulorum differentiam ſenſiſſe uiſus eſt Ac-
curſius in.l.3.§.1.in glo.comprobauerit.ff.de
minor.25.annis, eoq; loci uno eam proba-
uit uerbo eruditiſſ.Iac.Cuiacius,&idem for
tè uoluit ſentire Alba.conſ.11. num.20. hac
ergo infecta cōuulſa radice, reiq; patefacta
ueritate,in ueri inueſtigatione & propoſitę
quæſtionis noſtræ elucidatione eſt incum-
bendum,& ut duorum titulorum libri ſecun
di & quinti,duo ſunt diuerſi tractatus,(a no
ſtris tamen male confuſi) ſic duo conſti-
tuam capita.

Primum quæſtionis caput illud eſt , cum
110 † minor rem alienauit propriam obſeruatis
iuris ſolemnibus , ita ut iure ualida ſit alie-
natio,quæ tamen reſcindi poteſt beneficio
minoris ętatis,cū is minor ſui facilitate læ-
ſus eſt hoc ergo caſu ſi maior factus aliena-
tionē hāc confirmet ratāq; habeat , reſtitui
amplius nō poterit.l.1.&.2. C.ſi maior fa-
ctus ratū habue.lib.2.Codicis,ſic probat te.
l.3.§.1.ff.de minor.&.l.unica.§.1. C.ſi in cō
111 muni eadēq; cauſa,hęc ſane† ratihabitio tri
112 bus fieri dicitur modis. primo uerbis † ex-
113 preſſis,ꝙ ſatis probatur ex † Iulio Paulo re
ceptarum ſententiarum titu. de minoribus,
apud quem ſic legitur, ſi maior effectus, res
quas minor egit, pacto uel ſilentio compro
bauit,aduerſus hunc quoq; in integrum re-
ſtitui fruſtra deſiderat,ſcio etenim hāc rati-
habitionis ſpeciem non probari in.d. l.1. &
2.C.ſi maior factus ratumhabue. quādoqui
dem in illis,non declaretur, qua ratihabitio
ne is actus olim geſtus confirmetur.

114 Secunda eſt † ratihabitionis ſpecies, quæ
tacite fit,ut ex Iulio Paulo,qui ſupra intelli
gimus,lapſu tēporis,nō quinquennij, ut ma
lè ſunt opinati Paris.conſ.33.nu.29. cōſ.49.
nu.14.15.li.1.Bello.conſ.18.num.16. ſed qua
driennij.ex.l.ult.C.de tempo. in integ. reſti.
peten.quā in hanc ſententiam citare uoluit
Alba.cōſ.11.nu.20.& glo.in.d.l.3.§.1. in uer
bo comprobauerit. ff.de minor. quod ſanè
115 † quadrienniū cum utile ſit,a die perfectę ę-
tatis ſcienti, nō ignorāti currit , ut probant
omnes in.d.l.ult.& latiſſimè tradit Tiraqu.
tract.de retractu cōſan.§.35. gl.2.nu. 43. &
Boe.q.39.qui exactè contendunt multorum
authoritatibus relatis,an ignorāti elapſis cē
tum annis,hæc reſtitutio ex quadriennio cō
cedatur,qua de re & apud Dec.conſ.36.col.
ult.conſ.304.nu.7.& conſ.436.n.8.9. Rube.
conſ.98.nu.3.& eſſe tēpus hoc utile, ſcribit

Rui. conſil.35.nu.34.conſi.68. in fin. conſil.
110.in fi.lib.1.Soc.Iun.conſi.70.nu.27.conſil.
76.nu.31.conſ.128.nu.161.lib.1.con.115.nu.
8.lib.2.conſi.6.nu.9.lib.3.idem conſi.37. nu.
116 18.lib.4.ibiq; declarat ſufficere †præſumptā
ſcientiam,ad hoc ut hoc quadriennium cur
rat,alia apud eundem.Rui.conſi.143.nu. 15.
lib. 4. & conſi.36.in fi.lib.5. quo loci multis
probauit,hoc quadriennium in ſuſpenſo ex
pacto contendentium poſſe ſtare. hoc tamē
117 † quadriennium , Papiæ,ex ſtat.23.in ciuili
bus,ſub Rub.quod pronuntiatus maior &c.
incipit currere a die, quo facta eſt pronūtia
tio maioris ætatis,ut ſunt clara illius uerba,
hac in re omninò notanda.
118 Tertia eſt † ratihabitionis ſpecies, quæ fa
cto aliquo inducitur , & ſonat inter expreſ-
ſam,& tacitam,ut inter unam & alterā col-
locauit Saly.in d.l.1.C.ſi maior factus ratum
habuerit,quem ſecutus eſt Cur.Iun.con.50.
nu.9. facto ergo hoc noſtro caſu, inducitur
ratihabitio,ſic glo.d.l.1.ex tex.l.non ſolum
ff.rem ratam hab. l. indebitum. ff. de cond.
indeb.l.pen.ff.de lege cōmiſſo.quare reſpon
dit Aret.conſi.128.num.6.minorem contra
119 ctum confirmare ratumq; habere † ſi ſoluat
uel ſolutionem recipiat ex l.Iul. §. ulti. & l.
ſeq.ff.ad macedo. & l.cum fidem. C.de non
numer.pecu. in terminis in l.ſi filius.ff.de mi
nor. 25. annis, idem reſpondit Alex. conſil.
117.num.2.lib.5.quem ſunt ſecuti Dec.cōſi.
120 32.nu.5.Bello conſi.18.nu.7 † minorem cele
bratum cōtractum ratum habere , ſi annuus
fructus & reditus percipiat,quare in his ter
minis ſic cenſuit Pariſ.conſi.33.& conſil.49.
nu.17.lib.1. & Cephalus conſi.51.nu.15.hinc
reſpondit Brun. Aſtenſis conſil.51. nume.4.
uerſi. cæterum, Carolum Sabaudiæ Ducem
prudētiſſimum ſimul ac religioſiſſimum, ex
perceptione redituum annorum initam cū
121 celeberrimo †Cunei oppido,conuentionem
122 approbaſſe ratamq; habuiſſe,idem ſi † dila-
tionem petijt ut ſatisfaciat, Gratus conſi.47
123 num.22.lib.1.idem ſi †prætium alienatæ rei
petat effectus maior,probat tex. l. liberis §.
1.ff.de liber. cauſa,& idem reſpondit Craue.
con.159.nu.5.ſecutus Cal.conſi.22.in fi.qui
quidem Calca. uerum tunc intelligit , cùm
ſcienter eam ob cauſam petijt,quod & in cę
teris caſibus adnotauit Ruin. conſi.63.num.
23.in fin. lib.1.alioqui,ignorans ſibi non ad
fert detrimentum. idem dicimus in eo, qui
agit ut rem ex celebrato contractu conſe-
quatur, latè Dec. conſi.489.in fin. in eo,qui
fructus colligit, Soc.Iun.conſi.18 nu.13. lib.
3. alia ſimilia congerunt latè Craue. conſil.
237.nu. 2.3.conſi.261.nu.3.4.conſil.276. nu.
6.Tiraq. tract. de iure conſtituti,tertia par-
te,limitatione 30.nu.21. & Neuiz. lib.6.Syl.
nup. nu.16.eſt huius rei ratio , quia tantum
124 † facto,quàm uerbis animum & mentem de
clarare,geſtaq; rata habere.l.Paulus reſpon
dit.ff.rem ratam haberi,immo plus eſſe fa-
cto,quàm uerbis mentem declarare, reſpon
dit Grammaticus conſil.13.nu.3.probat tex.
in cap. dilecti filij, il ſecondo, de appell. ibi
Dec.ſecundo not. quo adductus ſic reſpon-
dit Anchar.conſi.302. Materia. col.1. quem
eſt ſecutus Soc.Iun.conſi.98.nu. 13. lib.1. &
conſil.42.nu.14.lib.2.Goza. conſi.101.num.
125 125.immò † ex non facto declaratur uolun
tas & animus,latè Crauetta conſi.91. nume.
10.idem in reſponſo pro Republica Sauilia-
ni nu.62.uerſi.ſed & facto. Verum relatæ ra
tihabitionis ſpeciei,ex facto, aduerſari uide
126 tur tex.l.†3.§.ſcio.ff.de mino. 25.annis,quo
probatur minorem,qui minor adhuc hęredi
tatem adiuit, & factus maior debitores hæ-
reditarios exigendo aditionem cōfirmauit,
adhuc tamē in integrum reſtitui. diſſolui ſic
poteſt hæc ipſa obiectio (omiſſa una Grati
reſponſo.116.nume.19.lib.2. declaratione,)
ut intelligamus aditionem ipſam,iam perfe
ctam in ętate minori fuiſſe,quo fit,ut is exa
ctionis actus nihil tribuat , nec detrahat ipſi
aditioni iam perfectæ, in qua initium non fi
nem ſpectamus,ſecus in relatis caſibus, cum
adhuc perfectus non eſt oīo actus, tunc finē
inſpicimus,qui ſi perficiatur tpe ętatis maio
ris,non principium,ſed finem inſpicimus,ad
127 ferri poteſt in uenditione exēplū, quę † tres
perfectiones recipit prima,ne pœnitentię lo
cus ſit,ſecunda qñ tranſit periculum , tertia
quando traditio hinc inde eſt facta,ſic egre-
giè glo. in l. 1. C.de periculo & cōmo. rei.
uend. & Inſtitu. de emptio. & uend. in prin.
in gloſ.1.& tradunt egregiè Bal. & Saly.in l.
2.C.quando liceat ab emptio. diſced. Dec.
conſi.179.nu.3.Afflict. Deciſ.280.nu.4. Pa-
riſ.conſi.50.nu.5.conſi.64.nu.7.li.1. cum er-
go minoris res alienatur,ſi factus maior prę
tium petat,id agit,ut magis ac magis uendi-
tionem perficiat, & hanc diſtinctionē actus
perfecti & imperfecti ſenſit Iac. Cuiacius in
d.l.3.§.ſcio,& confert,quod poſt Abb. Imo
lam & cęteros in cap.dubium il 1.de electio.

ſcribit Eucrard. in centuria legali in ult.lo-
co,a uirtute finis.uerſi. Nihilominus tamen
128 ultra dum affirmat † tempus eſſe ſpectandũ
principij,uel medij,uel finis, ubi actus ſuam
recipit eſſentiam & perfectionem.ẽrit tñ co
gitandum, quia ex multorum authoritati-
bus iam retulimus,ſolam uel fructuum, uel
redditnũ perceptionem ratihabitionem in-
ducere, & tamen perceptio illa non tendit
ad actus perfectionem, ſed ad iam perfecti
continuationem,ideoq; Cuiacius coarctaſſe
reſtrinxiſſeq; eſt uiſus ratihabitionem hãc,
duobus tantũ fieri caſibus:uerbis,& ſilẽtio,
quod ſatis uerba Iulij Pauli receptarum ſen
tentiarum, iam relata ſuadent, idem clarius
probat Egunna.Baro.d.§.ſcio.
129 Extende primo procedere † etiam ſi mi-
noris bona communia ſint ab altero minori
alienata,ſine ſuo conſenſu & mãdato, & fa
ctus maior,qui non uẽdidit, ratificet, & qui
uendidit reſtitui petat,non poterit etiam is,
qui ratificauit reſtitui.hic eſt caſus notab. l.
unicæ §. 1. C. ſi in communi eademq; cauſ.
in integ. reſtit. poſtul. quem textum in hãc
130 ſententiam citauit † Cephalus uir omnium
humaniſſ. conſi.51.nu.14. uerſic. tertio ad-
ducor, & ante eum glo.d.l.2.C.ſi maior fa-
ctus ratum hab. quod intelligo niſi cauſa
131 † ſit indiuidua, quia tunc unius reſtitutio al-
teri prodeſt ſic tradunt. Afflict. Deciſi. 213.
Iaſ. conſil.238.in fi.lib.2.Ruin.conſi.77.col.
3.lib.4.conſi.121.in fi. b.5.ex l.1. C. ſi unus
ex plur.appella. Calc conſi.3.in fi. Marſil.
180. & latè Didacus bro pract. quæſtio-
num cap. 34.nume.2.
Declaratur nunc primum hoc quæſtionis
132 noſtræ caput,† quando geſta a minore, per
aduerſarij dolum geſta eſſent, illa enim per
ratihabitionẽ a maiori factam,non confir-
mãtur,ſic ſunt clara uerba.d.l.1.C. ſi maior
factus ratum habuerit,ibi facta ſine dolo di
uiſio eſt, quod unà cum Pariſio conſil. 49.
nu.38.li.1.intelligo de dolo uero, ut pariter
intelligitur tex.l.3.1. ff.de minor. 25. anno.
ibi,ſed ſi probaret calliditate aduerſarij.&c.
& dum reddit rationem. Neq;.n. extremo
(inquit)die, uidetur ſolum deceptus,ſed to-
133 tum hoc ſtructum,ſeu(ut rectius legit† Ant.
Gouea. noſter interpretum facundiſs. nunc
Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis noſtri a ſecretis
meritiſs. conſiliarius lib.1.lectio. uaria.cap.
134 12)toto hoc†ſtructum,hoc eſt toto iudicio,
id actum, & cogitatũ,eſt enim uerbũ ſtruo
in illa ſignificatione accipiẽdum, ut doloſè
quid machinari & moliri dicatur, ut apud
Terent. in Heaut. num me fefellit hoſce id
ſtruere? & clarius apud Liuium.lib.2. ab ur
be. legati cum alijs alia moliri,apertè bona
repetentes clam recuperandi regna conſilia
ſtruere, & hunc eſſe dolum uerum ſatis pa-
135 tet,cum is † dolus uerus dicatur, qui a lege
non inducitur præſumitur ue,ſed qui proba
tionibus ueluti coniecturis & indicijs dete-
gitur,ut annotarunt Bar.& Caſtre.in l. do-
lum.C.de dolo,qui è contra dolum præſum
ptum eſſe affirmarunt,qui a lege ſine alijs in
medium adductis probationibus præſumi-
tur,quod probauit & Bar.in l. quod Nerua
nu.14.ff.de poſſ. Alex.conſi.103. nu.13.lib.1.
Cora.lib.4.miſcella.Iuris c.1.nu.2.& in no-
ſtris his terminis reſpondit Pariſ.d.conſ.49.
nu.30.lib.1.qui num.35. aliquas refert diffe
rentias inter dolum uerum & præſumptum,
ut & apud relatos Bar. & Coraſium, & alia
apud Rui.in.l.1.à.nuntiatio.num.205. & ibi
Crot.nu.84.de operis no.nuntia. cum ergo
exigat Iureconſultus in l.3.§.1 .de min. doli
probationem,de uero,nõ de præſumpto in-
telligimus,ex quibus ſatis clarè uidemus ma
le reſpondiſſe Cur. Iun.conſi.50.nu.7.8.qui
in eodem ipſo caſu in quo Pariſ.d.conſi. 49.
reſpondens,intellexit.d.l.1. C. ſi maior fa-
ctus ratũ habuerit & in dolo præſumpto lo
cum habere,quã tñ de re latius infra pauló
poſt dicemus,ſed aduerſari huic declaratio-
ni uidetur crebrior illa interpretum, noſtro
136 rum ſentẽtia,qua affirmant † minorẽ in in
tegrũ petentẽ ſe reſtitui,ſe ſui facilitate uel
dolo aduerſarij læſum ꝓbare debere,ut poſt
glo.in l. uerum.§.ſciendum.ff.de mino. tra-
dunt Iaſ.in l.nam & poſtea.§.ſi minor nu.5.
ff.de Iureiuran.Corne.conſi.135.nu.7.lib.2.
Alcia.tract. præſump. reg. prima præſump.
42.nu.3.ſi enim dolus aduerſarij exigitur,ut
in integrum reſtitui poſſit minor, efficiet is
dolus ex diſpoſitiõe.d.l.1.C.ſi maior, factus
ratum hab. reſtitutionem ſemper concedi,
cum quouis tempore dolus inſit, uerius ta-
men eſt,ſi perpendantur oĩa, minori ſuffice
re,ſi ſe ſui facilitate læſum oſtendat,ut pro-
bat is tex.l.uerum.§.ſciendum, ibi inconſul-
ta facilitas,quo loci adnotauit Bar. & Dec.
in l.nihil cõſenſui.§.ius publicum num.3. de
reg.Iur.& conſi.389.nu.10.uerſi.non obſtat
quod &c. Rui.conſi.119.nu.13.lib.5.q pra-
xim docet ex Bar.in l.ult. C.de integr. reſt.

mino.conced. quam probauit & Cur. Iun. conſi.6.nu.20.uerſic.præmiſſis,quod autem de dolo dicitur, ponitur ut contingens,non ut ſemper.ſi enim dolus interceſſit a fortio ri reſtituitur,cum ob inconſultam facilitatē reſtituatur,relata tamen declaratio ita de-
137 mum procedit & intelligitur,ſi † maior effe ctus dolum ignorauit, ſecus ſi illum nouit, quia tunc illi renuntiaſſe dicitur,ſic glo. d.l. 1.C.ſi maior factus ratum hab. ex text. l. ſi qs rationes.ff.de libera.lega.& latē reſpondit Pariſ.d.conſi.49.nu.42.43.li.1.nec enim
138 dubium eſt † dolum etiam uerum de preteri to remitti poſſe.d.l.ſi quis rationes,glo.ubi Iaſ. & cæteri in l.ſi unus.§.illud.ff.de pactis, in his ferē terminis Afflict.deciſione.220.n. 8.de futuro autem,remitti non poteſt.l.Au relio.§.cuius delibera. lega. & latē tradunt Dec.conſi.187.nu.3.conſi.192.nu.4.uerſi.ſe cundo principaliter,& in l.contractus num. 42.de reg.Iur. & apud Pariſ.d.conſi.49.nu. 45.ac alibi ſæpe. Hæc de primo hoc capite, in quo ut ſatisfactum conſultumue minori ſit in amiſſa poſſeſſione recuperanda, ea uti poterit praxi,ut in integrū reſtitutione peti ta contractuq; reſciſſo petat ſe reſtitui & re integrari ad ſuam poſſeſſionē,quod ſi obijciatur amiſſio poſſeſſionis, ſuo facto replicari poterit contractum illum reſciſſum,nō
139 eſſe impedimento,ſic ſenſit egregiē † Natta uir conſultiſſimus ſimul ac doctiſſimus ac integerrimus, conſil.162.nume.34. circa medium lib. 1.

Secundum caput quæſtionis noſtræ illud
140 eſt,cum † contractus rei minoris ipſo iure nullus,a maiori effecto ratificatur, quam ta
141 men † nullitatem intelligunt doctores noſtri,cum cauſatur, ex non interpoſito ſolo decreto,nō autem ſi proueniat ex eo, quod cætere ſolemnitates non ſint adhibitæ, ſic glo.l.ult. C.ſi maior factus alie. ſine decreto ratam hab.in glo. minorum uerſ. porro
142 ubi uendidit quæ inquit † d.l.ult.non habere locum,quando alienatio.fuit nulla defectu legitimitatis perſonæ, ut quia minor ha bens curatorē, ſine illius conſenſu & autho ritate,uenia etatis non impetrata,alienauit, quo in caſu alienatio eſt nulla iuxta.l.ſi curatorē habens.C.de in integr.reſt. mino.uo luit.n. dicere gloſ. deficit hoc in caſu aliena tio ex illo capite,q̄ defectu decreti non interpoſiti,ut rectē exponit Corne.conſi.207 nu.7.li.3.qui poſt.Saly.in d.l.ult.col.ult.uer. quæro quid ſi non tm̄,hanc probauit ſententiam,reſpōditq; aliorum authoritatibus eſſe receptiorem eamq; confirmat ex uerbis. d.l.ult.C.ſi maior factus aliena. ſine decreto ratam hābue.ibi occaſionem pretermiſſionis decreti. ergo a contrario ſenſu qn̄ alio defectu alienatio eſt nulla,non confirmatur ex diſpoſitione illa : accedit quod is titulus præcedenteſq; ſolum in ea nullitatis ſpecie loquuntur,quæ prouenit ex decreto non interpoſito,ſubiecta ergo materia oſtendit ratihabitionē illā ex lapſu tēporis cōfirmare ſolū alienationē nullā defectu decreti nō interpoſiti. At ipſe longe aliter ſentio, nēpe nullam eſſe in nullitatis ſpecie conſtituendā differentiam & ut rem clarē aperiam, uolo
143 beneuolum lectorem monitum eſſe, † Decretum (cuius meminit legiſlator in illo tit. C. ſi maior factus alienationem ſine decreto ratam habuerit & in præcedentibus titulis)accipi in genere & in ſpecie, dicimus.n. in ſpecie eſſe iudiciariç authoritatis interpoſitionem cauſa cognita, ſuper eo,quod petitum eſt,nec uerſatur in abſoluendo uel condemnando ut diffinitiua ſed in affirmādo iuſta ex cauſa actum quid eſſe, ut eſt in alienatione hac bonorū minoris ſic ex multis,rectē declarat Io.Corafius in l.1.n.5.ff.de off. aſſeſſo.& ante eum Alcia.li.2.paradox.cap. 3.quod ſanē decretum dicitur ſententia in cauſarum cognitionibus prolata ut oſtēdit inſcriptio.l.ulti.ff. de iure patro. ſecundum Haloandri & Ruſſardi editionem, ſic enim inſcribitur, Paulus Imperialium ſententiarum in cauſarum cognitionibus prolatarum ſiue decretorum ex libris ſex libro primo, quam rem fuſius & erudite admodū docet
144 † Iac. Cuiacius uir omnium laudū digniſſimus lib.2.obſerua.capit.26.quo loci aperit, decreta nihil eſſe aliud quā Imperiales ſententias probatas in cognitionibus,q̄ decreta,ut a pretore,cæteriſque quorum munus erat ut interponerentur, cauſæ cognitio neceſſario præcedebat,ut probat tex.l. nec qd quam.§.ubi decretum,ubi Eguina. Baro.& Cora.nu.3.ff.de officio proconſ.qui probat clarius ſi iungatur cum textu.l. minorū. C. de prædijs mino. ut omniū primus animaduertit Alcia.lib.2. paradox.cap.3. & dum in ſpecie decretum accipimus,intelligimus eſſe actum unum ſeparatum ab ipſa cauſæ cognitione,cum illam ſequatur, ut probat is tex.l.minorum,ibi,niſi apud acta cauſis pro

batis, quæ uenditionis neceſſitatem inferât, decretum ſolemniter interponatur, & clarè in l.ob æs.C.eo. ſed clarius in l.3. C.ſi quis ignorans &c. ibi, ſine cognitione cauſæ &
145 interpoſitione decreti,† habet enim decreto præcedere ut antecedens neceſſarium cauſæ cognitio, quæ in multis uerſatur, nã antequam minorum bona diſtrahantur conſtare debet.

146 Primo † æs alienum urgere. d.l.ob æs, & in l.magis puto.§.non paſſim.ff.de reb. eorum &c. Afflict. deciſione 249. nu.2. Pariſ.
147 conſi.98.nu.2. & cõſi.99.nu.2.lib. 2 † Rola. a ualle uir (mea ſententia) de legali ſcientia benemeritus, & ab omnibus ſuſpiciendus in Delphico eius conſi.33.nu.2.3. qui cæteras ſolemnitates refert, & paucis ipſe proſequar. Secundo concurrit, ut diligentia adhibeatur, utrum ne extent ſtabilia, quæ minori cum diſpendio diſtrahi poſſint, ut multis docet Rola. d. conſi.33.nu.4. idem, conſ.99 nu.4.5.ex.d.§.non paſſim, qui quidẽ Rolan. poſt Pariſ. & alios plures affirmat neceſſariam eſſe iudicis interlocutoriã, qua pronũtiet mobilia non extare. Tertio requiritur, ut res minus damnoſa minori alienetur.d.§ nõ paſſim.& Rola.d.conſi.33.nu.7.& d.cõſ. 99.nu.5. Quarto res magna alienari non debet, ut paruum debitum perſoluatur.d.§.nõ paſſim.& l.& ſi ſine. §.1. ff. de minor. Rola. q. ſupra nu.8. Quinto tutoris uel curatoris, authoritas.l.neq; l. cum qui. C.de autho.tuto. Rola.d.conſi.33.n.9. Sexto his peractis, decretum debet interponi l.1.§.1. ff. de reb. eorum l.lex.quæ tutores.C.de adm.tuto.& poſt multos reſpõdit Rola.d.conſi.33.nu.9. Septimo quod decretum interponit probatis & excuſſis relatis cauſis, ſcripturaq; ſit ſeparata ut affirmant Corne.conſi.71. n.4.lib. 3.Iaſ.l.nec quidquam.§.ubi decretum nu.71. ff.de offi.proco.cũ alijs a Rola. relatis.n.10. qui ſubdit eſſe deinde neceſſariam ſubhaſtationem, per uiginti dies quod non excutio, ſatis ergo intelligimus quãdo & quomodo decretũ hoc in ſpecie intelligatur & in his, alienationibus interponatur, in genere autẽ ſumitur & decretum quatenus in ſe comprehendit: & complectitur cauſæ cognitionem, & cætera ſolẽnia quæ in his alienationibus
148 exiguntur, quare † decreto alienare intelligitur cum omnibus adhibitis ſolemnibus alienatio fit, ſic probat tit. inſcriptio.ff.de rebus eorũ qui ſub tutela uel cura ſunt, ſine decreto non alienandis uel ſupponẽdis, docet hęc inſcriptio in genere ſine decreto minorum, bona non debere alienari, & tamẽ in, d.l.magis puto.§.non paſſim, enumerat, quæ concurrere debeant in hac alienatione ut ſupra retuli, ſic clare probat inſcriptio tit. C. de prædijs minorũ iuncta. d.l.ob æs, ſumitur ergo hoc caſu alienare cum decreto pro integra hac ſolẽnitate, quæ adhiberi debet, quare in d.l.ulti ma. C. ſi maior factus alie.ſine decreto ratam habuerit, non debent intelligi illa uerba, occaſione prætermiſſionis decreti, pro ſingulari illo actu authoritatis interponendæ, ſed pro integro decreto iuncta cauſæ cognitione cæteriſque iuris ſolemnibus, quæ decretum integrum conſtituunt, quod ea rõne cõfirmatur, quia dicere titulũ. C. ſi maior factus &c. prouidere ſolum, cũ nullitas actus illo ſingulari, decreti non interpoſiti, eſt conſtituere differentiam inter nullitatem actus, uno, uel altero modo, cauſatam & tamen nulla differentiæ ratio adferri poteſt minor ſine cauſæ cognitione & cæteris ſolẽnibus alienare, ſic ſine decreto & e contra, idem ergo ius ſtatuendum eſt l. illud in princip. ad.l. Aquil. cum uulgatis ſimilibus ſuadetur quoque hæc ipſa noſtra ſententia ex.l.2.C.ſi maior factus aliena. ſine decreto ratam habuerit, quo uidemus expreſſam ratihabitionem tacitè æquiparari, ſed per expreſſam omne nullitatis uitiũ ex quouis capite eo in caſu tolliť idẽ ergo ex tacita, ex quibus ſatisfactum eſt leui argumentationi Cornei.in d.conſil.207. num. 7. quem uiſus eſt ſequi & ſi ſuboſcure Ant. Capicius Deciſ.92.num.2.3. & noſtram ſententiam ſibi parum conſtans probauit ipſemet Corne. conſi.36.nu.22.lib.2. & Pariſ d.cõſ. 49.nume.58.libr.1.Gratus conſil. 47. in fine libro.1.

In hoc ergo ſecundo capite, duo caſus cõ
149 ſtituendi ſunt, Primus cum rei † alienatio eſt facta titulo oneroſo, uel quia uendita, uel quia pignori ſuppoſita fuit, uel quid ſimile actum eſt, quin etiam in legitimationis actu procedere intellexit Dec.conſil.367.num.5. ſi ergo hoc caſu ipſa alienatio ſit facta ab ipſo minore cum curatoris conſenſu, uel e cõtra a curatore præſente & ſciente ac cõſentiente minore, uel tertio cũ minor curatorẽ nõ habens & impetrata uenia ætatis alienat uel quarto cõ minor habens curatorẽ uenia impetrata ſine illo alienat. his enim in caſi

bus tantum omnium conſenſu locum habet diſpoſitio.dicta.l.ultima.ut ibi affirmat gloſa Bartol.& clarius Saly.colum. 2.uerſiculo quæro pro dilucidatione, Corneus dicto cõſil.207..numero.6.libr.3.Capicius.d. Deciſione.92.num.2.Ruin.conſil.63.num. 21.in fine lib.1.Alcia.reſponſo.164.num.12. Natta conſil.162.nu.30. l.2. idem ipſe intelligo cum ſolus tutor nomine tamen pupilli ſicq; adminiſtratorio nomine alienat.ut infra tñ
150 declarauimus,† Ratificatio autem in his caſibus altero ex tribus modis ſequi poteſt. Primo uerbis expreſſis: ut probat tex. l.2. C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratam habuerit,ibi, ſpeciali confirmatione, & res hæc clara ſatis eſt, ex Iulij Pauli ſententia, iã ſupra relata,ſecundo facto ut exempla ſupra primo capite retulimus,tertio temporis
151 curſu,hoc eſt quinquẽnij † in hoc primo caſu actus onerofi. d. l. ultima.C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratã habuerit, quod
152 ſane † quinquenniũ incipit currere a die ætatis perfectæ.25.annorum niſi ex forma ſtatuti pronũtiatus ſit quis maior,ut Papiæ ex ſtatuto.23.in ciuilibus ſub Rub.Quod pronuntiatus maior &c.quod dũ in quadriẽnio ob reſtitutionem in integrum,diſponit ,extendi poteſt ad caſum hunc noſtrum, cum eadem ſubſit ratio cum tũc ætas perfecta incipiat.Idem erit,ex ſtatuto Mediolani,quo ætas uginti annorum pro perfecta habetur & ſimile quando alia ratione minor uiginti quinque annis haberetur pro maiori, ut in ſpiritualibus ſic in terminis noſtris egregiè cenſuit Ancha.conſ.34.in hac cauſa quia colum.ultima uerſic.poſtremo contra.Tres hę ſpecies ratihabitionis unum hanc operãtur ualiditatis cõtractus effectum:diuerſo tamẽ
153 modo,† ratihabitio enim quę uerbis expreſſis,uel facto fit reddit actum ualidum,ut nũc a die ratihabitionis,ea ratione,quia actus is nullus non legis diſpoſitione , ſed hominis conualidatur,qui quidem homo cũ fingendi poteſtatem facultatem uè nõ habeat,minus efficere poteſt , ut in præteritũ retroq; tra
154 hatur ſuus ille actus,ſic intelligo † Bartolum in.l.ab emptione num.14.ff.de pactis & in l. obſeruare nume.4.ff.de officijs proconſulis Dec.l.ſemper qui non prohibet nume.16.de regulis iuris & conſil.367. n.4.& conſi.645. in fi.dum affirmat ratihabitionem nihil operari,cum cõtractus eſt omnino nullus ab initio intelligitur,ut nihil operetur in hominis
155 † ratihabitione expreſſa,ut is contractus ſit ualidus,ut a principio,non ut de nouo.è contra autem in ratihabitione tacita,quæ legis diſpoſitione inducitur ex temporis præteritione,quæ ut ab initio actum confirmat con ualidat què ſine decreto &c. ibi,quaſi ab initio, ſentiunt Dec. & cognol. in l. quod initio, de regulis iuris, illa eſt ratio, quia cum lex fingere poſsit, poteſt etiam operari,ut ratihabitio præteritum reſpiciat, retroque
156 trahatur,ſic cenſuit doctè ſciteque †Aretin. conſil.128. nume.5. quem non rectè ſatis in una facti ſpecie contraria reſpondentes, intellexiſſe uiſi ſunt Pariſius & Curt. Iunior, ille conſil. 49.nume. 20. lib.1.iſte conſil. 50. num.2.uerſic.& pro cõfirmatione,& ſi Cur. ipſe Iunior.Pariſij potius uerba referre,quã ſententiam approbare illo in caſu uideatur ſenſit enim Pariſlus ratihabitionem ex temporis curſu,eſſe quidem ex legis diſpoſitione ,ut per eum ibi numer.25. & eum probat Cephalus conſil.51.num.16.in fin.ſed inquit Pariſius operari actus ualiditatem ex nunc, ut ſit nouus non antiquus contractus, & male mea ſententia. Ex quibus communis illa omnium declarari poteſt ſententia, qua eſt traditum ratihabitionem non conualidare actum ipſum iure nullum,ut ualeat,ut ab initio,non procedere in legis diſpoſitione,relata ratione & ex predictis poteſt inferri de-
157 claratio ad † Decretum Pedemõtium & Sabaudiæ antiquum lib.3.ſub.rub.De donationibus uenditionibus &rechatis &c.quo prohibẽtur minores alienare,uel contrahere niſi ſolẽnitas ibi expreſſa fuerit obſeruata, nõ enim illi decreto erit locus, ſi is, qui minor factus maior ratum habuerit tribus relatis modis,ſic declaratur eiuſdem Patriæ decretum d.lib.3. ſub rub. Quitationes factæ per minores &c.

Secundus eſt caſus huius capitis, cum minoris res titulo lucratiuo,enumeratis ſupra modis,alienantur,nam & tunc ratihabitione alienatio illa conualidatur,uerbis expreſſis, facto ut ſupra iam docuimus, temporis
158 curſu † decennij ſcilicet inter preſentes,& uiginti inter abſentes,ut clare a Iuſtiniano cõſtitutum eſt in .d. l.ulti. C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratam habuerit,qua de re ibi apud omnes,& apud,& Dec.conſil. 232. nume.47.conſi.245.col.ult.uerſ.non obſtat, & Abb.conſil.11.num.19.
159 Declaratur nõ procedere † in donatione remune

remuneratoria, in qua non obſeruatur curſus decennii,uel uiginti annorum,ſed quinquennij tantum,ut reſpondit Corneus conſil.36.num.13.lib.2.quem fuit ſecutus Soc.Iunior,conſil.102.num.39.lib.2.ſic intelligentes.d.l.ultimã.§.1.in illis uerbis excepta propter nuptias donatione,& ibi gloſ. idem ſen
160 ſit,nam † donatio hæc remuneratoria,quoad ſui ualiditatem, exigit illa ſolẽnia ſupra enumerata quę in cæteris actibus obſeruantur,ut clarè probat text.l. lex quæ tutores. §.1.C.de adminiſtratione tutorum,quo probatur & iure antiquo ſic obſeruari conſueuiſſe, & in.l. prædia. C. de prædijs minorum, quibus non aduerſatur text.(a gloſa
161 & cæteris malè explicatus) † l. 1. C. ſi aduerſus donatio. cum is loquatur, cum donatio propter nuptias eſt ipſo iure ualida, eo quia ſeruata ſunt omnia iuris ſolemnia, ſed reſcindi poteſt remedio reſtitutionis in integrum,ob ætatis defectum, non ergo eſt ibi dubitatum de ualiditate donationis, ſeu an reſtitutioni in integrum locus eſſet,hæc ergo donatio nulla,quinquennii lapſu conualidatur,illa adferri poteſt ratio: quia donatio remuneratoria contractus onerofus appellatur, illiq; æquiparatur.l.ſi pater. §.1.ff. de donatio.& ibi gloſa,& omnes,& tradunt latè Gomes §.item ſeruiana n.44. Inſt.de actio.Gramma.Deciſione.65.nume.24. Cur. Iunior conſil.6.num.21. latiſſimè Tiraquel. in l.ſi unquam, in uerbo donatione largitus nu.13.14. C.de reuoca. donatio. ſic ergo & in caſu noſtro ,contractui oneroſo hæc donatio æquiparatur. Credo etiam aliam eſſe rationem,(quæ iuſta ratione oſtendit Iuſtinianum inter caſus oneroſos & lucratiuos
162 differentiam poſuiſſe,) quia † donatio regularis & propria,nec etiam cum decreto celebrari de re minoris poteſt,ut ipſemet Iuſtinianus teſtatur in d.l.ultima.§.2.C.de donatio.propter nuptias, inre ergo maius tẽpus exigitur,ubi maior nullitas adeſt, quod etiã
163 procedere intelligo † in hac Patria Pedemontium & Sabaudiæ,& ſi ex relato decreto ſupra de donationibus uenditionibus &c. uideatur donatio remuneratoria cæteris æquiparata, quia ſolum intelligimus quoad ibi expreſſa, non in cæteris, ne decretum in dubio extendatur ad ius commune corrigendum,quod eſt annotatione dignũ. Hodie in donatione propter nuptias, ceſſare ui
164 detur diſpoſitio.d. † l.ultima.C.ſi maior factus aliena. ſine decreto,ratã habuerit,quandoquidem ſine decreto,conſtitui poſſit donatio illa propter nuptias,cum ex neceſſitate conſtituenda ſit,ſic Salyn. in.d.l.ulti. in fi. ex tex.auth.dos data.C.de donatio.ante nuptias,& hoc idem clarius probauit idem Saly.in l.Prædia.C.de prædijs mino.Cuius ſententiam uiſus eſt probare Rodericus ſuares Hiſpanus in lege fori,in tit.de las Arras.l.1. nu.64.& Sali.argumentari ſic uoluit:in actibus omnino neceſſarijs decreti interpoſitio
165 nõ exigitur.l.1.C.de predijs mino.ſed † propter nuptias donatio eſt neceſſario cõſtituẽda, ergo neceſſaria nõ erit decreti interpoſitio, minor illa propoſitio probatur ſecũdũ Salicetum in d.auth.dos data,ubi gloſ.& cæteri omnes,ſic intelligunt,affirmantq; mulierem poſſe cõditione ex lege illa compellere maritum,ut donationẽ pp nuptias conſtituat, & hanc eſſe communem ſententiam affirmat afflictus Neapolitanus Deciſione.242.nu.1.& plures citat & ſequit Rui. conſi.11.nu.2.lib.5. uerum rectius ipſe arbitror hanc ipſam minorem propoſitionẽ falſam eſſe,cũ falſa omnino ſit recepta hæc de
166 claratio † auth.dos data,qua uerè non imponitur uiro neceſſitas conſtituendi uxori donationem propter nuptias, nam hoc totum in uiri arbitrio eſſe uoluit Iuſtinianus in l.ultima.C.de donati.ante nuptias,in multis locis illius conſtitutionis. Nec conſtitutio illa corrigitur(ut malè opinãtur noſtri) ex d.auth. Dos data,quandoquidem genuinus is ſit ſenſus,ut illa priuilegia,quæ uiro concedun tur in exactione dotis,illa pariter concedantur uxori in exactione donationis propter nuptias,cũ donatũ aliquid eſt. non tamen is tex.affirmat donationem ipſam eſſe faciendam,ſed cõditionaliter ſeu ſub modo loquitur(ut ita dicã)ſi donatio facta ſit,cuius quidem donationis exactio nõ impeditur ſi dos culpa uiri,ipſi uiro ſoluta nõ fuit,ut ipſa authe.diſpoſitum eſt, & clarius in. §. ult.in authe.ut exactio. Inſta. dotis &c. & clarius in
167 uerſione Gregorij Holoandri,eſt† Nouella 91. ut primę & ſcdę dotis exactio &c. a qua deſumpta eſt. d.auth. Dos data, in qua addita ſunt illa uerba,dos data donationẽ propter nuptias meretur,in quibus uerbis relati interprætes ſuum conſtituunt fundamentũ, quæ ſanè uerba,etiam ſi haberentur in ipſis authenticis ſeu nouellis,non tamen neceſſitatem uiro imponerent conſtituendi dona-

168 tionem propter nuptias,cum dicat,† meretur,cuius uerbi illa eſt ſignificatio, ut idem ſit quod beneficium cōferre,Terent. in Hecy. Quæ nunquam quicquid erga me commerita eſt, Pater. Quod nollem, & ſæpe quod uellem merita ſcio,ubi donatus mereri bona dicimus commereri mala&apudVirgilium 6. Aeneidos. Quiq; ſui memores,alios fecere merendo. collatum ergo in ali-
169 quem † beneficium non illum neceſſarium obligat;ſed tantum naturaliter.l.ſed etſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio.hęred. quæ obligatio, ut norunt omnes, ad agendum ineffi cax eſt,nam naturalis appellatur,quia in æquitate & honeſtate naturæ poſita eſt, digna eo, quem uirum bonum dicimus, eum laudabile ſit, acceptum beneficium reddere.ſed datum repetere, nec honeſtum, neq; liberale,quod doctè retulit Franciſ. Conna. lib.5. commenta. Iuris ciuilis cap.8.num.2. eſt ergo in facultate,& æquitate,hæc naturalis obligatio,non in neceſſitate. quare falſam eſſe intelligimus,relatam Sali. argumentationem,opinionemque.

170 Extendi poſſunt relati caſus † procedere etiam in eo, qui non potuit ex interdicto Prætoris alienare,ſine aliqua Solemnitate ſi tamen ſine illa alienet,& ratificet & ipſo in terdicti tempore alienatio confirmatur,Roma.ſing.771. Iudex, &c. & Cagnol.l.quod initio nu.2.de regulis iuris, & hoc caſu de-
171 claratur non procedere † ſtatutū.61.Papiæ in Ciuilibus ſub ru. De eo cui interdicta eſt adminiſtratio cū hęc ſtatuta ſint edita iuxta iuris communis diſpoſitionem,ſic Pariſ.con ſil.95.num.3.lib.1.ſic etiam dici poteſt in ſi liofamilias,qui ex ſtatuti forma non poteſt
172 ſine certa ſolemnitate contrahere,† ut Papiæ ex ſtatuto.119.in ciuilibus,De modo & forma obligādi filiumfamilias,&c. ſi ceſſante illa cauſa prohibitionis ſilētio quinquennij,uel decennij,ut ſupra,ratum habeat.

Declarātur duo relati caſus huius ſecun-
173 di capitis,nō procedere. Primo qñ † tutor ipſe ſolus uel curator rem minoris, non ut minoris,ſed ut propriam alienauit, hoc.n. caſu non eſt locus conſtitutioni d.l.ult. C.ſi maior factus aliena.&c. ſed erit locus conſtitutioni.l.ult.C.ſi quis igno.&c.qui titulus prçcedit immediatè.d.titulū.C.ſi maior &c. ſic intellexit gloſ.d.l.ultima.C.ſi maior &c. in uerbo,minorum,uerſiculo itē adhuc opponitur,illam ſunt ſecuti Bartol. ibi,&Sali. col.ultima,uerſi.quæro quid ſi tutor.2 quorum ſententia nec ipſe recedo, ſed rem planius declaro,intelligoq;.d.l.ultima C. ſi maior &c. procedere,dum ſolus tutor, uel curator alienat,pupilli tñ,uel minoris nomine.probat l.1.& 2.C.eodem titulo ſi maior &c.quę in ſola adminiſtratorum perſona loquuntur, nec ſub intelligi alia perſona facilè poteſt iuxta textum.l. ſi ita ſtipulatus fuero.§. ſupereſt in ſi.de uerborū obligatione, clarius probat l.penul.C.ſi aliena res pigno. data ſit quare non rectè ſatis fortè uiſus eſt ſentire Natta d.conſil.162.nu.30.lib.1.(tanti uiri pace dixerim)qui abſolutè intelligit. d.l.ult. C.ſi maior,&c.non procedere ſi tutor ſolus alienauit, generale enim nimis
176 hoc eſt. Nec aduerſatur nunc tex.d. † l.ult. C. ſi quis ignorans &c.quia in toto illo titu lo non agitur cùm tutor uel curator nomine pupilli uel minoris diſtrahit,ſed ſola in il lo eſt hæſitatio ex latere adquirentis, an ſciens uel ignorans rem minoris ſine decreto emat, quare in l.1.& in l.ulti. illo titulo apparet rem minoris, qui adminiſtrator nō erat.alienaſſe in emptorem illum aliquādo tamen in ea opinione fui ideo in d. l.ult.C. ſi quis igno. requiri præſcriptionem illius decennij uel uiginti annorum,quia in uendi torem donationis titulo res peruenerat, a quo uenditore emptor deinde ſucceſſorque ius ſuum metitur,& iam intelligimus donatarium illo tempore tantum irreuocabiliter adquirere d.l.ult.§. 2.C.ſi maior factus alie. ſine decreto &c. & fortè hoc uoluit dicere Calca. conſil. 22. in ſine,uerum me terret, nouam eſſe hanc Iuſtiniani conſtitutionem, cogitandum tamen erit.

Declarantur.2.duo relati caſus, nō proce
177 dere,† cum dolus in alienatione interceſſit, nec.n.tunc is ex ſuperuenienti ætate,tpis ue curſu diluitur contractuſue confirmatur, a fortiori hanc ſententiā probat.l.1.C.ſi maior factus ratū habuerit lib.2.quo intelligimus per expreſſam ratihabitionem contractum doloſum ratificari,ergo fortius nō cōfirmabiť per tacitā ratihabitionē, ſic argumentať Pariſ.d.conſi.49.num.5.lib.1.quin ſi argumentari ēt poteſt,ſi cōtractus ibi ipſo iure ualidus ſed per reſtitutionē in integrū reſcindendus non cōfirmať ex ętate ſuperuenienti cum dolus interceſſit,multominus in caſu noſtro confirmabitur,ubi ipſo iure nullus eſt,accedit quòd & ſi hac de re nullū uer

bū in toto titulo.C. ſi maior factus alienat. ſine decreto &c. attamē ſubintelligitur, cū
178 in omni diſpoſitione ſēper intelligatur † do lus exceptus. l. creditor.§. lucius.ff.mand.& plura ſcribit Pariſ.d.conſil.49.nume.3.4.lib. 1.& Cur. Iunior.d.conſil.50.nume.6.qui in noſtris terminis loquuntur, & in donatione doloſa a minori facta, quæ non ratificatur ex ſuperuenienti ætate, reſpondit Rui, conſil.170.num.29.lib.1. ſimilia,quæ adferri poſſent ſciens prætereo, eſt illud ſolum intelligendum an hoc caſu intelligatur de dolo uero uel etiam de præſumpto,(qui quomodo inter ſe differant diximus ſupra num. 135.)& uerius eſt,ut intelligamus ſolum de dolo uero ex iam relatis rationibus in dicto primo capite & d.num.135.quod in caſu noſtro urgentisſima demonſtratur ratione, eſt
179 enim certum,† contrahentem ſine ſolēnitatibus a iure requiſitis eſſe in dolo præſumpto,& mala fide,ut probat text.in ca.qui cōtra iura ubi Dyn. de regulis iuris in. 6. gloſ. notab.ubi Bart.in l.1.C.de fide inſtrumentorum & iure haſtæ fiſca, libr.x.pulchrè apud Baldum conſil.347. Quæro,quidam nobiles lib.1.Boe.q.1.num.54.& Soc. Iunior. conſil. 69.nume. 45. lib.1.qui dixit hanc eſſe præſumptionem iuris & de iure, quæ in oppoſitum probationem non admittit,quod in terminis noſtris tradit & Cur.Iun.d. conſil.50. num.5.& Neutzanus conſi.85.num.14.& ante eos Rom.conſi.54. col.ult.uerſi. ſecundo idē colligitur,a qui cum minore contrahit ſine decreti interpoſitione in mala fide & dolo præſumpto eſt, cum non ſeruet iuris ſolēnia,& tamen dolus hic præſumptus malaque fides extinguitur ex tacita hac ratihabitione,temporis præteritione, quod nō eſſet conceſſum,quando hæ conſtitutiones in dolo etiam præſumpto locum ſibi uendicarēt. &quod dictum eſt in quauis diſpoſitione dolum cēſeri exceptum.d.§.lucius, intelligitur de dolo uero non de præſumpto ſic Soc.in l. cum filius familias in principio.nu.1. de uerborum obligatione. Ex quibus ſatis intelli-
180 gimus male reſpondidiſſe † Curtium Iun. d. conſil.50. num.6.7. alienationem a minori, factā non obſeruata forma Tridētini ſtatuti quo eſt cautum, minorum alienationes fieri debere corā iudice, præſentibus quatuor conſanguineis maioribus aliiſque adhibitis ſolemnitatibus, nō poſſe ratificari & confirmari a maiori effecto ex ſolo tēporis curſu iuxta hanc conſtitutionem l.ult.C. ſi maior factus aliena.ſine decreto &c. ea ratione adductus, quod is a minori adquirens in dolo eſſe præſumatur, cum ſtatutum diſponat, contractum illud per fraudem & dolum pręſumi factum,ſi ſolemnia illa non obſeruentur,nam dolus hic eſt præſumptus, qui a iure communi diluitur temporis præteritione quare rectius in eodem met caſu cōtrarium reſpondit Pariſius. d.conſil. 49.libr.1.Infer-
181 tur pariter malè reſpondiſſe † Roma.conſi. 54.& Barba.conſil.70.col.3.4.lib.3.& conſi. 42.col. 7. libr.1. minorem non potuiſſe etiam expreſſe ratum habere a ſe factam, alienationem tempore minoris ætatis, quia in dolo erat uerſatus is adquirens,& dolum oſtenditur ex præſumptionibus ut ex enormi læſione,ex non obſeruatis iuris ſolemnitatibus,ex eo quod in loco occulto res eſſet celebrata,nam hic dolus a Romano uerus ſed præſumptus præſupponitur, quare tolli is potuit,quinimo dum Roman.eam coniecturam doli facit ex enormi læſione aduerſari uidetur tex.l.1.C.ſi maior factus aliena.ſine decreto ratam hab.ubi læſio non infert contractum ratificari non potuiſſe ratione doli & nullitatis, ſed reſcindi poſſe ob ipſam læſionem,ut ſubiiciam ſtatim, eadem ratione malè uiſus eſt ſentire Rui.d. conſil. 170. nu. 29. lib. 1. ipſum Romanum potisſimè ſecutus,in ſolo ergo uero & proprio dolo non habent locum relatę conſtitutiones:
182 Declarantur. 3. non procedere † qn̄ contractus eſſent ſimulati, ſic egregiè reſpōdit Baldus conſil.45. quandoque contractus lib. 2. quem in noſtris terminis eſt ſecutus Natta. d.conſil.162.num.34.lib.1.& Baldum ſimpliciter citauit.Decius conſ.367.nu. 5. idem in l.quod initio nu.11.de reg.iuris. Adferri po-
183 teſt ratio quia † ſimulatus contractus non eſt contractus.l.ſimulatæ nuptiæ. de ritu nupti.l.emptor.de aqua plu. arcen.& plura tradit Ripa.in l.nemo poteſt n.65.de leg.1. ubi num.67.oſtēdit ſimulationem fortius reddere contractum nullum, quam faciat dolus, ſi ergo ubi eſt dolus non ratificatur, fortius nec ubi erit ſimulatio.
184 Declarantur 4. relati caſus † quando duplici uitio laboraret contractus, nullitatis ſcilicet & læſionis:nā tunc ſublato ex curſu tēporis nullitatis cauſa, non tn̄ eſſet ſublata cauſa læſionis,ſic probat.d.l.1.C.ſi maior factus alien.&c.illa eſt ratio quia cōtractus

reſciſſio ex leſionis cauſa etiá maiori conce
ditur l.2.C.de reſcind.uend.& hanc rationē
conſiderauit Gordia. Imperator.in.d l. 1.
185 Declarantur quinto non procedere † in
minori qui maior factus perfecte non nouit
ſed dubitauit quomodo celebratus eſſet cō
tractus,tunc enim non dicitur ratum habuiſ
ſe temporis curſu;ſic Natta conſi.162.num.
31.32.lib.1.ea ratione adductus, quod diſpo
ſitio d.l.ultimę habet locum in minori ſcien
te non in ignorante ut ibi annotarunt oēs,
186 & ſuprà retuli, ſed † dubitans ipſi ignoranti
æquiparatur l.manifeſtiſſimi.§.1.ubi Barto-
lus.C.de furtis,& alia adfert Natta d. conſi.
162.num.32. & plura.
187 Declarantur ſexto & ult.relati † caſus nō
procedere hodie ex diſpoſitionibus & con-
ſtitutionibus iuris Pontificij, quibus eſt cau
tum præſcriptionem non currere cum ma-
lafide.cap.ult.de præſcrip.ſic in terminis his
noſtris egregiè reſpondit Antonius Butrius
in conſil.45.Domina orabilis &c.col.3.uerſ.
non obſtat.C.ſi maior factus &c.quem ſunt
ſecuti Rui.conſi.41.num.51.lib.1.& Pariſius
in annota.ad Bartolum in d.l.ult.C.ſi maior
factus aliena. ſine decreto ratam hab. & cō
trahentem cum minore decreto non inter-
poſito eſſe in malafide ſuprà diximus in ſe-
cunda declaratione, & ideo Bartolus in l. 2.
§.ſi a pupillo num.5.ff.de uſucap. declaran-
do textum illum & l.lex quæ tutores. C. de
adminiſtr.tuto.negat hunc emptorem præ-
ſcribere. Verum Declaratiò hæc non ſatis
188 uera mihi uidetur. Primo quia † curſus hu-
ius temporis quinquennij, decennij, & ui-
cennij,non præſcriptionem ſed ratihabitio-
nem inducit, ſic omnes crebrius intelligunt
Bartolus in d.l.ultima in fi.& ibi Saly. col.1.
Calca.d.conſil.22.in fi. Natta.d. conſi. 162.
nu.31.lib.1.quod uerum ea oſtendo ratione,
quia ſi præſcriptio eſſet iam ab initio con-
tractus initi cōſideraretur, & tamen in illo
caſu non conſideratur, ſed tantum a die
perfectę ætatis,quaſi ab initio Decretum in
terceſſerit, elapſo enim tempore illo fingit
lex ſolēniter acta omnia,& uoluntate mino
ris effecti maioris confirmata, Rurſus etiam
ſi præſcriptionis nomen mereretur, adhuc
189 tamen hodie procedit † iure Pontificio non
impediente,nam actio hæc a lege Ciuili mi
nori conceſſa eſt, ſi experiatur donec mi-
nor ſit, uel ſi factus maior intra quinquen-
nium uel decennium uel uicennium d.l. ulti.

quo ſit ut etiam tempus hoc decurrat ad cō
modum malęfidei poſſeſſoris,cum tanto tē-
pore actori non ultra conceſſerit actionem
ipſam,ſic Caſtren. in l.ſequitur.§.ſi uiam.de
uſucap. Fely. in cap. ult.nu.2.uerſi.ſecus ubi
actio. de præſcrip. Crottus in l. omnes po-
puli nu.75. de uſucap. Balbus in Tract.præ-
ſcrip.ſecunda particula tertiæ partis prin-
cip.q.13. uerſic. 1. limitatur, Accedit tertio
quod ætate perfecta huic alienationi ſi non
aſſiſtit lex,nec etiam reſiſtit, quo caſu nullū
ſubeſt malæfidei impedimentum,hocq; caſu
190 ceſſat regula † cap. qui contra iura de reg.
iur. in 6.ut egregiè declarat Bart. in .l. ſed
etſi lege.§.ſcire nu.4.ff.de petitio. hered. &
Balbus in l.Celſus nu.21. de uſucap. confert
quarto hanc Iuſtiniani conſtitutionem eſſe
in naturali æquitate fundatam,quandoqui-
dem illi locus ſit,ſi ceſſet dolus uerus,& læ-
ſio minoris,ut ſupra docuimus, ſitq; ex ea
ſublatus rigor iuris tantum, quo ad maiorē
cautelam minoris decretum exigitur,cæte-
ris tamen concurrentibus quę fidem bonam
demonſtrant, quare non mirum ſi ceſſat re-
gula.d. capi. qui contra iura,ut egregiè ad-
modum declarauit conſultiſſimus Aymo.
Crau.noſter in tract.de Antiq. tempo. quar
ta parte princ. in quarta particula, quæ inci
pit Materia,nu.9.uerſi. Primus caſus,qui in
quit d.cap. qui contra,non procedere in eo,
qui iuſtum prætium ſoluit,ita ut bonafide &
ſine minoris detrimēto contrahit: quare de
fendi iure non poteſt Butrij hæc declaratio,
in hoc autem. 2. capite noſtræ quæſtionis,
191 eadem erit † Praxis quæ in primo, ut expe-
riatur minor uel ſuo nomine alter,remedio
hoc reintegrandæ,ut in his terminis conſu-
luit Neuiz.conſi.85.nu.13.poſt Alex.conſi.1.
in fi.lib.4. qui Alex. conſuluit in Republica,
192 (quę † minori æquiparatur l.Reſpublica. C.
ex quib. cauſ.maio. l.rempublicam C. de Iu
re,reipub.lib.10.Ruy.conſil.66.nu.13. lib.5.
Alciat. reſpon.4.nu.9.& reſpon.203. nu.33.
& alibi ſæpe) quæ ſuo facto ex contractu
minus ſolemni e ſuà poſſeſſione cecidit,hęc
ad ultimam hanc in foro quæſtionem ſuf-
ficiant.
193 Quæro 16. an hoc † remedium conceda-
tur pro poſſeſſione rerum mobilium:& con
cedi affirmauit Soc. in l. rem quæ nobis. nu.
13. uerſi.2. conclude,quem ſecutus eſt Ripa
in l. naturaliter.§.nihil commune. nu.54. ff.
de adquir.poſſ. adducti ſunt ex uerbis d.cap.
reinte

reintegranda: reintegranda ſunt omnia, eſt
194 † dictio omnis uniuerſalis, apta comprehen
dere tam mobilia, quàm immobilia, cũ am-
pliſſima illius ſit ſignificatio, ut docuit Deci.
in. l. omnia. num. 1. ff. ſi certum peta. in. l. ex
teſtamento, num. 4. C. de milit. teſta. in. l. ulti.
nu. 33. C. de pactis, latiſſimè Craue. conſ. 90.
num. 4. & conſil. 294. num. 4. Didacus lib. 1. ua
ria. reſolu. cap. 13. nu. 2. & conferunt, quę ſcri
pſimus in præcedenti remedio ex. l. ult. C. de
adquir. poſſeſſ. in. 3. quæſtione. rurſus per-
pendit Soc. uerba illius Canonis, ibi poſſeſ-
195 ſiones uel res, eſt enim † uerbum rei genera
rale. l. 1. in fin. ff. ſi certum peta. l. rei appella-
tione de uerb. ſign. comprę hendit ergo tam
mobilia quã immobilia, ut latius diximus in
d. q. 3. præcedentis remedij. 3. perpẽdit Soci.
textum l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſo.
libr. 11. ſed diuerſum is habet caſum, ut ſuo
loco admonui. præter eum ergo. 4. loco, per
pendo textum cap. epiſcopis. 3. q. 1. ibi, om-
196 nia ablata &c. nam † uerbum ablata oſten-
dit intelligi de rebus mobilibus, cum im-
mobilia auferri non poſſint. poteſt tan-
dem induci tex. cap. epiſcopi. 3. q. 1. dum in-
197 quit, ſpoliatum bonis &c. nã † dictio bonis,
uniuerſalis eſt, & de mobilibus intelligi po-
teſt. l. bonorum appellatione de uerborum ſi
198 gnificatione, ſic etiam intelligo † Decretum
Ducale huius patriæ lib. 2. ſub rub. de reſtitu
tione ſpoliatorum, dum indefinitè uult ſpo-
liatum ad ſuam poſſeſſionem uel quaſi eſſe
reſtituendum, nec diſtinguit poſſeſſionẽ rei
immobilis ab mobili. quare hoc caſu utilius
erit immo neceſſarium Papiæ, hoc uti reme-
dio, quando ex ſtatuto. 54. illius ciuitatis ſub
Rub. de poſſeſſione uiolenta &c. non conce
datur a ſe introductum remedium pro poſ-
ſeſſione rei mobilis, ut olim dixi, aliter autẽ
199 † ſtatuto ciuitatis Montis regalis eſt cautũ
ſub Rub. de eiectione poſſeſſionis &c. colla.
3. animaduerti tamen aliquando Petrũ Re-
buffum in commentarijs Regiarum conſti-
tutionũ tomo. 1. titulo de ſententijs executo
rijs articulo. 5. gloſ. 1. num. 7. ſenſiſſe idem
eſſe in hoc remedio, quod in interdicto un-
de ui ſed malè & aduerſus cæteros omnes.
200 Quæro. 17. an pro † quaſi poſſeſſione rerũ
incorporalium concedatur hoc remedium
& concedi affirmauit Soc. d. l. rem quę nobis
nu. 13. uerſ. tertio conclude, ſic reſpondit Iaſ.
conſ. 172. li. 4. Franc. de Marchis. q. 389. & q.
448. Ripa. in cap. cũ eccleſia ſutrina. nu. 101.
de cauſa poſſ. & propriè, Plotus in l. ſi quan
do nu. 68. C. unde ui, quare reſpondit Ber-
tran. conſi. 2. nu. 10. lib. 1. hoc remedium da-
ri contra uaſſallum negantẽ domino homa
gium, & præterea a Soc. relata clarè probat
tex. cap. Epiſcopis. 3. q. 1. dum cõceditur Epi
ſcopis e ſua ſede deiectis, ſicq; a Iuriſdictio-
ne Epiſcopali, quæ dicitur ius incorporale,
ſic probat tex. cap. querelam de electio. rur-
ſus, ſi pro quaſi poſſeſſione rei incorporalis
cõceditur ſaltem utile interdictum unde ui,
ut iam diximus ſupra in primo remedio. q. 8
quanto fortius hoc noſtrum, quod dicitur il
lo pinguius ex multorum opinione, in hac
autem Patria Pedemontium, ceſſat hæc dif
201 ficultas, quia † decretum antiquum lib. 2.
ſub rub. de reſtitu. ſpolia. concedit reſtitutio
nem ſpoliato quaſi poſſeſſione, quæ intelli-
gitur ratione iuris incorporalis.
202 Quæro 18. quis † iudicij ordo ſeruetur dũ
ſpoliatus hoc experitur remedio, quã quæ-
ſtionem latè explicat Soc. d. l. rem quæ no-
bis nu. 14. ipſe autem per ſingulas quæſtio-
nes ſequendo quæſtionum numerum, rem
hanc finiam, erit ergo decimaquinta quæ-
203 ſtio, quis † competens ſit in hoc remedio
204 iudex & cõſtituenda hac in re eſt regula † Iu
dicem competentem eſſe, rei conuenti ordi
narium Iudicem cum actor rei forum ſequa
tur. l. iuris ordinem. C. de Iuriſ. om. iud. c. cũ
ſit generale & cap. ſi quis contra clericum
de foro, compe. ſic clarè cenſuit Soc. d. l. rem
quæ nobis num. 11.
205 Declaratur non procedere quando † cleri
cus re ſeu poſſeſſione rei eccleſiaſticæ ſpolia
tur, nam tunc ſpoliator corã iudice eccleſia
ſtico conueniri poteſt, ſic glo. in cap. cum di
lectus, quod metus cauſa idẽ cenſuit Calde.
in cap. ſæpe de reſtit. ſpolia. Abbas. in ca. cũ
ſit generale nu. 10. de foro compe. idem con.
18. col. 12. uerſ. tertium remedium lib. 1. inter
conſilia Bartholomei Socini, & ibidẽ Maria
nus. Soc. Sen. nu. 14. Fely. col. 2 uerſ. & dum di
cit Didacus lib. 1. uaria. reſol. cap. 4. nu. 2. &
idem placuit Dec. in cap. 2. in fine. de priuile
gijs, ſi modo cõmẽtaria illa Decij ſunt quæ
in lucem nunc prodierunt cuiuſdã Doctorel
li Papienſis opera, ita enim ſuppoſitia ipſe ar
bitror, ut Decij non redolent doctrinam, in
hanc autem ſententiam adducuntur: relati
oẽs Innoc. doctr. in. d. cap. cum ſit generale,
206 dum inquit quod quando † eccleſia aliquo
ſpeciali beneficio iuuatur, in ea cauſa etiam

V

contra laicum, iudicem eccleſiaſticum adiri
poſſe, ſed eccleſia ſpeciali hoc remedio adiu
uatur, ergo ſub iudice eccleſiaſtico cōueniri
poterit laicus ſpoliator. Verū huic argumen
tationi una cum Soci.d.l. rem quæ nobis nu.
11. reſponderi poteſt, non eſſe hoc ſpeciale
priuilegium clerici, cum & laici ſpoliati, om
nibus in caſibus, ut clerici reſtituantur, ex di
uerſis iuris ciuilis remedijs ſupra relatis. qua
re Soci.d. nu. 11. uerſ. præterea quando &c.
Secundo loco ſic argumentatur, ex occupa-
tione rei eccleſiaſticæ is ſpoliator ſacrilegiū
207 comiſiſſe dicitur, ſed ratione † ſacrilegij lai
cus conueniri poterit ſub eccleſiaſtico cap.
expoſita, ubi in terminis noſtris notat Abb.
nu. de arbitris, ergo laicus ſpoliator ſub hoc
iudice eccleſiaſtico conueniri poterit, hoc in
telligit Soc.d.nu.11. in fi. quando certum eſt
commiſſam eſſe ſpoliationem, non ſi dubite
208 tur, nam tunc ſuper illa † qualitate tribuente
iuriſdictionem: eſt cognoſcendum, declarat
Abb. in cap. ſi clericus laicum num.8. de fo-
ro compe. Dec. cap. cæterum nu.18. de iudi-
cijs cap. ad audientiam nu.4. de appella.
209 Declaratur.2. non procedere quādo † ſpo
liatus ob uim ſibi illatam in ſpoliatione co-
ram eo iudice ſub cuius iuriſdictione uis eſt
commiſſa agere uellet, uel quādo is, qui ſpo
liauit commiſit ſpolium in loco ſpoliati, tūc
enim agi poſſet coram eo iudice, etiam ſi nō
eſſet ille ordinarius ſpoliatoris, ſic probat
gloſa. l.2. in fi. ubi Bal. C. de interd. Albe. in l.
1. nu.13. ff. de interd. quos eſt ſecutus Tiraq.
de retr. conſ. §.8. gl.3. n.10. nā ratione rei, &
ob cōmiſſam uiolētiā, duæ actiones poſſunt
moueri, realis, & perſonalis, ut ſuam uniuſ
cuiuſque iudex tueatur iuriſdictionem.
210 Declaratur.3. non procedere, † quando
ambo, ſpoliator ſcilicet & ſpoliatus eſſent
clerici & poſſeſſio de re beneficiaria eſſet,
ſpoliatuſq; actionem coram iudice laico, in
cuius territorio poſitū eſſet beneficium, mo
ueret: nam & ſi is iudex ordinarius clericis
211 non ſit, attamen quia cauſa † poſſeſſorij nō
dicitur ſpiritualis, ſed ſecularis, is uidetur
iudex cōpetens, ſic poſt Io. Andreæ & alios
in cap. fi. de iud. decidit Guid. Pap. in deciſio
nibus Delphinatus. q.1. q.71. & q.85. Franc.
de Marchis. q.190. & q.512. ubi teſtatur Cu
riam illam ſic ſemper ſeruaſſe, idem cenſuit
curia Burdegalenſis, ut teſtatur Boe. q.69. n.
13. ſic ſeruaſſe Curiam Neapolitanam ſcri-
bit Afflict. deciſione.2. nu.10.11. ubi Gram-
mat. in additio. & idem Afflictus deciſione.
24. num.9. Grāmat. deciſione.78. hāc quoq;
ſententiam probarunt Alcia. reſponſo.24.
nu.1. qui ſic in excellentiſſimo Mediolanen
ſium Senatu ſeruari affirmat. hanc commu-
nem & ueram affirmat Ripa, in rub. extra
de Iud. nu.90. poſt. Abba. in capi. literas nu.
7.8. extra de Iura. calum. & hanc uniuerſam
Galliam ſeruare teſtatur Rebuffus in com-
menta. ad conſuetudines Franciæ in tertio
tomo. in tit. de poſſeſſ. benef. 8. articulo glo.
2. & Gulielm. Bened. in capit. Raynutius, pri-
ma parte in uerbo, & uxorem nomine Ade-
laſiam. nu.39. de teſta. & nouiſſime hanc ue-
ram ſententiam eſſe adfirmauit Rolā. a Val
le in nouiſsimis reſpōſis hoc anno 1565. im
preſſis. conſ.23. col.1. & 2 lib.2. fuſiſsime rē
hanc in quouis poſſeſſorio diſputat Ioānes
Igneus l. neceſſarios. §. nō alias. 2. parte co.
1.2.3. ff. ad S.C. Syllania. & hanc in ampliſſi-
mo ſereniſ. Principis noſtri Senatu huius Pa
triæ Pedemontium obſeruatum affirmare
ipſe poſſum, ut in una inter Petrum Perdo-
mium ex loco Mulazani, & Emanuelē Al-
pherium Albenſem, quæ iudicata fuit anno
1562. de menſe Nouembris: uerum non ſe-
mel animaduerti, non ſatis ſolidis fundamē
tis, tantorum Patrum ſententiam niti: nam
prima illa ratio, quā utuntur, non mediocri
ter dubitabilis eſt, dum inquiunt, hanc non
eſſe iuris ſed ſolius facti quæſtionem, agitur
enim ſolū, an is agens ſpoliatus fuerit uel nō
212 ut ſi ſpoliatus reſtituatur, quare † quæſtio fa
cti & ſi de re ſpirituali alias a laico diffiniri
poteſt, ut docuit Bart. in l. quoties ubi Iaſ.
nu.6. C. de iud. in l. Titia. ubi Alex. ff. ſol. mat.
Fely. in cap. cum ſit generale, de foro cōpe.
Capicius Neap. deciſione.7. nu.2.3. Alcia. in
l. omni nouatione. C. de ſacroſ. eccles. Crau.
conſ.253. nu.2. eſt inquam dubia ratio hæc,
cum Bar. & relatis alijs aduerſentur plures,
ut apud Dec. in cap.2. nu.24. de iudicijs & Di
dacum Couar. Hiſpanum, in Epitome de ſpō
ſalibus ca.8. §.12. nu.3. & libro pract. quæſtio
num cap.35. nu.1. forte & melius loquitur
Bart. cum cauſa alias de ſe ſpiritualis ratio-
ne rei eſt, ſed temporalis ratione perſo-
narum contendentium, ut ſi cauſa matri-
monij inter uirum & uxorem tractatur,
uel inter contrahentes uſurarum cauſa, at
hoc caſu, & ſi ratione rei laicus iudex, ſit ra
tione tamen perſonarum uerè non eſt, ut
212 ſtatim dicemus, ſecundo adduci ſolet † tex.

ea.cauſam.il. 2. infra qui filii ſint leg. uerũ,
ut aduertit,& recte Didacus.d.libro.Pract.
quæſtio.cap.35.nu.1.uerſi. ſecunda conclu-
ſio &c.nulla cauſa ſpiritualis,nec ratiõe rei,
nec ratione perſonarum,nec iuris, nec facti
erat apud Regem illum Angliæ, ſed ſolum
mera temporalis controuerſia, cum de bo-
norum ſucceſſione contentio eſſet,non pa-
213 riter ſuffragatur † tex.cap. petimus. xi.q.1.
cum iudiciũ ibi ſeculare ſit in auxilium po-
tius temporalis, quàm ad principalẽ cogni-
tionem cauſæ eccleſiaſticæ.minus ſuſtinetur
quod quarto loco adferri ſolet, intereſſe cu
iuslibet iudicis ſecularis,ne uiolentiæ & ſpo
liationes fiant inter clericos & laicos,quare
214 uidemus † laicum iudicem compellere cleri
cum rem apud ſe depoſitã reſtituere. l. ulti.
§.pen.C.de bonis authen.Iud.poſſid. Iaſ.l.ſi
fideiuſſor.§.pen.nu.6.ff.qui ſatiſd.coga.Ca-
pella Toloſa.q.167.idẽ ergo noſtro caſu,ſic
argumentatur Afflict.Neap.d.deciſione.24.
nu.3.uerum Afflict.non tantum nititur ex di
ſpoſitione iuris cõmunis,quam ex capitulis
regni,quorum alterum incipit,ad regale fa
ſtigium &c.alterũ uero incipit,omnis inua-
ſio &c. quare capitulis circunſcriptis, aliter
dicendum eſt.rurſus intelligit Afflictus,cum
notoria eſt ſpoliatio, nam ob apparentẽ in
iuriam oppreſſo ſuccurrit laicus,nõ per mo
dum ordinariæ iuriſdictionis,ſed in auxiliũ
quodãmodo ac ſubſidium,cum ſcilicet nõ
adhibetur cauſæ cognitio in reſtitutiõe fien
da,quo in caſu ſic intelligi poteſt antiquum
215 huius † patriæ decretum,ſub Rubrica. de re
ſtit.ſpoliatorum,cum loquatur quando ita
notoria eſt ſpoliatio,ut nulla tergiuerſatio
ne poſſit celari, non ergo urget hæc argu-
mentatio,cum præſertim,cum uiolentia cle
rici ſpoliatoris a ſuo iudice commodè coer
ceri poſſit ea.ſi clericus laicum,de foro cõ-
pe. non pariter quinto loco,qui in hanc ſen
216 tentiã citatur † tex.ca. ultimi extra de Iud.
rem confert cum ut aduertit Didacus.d. lib.
pract.quæſtio.cap.35.nu.1.uer. ſecunda con
cluſio,& ante eum Bero.in.rub.extra de iu-
dicijs nume. 61.ex communi ſententia lo-
quatur,cum controuerſia eſt de officio & di
gnitate ſeculari,nõ eccleſiaſtic.aliqui quoq;
ſic argumentari ſexto uiſi ſunt loco. cauſa
meri poſſeſſorii eſt nuda ab omni ſpirituali-
tate, cum in ea non quæratur an canonica
uel minus,inſtitutio ſit, ſed ſolum cognoſci
tur illata an ſit uiolentia,uel non,quæ dici-
tur quid merè temporale.ca.in litteris de re
ſtitut. ſpolia.cap.quærelam ubi Abb. de ele
ctio.cap.epiſcopi.cap.reintegranda.3.q.1.ue
rum concedo argumentationem ratione rei
at ratione perſonarum falſa uidetur,ut iam
admonui.alij tandem nec rectè ſatis ſic ulti
217 mo loco ſunt argumentati,† cauſa, poſſeſ-
ſionis & proprietatis,nihil commune habẽt
l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de adquirẽ
da poſſeſſio.ſed cauſa proprietatis ſpiritua-
lis eſt,& apud iudicem eccleſiaſticum tracta
tur,ergo cauſa poſſeſſionis erit temporalis
tractabiturq; apud laicum.Retorquetur fun
218 damentum,cauſa† poſſeſſionis & cauſa pro
prietatis ut duo connexa apud eundem iudi
cem tractari debent,cap.1. de cauſa poſſeſſ.
& proprie.l.nulli in fi.C.de iud.at cauſa pro
prietatis non poteſt tractari apud laicũ, ſed
apud eccleſiaſticum, ergo & cauſa poſſeſſio
nis. & quod dicitur cauſam proprietatis &
poſſeſſionis commune nihil habere, intelli-
git Bero.in.d.rub.extra de iud.n.58.uer. nõ
obſtat ſecundo &c. pocedere quoad adquiſi
tionem,uel amiſſionem,non quoad cogni-
tionem,quod ea ratione cõfirmo quia ſi ue
ra eſſet argumentatio, laicus etiam in iudi-
cio adipiſcẽdæ poſſeſſionis competens eſſet
iudex,quod falſum eſt, & infra ſubijciã, nõ
ignoro tamen Igneum in.l.neceſſarios.§.nõ
alias.2.parte.nu.50.ff.ad S.C.Syllania.plures
retuliſſe declarat. ad.d.l.nulli,ſed euitari fa-
cile poſſũt:re igitur ipſa,uidemus receptiſſi
mam horum interpretum ſententiam nullo
ſolido fulciri fundamento.

Contrariam itaque adfirmauerit Butr.in
ca.ultimo ext.de.iud.Lign.& alij nõnulli in
clem.diſpendioſa,de iud.quos duo ex recen
tioribus ſecuti ſunt Ber.in Ru. extra de iud.
num.55. & Didacus. d.libro pract.quæſtio.
cap.35.nu.1.uerſi.ſecunda concluſ.& eiuſdẽ
ſententiæ uere fuit Guid.Papæ conſi.149.&
hanc ſecutus eſt nouiſſime Rola.a Valle in
reſponſis hoc anno editis cõ.23.n.17.lib.2.
ſunt tamẽ aliqua leuia, quibus alli in hãc ad
220 ducti ſunt opinionem,tex.enim † Clẽ.unicę
de cauſ.poſſ.& propr. & ſi cauſam poſſeſſio
nis,ut proprietatis eccleſiaſt. appellet,ideo-
que tractandũ coram eccleſiaſtico cap.2. ex
tra de iud. nõ tñ negat poſſe tractari apud
laicum in auxiliũ clerici iniuriã paſſi, non
enim taxatiue loquitur clemens Põtifex cu
ius conſtitutionẽ poſſumus non iniuria in-
telligere,cum ſuper iure & cauſa poſſeſſio-

nis eſt cognoſcendũm, non ſuper ſolo fa-
cto, cum iam ibi cauſa ſuper petitorio &
poſſeſſorio, cœpta eſſet coram eccleſiaſtico,
a quo lata ſententia ad Pontificem Maxi-
mum fuerat appellatum, nõ pariter ad rem
221 cõfert † tex. Clem.unic.ꝫ de ſequeſtra. poſ-
ſeſ.& fructuum, cum ibi negetur, ea ratione
poſſeſſionẽ apud la cum poſſe ſequeſtrari,
quia ſequeſtrarius ille curam & adminiſtra-
tionem ſequeſtrati beneficij ſuſtinere habet
ut oſtendunt uerba illa qui plenam de ipſo
& debitam curam gerens.&c. ibiq; gloſa in
uerbo.idoneam ſentit, quod non contingit
in caſu noſtro, in quo ſolum de adminiſtra-
tione iuſtitię agitur, ſic & quod adfertur
tertio loco a Bero.in.d.rub.de iud.nu.58.nõ
defenditur, inquit enim, quod licet ex colla
tione, & prouiſione beneficij ius in eo ipſo
iure adquiratur cap.ſi tibi abſenti, de prebẽ.
222 in.6.poſſeſſionẽ † tamen in re ſpirituali nõ
adquiri, niſi ex inueſtitura a perſona eccle-
ſiaſtica facta, qui eam habet authoritatem
ca.ex frequentibus cap. ad hæc.§. in quadã,
de off.archidia.cap.1.de eo qui mitt.in poſſ.
& latè declarat Rebuffus in praxi beneficio.
in tit.de miſſione in poſſeſſionem nu.1.&.12.
erit ergo (inquit Bero.) neceſſariũ pſonæ ec-
cleſiaſticæ in huius poſſeſſionis translatio-
ne auxilium, ſed (ut admonui) non defendi-
tur hæc argumentatio, quandoquidem in iu
dicio adipiſcendę non autem recuperandæ
concludat, inter quæ nõ leuis eſt differentia
223 cũ † in adipiſcẽda ſit neceſſaria cauſæ cogni
tio, & tituli ueri non colorati demõſtratio,
cap.ſi quando & cap.ſuper eo de off.delega.
& ſi hodie ex ſtylo potius quam ex iure nõ
ſit neceſſaria cauſæ cognitio, ut teſtatur Re
buffus in d.tit.de miſſione in poſſeſſionẽ, in
fi.quod nõ cõtingit in ipſa poſſeſſiõe amiſ-
ſa recuperanda, in qua non exigitur cauſæ
cognitio ſup titulo, ſed ſufficit ſi coloratus
oſtẽdatur, & ſpoliatio probetur, ut ſuo loco
dicemus, ipſe autem ea ratione aduerſus cõ
munem & receptiorem ſentiebam, quod &
ſi cauſa ipſa poſſeſſionis facti contineat quę
ſtionẽ, ita ut a laicis tractari poſſit ex Bart.
ſententia.d.l.quoties.C.de iud.cũ ſupra rela
tis, attamen ratione perſonarũ in quibus nõ
poteſt laicus quouis modo iuſdicere authẽt.
ſtatuimus.C.de epiſc.& cler.cap.2. extra de
iud.laicum hunc iudicem huius cauſæ com-
petentẽ eſſe nõ poſſe, quo enim poterit mo
do clericum ſpoliatorẽ citare & cogere, ut
reſtituat, quód ſuſtulit? quamobrem commu
nem interpretum ſententiã intelligebã ipſe
quando conuentus ſopliator laicus eſt, ſed
poſſeſſio rei beneficiariæ eſt, nã & ſi poſſeſ-
ſionis cauſa ob rem ſubiectam, ut ſpiritualis
tractãda ab eccleſiaſtico tantũ uideretur, at
tamẽ quia ſola eſt facti quęſtio, iuſdicere po
terit, & conuenti perſona aliquo tueri ſe nõ
poteſt priuilegio, ut iudiciũ impediat quod
alias poteſt clericus ſpoliator, in hanc ſentẽ
tiam facilius deſcẽdo quia uideo Guid.Pap.
d.q.1.& Boe.d.q.69.non tam auſos fuiſſe re
ceptiorem opinionem ueram ex iuris cõmu
nis diſpoſitione affirmare, quam quod Mar
tini quinti & Leonis decimi indultis conceſ-
ſum ſit, quæ fruſtra cõceſſa forent ſi iure cõ
muni hoc laicis liceret ut etiã nouiſſime ad
uertit Rola.a Valle.d.conſi.23.nu.17.lib.2.
nec in hac Patria Pedemontium hãc cõmu
224 nẽ adiuuat ſententiã † decretum antiquum
Sereniſsi.Philiberti Ducis edita anno 1503.
ſub rub.quod clerici Ducales ſubditi, nõ tra
hãt, Ducales etiã ſubditos ad curias &c. cũ
hoc, decretum intelligatur quãdo cauſa eſt
merè prophana, quę iudice eccleſiaſtico nõ
ſolet tractari, uel loquitur, quando clericus
laicum cõuenit iuxta cap. cum ſit generale
extra de foro compe.unum hoc tamẽ dicã,
non niſi iuſta ratione & cauſa excellentiſsi
225 mũ S.Taurinẽſem, ĩ quo unũ agnoſco † Caſ-
ſianũ Puteũ Bugellẽſem Præſidẽ ſupremũ,
uirũ fide, religione, pietate, doctrina, & mo
ribus cæteris omnibus qui fuerunt uel futu-
ri ſunt anteponendum: quam retuli crebrio-
rem, ſentẽtiã obſeruare, refert tamẽ, hac de
re uerba faciens, Robertus Maranta Venuſi
nus, in tract.de ordine iudiciorum in quarta
parte in 7.diſtinctione iudiciorum in fine, in
226 regno ſpoliatos a clericis hac uti † cautela,
per edictum citari curet ſpolia.a iudice lai-
co.quẽ uis qui ſua putauerit intereſſe, ut cõ
pareat allegaturus, quidquid uult, quare nõ
Caius ipſe ſpoliatus reſtitui non debeat ad
poſſeſſionem ſui beneficij, & clerico ſpolia-
tore cõparente in eũ iuſdicere iudex is põt,
cũ tunc clericus ſpoliator nõ poſſit dici reus
227 cõuẽtus † ſed actor, ex quo ſua cõparitio eſt
uoluntaria, ut docent Bal.Caſtrẽ.Alex. &
cæteri, in.l.teſtamẽta oĩa.C.de teſta.& Affl.
d.deciſione.24.num.7.in fi.Dec.coſ.187.nu.
3.uerſ.non obſtat quod citatio.Neuiz.conſ.
20.nu.19.Rola.a Valle conſ.29.nu.9.12.li.1.
uerum Marantæ cautela & leuis eſt, & eludi

228 facilè poteſt, tum quia is per edictum † citatus non cogitur comparere, ut in his terminis declarat Afflict. deciſione. 2. nu. 9. qui ſubdit, quod ſi cogatur clericus comparere, & citationem & iudicium eſſe nullum, quare pro deſſe parum poterit cautela hæc ſpoliato, ſi ſpoliator diligens erit & callidus, ut non cõparendo, nec enim cõparere coguntur omnes. l. ii eo tempore. C. de diſtract. pigno. Marianus Soc. Se. tract. citationum, Are. 22. in fi.
229 Accedit, ſecundo † citationem hanc nullius eſſe momẽti, ſic conſtat quis nam poſſideat, is enim, ut perſona certa nominatim, non per edictum & proclama citandus eſt. l. 1. §. pen. ff. de uentre inſpicie. Bart. in extrauaga. ad reprimendum, in uerbo per edictũ in fine Alex. conſi. 107. nu. 1. lib. 5. Fely. in cap. 2. nu. 8. de conſtitu. Iaſ. conſi. 86. nu. 12. lib. 3. Pariſ.
230 conſi. 31. num. 29. lib. 4. & ideo † egregiè reſpondit Rui. conſi. 62. nu. 20. in fi. lib. 5. citationem hanc per edictum, præſumptam ſciẽtiam inducere, quæ non ſufficit quando uera notitia exigitur, quod ſenſit & poſt alios a ſe citatos Marſil. ſingul. 259. Generalis &c. qui poſt Abbatem in capi. ultimo de uita &
231 honeſtate clerici, affirmat, † clericum ſuo iure ex ſola citatione per edictum priuari non poſſe, ſed nominatim citãdum eſſe. Tertio parum prodeſſe poteſt citatio iſta quia
232 ſi clericus † ſpoliator compareat, & ſe poſſidere alleget, poterit allegare fori priuilegiũ & remiſſionem ad ſuum iudicẽ petere, eritque illa concedenda, ut egregiè in his terminis citationis tradit Capicius Neapolitanus Deciſ. 8. num. 3. poſt Ancha. in ca. ea quæ. q. 17. de reg. iur. Accedit. 4. loco citationẽ hãc generalem non prodeſſe ſpoliato, nec poſ-
233 ſeſſori nocere, quia quando † agitur de poſſeſſione transferenda ab uno in alterum, nõ ſufficit generalis citatio, ſed nominatim poſſeſſor citãdus eſt etſi ignoretur, uti debet diligẽtia non leui actor, ut cognoſcat quis nã is poſſeſſor ſit, ut eum citari curet: ſic Anch. in cap. ultimo de electio. ex illo textu, quem ſecutus fuit Alex. cõſi. 5. nu. 1. 2. li. 2. qui affirmat hanc generalẽ citationem, compareant qui ſua intereſſe putant, pulchrè & latè Crauetta conſi. 225. n. 1. & nu. 5. ubi alios plures retulit, citantq; omnes in hãc ſententiã tex. illum meminerint. C. unde ui, ut diximus ſupra in. 8. remedio. q. 13. euitari quoq; poſſet
234 Cautela, ſi uera eſſet una † Petri Calephati doctrina quam is in. l. de ijs nu. 37. ff. de tranſact. retulit, dum citando Dec. conſi. 700. nu. 9. uerſi. ſecundo non obſtat, inquit illam citationem fieri in actibus iuriſdictionis uoluntariæ ad eoſq; actus ſolum reſtringi, ut in inſinuatione: ſed mea ſentẽtia (pace illius tanti uiri dixerim) labitur. quoniã nec Dec. nec. Bal. ad eum caſum ſe reſtringunt: ſed ſolum ſentiunt clericum facilius potuiſſe citari, quia is actus erat uoluntariæ iuriſdictionis. In ea igitur (ut rem paucis finiam) opinione ſum, ut ſic plures diſtinguantur caſus. Primus eſt cum de recuperanda poſſ. rei beneficiariæ agit inter duos Laicos tũc Laicus Iudex cõpetẽs eſt, & ſi poſſeſſio rei ſpiritualis ſit. hocq; caſu procedat crebrior relata ſententia. Secũdus eſt caſus, quando de poſſeſſione rei bñficiariæ agitur, & Laicus ſpoliator conuenitur, is poteſt ut retuli conueniri coram iudice ſuo ideſt Laico. Tertius caſus, quando inter duos clericos contenditur de hac poſſeſſione, tunc Laicus cognoſcere non poteſt. Quartus eſt caſus quando ſpoliator eſt clericus, & ſpoliatus laicus ad huc clericus ſpoliator ſub Iudice laico, ex iam relatis rationibus conueniri non poteſt.
235 In † Adipiſcenda autem ſcio apud neminem ferè dubitari, laicum iudicem inter clericos iuſdicere minimè poſſe, cum de poſſeſſione rei ſpiritualis ſeu beneficiariæ diſputatur, ſic affirmant omnes, ut teſtatur Bero. in rub. extra de iudicijs numero. 51. & nouiſſimè Crauetta conſil. 104. nume. 17. uerſic. nec obſtãt. Didacus. d. l. Practica. quæſtio. ca. 35. num. 1. uerſ. prima concluſio. inſecuti omnes Guid. Papæ. q. 1. habet enim iudicium hoc ſibi annexam proprietatis cauſam, quæ ut ſpiritualis a laico tractari minimè poteſt, cap. tuam de ordine cognitionum cap. lator, qui filij ſunt legit. ut apud illos fuſius. Vnus tamen Ioannes Igneus in. l. Neceſſarios. §. nõ alias ſecunda parte num. 42. ff. ad. S. C. Syllania. aliter ſenſit, & male, quia ubi is clericus poſſeſſionem adipiſcatur, ſuper titulo ſaltẽ ſummarie cognoſcẽdũ eſt, ut iam admonui.
236 Quæro. 19. utrumne † cauſa hæc ſummariè tractanda ſit, non ſeruato exacto illo iudiciorum ordine, & tractandam eſſe, affirmarunt Bartolus in extrauagan. ad reprimen. in uerbo. ſummariè numero. 12. Soci. d. l. rem quæ nobis nume. 14. qui alios in hanc ſententiam retulit, gloſa in lege tertia §. ibidem. ff. ad exhiben. Ripa in lege naturaliter. §. nihil commune numero. 185. ff. de

adquiren.poſſeſſ.glo.l.ult.in fi.glo.1. C. qui
leg.perſo.hab.ſta.in iud.& probatur in.l.me
minerint in l.momētarię.C.unde ui. In hac
Patria Pedemontium ex relato ſæpius an-
237 tiquo † decreto,De reſtit.ſpolia . res eſt cla
riſſima,dum conſtitutum eſt per ſummariā
informationem ſine proceſſu & litigio, ſpo
liatum ipſum reſtituendum eſſe,quod ex no
uis decretis confirmatur, in quibus conſti
tutum eſt,omnes cauſas ſummarie, & ſine
ſtrepitu iudicij eſſe tractandas, quanto for-
tius cauſa hæc ſpoliationis,quæ dicitur cete
238 ris fauorabilior:ſic in omnibus † cauſis poſ-
ſeſſorijs ſummariè eſſe procedendum tradit
latè ſatis Rebuffus in comme.Regiarum cō
ſtitutio.tomo.3.art.4.gl.1. ubi ſic in uniuer
ſa Gallia ſeruari ſcribit:ſic ſeruatur Medio-
lani,& Papię,ut.ſępiſſimè i iudicijs cognoui
239 Quæro.20.an † libellus porrigi debeat:
& non eſſe porrigendum in fortiori caſu af-
firmauit Lucas a Pēna.in.l.ſi coloni.q.19.&
ibi Io.a Platea.col.3.uer. & ex prædictis. C.
de agricol.& cenſ.dum opinantur in caſu il-
lius remedij libellum non eſſe porrigēdum,
ut in.10.remedio ex d.l.ſi coloni.q.15.uno
uerbo retuli,remque hanc hic excutiendam
propoſui:ea ergo is Lucas adducitur ratio-
ne.quia ſi libellus porrigeret.non eſſet poſ-
ſeſſio ſine aliqua cunctatione, illico & ſine
diſputatione reſtituenda,ut iure reſtituenda
240 eſt.Et in his † cauſis ubi ſummarie procedit
non eſſe neceſſe libellum offerre tradūt Ro
man.conſil.519. In caſu propoſitæ in fi.Mar
ſil.ſing.102.clauſula.Rola. a Valle conſi.71.
nu.37.lib.1. Verum hæc ratio non me mul-
tum mouet.quia libellus non eſt in cauſa,ut
reſtitutio impediatur,ſed ſunt,quæ obijciū-
tur exceptiones,ut dominij,criminis, & ſi-
miles, quare melius hanc ſententiam pro-
bare uidetur tex.in Clem.ſæpe in principio
ibi,neceſſario libellum non exigat, & ibi gl.
de uerb.ſig.negat enim is text.neceſſarium
eſſe libellum,cum cauſa ſummarie eſt tractā
da,ut eſt in caſu noſtro.

Contrarium tamen ſenſere alij,ut præci-
tato loco refert is Lucas,qui & Specul.cita-
uit in tit.De libelli conceptione.§.nunc di-
cendum uerſi.24.& 26.& crebrior hæc uide
tur ſententia quandoquidem,quamplurimi,
quos infra ſequēti quæſtione referam,diſpu
tant quonam pacto libellus in cauſa iſta cō
cipiendus ſit,immo ipſemet Bartolus in ex
trauagan. ad reprimen.in uerbo. Summarie
num.2.inquit.in cauſis his ſummarijs libel-
lum ita pleue eſſe formandum, ut in cauſis
ordinarijs,& clare in interdicto unde ui, in
quo ut diximus ſupra, eſt ſummarie proce-
dendum : eſſe neceſſarium libellum tradit
Inno.in cap.1.& ibi Abbas num. 14. de libel
li obla.& latius ibidem hoc affirmauit Ma-
ria.Soc.ſen. col.16.in.52.& 53.fallen.

241 Conciliari † poſſunt hæc interpretum cō
trouerſiæ ut diſtinguamus, aut quærimus,
an ſolemnis libellus in his caſibus ſit porri-
gendus,ut in cauſis ordinarijs, & tunc pro-
cedit prima relata opinio, non eſſe neceſſa-
rio dandum,nam cum ſolemnitatem quan-
dam contineat,illa ceſſat in caſibus ſumma-
rie finiendis,ut cenſuit Iaſon.§. præiudicia-
les nume.35.Inſti.de actio.& in conſi.2.col.
ulti.lib.3.Soc.Iun. conſil.75.nu.1. conſil.82.
num.1.lib.2.& late Neuiz.conſil.32. num.7.
242 dum affirmat † coram his uillarum Præto-
ribus, coram quibus ſummarie proceditur,
neceſſarium nō eſſe libellum:aut dubitatur,
an qualisqualis petitio, quæ libelli ſit loco,
offerenda ſit, & tunc poſterior ſentētia pro
243 cedit,nec enim in quauis † cauſa in qua ſum
marie proceditur eſt omittenda petitio, ſic
declarat egregie Socin.Sen. conſi.52. nume.
2. lib.4.poſt multos interpretes in.d.Clem.
ſæpe de uerbo.ſign.quo loci Georgius Nat-
ta in principio in glo.in uerbo,neceſſario,q
ſane textus clem.ſæpe hoc clare probat,
dum in caſibus illis negat libellum eſſe of-
ferendum, eſſe tamen dandam petitionem
in fine affirmat, idem ſenſit Signo. conſi.
111. nu.7.

Declaratur. 2. relatam ſententiam non
244 procedere † in hac Patria Pedemontium ex
decreto illo Ducali De reſtitutio. ſpoliato.
quo eſt cautum reſtituendum eſſe ſpoliatū,
ſumptis ſummarijs informationibus parte
uocata ad uidendum iurare teſtes; dum
enim ſtatim uult ſumendas eſſe informa-
tiones, oſtendit ſufficere ſi ſpoliatio ex ca-
245 pitulis deducatur, & tunc † capitula loco
petitionis erunt, ut in ſimili poſt Ioan.An-
dreæ in additio.ad Specula.in tit. De libelli
concep.§.nunc dicendum q.22.tradit Maria
Soc.Sen.in cap.1.col.16.uerſicu.54.fallit de li
belli obla.dum tradit quod ubi duo conten-
dunt ſe eſſe in poſſeſſione, nec unus, nec
alter uult dare libellum, ſeu petitionem,ne
conſtituendo ſe actorem in poſſeſſione ſibi
præiudicet, recipiendas eſſe informationes

ſuper ſolis capitulis, & illa loco petitionis
erunt, & hoc in caſu intelligo doctrinam
Ioan. Monachi relatam a Roma.d. conſil.
519.in fi. & a Marſil. ſing. 102. clauſula &c.
dum affirmatit, Iudicem ab articulis initiũ
ſumere omiſſa libelli oblatione, & Specul.
qui ſupra nu.36.uer. Generaliter autem &c.
inquit libellum non requiri, cum teſtes im-
246 mediate recipiuntur: clarius hoc † eſt diſpo
ſitum Papiæ ex ſtatuto.54. In ciuilibus. De
poſſeſsione uiolenta, uel clandeſtina reſti-
tuenda, quo eſt cautum nec in ſcriptis eſſe
neceſſariam petitionem.
247 Quæro.21. † quomodo in ea petitione
& qualiquali libello ſit concludendum Soci.
d.l.rem quæ nobis nu.14. inquit actorem de
bere narrare ſe poſſediſſe, & deinde ex cau-
ſis iniuſtis, ac ſine ſua culpa & facto e poſ-
ſeſſione cecidiſſe, eaque ſpoliatũ fuiſſe, poſ-
ſeſſion ẽque illam reum conuentum poſſide
re, deinde concludere debet, ſe eſſe adſuam
illam poſſeſſionem reintegrandum, illamq;
ſibi reſtituendam: ſic omnes in ea ad ſedem
de reſtitu.ſpoliato. & clarius ac plenius Pra
ct.Papienſis in forma libelli, in cauſa ſpo-
liatæ poſſeſsionis, qua in re eſt animaduer-
tendum, quod quemadmodum in cæteris,
248 ſic & in hoc caſu, ſpectanda eſt ſolius † libel
li concluſio, quidquid fuerit narratum, ut in
noſtris his terminis eſt tex. in cap. ex parte
B.ubi Abbas de foro compe. & poſt Specul.
& alios plures, quos citat, tradit Ripa. in.l.
naturaliter.§.nihil commune nu.197.de ad-
quiren.poſſeſſ. & in cæteris caſibus ſolam li
belli concluſionem eſſe ſpectandam tradũt
Barto.in.l. certi condictio. in principio nu.
2.ff.ſi certum peta.Dec. conſil.57.nu.1.2.cõ
ſil.62.nu.1.Cur.Sen.conſil.pen.col. pen.uer.
accedo ad tertium, Soc.Sen.conſil.112.nu.5.
lib.4.late Neuiz.conſil.4.nu.7.& pulchre de
clarat. Gomes.§.ſequens nu.12.Inſt.de acti.
249 dum inquit hoc procedere † in actionibus
ſpecialibus, quarum una ab altera ex me-
dio cõcludendi diſcernitur, ſecus cum actio
ſpecialis concurrit cum generali, nam tunc
ex medio concludendi, una non diſcernitur
ab altera, cum una, & eadem ſit concluſio ci
tat notab. textum.l. item apud Labeonem.
§.edicto de iniurijs. & Bartolum in.l.1.§.
hoc edicto.de oper.no.nuntia.ex quã decla
ratione infertur, quod ſi uera eſt illorũ ſen-
tẽtia, quam retuli & probaui ſupra.q.2.hoc
reintegrandæ remedium non eſſe nouum,
a cæteris diſtinctum, ſed generale cætera cõ
prehendens, nullam eſſe differentiam in me
dio concludendi, ſiue concludatur, in hoc re
medio, ſiue in interdicto unde ui.cum ſemp
concludatur poſſeſsionem ſibi reſtitui, ut
uno uerbo attigi. d. q.2. erit ergo ſola diffe-
rentia in medio concludendi inter cauſam
poſſeſſorij & petitorij, cum in uno petatur
rem reſtitui, in altero uero poſſeſſionem, ut
in anteludijs admonui.
250 Declaratur non procedere, quando † con
cluſio eſſet ambigua, & narrata eſſent clara,
ſi tunc ſubijciatur, clauſula illa, ius & iuſtitiã
fieri &c. tunc narrata attenduntur, ſic poſt
Card.Abba.& Alex. tradit Dec. in.l. petens.
nu.5. C.de pactis, quod intelligit Dec. poſt
a ſe relatos niſi reſultaret aliqua contrarie-
251 tas nihil † clauſula illa operaretur, ſed ine-
ptus eſſet & nullus ille libellus, & idem quod
Deci.cenſuit Ripa. in.l. naturaliter.§. nihil
commune nume.178.de adquir. poſſeſſ. poſt
Socinum Sen.conſi.122.num.2.lib.4.ubi ad-
fert in noſtris terminis exemplum, ut ſi nar
rata eſſent in poſſeſſorio retinendæ, ut quia
diceret ſe poſſidere, & poſtea concluderet,
ſe ſpoliatum reſtitui debere, uel ſi libello
eſſet narratum ſe quaſi dominum, & dein-
de concluderet in uero dominio, tunc enim
clauſula illa nihil opabitur, ſic egregie Rui.
conſil.32.nume.36.lib.1.alios caſus referũt
Alex.conſil. 121. col.1.lib.1.conſil.96.num.
7.conſil.110.lib.5.Pariſ.conſil.ulti. num.12.
13.lib.1.Illud moneo, ut etiam in anteludiis
num. 16. docui, clauſulam hanc plurimum
operari ad diſcernendum, an petitoriũ, uel
poſſeſſorium ſit intentatum, non enim duo
252 illa † ſunt contraria, ſed diuerſa potius.d.l.
naturaliter.§.nihil commune. ubi Alcia.nu.
1.2.& clariſſime tradit Alex. conſil.117. nu.
3.lib.2.
253 Quæro. 22. utrumne † in hoc remedio ne
ceſſaria ſit litis conteſtatio, & neceſſariã eſ-
ſe, affirmauit Soci.in.d.l. rem quæ nobis nu.
14.uerſi.3.dubitatur. Et hanc communẽ eſ-
ſe ſententiam teſtatur Alex.d.§. nihil cõmu
ne nu.96.Iaſ.nu.167.& ibi Ripa.nu.182.hãc
probauit Rotta in Deciſio.nouis in tit.de re
ſtitu.ſpoli.Deciſione.2.in fi.eam eſt ſecutus
Alex.conſil.2.nu.11.lib.3. qui citat textum
clarum in cap.2.ut lite non conteſt. latiſſime
diſputat de omnibus poſſeſſorijs Maria.Soc.
Se.cap. quã frequenter col.23.uer.62. fallit
ut lite non conteſta. & eſſe neceſſariã abſo-

254 lute † in quouis poſſeſſorio ſcribit Rebuffus
in Commentarijs Regiarum conſtitutio.to
mo tertio, tit.de materijs poſſeſſorijs arti-
culo.4.gl.1. in fine, ubi teſtatur in interdicto
Recuperandæ, ſic in Gallia ſeruari, inquitq;
ſatis litem in his conteſtari: cum contrariæ
poſſeſsiones allegantur: idem cẽſuit Dec. cõ
ſil.303.num. 5.uerſic.2.quia, Io.Baptiſta Fer
retus conſi.95.nume.1. Plotus in.l.ſi quando
nu.114.C.unde ui, Capella Tolo.q.226.De-
claratur non procedere in hac Patria Pede
255 mon.ex illo † decreto. De reſtit.ſpolia.quo
omiſſa litis conteſtatione, ſpoliatum agere
poſſe, ut reſtituatur, conceditur, ut oſtendũt
illa uerba, parte uocata, ad uidendum iura-
re teſtes dumtaxat, nam ſi immediatè teſtes
poſſunt recipi, datur intelligi non eſſe neceſ
ſariam litis conteſtationem, ut nec etiam ne
ceſſaria eſt libelli oblatio, ſic poſt Specul.re-
tuli ſuprà q.17.in fi.quæ duo a pari uidentur
256 procedere, cum nec † litis conteſtatio ſit tũc
neceſſaria, ubi neceſſarius non eſt libellus,
ut docet Abbas.in ca. quoniam frequenter,
nume.3.in fi.uerſi.item in caſibus in quibus,
ut lite non conteſta.& ibi Maria. Socin.Sen.
col.18. uerſic.22.fallit.&c. ubi declarat, ſed
257 forte † decretum hoc Pedemontium ſo-
lum intelligendum eſt in ſola notoria ſpolia
tione, ex illis uerbis: & in loco ſpoliationis
ipſa ſpoliatio erit notoria: & pauló poſt, aut
alias legitimè apparebit ipſam ſpoliationẽ
fore notoriam, ita quod non poſsit aliqua
tergiuerſatione celari, ſi enim intelligimus
hoc in caſu tantum hoc decretum, dubium
258 non eſt † non eſſe neceſſariam litis conte-
ſtationem, ut tradit Abbas in d.ca.quoniam
frequenter num.3.uerſi.extra gloſam ut li-
te non conteſta. & ibi Maria. Socin. col. 27.
uerſi.64.fallit, & clariſsimè Plotus in l.ſi quã
259 do num.114.in fin. C.unde ui: quinimo † in
notorijs omittitur citatio cap.cum olim de
re iud.in ca. Cũ ex inſinuatione.de appella.
eſt tex.& ibi glo.ac Bartolus in. l.2. §. quod
de frumentaria.ff. de admi. rerum ad Ciui-
tatem pertinẽ. latè Gramma. Deciſ.36.nu.
260 58.Iaſ.conſ.86.in fi.lib.3.ſic nec aliquis † or
do aliqua ue ſolemnitas ſolet in notorijs ob
ſeruari cap.quæ Lotharius.2.qu.1.Baldus. l.
Præsbyteri col.pen.C. de Epiſc.& cler. latè
Gramma.d.Deciſione.36.num.45.Deci.con
ſil.544. nume. 6.Marſil. conſil.5. nume.2.&
ſing.511.& Pariſ.conſil.111.nu.8. li.4. & eſſe
intelligendum hoc decretũ de ſola notoria
ſpoliatione, ſuadent clariſsima uerba toties
geminata, rurſus illa uerba, ita quod nõ poſ
ſit aliqua tergiuerſatione celari illud enim
261 uerè † notorium dicitur quod celari mini-
mè poteſt, ut docet Baldus in l. Ciues. C.de
appella. Ant. Burgos in cap. ad noſtram nu.
27.de emptio.& uend. Io.Iaco. de Leonar-
dis inter conſilia Bruni conſ.117.nu.176.Ve
rum hoc decretum eſſe intelligẽdum in ſpo
liatione non tam clara & notoria, ſuadent
multa, ut illud, quod ſi ita intelligeremus
fruſtra eſſet conditum hoc decretum, quan-
doquidem idem iure communi conſtitutum
appareat, quare illa ſumitur interpreta-
262 tio, † ne fruſtra factum quid ſit l. ſi quando
in principio de leg.1.l.qui concubinam.§.q
hortos.ubi glo.ulti.de leg.3. quod procedit
263 etiam ubi † ſtricta ſumenda eſt interpreta-
tio l.1.in fi. ad municipa.cap.1.ubi Abba.de
reſcrip. Dec. in cap. cum ordinem col.2.de
reſcrip. & conſil.359. col.ult. Craue.conſil.
135.num.24. conſi.201.nu.13. & in materia
odioſa ac ſtrictiſſimè intelligenda, ita etiam
uerba ſunt intelligenda, ne fruſtra adpoſi-
ta ſint, ſic latè idem Craue.conſil.272.num.
7.& conſil.294.col.12.uerſi.5.loco, quod ue
rum etiam intelligit Soc.Iun.conſi.94.num.
20.lib.3.etiam ſi uerba uix conuenirent, cæ
tera quæ adferri poſſent, ſciens, ac ex indu-
ſtria prætereo. Secundo ſi notoria eſſet ſpo-
liatio, quorſum informationes ſumere, & te
ſtes interrogare, quando illa ſit notorii uis,
264 † ut releuet ab onere probandi, etſi propoſi
tione ſit opus, ut tradit glo. in.l. Ciues.C.de
appella.glo.l.1.ubi Bartolus.C.qui & adue.
quos in integ.reſt. non poſſ. & in l. empto-
rem in fi.de actio.empti.Iaſ.in l.ſi uero. §. q
pro rei num.9.10.ff.qui ſatiſd. cog. Cur.Iun.
in l.ex quacunq; nu.16.ff.ſi quis in ius uoca.
non ierit in l. qui in poteſtate nu.7. C.de in
ius uoca.& conſi. 61.nu.7.Soc. Iun.conſi.65.
nu.39.lib.1.& alibi ſepiſſime. Intelligo er-
go hoc decretum in quacunq; ſpoliatione,
ut generaliter prouideat, & uerba illa noto
ria, ita quod aliqua tergiuerſatione celari
non poſſit, intelligo factis probationibus, ut
litera ipſa ſonat, nam examinatis teſtibus
ſumptiſque informationibus, res dicitur eſ-
265 ſe † notoria, cum notorium illud eſſe dica-
tur, quod duobus uel tribus teſtibus præſen
tibus & ſcientibus ſit. Bartolus in l. ſi tutor.
C.de periculo tuto.Craue.conſil.121.nume.
2.3. alia quoq; ratione ſuadetur in caſu hu-

ius decreti litis conteſtationem minime neceſſariam,nam uult iudicẽ ex officio poſſe
266 procedere,quo fit † ut litẽ conteſtari opus non ſit,ſic docuit glo.in Rub.ff.de interrog. actio.latiſſime declarat Soc.Se.in d.cap.quoniam frequenter col.20.uer.25.fallit,ut lite
267 non conteſta. Ex ſtatuto Papiæ † 54.In ciuilibus. De poſſeſſione uiolenta uel clandeſtina reſtituenda,clarius eſt idem cõſtitutum, neceſſariam minimè fore litis conteſtatio-
268 nem.quare in hoc † ut iuris communis correctoriũ eſt intelligendũ,ita ut corrigat minus quàm ſit poſſibile l.2. C.de noxa.actio. cap.cum dilectus.de conſue. Fely. & cæteri in cap.1.de conſtit. Goza.conſi.19.nu.5.Pariſ.conſi.ult. nu.6.lib.3. Crau.conſi.236.nu. 9.& conſil.259.nu.2.& alibi ſæpiſsimè.

269 Quæro 23.an † in libello,quo hoc remedio agitur, ſpoliationis factæ tempus apponi neceſſario debeat, & non eſſe apponendum cenſuit Alex. conſi.6.nu.1.2.lib.3.Soc. Sen.d.l.rem quæ nobis,nu.14. uerſi.dubitatur etiam quarto, de adquiren. poſſeſſione, & conſil.109.col.2.uerſi. ſecundo principaliter lib.3. idem cenſuit Afflictus Deciſione 250. illa adducti ſunt prima ratione, quia hęc actio infamiam non irrogat, nec iuris nec facti, ergo ſpoliationis tempus non eſt deſcribendum l. prætor edixit in princi-
270 pio ubi Bart.ff.de iniurijs,quod † autem nõ infamet hoc remedium patet, quia non connumeratur inter caſus illos, qui infamiam irrogant. Rurſus dicitur condictio ex lege, ideſt,ex eo canone,quæ non ſolet irrogare infamiam.l.ceſſat de action. & obligation. adfertur & ſecunda ratio, quia iure Pontifi-
271 cio † is rigor apponendi tempus in libello, non ſeruatur,ſic Soc.d.conſil.109. colum. 2. uerſicul. ſecundo principaliter,in interdicto autem unde ui,eſt diuerſum,ut latè retuli ſupra in primo remedio quæſt.38.

272 Quæro 24. an † in hoc recuperandæ poſſeſſionis iudicio perſonarum legitimatio ſit neceſſaria:& neceſſariam fore apud omnes
273 receptum eſt: nam affirmant omnes † in ſummarijs quibuſcunque iudicijs neceſſariam eſſe hanc perſonarum legitimationem, ut probare uidetur text. ubi glo. in l.1. §.1. ſi ea.ff.de uentr. in poſſeſſ. mitten. quem in hanc ſententiam citauit Bal.in l.ultima.q.5. C. de edicto diui Adria. tollendum loquitur in illo adipiſcendæ poſſeſſionis remedio, quod ſummariè tractari ſolet Baldum ſecuti ſunt cæteri,ut Iaſ. in Rubr. C.qui admitti nu.4.ibi Iacobus Niger.nume.9. idem Iaſ. in l.2.nu.4.C.de edicto diui Adria. toll. quo loci eiuſdem ſententiæ retulit Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo, ſummariè col.2. ſic Petrus Girardus Petraſanta ſing. 23.notant Bart. &c. Craue.conſi.104.nu.1. Neuiz. conſi.18.nu.4.Sebaſt. Vantius tract. nullitatum titulo.de nullita.ſententiæ ex defectu inhab. ſeu manda.compare. num.3.& nouiſſimè Rola. a Valle.conſil.46.nu.2. lib. 2.hoc anno 1565. euulgato,quia fortius, & ad rem maxime noſtram Iaſon, & alij plu-
274 res ex relatis affirmant,†filiumfamilias ſine patris conſenſu in iudicio ſummario eſſe nõ poſſe ex l.ulti. §.1.uerſic. neceſſitate. C. de bonis quæ liberis,ſic Bald.in.l.nec quicquã. §.de plano.col.ult.ff.de off.proconſ.& lega. quẽ ſunt ſecuti Iaſon.Nig. Marſilius & Rola. a Valle poſt Alex.conſil.59. col.1. lib.2. idem placuit Guid. Papæ. q.54.& q.410. & Ioanni Coraſio in l.qui liberos,ſecunda partẽ nu.19.ff.de ritu nuptia.ex quorum authoritatibus ſatis ſuperq; conſtãt hanc eſſe crebriorem,& ſi aliter uiſi ſint ſentire Aret. in l.& ſi minores.4. fallen. C. ſi aduerſus rem iud. Natta in clã ſæpe.§.quæ omnia col.25. q.5.principali,de uerbo.ſig. Iacobinus a Sancto Georgio l.1.C.qui admitti,Barba.conſ. 86.col.2.lib.3.Corne.conſi.218.lib.1.quos ẽ ſecutus Neuiz.d.conſ.18.nu.11.qui uerè,malè ſentiunt, ut ſtatim intelligemus, ad rem noſtram magis accedit ſentẽtia & doctrina Baldi in cõſi.492. in cauſa uertente inter li. 3. & eiuſdem,in l. ultim.§.1.uerſ.neceſſitate col.pen.uerſ. pone filius agit poſſeſſorio.C.
275 de bonis quæ liberis,dum affirmat † filiumfamilias in hoc iudicio recuperandæ poſſeſ. minus legitimam habere perſonam, ideoq; patris conſenſum fore neceſſarium,idẽ cenſuit, Curia Delphinatus,ut retulit Franc.de Marchis q.69.quę ſanè quæſtio utilis admodum eſt,& in foro quotidiana, hãc ipſe Baldi ſententiam ſequor & ſi non ignorem, q̃ a Bal. ac Franc.de Marchis adferuntur,non urgere multum,Baldus qui ſupra in d.reſpõ-
276 ſo 492.ſic primo argumentatur, † ualere argumentũ de cõtractibus ad iudicia l. ſi quis ſeruum & l. ſi quis cum filio. ff. de peculio, & tradit Euerard. in centuria legali.in argumento ſeu loco a contractibus ad quaſi cõ-
277 tractus,ſic licet argumẽtari†ab ultimis uolũtatibus ad iudicia.l.non eſt uerũ,ubi Bar. &

cæteri omnes.ff.de pigno.actio.latè Euerar. in centuria legali in loco ab ultima uolunta
278 te ad iudicia, nunc ſic, patris conſenſus † ne ceſſarius eſt cùm filius donat cauſa mortis. l.tam is §.1.ff.de dona.cauſa mortis, ſed do natio cauſa mortis,contractibus æquiparatur gloſa.l.2.ff.de dote prælega.uel ultimis uoluntatibus l.2.ubi omnes, ergo idem dicē dum eſt in iudicijs:hæc argumentatio dilui poteſt facillimè ideo in ea donatione exigi patris conſenſum,quia de ſuo agitur incom modo,quamobrem,uidemus in bonis caſtrē
279 ſibus aliter obſeruari,† quoniam à filio pa tre inconſultò donari poſſunt.l.filiusfamilias.§.ultimo in ff.de dona.Soc.in.l.1.§.fuit quæſitum col. pen.ff. ad Trebellia. Secundo loco ſic argumentatur Baldus,patria poteſtas,eſt de iure ciuili.§.præterea.Inſt.de patria poteſta. ſed de iure ciuili filius familias integrā non habet perſonam,ergo ſine patris cōſenſu in iudicio eſſe non poterit: diluitur uno uerbo argumentatio, quia Baldus, minorem illam propoſitionem,uerā eſſe nō probauit:tertio ergo loco argumētatur Bal
280 dus, † filiusfamilias regulariter eſſe non poteſt in iudicio contra ipſum patrē.l.lis nulla. ff.de iudicijs Patria ergo poteſtas reſpicit iudicium ergo nec alio filiusfamilias experiri poterit ſine patris conſenſu: poſſumus rectè ſic reſpondere,tunc demū inter patrē& filiū litem eſſe non poſſe,quādo res ſuper qua eſt controuerſia patri per filium acquiritur, at contra,cum rei acquiſitę filius ipſe dominus permanet,ut eo tex.l.lis nulla, ſatis ſuperq;
281 probatur † cuius rationem egregiam adfert Vaconius Roma.lib.4.declaratio. iuris cap. 143.nā ſi filius patri acquirit, nulla inter eos iuſti & iniuſti,mei & tui eſſe poteſt cōtētio, ergo nec lis,diuerſum,cū ſibi acquirit,filius,
282 quamobrē † ob Caſtrenſe peculium inter eos lis eſſe poteſt.glo.d.l.lis nulla tex. in.l.cum oportet.§.eadē.C.de bonis quę liberis.Soc. tract.fallentia.reg.244.fallen.3.& in peculio clericorum,quod annotauit Afflict.deciſio-
283 ne 241.nu.1.ſic in † bonis aduentitijs ſi patri, uſusfructus non acquireretur,ut poſt alios, in l.lis nulla decidit Antonius Capicius,deciſione.56.nu.1. accedit præterea ad cōfirmationē,quod ubicūq; de ſolo filij detrimento
284 agitur quod cauſatur ab ipſo patre, † litē inter eos eſſe poſſe,ut cum pater bonorū euerſor & dilapidator,illorū proprietatē perdit & dilapidat quod probat.l.Imperator. ff. ad Trebellia.ubi Alex.Soc.d.reg.244. fallen.8. Io. Bapt. a ſancto Seuerino in l. frater a fre §. quæſitum eſt nu.120.ff.de condict. indebiti,& poſt multos,ut quid ſingulare annotauit Marſil. ſing. 613.clarum & expeditū &c. Baldus ergo qui ſupra ſic quarto loco ex
285 eo in hanc adducebatur ſententiam,quod † Patria poteſtas in ſeptem conſiſtit glo. §. 1. Inſt. de Patria poteſta. ſed inter illa,hic caſus enumeratur, ut non poſſit filius familias eſſe in iudicio ſine patris conſenſu,ergo nec hoc noſtro caſu eſſe poterit,uno uerbo poſſumus ſatisfacere, gloſæ authoritatē probabilem quidē eſſe neceſſariam minime,ut ſcribunt omnes in.l.1.ff. ſi certum peta. quintò in hanc ſententiam citat Baldus tex.l.ultimę §.1.uerſi.neceſſitate. C.de bonis quæ liberis, qui poſſet euitari,uel ſi receptiorem ſenſum ab Otthone gloſatore probatū, ut ſtatim ſubijciam,ſequeremur,uel ſi diceremus, non magis textum illum concluſionem hāc noſtram,quam illam abſolutam regulam, ſi liumfamilias legitimam non habere perſonam ſtandi in iudicio ſine patris conſenſu, ſed hæc de re ſtatim, quamobrem Franc. de Marchis.d.q.69.ſic argumētatur, quod licet
286 † hoc iudicium quo ad dilationes & alia nō nulla momentaneum ſit,quo tamen ad ordinem iudiciarium momētaneum non eſſe cū libellus& litis cōteſtatio neceſſaria ſint, Bar. l.momentanee.C.qui legitimā perſo.habe. ſtan.in Iudicio.& latiſſimè diximus ſupra.q. 20.22.ſed ubi iudicij ordo exigitur ſeruatur q; tres perſonæ in iudicio eſſe debent, Iudex Actor.& Reus.cum ergo filiusfamilias non ſit integer homo, ſequitur ſine patris cōſenſu,nō poſſe eſſe in iudicio hęc argumētatio. facili negotio deſtruitur,tum quia pro conſtanti uerum pręſupponit Franc.de Marchis quod in controuerſia poſitum eſt filium familias integram non habere perſonam,tum quia,nō ſequitur,ordo iudicij ſeruatur ergo tres perſonæ in iudicio eſſe debent, quia & cæteris ubi iudicij ordo non ſeruatur tres exiguntur,ut re ipſa patet, & tradunt omnes in Rubrica extra de iudicijs ulti. ergo loco Franc.de Marchis hanc firmauit opinionem authoritate Baldi in.d.l.nec quicquam.§. de plano.col.ult.ff.de off.pro conſ. quē alij plures ſupra relati ſunt ſecuti,inquit enim Baldus, etiā in cauſis ſummarijs ac executiuis, quę de plano tractari poſſunt filiumfamilias ſine patris conſenſu in iudicio eſſe nō poſſe,

ſed diſputando euitari poteſt,tum quia pro-
babilis,eſt non neceſſaria Baldi & aliorum
interpretum authoritas,tum quia non pro-
bat Baldus filiumfamilias ſui naturam ille-
gitimam habere perſonam ſtandi in iudicio.
Contrariam ergo ſentẽtiam,filium fami-
lias in hoc iudicio poſſeſſionis recuperandę
ſine patris cõſenſu eſſe poſſe, ſicq; legitimã
habere perſonã affirmarũt Crebrius noſtri
interpretes, & præſertim ſibi parum con-
287 ſtans † Baldus cuius ingenium & doctrinam
& ſi admirentur & ſuſpiciant non immerito
omnes cum nullum iuris locum ignoraſſe
dicatur, ut ſcripſit Iaſon.in.l. lecta.ff.ſi cer-
tum peta.in.l.Diuortio.§.quod in anno ter
tio nota.ff.ſolu.matr.Craue.conſil.92.num.
288 2.& conſil.166.num.4.quamobrem † in cau
ſis decidendis finiendiſq; maximam eſſe Bal
di authoritatem,ſcripſit Caſtren.conſil.152
lib.2.quem retulit Craue.d.conſil.166.num.
289 4.hinc dixit Dec.conſil.284 nu.3.† irrepre-
henſibilem eſſe iudicem,qui in cauſa deci-
denda Baldi eſt ſecutus opinionem quod &
annotauit Bologninus conſ.1.col.9.in fine,
quinæ egregiè ſcripſit Hieron. Cagnolus, in
procem.ff.in.§.diſcipuli num.172.poſt. Ca-
290 ſtren. quem citat † tanti adeo & acuti fuiſſe
ingenij Baldum, ut eũ à teneris uſq; admira
tus fuerit iurecõſultorum ſignifer Bartolus
uerum tamẽ ut mortalis in multis & ipſe de
fecit,nã nec ſemel is bonus dormitauit Ho-
merus.ut eſt in ueteri Horatiano prouerbio
291 ſibi enim † parũ conſtans uerè fuit is Baldus
& præſertim cũ de iure interrogatus reſpon
deret,ut admonuit poſt multos Craue.conſ.
285.col.4.uerſ. & hic proprie uerificatur
&c.ubi poſt Butriũ,Corneũ,Caſtren. & De
292 ciũ affirmat † Baldi cerebrũ fuiſſe ſemper in
aere,& ueluti auis uolitaſſe,ob idq; ſæpiſſi-
me ex ſuo capite fuiſſe locutum,& in perdi-
ficilibus iuris controuerſiis ſepiſſime à ſe ip
ſo,ut inconſtans receſſiſſe,quare cẽſuit Rui
nus conſil.58.nu.15.lib.3.Baldo tunc eſſe de
ferẽdum,ſi illius authoritas lege adiuuatur,
alioqui in reſpõſis non parum defeciſſe. Re
uertamur in uiã è qua digreſſi ſumus paula
tim in noſtrã ergo diſputatione,filiũ famili-
as poſſe eſſe in iudicio recuperandæ poſſeſ-
ſionis ſine patris conſenſu probauit Baldus
conſi.217.uerba libelli col.3.uerſi. ſecundo
principaliter dubitatur lib.2.illum ſunt ſecu
ti Orianus in ca.quoniã contra in uerbo cõ
feſſionis de probatio. & Parpalea.in rubri-
ca.C.qui admitti.ut retulit & probauit Ne-
uiz.conſ.19.n.1.2.3.nec diſſentit Petrus Re
buf. in cõmentarijs Regiarum conſtitutio.
Tomo.tertio,titulo De Materijs, poſſeſſo-
rijs,articulo ſeptima gloſa.1.num.13.quo lo
ci affirmat in cæteris omnibus poſſeſſorijs
iudicijs Filiumfamilias eſſe poſſe in iudicio
ſine patris cõſenſu.Verum animaduerti ali
quando hanc Baldi & ſequacium ſententi-
am,nec iure, nec ratione fulciri, nam text.
293 qui primo loco citatur † in.l.1.C.ſi per uim
uel alio modo,non probat quando quidem
illa ratione illud cõſtitutum ſit, quod abſen
ti ſuccurſum non erat, quamobrem eo lo-
ci non ad ſui commodum agit, uel ſeruus,
uel minor,uel filiusfamilias, ſed ad abſentis
commodum,quinimò contrariam potius af
firmare uidetur ſententiam,dũ ſenſit, inquã
in cęteris ſeruum filiumfamilias & alios in
his perſonis non ſuſtinere legitimam perſo
nam,cũ iſtic fauore abſentis tãtum ſuſtinere
dicantur.Secundo ergo loco adducitur Bal-
294 dus ex † l.ultima.C.qui legitimam habuerit
perſonam ſtandi in iudicio,& licet ibi gloſa
ſolum intelligat in defendendo, non in agẽ
do,quam probauit Frãciſcus de Marchis. d.
q.69.num.2.attamen uerius eſt,ut intelliga
tur etiam in agendo, ut clara ſunt illius tex
tus uerba, ibi actio exerceri poteſt.Ipſe au
tem intelligo.d.l. ultimam,loqui in eo poſ-
ſeſſorio momentaneo, quod minime eſt de
trimenti modiceque conſiderationis,in quo
nec appellatio admittitur,ut late explicaui-
mus ſupra in Nono recuperandæ poſſeſſio-
nis Remedio ex.l.ſi quis in tantam.C.un.ui.
q.49.& attigimus ſupra in Præludijs n. 32.
quo loci diximus hoc ſũmarijſſimũ poſſeſ-
ſoriũ appellari, qđ res ita ſe habeat,ſuadent
illius tex.uerba,dum ſubijcit,in adipiſcenda
poſſeſſione pſonã illegitimã conſiderari ibi
maxime cũ abſque couẽtione perſonæ legi
timæ,ſi enim in eo textu intelligeret,poſſeſ-
ſorium Iudiciũ eſſe in omnibus momenta-
neũ, dum illegitimas perſonas admittit a
principio,ſic non appellaret illas illegitimas
in caſu adipiſcendæ poſſeſſionis,nã ſatis le-
gitimæ eſſent iuxta ſubiectã materiam.Nec
eſt quod obijciat quis textũ.l.1.C.ſi per uim
uel alio modo &c. dum momentaneam illã
poſſeſſionem appellare uidetur,quam recu-
perat ſeruus,uel minor abſẽtis nomine,quo
niam eam appellat poſſeſſionem,momenta
neam alia ratione,quam quod proprie &ue

re momentanea ſit, quod fuſius explicauimus ſupra in ſexto Recuperandæ poſſeſſionis Remedio ex.d.l.1.C.ſi per uim, uel alio modo &c.q.8.& ſi ſumemus hanc interpretationem ad d.l.ultimam. C. qui legitimam habeant perſonam ſtandi in iudicio, non erit neceſſe perpẽdere illa uerba, per quamcunque perſonam, quæ ut uniuerſalia, ab Alberico & Neuizano ſtatim relatis conſiderantur. Tertio itaq; argumentatio fuit recentiorum, dum inquiunt, quòd illis in caſi-
295 bus in quibus † minor ſtare poteſt in iudicio ſine curatore, filiumſamilias pariter in iudicio ſine patris conſenſu eſſe, ſic Specu.in tit.de actore.§.1.uerſ. ſed nunquid, quẽ ſunt ſecuti Rom.ſing.218. Tu ſai Dec.in l.1.Prima lect. nu.26.C.qui admitti: alios in hanc ſententiam retulit Neuiz.d.conſ.19.nu.5.ad
296 do Soc.Tract. Falle. leg.151.Fall.11.ſed † minor ſine curatoris authoritate hanc recuperat poſſeſſionẽ d.l.ult.& huius ſententię multos citat Neuizanus.d.conſi.19.nu.5.præſertim Capellam Toloſanã.q.106.ſi minor &c. ſequitur ergo idem eſſe in filiofamilias dicẽdum. Verum ex relatis corruit minor illa propoſitio, quę & ſi uera ſit in ſe, non tamẽ, quoad terminos noſtros, cũ noſtra hæc poſſeſſio, ut illa, momentanea non ſit. Vltimo tandem loco, non ſuffragatur illa una argumentatio, qua dicimus in cauſis illis, in quibus ſummariè proceditur, ſine ſtrepitu (ut cũ noſtris loquar) & figura iudicij, neceſſe minimè fore patris conſenſum & authoritatem, ut docuit Aretinus in.l. & ſi minores quarta Fallent.Codice ſi aduerſus rem iudicat.& multos in hanc retulit ſententiã Neuiz.con.18.num.11. quo loci ex multis citat Barba.conſi.86. colum.2.lib.3. qui reſpõdit in Curijs mercatorum, nõ exigi patris conſenſum, cũ filius experiri uult, & cõfert ratio
297 Corn.cõſ.218.lib.1.dum inquit † conſenſum Patris iure tantum ciuili poſitiuo exigi. quare remiſſus cenſetur, cùm ſola facti ueritate inſpecta agitur, at noſtro hoc caſu Iudicij poſſeſſorij ſummariè agitur, ut affirmauit gl. d. l.ul.C.qui legitimam perſonã habeãt ſtandi.in Iudicio.Bart.in extrauaganti ad reprimendum in uerbo ſummariè nu. 12. Soc. in.l.rem, quæ nobis num.16. ff.de adquirenda poſſeſſione Ripa in.l.naturaliter. §. nihil commune num.185.eodem titulo, & rẽ hanc fuſius explicabimus infra in hoc ipſo remedio.q.19.Vno enim uerbo diluitur argumẽtatio hæc ipſa, quia ſupra in principio huius quæſtionis docuimus receptiorem eorũ ſententiã eſſe, qui affirmarunt etiam in iudicijs ſummariè immò executiuè tractandis, neceſſariam fore perſonarum legitimationem & in ſpecie ſic uiſus eſt reſpõdere Franciſcus de Marchis.d.quęſt.69.num.5. quod autem filiusfamilias illegitimam ſui natura habeat perſonam ſtandi in iudicio, ſtatim aperiam.

In tanta ergo perplexitate, & rerum controuerſia ſubſtiti non ſemel, & cui magis hærerem, non parum dubitaui. tandem in eam deueni ſententiam, filiumfamilias illegitimam habere perſonã ſtandi in hoc poſſeſſorio iudicio, obidque Patris cõſenſum neceſſarium eſſe, ſed quo omnis hac de re controuerſia diſſoluatur, ueritasq; ipſa eluceſcat.

Regulam negatiuam, audacter pro ueri-
298 te tamen, conſtituendam eſſe autumo. † Filiumfamilias illegitimam habere perſonam ſtandi in iudicio, & ideo regulariter ſine patris conſenſu non poſſe experiri, hæc ſententia probatur primo ex iure gentium anti-
299 quo, tùm iure ciuili, quibus intelligimus † filium ſub patris poteſtate ita fuiſſe conſtitutum, ut a ſeruo minimè differret, iure gentium ſatis probatur ex.l.pronuntiatio.§.iurè proprio ff.de uerborum ſignificatione ex Ariſtotelis authoritate. libr.8.Ethico.quem in hanc ſententiam retulere Franc. Connan. libr.2.commenta. Iuris ciuilis cap.13.& Vaconius Roma. libr.1.declaratio. iuris capit. 8.qui doctè admodum multis oſtenderunt authoritatibus, Patriam Poteſtatem eſſe a
300 iure gentium, & a natura, † Patriamque poteſtatem maioris fuiſſe roboris, quàm fuerit poteſtas dominorũ in ſeruos, hinc uide-
301 mus † Patrem ius uitæ & necis habuiſſe in filium. l.ult. C. de patria poteſtate. quare olim filium uendere & ſeruituti addicere poterat pater, quod Romuli Inſtitutum fuiſſe ſcribit Dyoniſius Halicarnaſſeus libro.2. an-
302 tiq. Roma. quod a † Numa Pompilio fuit prius emendatum correctumque ut egregiè in illius uita teſtatur Plutarchus, & de inde
303 ab alijs præſertim a Conſtantino.in † l.2.C. de patribus, qui filios diſtraxe. ad cuius conſtitutionis interpretationem uidendi ſunt Tiraquel.Tractatu.De Retractu.conſang.§.26 gloſ.1.num.13.14.& Didacus Couuar.lib.3. uaria.reſol.cap.14.num.4. lege autem ciuili antiqua nemo dubitat, ut apud relatos Vaconium & Connanũ, qui multa egregiè hac de reſcrip

re ſcripſerunt ſtat ergo ſolida & inconcuſſa concluſio,quod quemadmodum ſeruus, ut ſub domini poteſtate conſtitutus,perſonam minus legitimam habet, ſic & filius, ut ſub patris poteſtate regulariter:ergo in iudicio ſine patris conſenſu eſſe non poterit,proba
304 tur magis † in ſpecie ex l. miles la prima. §. 1.ff.de caſtren.pecul.quo ſolo in caſu caſtrẽ ſis peculij intelligimus filiumfamilias habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio ut infra dicemus: ergo in contrarium ſe habet regula,ut ſic uiſus eſt argumentari Caſtren. d.§.1.uerſic. neceſſitate & Peruſ. in cap.ult. de iudicijs in 6. & meminit Neuizan.d.con ſil.18.num.6. quo fundamento diluitur illa
305 † Bartoli ſentẽtia,qui in d.l.ultima.§.1.uerſ. neceſſitate nume.2.C.de bonis quæ liberis, affirmabat iure antiquo filiumfamilias habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine patris conſenſu ex.l. omnem & l. tam ex contractibus.ff.de iudicijs, & l. Noxali. & l. ſeque.ff.de Noxal.action. falſa inquam apparet hæc opinatio, quandoquidem non plus integram perſonam habuit,habetq; regulariter & ſui natura filius, quàm ſeruus, cum ambo ab alteriùs poteſtate dependeãt, & caſus a Bartolo citati ad rem parum conferunt,&(ut omittam l.omnem de iudicijs, in qua ne uerbum quidẽ hac de re legitur.)
306 quoad † l. tam ex contractibus, cenſeo animaduertendum,loqui in prima ſui parte,cũ filius ex ſuo delicto conuenitur, nec diffinit an ſit neceſſarius patris conſenſus uel non, hoc enim in iuris communis diſpoſitione relinquit,in ſecunda autem parte in uerſi.cer
307 te,loquitur,cum filiusfamilias † non nomine proprio,ſed alterius ut procurator experitur,quo in caſu abſolutum eſt , neceſſariũ non eſſe patris conſenſum, ut probat l.cum mandato,de procur.glo.in d.§.1.uerſi.neceſſitate ibi Bart. nu.5.& in cap.ultimo in glo. regulariter de iudicijs in 6.& tex.in cap.qui generaliter.§.1.de procura.in 6.Bartol.in l. ſi longius.§. ſi filius. ff. de iudicijs Tiraquel. Tractat. de legibus connubia.in gloſ. 3. nu. 163.ſimile ex l.quæſitum.ff.de in ius uocan. Soc. Tract. Fallen.reg.244. Fallen.5.tex. au
308 tem † Noxali,& ſequen. nihil diffinit, ſolũ inquit actionem dari filiofamilias & cõtra, quo autem modo in iudicium exerceatur, non explicat,ſed in legis diſpoſitione relinquit, eſtque intelligendum actionem poſſe exerceri patre conſentiente,cum alioqui filius de ſe nihil poſſit, non ergo eſt uerum, quod ſcripſit Bartolus,iure antiquo filiumfamilias regulariter eſſe poſſe in iudicio ſine patris conſenſu:nam cum in ſpecie Bartoli opinio iure non probetur,erit ſtandum Regulæ generali.Filium a Patre in totũ dependere. Secundo etiam loco(ut ad ius nouum, quod Codicis appellatur ueniamus)
309 probatur † ex d.l.ultima §.1.uerſi. neceſſitate. C. de bonis quæ liberis, qua Iuſtiniani conſtitutione intelligimus,quod ſi Pater recuſet adire & acceptare hæreditatem filio delatam nullum patri adquiri, uel commodum,uel detrimentum, ſed totum eſſe filij, ut oſtendunt illa uerba. Nullam acquiſitionem,uel uſumfructum patri offerri, & paulò deinde poſt,& filius ſimili modo in agendo & pulſando ſolus habeat, & detrimentũ & commodum. Nihilominus eo caſu filio agenti tenetur conſentire pater, quod non alia ratione intelligo, quàm quod ſui natura,exceptis caſibus in iure expreſſis filium minus legitimam habere perſonam, ob patriam poteſtatem cui ſubeſt,qui ſenſus ſatis ab Accurſio & Baldo eo loci recipitur.Nec
310 me mouet is ſenſus & intellectus † Otthonis gloſſatoris antiqui,(qui ut in d.§.1.uerſi.neceſſitate in fine ſcripſit Angelus, Patria Papienſis fuit) quem ſunt ſecuti ibidem Bart. nu.2.& cum eo cæteri crebrius, ut affirmarũt multi a Sebaſtia. Vantio relati in Tract. Nullitatum in titulo. De nullitate ſentẽtiæ ex defectu manda. compare. num.41.42. & Afflictus Deciſione. 180. ſentit Ruin.conſi. 102.nume.2.lib.5. Ripa l.1.§. fuit quæſitum. nume.3.ff. ad Trebellian. Soc.Sen.conſil.34. col. pen.uerſi. aſſumo nunc ex ordine lib.1. latiſſimè Neuizanus d. conſi.18.num.8.Angelus Aretinus Inſtit.de tutelis in principio nu. 2. dicebat enim is Otthonis ideo Patris conſenſum in caſu.d.uerſi. neceſſitate requiri,ut clarè in iudicio etiam conſtare poſſit, Patrem illum,ius omne ſuum a ſe abdicaſſe non autem eſſe neceſſarium ad integrandã filij perſonam,ſed uerè is Otthonis ſenſus non conuenit : nam ſi iam conſtabat Patrẽ a ſe ius omne ſuum abdicaſſe, fruſtrà,aut ſaltem leui ratione motus fuiſſet Iuſtinianus ad conſtituendum, neceſſariũ adhuc eſſe patris conſenſum,niſi eſſet ad integrandã filij perſonam:quorſum enim,ſi per publicũ inſtrumentum conſtat de patris abdicatione exigere eandem ob cauſam cõſenſum.qua-

re uerius eſt dicere, eſſe ad integrandam perſonam, ut illa uerba uere oſtendunt. Nec iudicium ſine patris uoluntate conſiſtere uideatur. reſpicit enim hæc conſtitutio nullitatẽ iudicij, quæ prouenire dicitur ex filij perſona minus integra, non ex eo quod patris commodum uerſetur, quod nullum eſt, cum tex. præſupponat a Patre abdicatum. Nec
311 illa aduerſatur † Bartoli conſideratio. d.l.ultima.§.ſinautem in ſecunda ætate. C.de bonis quæ liberis, quo apparet ſolam curatoris authoritatem ſufficere pro filio agenti contra patris conſenſum & tamen, ſi ſui natura filiusfamilias eſſet inhabilis, nõ tantum curatoris authoritas, ut ætatis ſuppleretur defectus, ſed & patris conſenſus, ut filij perſona inhabilis integra efficeretur, neceſſaria eſſet. nam, ut aliqñ animaduerti, eo caſu non curatoris conſtitutio requiritur ad tractandum ingrediendumq; iudicium, ſed ad extraiudicialem bonorum adminiſtrationem, ut illa uerba oſtendunt, per quem gubernatio rerum ad eum delatarũ procedat. is ergo textus præſupponit delatam filio hęreditatem iam ei eſſe adquiſitam, abſq; iudiciali controuerſia. quód ſi in iudicio agendum eſſet, neceſſarius eſſet Patris cõſenſus, ut is textus, repetẽdo, quæ paulo ante dicta fuere, uidetur præſupponere ibi. His omnibus, quæ ſupra diximus locum habentibus. Secundo etiã loco probatur hęc ipſa noſtra
312 ſententia ex † l.1.§.ultimo. C.de annali exceptio. quo loci idem Iuſtinianus conſtituit filiofam. non ualenti agere ſine patris conſenſu non poſſe obijci præſcriptionis exceptionem, quare ex eo textu ſumitur illa cõmunis regula, Non ualenti agere præſcriptionem non currere, ut cum ibi annotarunt omnes & Iaſ. conſil. 118. col. ult. conſil. 136. in fi. lib. 4. Deci. conſil. 445. num. 48. Crauet. conſil. 116. num. 8. conſi. 263. col. ult. Balbus. Tract. præſcri. prima particula ſextæ partis principalis uerſ. 22. caſus, Rola. à Valle conſ. 79. nume. 18. lib. 1. Soc. Iun. conſil. 17. nu. 6. 7. lib. 2. qui late rem hanc declarant, Nec unus
313 me mouet ſenſus & intellectus † Vbertini Zucardi in. l. 1. nu. 64. C. qui admitti, & forte ante eum Abbatis in cap. 2. nu. 11. uerſi. Non obſtat. l. 1. extra. de præſcrip. qui hac de re uerba faciens intelligit, ibi, filiũfamilias Impediri actionem mouere, quia per exceptionẽ ab aduerſario repelli poteſt. non eſſe ſine patris conſenſu audiendum, ne pater poſtea ueniens ratione ſui intereſſe, cum ad eum ſpectet uſusfructus, & per conſequens legitima adminiſtratio obijcere poſſit, iudicium illud ſine ſuo conſenſu agitatum, nec ſibi, nec filio nocere potuiſſe. nam hic ſenſus uerbis claris textus uidetur aduerſari, dum ibi præſupponitur ex illis bonis filio obuentis, nihil patri, ſed totum filio, acquiri. ibi. In quibus res habent minimè patrib. acquiſitas. Nec eſt quod intelligamus res. i. proprietatem, quia eſſet reſtringere ampliſſimã ſignificationem dictionis res. Cõfirmatur tertio authoritate eorum, qui rectè adfirmarunt ideo Patris conſenſum exigi cum filius do-
314 nat † cauſa mortis, non ratione Paterni detrimenti, uel commodi, ſed ad integrandam filij perſonam. ut hanc aſſertionem affirmarunt Angel. conſil. 126. Roman. leg. 1. §. fuit quæſitum. ad trebellia. Soc. Se. conſi. 112. lib. 1. conſil. 172. lib. 2. Alex. l. pen. C. qui teſta. facere poſſunt, & alios plures refert & ſequitur, hanc communem affirmando Rubeus conſil. 46. nu. 2. & conſ. 127 nu. 8. 9. Nec iure
315 defenditur Bartoli fundamentũ ex tex. † in authen. ut liceat matri & auiæ. in principio, quæ eſt Nouella. 117. De diuerſis capitulis, quó intelligimus filiumfam. omnimodam habere adminiſtrationem. in ijs in quibus nullus uſusfructus patri adquiritur: poterit ergo eo caſu filiusfamilias eſſe in Iudicio ſine patris conſenſu. nam ſi rectè is textus perpendatur, ad rem non facit, quia non ſequitur, habet omnimodam adminiſtrationem, ergo poteſt eſſe in iudicio ſine patris cõſenſu, quia intelligitur de omnimoda adminiſtratione, quo ad commodum, & ratione rerum, non ratione perſonæ, & ideo intelligi debet de adminiſtratione extraiudiciali. ut diximus ſtatim ſuprà ad l. ult. §. 1. uerſi. neceſſitate, quo loci Saly. col. 2. affirmauit d. authen. ut liceat matri & auiæ, ad rem parũ cõferre. ſatis ergo noſtra hæc ſententia probatur iure antiquo ueteri & nouo. ſiue ergo loquamur in filio, qui ratione bonorum ꝓfectitiorum in iudicio contendit, uel ratione aduentitiorum ſemper neceſſarius erit Patris conſenſus, quod intelligo & eo caſu procedere, quando nihil penitus patri etiam ratione uſusfructus adquireretur, ut probat is tex. l. ult. §. 1. uerſi. neceſſitate, cũ (ut dixi) nõ ratione acquiſitionis bonorum, uel detrimẽti, ſed ratione poteſtatis patriæ, ſicq; illegitimationis perſonæ hic conſenſus exigatur.

Cum ergo regula hæc ſit,nec in iudicio poſ
ſeſſionis recuperatorio diffinitum aliter nõ
reperiatur,regulæ hærendum erit.
316 Declaratur primo hanc regulã † nõ proce
dere,qñ de recuperanda poſſeſſione peculij
Caſtrenſis ageretur in illo enim iudicio ſine
patris conſenſu eſſe poteſt filius. Bart.d.§.
1.uerſi. neceſſitate nu.12. quam ſententiam
ſunt ſecuti Bald.ibi col.5.uerſi.Quærit gloſ.
quid in Caſtrenſi.Saly.col.3.uerſi. Quæro.9
Ange.Aret.§.actiones.col.ult.Inſti.de actio
nibus.Neuiz. conſi.18.nu.6.Vantius qui ſu-
prà relatus eſt nu. 41. quæ ſatis probatur in
l.miles.la.1.§.1.ff.de Caſtren. peculio.illa af
ferri poteſt ſolida ratio,quia eo caſu lex de
clarauit filiumfamilias liberum eſſe a patria
317 poteſtate,† & patrisfamilias loco eſſe habẽ
dum l.2.ff.ad S.C.Maced.quod cæteris in ca-
ſibus nõ eſt factum,quare uidemus ratione
peculij Caſtrenſis filiumfamilias inſtar emã
cipati eſſe,ut relatus Bal.docuit.
318 Declaratur ſecundo non procedere † Pa
tre abſente tunc enim utilem actionem ſine
illius conſenſu mouere poterit filius l. ſi lon
gius.§.1.ff.de iudicijs.
319 Declaratur tertio non procedere † in Be-
neficialibus in quibus iure Pontificio eſt ho
die declaratum filiofamilias licere ad libitũ
ſine patris conſenſu experiri, ut habetur in
cap.ult. de iudicijs in 6. quod ſenſit & Impe
ratur in l. Sacroſanctæ. C. de Epiſcopis &
320 Clericis. Cuius rei ratio eſt,quia † in ſpiri-
tualib. Patrla poteſtas non conſideratur, ut
in eo cap. ultimo, annotarunt omnes, & ſi
Coraſius lib.1.Epiſtolicarum capi.29.num.
5. ſolum intelligat in ijs in quibus modicũ
detrimenti ſenſit Pater, ut noſtro hoc caſu.
Sic in caſu.d.l. ſacroſanctæ, hoc eſt fortius
321 hodie confirmatum,quia † Epiſcopi,(quo-
rum is textus meminit,) a patria poteſtate
liberantur, ut in auth. Sed Epiſcopalis,quæ
ſtatim ſubijcitur glo.in.§.filiusfamilias.In-
ſtit. quibus modis ius patriæ poteſta.ſoluit,
quod intelligunt in d.§.ſed Epiſcopalis Bal.
& Ang. & poſt eos. Barba. conſil.20.col.4.
lib.1.quo ad ea,quæ Epiſcopi commodum,
non quæ incommodum reſpiciunt & hanc
tertiam declarationẽ uno ore omnes reci-
piunt Bartolus.d.§.1.uerſi.neceſſitate nu.12
alios citat Vantius.d.titulo.De nullitate ſen
tentiæ ex defectu ſeu inhabil. mandati cõpa
re.nu.41. præſertim Angelum Aretinum in.
§.actiones autem col.ult.Inſtit.de actio. So-
322 cin.(aut quiſquis is eſt,cum † Socini Senioris
non eſſe teſtetur Marianus Soc.Iunior.conſ.
24.nu.4 & conſil.74.nu.21.lib.3.) Tract.Fal
lentia. regula.151.falent.2. & 6. quo loci a-
lias affert declarationes ad.§.1.uerſi. neceſſi
tate quas nunc referre,non eſſe operis pre-
tium credidi.
323 Quæro 25.utrumne † ſpoliatori conuen-
to concedi debeat dilatio, qua mediante
poſſit habere probationes (quas forte,cum
in curia Romana eſt,domi habet) quibus o-
ſtendat ſe illum ut ſpoliatum agentem,non
ſpoliaſſe, ſed ſuo facto illum amiſiſſe poſſeſ
ſionem,hanc quæſtionẽ diffinit Gulielmus
Caſſadorus in ſuis Deciſi. in tit. De dilatio-
nibus. Deciſione 2. in qua duos caſus diſtin
guere uidetur.
324 Primus eſt, quando is † ſpoliatus agens
adhuc nihil probauit, nec plene, nec ſemi-
plene ſe ſpoliatum, & tunc concedi debet
dilatio illa ratione, quia ſpoliator iſte con-
uẽtus, legitimas probationes habere poteſt
per inſtrumenta fortè, uel confeſſionem a-
ctoris,uel acta iudiciaria (iuxta illa quæ ſu-
prà explicauimus in primo remedio ex in-
terdicto unde ui in q. 17.) quibus oſtendet
non ſpoliaſſe, ſed iuſtè poſſidere cœpiſſe,
nec adhuc hoc caſu cõſtat aliquo modo ip-
ſum actorem fuiſſe ſpoliatum, ita ut per
conſequens fraus, & dolus petentis dila-
tionem,per calumniam detegatur, quæ ſa-
nè ſententia procedere poteſt, niſi ex alijs
coniecturis conijciat iudex per calumniam
hanc dilationem peti, tunc enim aliquo uti
poterit iudex remedio, quo fraudem hanc
amputet, ut ſtatim ſubijciam: & hoc in ca-
ſu procedere poteſt doctrina Iaſ. conſil. 44.
colũ. 2. uerſic. quia reſpondetur lib. 3. dum
inquit iudicem non poſſe ſuſpicari an per
calumniam exceptio opponatur, ſi ante nõ
fuit oppoſita, intelligitur enim niſi alia iu-
ſta cauſa ſubſit.
325 Secundus eſt caſus † quando is actor ſpo-
liatus iã aliquid probauit circa ſpoliationẽ
ante petitam dilationem ab ipſo conuento,
(quod rarò euenire affirmat Caſſadorus,qñ
quidem peti ſoleant hę dilationes,tempore
quo articuli,ſeu capitula probanda produ-
cũtur,)hoc.n.caſu detegitur quodammodo,
dolus & fraus conuenti, qui ut per calum-
niam hoc protelet iudicium,hanc petit dila
tionem,quare concedenda non eſt.l.ſatis a-
pte.C.de falſis,quo notabili tex.fortius di-

326 cimus † falſi exceptionem cõtra iura partis
per calumniam oppoſitam eſſe reijciendam
confert,quæ ſcripſit Inno.in ca.poſt electio
327 nem,de conceſſ.præbendæ,quod etiã ſi † ex
cipiens,legitimam opponat exceptionem,
ſi tamen iudici uideatur illam calumnioſè
opponi,& cauſa ſolum differendi iudicij,eſ-
ſe reijciendã.hinc cenſuit Bal.in l.1.col.pe.&
328 ult.C.qui accuſare non poſſunt,† exceptio-
nem fraude & dolo oppoſitam non impedi-
re proceſſum, Innoc. & Baldum eſt ſecutus
Barba.conſil. 8. col.8.conſ.10.col.1 .conſil.
18.col.10.uerſic.præterea cum opponitur li.
329 1.qui idè affirmauit in † exceptione nullita
tis oppoſita per fraudem,ut differat iudici-
um,& inexcep.falſi latè idem Barba.cõſ.42
col.7.uerſ.uenio nunc ad aliam lib.1.quo lo
ci latiſſime explicat,dict.l. ſatis aperte, alia
adfert Barba.conſil.1.col.1.&conſil.7.col.4.
uerſi. præmitto etiam lib.2.idem Barba. in-
ter cõſilia Curtij Senio. conſi.67.colum. 21.
alia ſimilia ſcribit Rui.con.7. nu.4.lib.4.alia
ſimilia adferunt Deci.cap.licet cauſam.6.no
ta.de proba.Marſil.ſingul. 686. calumnioſe
&c.Fely.cap.de cætero nume.11.uerſic. limi
tatio,de re iudic.& in cap.licet cauſam.4.no
ta. de probat. & in terminis dilationis per
fraudem petitæ, ſic cenſuit Grammaticus
conſil. 4.nume.11, & uoto 14. nume.13. qui
poſt gloſſ.notabil.l.ſi quis cum maior. §. ſi
patris.ff.de bonis liber.&Fely.in cap.dilectis
de iudicijs,ex ſuo officio iudicẽ debere reij
cere has calumnioſas dilationum petitiones
330 nec debere timere interpoſitas,† appellatio
nes,quas pariter reiicere poteſt, ſunt ergo
hæc omnia in iudicis diligentia repoſita, ut
diligenter perpendat conſideretq; an iuſta
fraudis ſuſpicio ſubſit, uel ne ut iuxta ſuum
arbitrium concedat, uel neget petitam dila
tionem,quod adnotauit Caſſa.d. Deciſ.2.in
fi.dum citat l.3.§.tu magis.ff. de teſtib. quin
331 is ſubijcit in Deciſione 3. ſubſequenti † dila
tionum materiam in iudicis arbitrio eſſe po
ſitam,ut affirmarũt etiam omnes in l.2. ubi
Bar.ff.de re iudi. glo.in cap.præterea de di-
la. Abba.cap.1.col.ult. de dila.Non ignoro
tñ inoleuiſſe praxim unam, quam retulit
poſt Inno. in ca.prout,de dolo & cõtuma.
& Angel. in l.qui prior.ff.de iud.Barba.cõſ.
332 43.col.9.in fi. lib. 1. † iudicem hæſitantem,
an dilatio uel exceptio calumnioſè petatur,
obiiciaturue, poſſe utriq; partium terminũ
ad probandum certum ſtatuere, intra quod

uterq; ius ſuum tueri ſtudebit,& quia dixi-
mus eſſe in arbitrio iudicis cognoſcere,atq;
reijcere exceptiones & dilationes has calũ-
333 nioſas † Iudicem admonemus,quo ſe gerat
tutius,ut hoc faciat ex uehementi præſum-
ptione:probat tex. in ca. ſciſcitatus ubi Ab
bas.quarto not. de in integrum reſtitu.& in
d. cap. poſt electionem col. ulti. de conceſſ.
præben.quem eſt ſecutus Iaſ.conſi.44.col.2
uerſic. item adhoc lib.3.qui ſubijcit ex Bal.
in l.non epiſtolis col.2.C.de proba.præſum
ptam calumniam non remouere ordinem
iudicij a iure datum.
334 Declaratur † relata omniũ ſententia non
procedere,quãdo aliàs ex reiectione huius
dilationis irreparabile damnum ſequi poſ-
ſet exempla adferri poſſunt illa, quæ ſupra
in primo remedio ex interdicto unde ui. q.
28. retulimus:iſto ergo caſu non repellitur
petens hanc dilationem, ſi præſumpta ali-
qua calũnia ſubſit,ut de oppoſita exceptio-
ne ex præſumpta fraude tradit Bal. in l. 1.
col.ult.C.qui accuſa.nõ poſſunt, qui ſubdit
reiici adhuc ſi manifeſte de fraude & calum
nia conſtet,Bal.ſecuti ſunt Aret. Alex.& a-
lij,quos retulit Dec. in cap. licet cauſam.6.
notab.de ꝓbatio.ibi Fely.in quarto & Mar-
ſil. ſing. 686. calumnioſe &c. idem cenſuit
Fely.in cap. de cætero nu.11.uerſi. iſta dicta
amplia.de re iud. ex quibus infertur decla-
335 ratio ad noua † decreta Sereniſſimi Princi-
pis noſtri ſub titulo de gli articoli, probato
rij &c. §.& perche i rei &c. quibus eſt cau-
tum ad effugiendam litigantium calumniã,
ut petens dilationem multorum dierũ, qua
poſſit teſtes exiſtentes in remotiſſimis re-
gionibus examinari facere,ut teſtes illos nõ
minet, & iuramentum pręſtet,ac ſatisdet ſe
pœnam ſoluturum, in qua condẽnabitur ac
ratione damnorum & intereſſe, partis, quæ
ſane conſtitutio ut optima ad amputandas
fraudes eſt deſumpta ex illa doctorum cau-
tela,qua in his ſic prouidere ſolent ut uidet
tex. ubi glo.in cap.ſtat.§.ultimo de reſcrip.
in 6.omnes in cap. conſtitutus de fideiuſ. de
clarat Iaſ.conſi.14.lib.1.Hęc ergo Principis
noſtri conſtitutio poteſt intelligi, quando
de fraude & euidenti calumnia nõ conſtat,
aliàs ubi conſtaret non deberet iudex etiam
ex quauis cautione & iuramento, hanc dila
tionem concedere: adhibetur enim relata
cautela ob timorem fraudis & calũniæ,quæ
ſcilicet ex ipſo actu præſumitur,ſed cum eſt
euidens

euidens non eſt opus aliqua cautela.
Quæro 26. in caſu a precedenti non lon-
336 ge diſſimili an ſcilicet iudex † cauſæ ſpo-
liationis,teneatur ſpoliatore conuento pe-
tente remiſſorias alteri iudici cōcedere Caſ
ſadorus. d. tit. de dilationibus Deciſione.3.
affirmat hanc quæſtionem a præcedenti nō
337 multum differre,cum † remiſſio hæc ita ſit
in iudicis arbitrio l. iudices & authen. apud
eloquentiſſimum . C. de fide Inſtr. ut ipſa
dilatio,quæ quidem quæſtio , ut clarior ſit
quàm a Caſſadoro proponitur, caſus aliqui
ſunt conſiderandi.
Primus eſt,cum totius cauſæ remiſſio pe
titur,in quam ad iudicem competentem de-
bet remitti , cum non liceat mittere falcem
in meſſem alienam, quare noſtri fortius af-
338 firmant, quod etiam † quæſtio ſpiritualis in
cidens in quæſtione principali , quæ tractaẽ
coram laico , eſſe iudici eccleſiaſtico remit-
tendam,ſi modo iuris ſit quæſtio non facti,
ut egregie declarant Bart. Alex. & Iaſ. in l.
quoties. C.de iud.& Alex in l.Titia nu.6.ff.
ſol.matr. & Affl.ct.Deciſione 219.num.4.5.
Capicius Deciſione.7.numero 3. Ferratius
cautela 53. ſi Coram Petraſancta , ſing. 58.
licet iudex. Crane.conſi.253.num.2. & cōſ.
258.nume.1. & alibi ſæpe.
339 Declaratur hic caſus , † non procedere,
cum per calumniam & fraudem hæc remiſ-
ſio petitur,ut poſt Bal. in l.1.C.de ſente.quę
ſine cert.quan.tradit Alex.in d.l.Titia num.
8.uerſi.4. fallit Sol.matr. Dec.ca.2.num. 24.
circa prin.de iudicijs:Crane.conſi.253.num.
7.uerſi. propterea,quam fraudem,ut euitẽt
340 cauti iudices,ea utuntur † cautela, quam in
relatis locis referunt Alex. & Dec. præter
eos Marſil.ſing. 70. iudex &c. ut petenti re-
miſſionem certum ſtatuant terminum in-
tra quod producat capitula,quæ intendit co
ram iudice illo competenti , ad quem ſe re-
mitti petit,probare:quod ſi hac cautela uti
nolunt & cauſam remittere negent ob frau-
341 dem hanc præſumptam † animaduertere de
bent,ut apud acta redigi in ſcriptis curent,
quibus adductis ſint coniecturis indicijs &
præſumptionibus, ut fraudem hanc ſubeſſe
iuſte crediderint,ſic admonuit Fely. in capi.
de cætero num.12.in fi. de ſenten . & re iud.
quem eſt ſecutus Caſſador. d. Deciſione. 3.
idem Fely. in cap. licet cauſam quarto no-
tab. in fi. de proba. & adducuntur ex ſimili
conſilio & admonitione Bart. in l.Lucius in
342 fi.ff.de ijs, qui nota.infam.dum † iudices mo
net,quod ſi a teſtium dictis aliquibus conie-
cturis & rationibus recedere nolunt,& cum
probare ij uideantur rei ueritatẽ contra eos
eſſe ſentiant iudices, quod in ſuo arbitrio eſ
ſe uidetur l.3.§.tum magis.ff.de teſtibus de-
bent ij iudices,ne in ſindicatu aliqua affician
tur moleſtia,apud acta ſcribi curare, quibus
coniecturis & cauſis teſtibus illis fidem non
adhibuerint,Bart. aſſentiunt cæteri ut idem
Fely.in cap.ſicut nu.16.uerſic.per iſtum , de
ſenten.& re iud. & latè idem, Fely. in cap.
quoniam contra nu.49. de proba. quo loci
343 inſtruit † etiam iudicem, quid obſeruare de
beat,cum teſtes interrogat, ut ſcilicet trepi
dationes uultus mutationes , geſta , motus,
uacillationes,linguam balbutientem deſcri-
bi faciat , idem quoq; quod Bart.d.l. Lucius
cenſuit Barba.conſil.25.col.3.lib.4.Soc.Sen.
conſi.262.col.6.lib.2.Dec. conſi.448.nu. 29.
conſil.463.nume. 23.conſil.510. nu.1.conſil.
596.nu.3.Cur. Iun. conſi.52.nu.8.conſi. 106
numer.4.conſil.178.colum.1. Soc.Iun.conſi.
conſi.32. nu.11.lib. 2. Marſil. ſing. 214. in fi.
Pariſ.conſil.55.numer.34. conſil.75. nume.
21.conſi.107.nu.48. lib.1.& conſi.88. nume.
83.li.3.cæteras declarationes,quæ ad caſum
hunc conferunt libenter ſciens prætereo,
cum propoſito noſtro tractatui parum con
ueniant,quare apud interpretes poſſunt ui-
deri in.d.l.Titia.ff.Sol.matr.in d.l. quotiens.
C.de iud.in d.capit.2.ubi Dec. nume. 24. de
iudicijs .
344 Secundus eſt caſus , † cum ſolum agitur
de remiſſione unius actus cauſæ principalis,
ut de teſtium receptione & interrogatione,
& in cauſa ciuili regula eſt, remiſsionem nō
concedi,ea ratione, quia per ipſummet iudi
cem, regulariter teſtes a iudice recipiendi
ſunt & interrogandi,ut ſic regulam conſti-
tuit Bald.in cap. ſi qui teſtium in prin. extra
de teſtibus,latè Fely.in cap.cum cauſam nu.
26. eo tit. de teſtibus , qui ea etiam ratione
utitur,quia non notorio & cæteris produci
345 debent, † & apud eum fieri probationis,ſed
apud iudicem.l. quinquaginta.ff.de proba.la
tè Fely.in cap. quoniam contra num.39.40.
de pbatio. Marſil.ſing.81. Didacus Couarr.
lib.1.uaria.reſol. cap.1.nu.5.
346 Declaratur primo non procedere,† quā-
do teſtes ipſi ſunt in remotisſimis regioni-
bus ita ut non niſi maximo cum partium di
ſpendio poſſint adduci ad locum iudicis,uel

aliquo iuſto impedimento teſtes detinētur,
quo ad iudicem minime accedere poſſint,ut
ſi graui aliquo morbo laborarent,tunc.n.iu
dex poteſt, & debet hanc remiſſionē conce-
dere ſic probat tex.clarus.l.iudices. C.de fi-
de Inſtr. in cap. cum cauſam,de teſtibus, &
ibi latè Fely. nu.27.uerſi.fallit primo & nu.
31.uerſi. fallit tertio, hoc idem eſt cautū ex
347 † nouis conſtitution.Sereniſſimi noſtri Prin
cipis in tit.delle eſſaminationi, quæ ſanè ſen
348 tentia procedit etiam ſi agatur † remedio at
tentatorum,ut decidit Caſſado.d.tit.de dila
tionibus Deciſione 4.& infra in ulti. remed.
attingam, in q.15. quæ quidem declaratio
ſubdeclaratur & intelligitur dūmodo nō ſub
ſit fraudis & calūnię ſuſpicio,quod affirmāt
omnes in d.l.iudices,& in authen. apud elo-
349 quentiſsimum.C.de fide inſtru.& in † ſpecie
caſum ſpoliationis ſic affirmauit Caſſador.
d.Deciſ.3.poſt Roma.cōſi.273. clarum &c.
col.2.uerſi.ex his ergo breuiſſime &c. quæ
quidem fraudis ſuſpicio in arbitrio iudicis
poſita eſt,ut is Caſſado.admonuit, qui non
ſemel ſic olim obſeruatū teſtaſ,ex q̄bus de-
clarantur ſtatim relatæ nouæ Sereniſsimi
Principis noſtri conſtitutiones titul. delle
eſſaminationi.
350 Declaratur ſecundo nō procedere † cum
iudex in loco iudicij ſuo notario, & actua-
rio,teſtiū interrogationem cōmittit,id.n.fa
cere poſſe crebrius noſtri affirmant in d. l.
iudices,& in d.authen. apud eloquentiſſimū
& clarè Fely.in d.cap.cum cauſam num. 28.
uerſi. fallit ſecundo de teſtibus & Didacus
lib.2.uar. reſo.ca.13.nu.10. circa me. qui ſic
apud Hiſpanos conſuetudine obſeruari ſcri
bit,quod & ipſe affirmare poſſum in hac Pa
tria Pedemontium,idq; pręſertim ex relatis
351 † nouis conſtitutionibus in tit. delle eſſami-
nationi,quibus tamen eſt cautū, cum legiti-
mo impedimento detinetur iudex, qđ ſanè
352 † legitimum impedimētū ſatis probatur ex
iudicis aſſertione,ut affirmāt interpretes in
l.1.in prin.ff.de off. eius &c. ibi Dec. nu. 69.
in fi.Riminal.nu.23.in fi.Purpu.n.546.Oria.
nu.129.Sapia.nu.75.& nouiſſimè Io. Bolo-
gne.nu.124.quibus addo Dec.in cap.2.nu.6.
de off.deleg. qui hanc communē eſſe affir-
mauit Rui.conſi.35.nu.38.conſil. 50. in fine
conſi.69.nu.1.lib.1.conſi.87.nu.26.conſ.117
nu.8.lib.3.conſi.98.nu.8.lib.4.conſil.3.nu.1.
& conſi.95.nu.11.lib.5.Iaſ. conſil.227. colū.
7.uerſi.10.ad idem lib.2.& conſi. 101. col.4.
uerſic.3. & adhuc lib.4.Ferrat. cautela. 28
Multoties &c. quos libenter retuli,cum non
ignorem alios plures huius ſententiæ fuiſſe,
aſſertioni iudicis ſtandum non eſſe legitimā
fore cauſam,ut uices ſuas alteri mandet, cū
aliàs ſine illa cauſa iuſta mādare non poteſt,
ut huius poſterioris ſententiæ fuit ſibi parū
conſtans Iaſ. in d.l.1.num.60. & ibi Iacobus
Niger nu.122.de officio eius Fely.in d.cap.2
nu.4.de off.delega.& parum etiam ſibi con-
ſtans idem cenſuit Dec. in cap. quæ in eccle
ſiārum nu.28.& in cap.cum ſit Romana ter-
tio nota.infra de appellat. Pariſ.conſi.73.n.
66. libr. 1.quorum rationes & fundamenta
exactiſſime dilui in interpretatione illius
cap.2.de off.delega. quam quidem receptiſ-
ſimam ſententiam, tunc ueram eſſe intelli-
gebam, niſi fortior in oppoſitum urgeret
præſumptio, qua demonſtraretur uerā non
eſſe iudicis aſſertionem, ut enim clauus cla-
353 uum trudit,ſic † præſumptio præſumptionē
tollit.l.Diuus.ff. de in integrum reſtitutione
late Dec. conſil.470.num.10.Crauet.conſil.
250.nume.2.& conſi.258.nume. 21. & idem
in Tractat. de antiquitate temporum tertia
parte princip. nume.30. fortior autem eſſet
præſumptio, quando aliqua ratio concur-
reret,qua non eſſe ueriſimile demonſtraret,
354 quod aſſeruit iudex, † cum falſi ſpeciem il-
lud habeat,quod ueriſimile non eſt,late Iaſ.
l.ſi extraneus numero.6. de conditione cau-
ſa data Crauet. conſil.75.numer. 14. conſil.
134. nume. 36. conſil. 171. numero ſexto &
alibi ſæpe, & in hanc ſententiam optime cō
cedit,quod poſt Ancharanum,in conſi.439.
ſcribit Crauet.de antiquitate temporum, ſe
cunda parte princip.nu.22.qui affirmat ſtan
355 dum eſſe † aſſertiori iudicis, cum concurrit
aliqua ueriſimilitudo rationis, idem Craue.
conſil.54.nume.13.conſil.202.num.48.con
ſil. 275. nume.8.9. Intelliguntur etiam ſecū
do loco niſi is in cuius detrimentum facta
356 hæc remiſſio eſſet † probare uellet, cauſam
illam ob quam ueram eſſe aſſeruit iudex eſ-
ſe falſam, id enim fieri poſſe creditur, ut in
357 ſimili dicimus,ſi ex ſtatuto † credendum ſit
aſſertioni damnum paſſi cum iuramento,
contrarium nihilominus probari poſſe, ut
tradit gloſ. ubi Caſtren. Alexand. & Iaſ. ac
Soc. in l.2.§.ſi abſens. ff. ſi ex noxali cauſa
agatur, Dec. in capi. propoſuiſti tertio no-
ta. de proba. ſenſit Bart. in l.2.§. ſi a pupil-
lo in fin. de uſucap. pro empto. Iaſ. in re-

petitio.l.admouendi,numer.304.ff. de iure-
iurando. Marſil.ſing.357. extant &c.latiſſi-
me Tiraquel.in Tractat.de retract.conſang.
§.4.gloſ.1.nu.1.2.qui plura congeſſit ſimilia
& ibi in ſpecie.num.7.noſtrum hunc adfert
caſum, cum ſcilicet aſſertioni cum iuramen
to impediti ſtatur, contrarium tamen poſſe
probari ex Innocen.in cap.quia propter co
lum.pen. de electio. quamobrem ad omnes
has effugiendas difficultates, ſatius eſt ſi cu-
ret iudex contendentes huic remiſſioni con
ſentire,ut docuit Felynus.in.d.capitulo.cum
cauſam,num.30. de teſtibus poſt a ſe rela-
tos alias declarationes infra in ſequēti caſu
adferā,quæ & huic caſui ſecundo cōueniūt.

358 Tertius eſt caſus † cum cauſa eſt crimina
lis & agitur de remiſſione interrogationis
teſtium(nec enim nunc attingo,cum agitur
de remiſſione totius cauſæ.) hoc caſu affir-
mant docto.difficilius interrogationē remit
ti,ut apud omnes in.d.authent.apud eloquē
tiſſimum,& tradit late Felyn.in.d. cap. cum
cauſam num.21.de teſtibus Marſil. conſil.4.
in fine & caſus iſte in terminis ipſius ſpolia-
tionis euenire poſſet, quando ipſa ſpoliatio
facta eſſet per uim armatam,ita ut legi Cor
neliæ de ui publica locus eſſet.

359 Declaratur tamen primo hic †caſus non
procedere quando teſtis examinandus eſ-
ſet perſona admodum egregia ,quæ in iu-
dicium uenire ex dignitate perſonæ recuſa-
ret,ſic probat textus.in cap.2. de iudicijs in.
6.ubi Ancha.Geminia.& cæteri, Felynus.d.
ca.cum cauſam num.22.de teſtibus & in ca.
ſi qui teſtium,num.3.4.eo.tit.ſimile dicimus
360 † cū egregiæ perſonæ defertur iuramētum
quod non in iudicio, ſed domi ſubire tenen
tur.l.ad perſonas egregias .ff. de iureiuran-
do,quo loci Bar. citat in ſimili.d. authent.
apud eloquentiſſimum & Iaſon in.d.l.ad per
ſonas, num.7. multis relatis, hanc tandem
probauit declarationem, quod ſi in caſu
criminali,uerum hoc eſt,fortius in ciuili.

361 Declaratur ſecundo non procedere †quā
do de crimine per uiam exceptionis agere-
tur Felyn.in.d.cap.cum cauſam num.23.uer
ſic.fallit ſecūdo Soc Iun.cōſil. 60.in fi.lib.2.

362 Declaratur tertio non procedere † cum
teſtes ſunt extra prouinciam , nam ne ueri-
tas pereat ſolet hæc commiſſio fieri,ut hanc
eſſe ueriorem & crebriorem ſententiam af-
firmauit Felyn.in.d. capi.cum cauſam num.
24.uerſic.fallit quinto , & eiuſdem ſenten-
tiæ fuit Alberius in tractatu de teſtibus. ſe-
cunda parte principali num.19. Cur.Sen. in
Tractatu de teſtibus concluſione.29. & late
Soci.Iun. conſil.60.numer.11. libro ſecundo
ubi multis oſtendit , hanc ex conſuetudine
obſeruari ſententiam.

363 Quæro. 27. ſi † cauſa poſſeſſorij & peti-
torij eſt p Principis reſcriptū commiſſa,(cō
mitti enim ſæpe ſolet,) ut egregius eſt ca-
ſus apud Caſſodorum in ſuis Deciſionibus
titulo de Reſcriptis Deciſione.6.quando eſt
facta commiſſio ſuper moleſtationibus , &
iactationibus , ac impedimentis, & caſum
refert Franciſcus de Marchis q. 67. utrūne
ergo procedi hoc caſu poſſit in ſolo poſſeſ-
ſorio ex hoc remedio omiſſa cauſa petito-
rij,& poſſe,affirmauit Soc.d.l. rem quæ no-
bis.num.14.in fin.uerſic.quinto poteſt dubi-
tari.ff.de adquirenda poſſeſſione, citat mul-
tos huius ſententiæ doctores Alexandrum
præſertim conſil.98 libro.5.ipſe autem hu-
ius ſententiæ adſero , Caſſadorum in ſuis
Deciſionibus in titulo de cauſa poſſeſſionis
& proprie Deciſione ultima num.6.7.8.qui
affirmauit eſſe in delegati poteſtate , ut pro
cedat in qua uelit cauſa,& eo libētius Caſ-
ſadorum refero, quo animaduerti Alexan.
reſponſum a **Soc.** citatum . non multum ad
rem conferre, cum in caſu Alexand. re-
ſcriptum eſſet ambiguum & ſecundum u-
nam interpretationem, ſaltem large, ſum-
ptam poterat poſſeſſorij comprehendere,
& ſecundum alteram interpretationem cau
ſam dominij, quare dum delegatus in cau-
ſa poſſeſſorij procedit , rectè procedere
dicitur, cum ſic intellexerit declarauerit-
que reſcriptum , ut tamen hanc probaret
concluſionem Socinus citauit textum cap.
1.de ſequeſtratio.poſſeſſo. & fructu. qui ſa-
364 tis rectè probat , & afferri poteſt ratio,
quia † cauſa poſſeſſorij dicitur eſſe quod-
dam neceſſarium antecedens , ad cauſam
proprietatis, cum cauſa poſſeſſionis dif-
finita , ſatis liquet , quis ueri actoris &
365 quis rei ſuſtinet partes, nam ſuper domi-
nio † poſſeſſio probandi onus in poſſiden-
te transfert Ripa in cap. ſæpe num.2.uerſi.
tertium commodum de reſti.ſpolia. & Co-
ra.in naturaliter.§. nihil commune in præ-
ludijs nu.16.de adquiren.poſſeſ.plures citat
Neuiz.conſi.79. nu.27.lib.6. ſyluæ nuptia.
366 nu.48.uerſi.item pro illo hoc etiam ſuadet,
quia ratione† ordinis cauſa poſſeſſorij ante

cauſam petitorij tractanda eſt, ſic declarat
Bartolus in l.edita.nu. 4.in ſi.uerſi.tertia re
gola eſt. C.de edendo.Rurſus ut egregiè in
his terminis dicebat Abbas in cap.cum ad ſe
dem nu.7. De reſti. ſpolia. cauſa poſſeſſorij
reintegrandæ,eſt priuilegiata magis, quam
ſit cauſa petitorij,præualet ergo:ſed ex cæ-
teris illa magis urget Soc.ratio, quod, ſi in
cauſa petitorij tantum procederet delega-
tus,fruſtra cauſa poſſeſſionis delegata fuiſ-
ſet & ubi prius cognoſceret ſuper cauſa pe-
titorij fruſtra de cauſa poſſeſſorij diſputare
367 tur,cum cauſa † petitorij,cauſam poſſeſſo-
rij abſorbeat cap. paſtoralis.de cau. poſſ. &
propriè. Anchar.conſi.146.col.2. uerſi. & ſi
dicatur,quem eſt ſecutus Crau.conſi.248.n.
5. & in noſtris terminis Caſſado.d. Deciſio.
ult.num.6.7. ſic affirmauit.
368 Extende procedere etiam ſi iudex † eſt
datus ſuper cauſa proprietatis: ſed non ta-
xatiue.nam & tunc poterit cognoſcere ſu-
per cauſa poſſeſſionis,ſic Caſſadorus d. deci
ſio. ult.nu.12.poſt Rotam quam citat: uerū
Caſſadoro cōmunis ſententia aduerſatur,ut
& ipſe uno animaduertit uerbo.
369 Declaratur primo non procedere † quan
do reſcriptum eſt generale, ut ex uerbis ui-
deatur,conceſſa facultas procedendi ſuper
utroq; tunc ad libitum poteſt procedere de
legatus Franciſcus de Marchis.q.67.
370 Declaratur 2.non procedere † quando par
tes cenſentiunt procedi ſuper utroque ſimul
ſic declarat Ripa.d.§.nihil cōmune numer.
172. Cui accedo,erit quoq; in hac quæſtio-
371 ne illud præ oculis habendum, † Principem
iure poſſe committere ſolam cauſam peti-
torij abſque eo, quod cognoſcatur de iure
poſſeſſionis: illa eſt ratio, quia licet prin-
ceps non poſſit tollere ius alterius.l. ult. C.
372 ſi contra ius uel util.pub.† poteſt tamen tol
lere poſſeſſionem,& facere ut tractetur de
petitorio omiſſo poſſeſſorio Alex.conſi.54.
col.1.li.5.Capicius.Deciſio.69.nu.13.Abba.
cap. in litteris.col.8.nume. de reſtit.ſpoliat.
Rebuffus in commen. Regiarum conſtitu-
tio. tomo.3.tit. De materiis poſſeſſoriis ar
ti.14.glo. una nu.5.Rui. conſil.49.nume.13.
lib.4.Craue.in reſponſo pro Genero. num.
239. Neuiz.conſil.97.nu.13.
Quæro.28(quia in proxime relata quæ-
ſtione de reſcripti conceſſione aliqua retu-
373 limus)an † ſatis dicatur conceſſum reſcri-
ptum & facta commiſſio in beneficialibus,
ut ſuper poſſeſſorio & ſpolio cognoſcatur
ex ſola ſignatura hoc eſt literis non leuatis.
& non poſſe dicendum uidebatur impedien
tibus duabus regulis Cancellariæ:prima.De
non iudicando iuxta formam ſupplicatio-
nis ſed literarum expeditarum,quæ eſt re-
gula.25. Inno. 8.in ordine cuius quidem Re
gulæ uerba hæc ſunt.

Item cum ante confectionem literarum
gratia Apoſtolica ſit informis, uoluit, ſta-
tuit, & ordinauit idem Dominus noſter, q̄d
iudices in Romana curia, & extra eam pro
tempore (etiam ſi ſint ſanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinales,cauſarum Palatij Apoſto
lici Auditores,uel quicunque alij)non iux-
ta ſupplicationum ſignaturam, ſuper qui-
buſuis. Impetrationibus, uel conceſſionib.
niſi in dicta curia dumtaxat ſint.Commiſſio
nes iuſtitiam cōtinentes per Placet, uel per
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellariū,
iuxta facultatem ſuper ſibi conceſſam, ſibi
ſignatæ,ſed iuxta literarum ſuper eiſdē im-
petrationibus:& conceſſionibus confectarū
tenores,& formas iudicare debeant. Decer
nens irritum &c.

Altera uero eſt regula Cancellariç Inno.
octaui.29.in ordine,quòd cōmiſſiones cau-
ſarum& proceſſus earum uigore deſuper ha
biti,literis ſuper gratia non expeditis nō ua
leant,Cuius uerba hæc ſunt. Item quod om
nes & ſingulç cauſarum commiſſiones,quas
in antea fieri contigerit obtentu uel occaſio
ne conceſſionum dumtaxat Apoſtolicarum
De Beneficiis eccleſiaſticis gratiarum,ſuper
quibus Apoſtolicæ literæ confectæ non fue
rint, ac proceſſus deſuper habendi nullius
ſint roboris, uel momenti, quoad primam
374 regulam uidetur dicendum quod ſi ſola † ſi-
gnatura ſufficit ad obtinendum in poſſeſſo-
rio recuperandæ ut late diximus infra.q.36.
Declaratione 2. tanto fortius debet ſuffice-
re hoc in caſu ſolū ad iuriſditionem firman-
dam,ſic hac ratione adductus hanc probat
ſententiam Gomeſ.in.d.regula. De non iu-
dicando &c. col. 1. uerum non mediocriter
dubito,quia hæc regula in illis uerbis, niſi
in dicta curia ſint commiſſiones iuſtitiā con
tinentes per Placet &c.ponendo exceptio-
nem in commiſſionibus in curia factis oſten
dit in regula contineri etiam commiſſiones
iuſtitiæ extra curiam factas,immò regulam
ipſam fortius confirmat iuxta. l. nam quod
liquide.§.pen.de penu.lega. Dec.l.1. nu.21.
22.

375 22.de reg.iur. & quod dicitur ſolam † ſigna
turam ſufficere in poſſeſſorio,intelligo ſo-
lum, uel ad adipiſcendam poſſeſſionem, uel
etiam ad ſe defendendum in hoc iudicio re
cuperandæ,ut illa ſola ſufficiat, ad titulum
colorandum quo oſtendat ſe inique ſpolia-
tum,cum poſſideret in uim ſignaturæ, quæ
etſi ſimplex ſit, ſufficit tamen, quo autem
ad iuriſdictionem alias non habenti,non ui
detur ſufficere refragantibus huius regulæ
uerbis & mente,uerum durum eſſet ad mo-
dum a Gomeſii ſententia recedere,quando
quidem in caſu fortiori hoc eſt ſequentis re
gulæ ſeruat Rota Gomeſij ſententiam ſo-
lam ſcilicet ſignaturã ſufficere ut ſtatim re
feram. Quo ergo ad ſecũdam illam regu-
lam maius eſt dubium, cũ affirmet Caſſad.
ſuper.d.regula.29.Quod commiſſiones &c.
376 Deciſione.1.Rotam ſæpe declaraſſe† ſolam
ſignaturam ſufficere hoc caſu,cuius quidem
ſententiæ fuit & Gomeſ.ſuper.d.regula.25.
De non iudicando &c.q.5.uerſic. ſed magis
huic &c.Verum aliqua a Caſſadoro afferun
tur,quæ non mediocriter urgent, quibus is
aliter quàm Rota uiſus eſt ſentire, & ſi au-
ſus non ſit clare adfirmare contrariam ſen-
tentiam aduerſus Rotam,& ex multis una
illa urget ratio, ſic eſſe cõſtitutũ ne temere
poſſeſſores uti ſpoliatores moleſtia affician
tur, quæ temeritas ceſſare dicitur quando
neceſſe habent literas expeditas leuare, qui
experiri uolunt tanquam ſpoliati,nec enim
tunc eſt ueriſimile,quod temere is litem ue-
lit ingredi, qui in litteris leuandis pecunias
numerat iuxta.l.cum de indebito.ff.de pro-
batione accedit quod nulla, quo ad caſum
hunc,uidetur differentia inter cauſam peti-
377 torij & poſſeſſorij: † nam literę iuſtitiæ nul
lum tribuunt ius nouum in quouis caſu, cũ
tantum de iure iam quęſito cognoſcendum
ſit.l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruitus uen
di.tradit clare Rebuffus in praxi Beneficio.
in tit. De differentijs inter reſcripta gratiæ
378 Iuſtitiæ nu.44.qui ſubdit aliud eſſe in † lr̃is
gr̃æ cap.ſicui ca.ſi tibi,cap.ſi tibi abſenti.de
præbend. in.6. erit tamen cogitandum, an
tutum ſit a ſententia Rotæ recedere.

379 Quæro. 29. an † remedium hoc reinte-
grandæ, cum remedio interdicti, unde ui,
cumulari poſſit, & non poſſe affirmauit
Soc.in.d.l. rem quæ nobis num. 15. de ad-
quirend.poſſeſſ.qui alios eiuſdem ſententię
citat interpretes, & ex multis hac utitur
ratione, quia cum plures ſint actiones, ſeu
380 plura † remedia, quæ ad unum tendunt fi-
nem, unum tantum eſt ex multis ſeligen-
dum.l.nemo. §.quoties.de regu. iuris.l.cum
filius.§. uarijs de leg.2.l. quod in heredem
§.eligere. de tributo.actio.l.1.in fi.ff. ſi fam.
furtum feciſſe dica. declarat Barto.in.l.edi-
ta nu.14.ibi Ripa nume.170.& Cur.Iun.nu.
217.C. de edendo: accedit præterea præter
Socinum,quod ſi(ut ipſe & cæteri,quos ſuo
retulimus loco, affirmant,) pinguius eſt
hoc remedium ipſo interdicto unde ui, ac
cæteris,eo intentato iã clare apparet, pluſ-
quam fruſtraneum eſſe illi aliud ſuperadde
re cumulare ue remedium. Cætera quæ ad-
ferri hic poſſent ex induſtria omitto.

381 Quæro.30.an † intentato petitorio,acto
ri liceat eo omiſſo, ad remedium hoc rein-
tegrandæ reuerti,& non poſſe,uiſus eſt ſen-
tire Soc.in d.l. rem quæ nobis nu.15. uerſic.
ult.dubitatur de adquir.poſſeſſi.ea adductus
ratione, quod ſi in interdicto unde ui,con-
ceſſum hoc ſit, ut crebrior eſt interpretum
ſententia,ſit teſtatur Ripa.in.d.l. naturali-
ter.§.nihil commune nume.161.ubi Rube.
nume.3.& Ioan.Cora.in ſecunda parte. nu.
86.de adquir.poſſeſſ. Verum tamen cum ſit
illud in odium ſpoliatoris conceſſum iure
quodam ſpeciali, in oppoſitum eſt ius com-
mune, Verum huic ſententiæ illud aduerſa-
tur, cui minus feliciter ſatisfecit Soc. eſt re-
integrandæ remedium ſine dubio inſtar in-
terdicti unde ui. ut ſpoliato magis conſultũ
foret,quamobrem ex multorum ſententia
pinguius dicitur prouidere,ſi ergo illud con
ceditur in interdicto unde ui,cur non in ca-
ſu noſtro?Soc.enim ſic,reſpondendo diſtin-
guit,aliqua eſſe priuilegia, quæ in ſpoliato-
ris odium, ſpoliato conceduntur, & hæc
non uenire in hoc reintegrandæ remedio,
cum contra ſingularem ſucceſſorem agen
dum eſt, ex quo ſpoliationis in eo deficit
uitium:aliqua ſunt priuilegia,quæ ad ſolam
poſſeſſionis recuperationem conceduntur,
& hæc conceduntur tam cõtra ipſum ſpolia
torem,quam contra illius ſucceſſorem:& ſi
quid in interdicto unde ui, eſt permiſſum,
permittitur,& in hoc remedio, uerum non
explicat Socinus,an in caſu noſtro remediũ
reintegrandæ inſequatur interdictum unde
ui,uel non ipſe autẽ credidi ſemper inſequi,
cũ uere in hoc remedio agatur de odio ſpo
liatoris,ut probat tex.in ca.ult.3.q.1.nec ſin

gularis poſſeſſor eſt in cōſideratione, tum,
quia contra eum hoc remedium non conce
ditur,ut iam admonui,tum quia ſi datur,ex
caſu uno,a regula nō receditur. Nec textus
382 † Clem.unicæ.de cauſa poſſ.& proprie. quē
citat Soc.aduerſatur. Cum tam in noſtro re
medio quàm in interdicto unde ui,loqui ui-
deatur,& poſſit,quinimo dicendum eſt, lo-
qui potius in hoc noſtro remedio,ut de pin
guiori,& iure Pontificio introducto.quam-
obrem idem dicendū eſt fortè in hoc reme
dio, quod in interdicto unde ui,in quo una
illa placet diſtinctio,quam omnium poſtre-
mus facit Didacus li.1.uaria.reſolu. cap.16.
nu.13.uerſi.ego uero &c.aut ſpolium ſuper
uenit iam lite conteſtata,& tunc poteſt pro
poni ac ſpolij poſſeſſorijq́; cauſa ſuſpenſo
petitorio, ſic procedat ſententia illorum,
qui affirmarunt lite etiam conteſtata lice-
re ſuſpenſo petitorio cauſam poſſeſſorij tra
ctare, in qua opinione fuit Caſtren.d.§. ni-
hil commune.col.ult.ubi Soc.& Comenſ.&
ibidem Iaſ.nu.138.Abbas in cap.ex conque
ſtione.de reſti.ſpolia.& hanc eſſe magis cō-
munem ſententiam Canoniſtarum, ſcripſit
Ripa.d.§.nihil commune, nu.161. quo loci
Ioannes Coraſius in.2.parte nu.86.& Fran-
ciſcus de Marchis.q.316.nu.10. dum inquit
ante concluſionem in cauſam hoc licere fa
cere,ſentiens poſſe lite conteſtata, ſi tamen
in cauſa non ſit concluſum,etſi ſupra in pri-
mo remedio nu.174. uerſicul. extenditur.6.
illum citauerim pro contraria ſententia, ut
ibi etiam retuli Didacum,qui tamen diſtin-
guit, ut nunc refero. Scio tamen Angelum
in.l.Inuaſor in fine.C.unde ui. expreſſe ali-
ter ſentire, adfirmans,quod etiam ſi lite cō
teſtata ſuperueniat ſpoliatio, adhuc con-
tra petitorij iudicium obijci non poſſe,quia
in nouo iudicio (inquit) poſſe tractari, aut
cauſa ſpolij non ſuperuenit lite conteſtata,
ſed iam ante competebat,& tunc,quia hæc
exceptio dicitur dilatoria, debet proponi
ante litem conteſtatam, & ob id non licet
poſt eam proponere, & ſuſpenſo petitorio
ſuper ea procedere, ſic intelligi poteſt illo-
rum ſententia,qui affirmarunt, lite conte-
ſtata nō licere ſuſpenſo petitorio ſup poſ-
ſeſſorio hoc recuperande procedere,in qua
opinione fuit Bar.d.§.nihil commune num.
24.Aret.nu.16.Alex.nu.85.Claud.Seyſellius
nu.55.Capicius.Deciſi.13. nu.3. & nouiſſi-
me conſultiſſimus uir Compater meus Ay-
mo Crauetta in reſponſo pro Genero nu.
237.&ubi ſic non diſtingueremus,magis po
ſterior hæc ſententia placeret. Non me la-
tet tamen aliam fuiſſe diſtinctionem Ru-
bei Alexan.d.§.nihil commune,nu.315. quā
hic referre non ſtatui.
383 Quæro.31.quæ † neceſſario ſint in hoc iu
dicio noſtri huius remedij probanda per ip
ſum ſpoliatum agentem:& tria eſſe proban
da admonuit Rebuffus in commēta.Regia-
rum conſtitu.tomo.1.tit.De Sententijs exe-
cutorijs art.5.glo.1.nu.9.primo, quod ante
ſpoliationem poſſederit:ſecundo.quod fue-
rit ſpoliatus.tertio, ꝙ fuit ſpoliatus ab ipſo
conuento ſi is uere ſpoliauit, alias ſufficere
petere poſſeſſionem reſtitui. quare commu
nis eſt interpretum ſententia duo tantū pro
bari oportere, antiquiorem ſcilicet agentis
poſſeſſionem,& nouam conuenti.Sic Abbas
in ca.cum ad ſedem nu.28.de reſtitu. ſpolia.
Soc.Se.d.l.rem quæ nobis nu.16.& conſ.266.
col.6.uerſ.1.quia ad hoc.li.2.Imola cōſ.111.
nu.1.Cor.conſ.247.nu.20.lib.2.cōſil.35. nu.
19.lib.1.Alc.Soci.Iun. conſ.128.nu.23.lib.2.
Alex.conſi.6.nu.5.ubi Molinæ.lib.3.& con
ſil.89.nu.8.lib.5.Riminald.conſil.98.nu.48.
li.1.conſil.428.nu.8.lib.3.Gratus conſil.40.
num.2.lib.2.Goza.& Pariſ.qui ambo in una
eademque cauſa conſuluere,ille con.99.nu.
5.iſte cōſi.98 nu.24.lib.2.Rube.conſil.4.nu.
10.Alcia.tract.præſump.reg.2.præſump.21.
nu.10.Neuiz.conſi.68.nu.11.& conſi.79. nu
me.14.Didacus Couarr.in ca.poſſeſſor. i.2.
parte relectio.§.1.n.4.de reg.iur.in.6. & no
uiſſime Aegidius Boſſius in Tract.Crimina
lium cauſarum tit.de pluribus uiolentijs nu.
5.& Rola.a Vall.conſi.50.nu.7.conſi.72. nu
384 me.1.li.2.una hæc adfertur ratio,quia † pro
bando ipſam antiquiorem poſſeſſionem,no
ua præſumitur clandeſtina & uitioſa.cap.li-
cet cauſam,de prob.quare ex hoc ſolo inſur
git poſſeſſionis ſpoliatio.ſic Bald.in.l.penu.
col.penu.C.ſi a non comp.iud.ex quo ergo
præſumptio pro antiquiori poſſeſſore eſt,
probandi onus in nouum poſſeſſorem tran-
ſit,qui uult probare ſe iuſta cauſa adeptum
fuiſſe poſſeſſionē,probare debet ipſum ſpo
liatum agentē ſua culpa & negligentia ami
ſiſſe,quod late declarat Barba.conſi.24.col.
2.lib.4.qui ex aliorum ſentētia,hanc adfert
rationem, quia non præſumitur ſpoliatum
ſuum iactaſſe.l.cum de indebito de probat.
385 addo ipſe culpā & † negligentiam, ut pote

delicta non præſumi.iuxta.l.merito. ff.pro ſocio, & non præſumi negligentiam ſcribit Craue.conſil.240.num.3.qui ergo per negligentiam affirmat amiſſam eſſe poſſeſſionē, probare debet.

386 Ampl.1.procedere † etiā ſi non probetur poſſeſſio illius temporis in quo actor ſe ſpoliatum dicit,ſufficit enim allegare poſſeſſionem illius quidem temporis, quo contigit ſpoliū,& poſtmodum probare ſe olim poſſediſſe,nam tunc præſumitur,qui olim poſſidebat & tempore ſpoliationis poſſediſſe,ſic affirmant in interdicto unde ui, & in hoc remedio Abbas & cæteri in cap.cum ad ſedē, de reſtitu.ſpolia.& communem eſſe teſtatur Ripa.in cap.cū eccleſia Sutrina n. 32. de cauſa poſſe.& proprie.& Didacus.d.cap.poſſeſſor ſecunda parte.§. 1.nu.4.de reg.Iur.in.6. & præter ab eis relatos, idem cenſuit Bal. in.l.pen.col.ultima.C. ſi a non compe.Iud. Alex.conſil.6.num.6.lib.Rui.conſi.49.num. 2 lib.4.Soc. d.l.rem quæ nobis num.16. Corne.conſ.249.nu.21.circa.med.lib.2.Tiraq.latē Tract.de præſcriptionibus.§.1.gl.5. uer. ſed nunquid ſatis &c.ubi alios plures eiuſdē ſententiæ,qui,aliter ſenſit conſil.8.col.10.li. 2.hanc quoque probauit ſententiam Rola.a Valle in conſ.6.num.36.lib.2.& huic ſubſcribo.ea afferri ſolet urgens ratio, quod,qui olim poſſedit† præſumatur & hodie poſſidere in cap.olim.l.3.de reſtitu.ſpolia. in capit. ſuborta.de re iud.ſufficit ergo antiquā poſſeſſionem allegare,nec ſolidam hanc rationem conuellit,quod adfert Ripa.d.cap.cum eccleſia num.32.quod ita demum antiquum poſſeſſorem præſumitur ſemper poſſediſſe, & nunc poſſidere,ſi de præſenti in ea reperitur,adfert Bar.in.l.ultima.col.ultima. C. de ed. diui Adria. tollend. & idem Ripa.d.cap. cum eccleſia.nume. 38. uerſ.declara primo, qui huius ſententiæ citat Mathes.nota. 117. nota mirabilem doctrinam quem ſic declarando in term.his noſtris retulit & Rube. conſil.ultimo n. 1.in fi.Bardus Senēſis tract. de tempore utili & continuo,cap.14.num.3. ſed nihil eſt,ſi enim communis illa ſententia hanc declarationem admitteret,res probabili dubio careret, quinimo ſi rectē perpendatur,retorquetur:ut enim ex antiqua poſſeſſione & noua medij temporis continuatio præſumitur, ſic præſumitur continuata donec amiſſa poſtmodum apparet,quod eſt uſque ad ſpoliationis tempus non pariter aduerſatur illa Ripæ cōſideratio, dū inquit ceſſare hoc loco pſumptionē illā ne ex ea alter,hoc eſt ſpoliator,deliquiſſe præſumatur contra .l. merito pro ſocio , quare ex duabus præſumptionibus, una fortior altera uincit.l.diuus.ff.de in integ.reſt. Deciſi. conſil.470.nu.10.Soc,Iun.conſil.76. nu.66. lib.1.& alibi ſæpe,nam ſi rectē cōſideretur, præſupponit hoc caſu Ripa fortiorem eſſe præſumptionem,qua delictum ſpoliationis euitatur.uerum ipſe contra quia ſi lex ante omnia præſumit, illum qui olim poſſedit poſſidere & hodie , ſequitur , ꝙ ſi non probet is,qui nunc poſſidet iuſto & legitimo titulo poſſidere,ſpoliaſſe dici. cum ergo de ſpoliatione conſtet, ceſſat præſumptio non commiſſi criminis ex.d.l.merito.

388 ſic declarat Rui.conſi.6.nu.4.lib.5.& † delictum præſumitur,cum actus a iure prohibitus celebratur ut declarat Crau. conſil.35 num.10.11. adferri tñ ſolet tex.ille pro hac communi in.d.cap.olim.il.3.de reſti.ſpolia. qui omiſſis,quæ a Ripa.d.cap. cum eccleſia nu.32.adferre,mihi uiſus eſt ſemper probare,cum alternatiuē loquatur,his uerbis,nec fuerit aliquo modo probatū, ꝙ aliquo tpe quo ſententiam ipſe protulerit,poſſeſſionē ipſe in ipſis iuris parochialis haberet , uel prius etiam habuiſſet, oſtendit ergo Pontifex,tantam eſſe probationis uim,ſi poſſeſſio probetur ante ſpoliationis tempus, quā ſi eo tempore. adducebar olim in hāc ſententiā hac,quā ſubijcio,ratione,† antiquior

389 poſſeſſio eſt quæ ſemper præfertur, oſtenditque iuniorem eſſe clandeſtinā,cap. licet ext.de proba. cum duo inſolidum poſſidere non poſſint.l.3.§.ex contrario de adqu. poſſ.ſic Bar.in.l.ſi duo in prin.nu.4.uti poſſid.quem ſecuti ſunt omnes,ut apud Ruin. conſ.28.nu.5.6.& in noſtris term.conſi.49. nu.1.lib.4.conſi.106.nume.22.lib.5. Goza. conſil.86.nu.19.Cur.Iun.conſil.168.nu.32. Craue.conſi.104.num.14. conſi.132. nu.10. conſil.248.nu.6.conſil.258.nu.21.qui loquitur in noſtris his terminis,& aliqua ſcripſit Boe.q.239.nu.6, ſufficit ergo ſpolia.ad ſuā fundandā intentionē probare ſe olim poſſediſſe,quia continuata poſſeſſio ſaltē ciuilis præſumit,quare ſufficit ad cōſequendā reſtitutionē naturalis,& ſi dicatur,hæc eſt ſola

390 †præſūptiua poſſeſio,quę ex naturali noua tolliť,ut dicebat Soc.conſi.15.col.1.li.4.reſpōdeo, nō tolli,cū in ſolo ſpoliati animo

conſiſtat, qui non auſertur contra propriã
391 uoluntatem,† ad naturalem ergo conſequẽ
dam,hęc ſola ciuilis ſufficit,iuxta textum.l.
clam poſſidere.§.qui ad nundinas,de adqui.
poſſ.ſic docuit in noſtris his terminis.Bal.in
l.pen.col.ultima. C.ſi a non compe. iud. &
probat.l.1.§. interdictum uerſic.ſiue autem
de ui & ui arma. dum ciuiliter poſſidenti cõ
cedit reſtitutionem, at hic oſtendit ſe ciuili
ter poſſediſſe, cum recuperandi animum o-
ſtendat.

Cõtrariam ergo ſententiam male defen
dunt glo.in.d.cap.cum eccleſia de cauſ.poſſ.
& proprie.in cap.cum ad ſedẽ de reſtitu.ſpo
lia.Oldra.conſi.1.col.1.Cur.Sen.conſ.71.col.
2.Ang.Are.in.§.quadrupl.n.26.circa.ſi.Inſt.
de acti.Afflict. ca. 1.nu.20.de milite uaſſallo
qui cõtumax eſt.Dec.cõſ.671.nu.2.3. Ripa
d.cap.cũ eccleſia nu.32. Rube.conſ. ultimo
nu.1.in hanc ſententiã adducti ſunt ex tex.
in.l.1.§.interdictũ,de ui & ui arma.quo cõ-
ceditur interdictum unde ui,qui tunc poſſi-
392 debat,cũ ſpoliaretur,eſt dictio, † tũc,demõ
ſtratiua temporis.l.4.de cond.& demo.Rui.
cõſi.180.nu.8.lib.2.Dec.conſi.332.nu.1.cõſ.
433.nu.6.Goza.conſ.64.nu.6.Soc.Iun.conſ.
145.nu.29.lib.3.Gomes.§.rurſus nu.16.Inſt.
de actio.uerum,ut recte reſpõdet Didacus,
quem ſupra retuli, ſatis probatur poſſeſſio
hæc ex quo antiquior probata eſt,nec con-
trariũ probatũ fuit,quam certe reſponſionẽ
ſentiunt omnes, uel dicamus ſatis probari,
cum animus declaratur,quo ciuiliter poſſi-
dere intelligitur,ut iam retuli, ſic etiã inter
393 pretari† debent uerba ſtatuti Papienſis. 54.
de poſſeſſiõe uiolẽta uel clãdeſtina &c. ibi,
uel ab eius prędeceſſore tunc tẽporis &c.Ri
pa aũt adducebatur hac ratione in hanc ſen:
394 tentiã,ut quis ob delictũ† conuincatur,non
præſumptiua ſed uera & clara exigitur pro
batio.l.ultima C.de proba.at ſola præſump
tiua hic adeſt,nõ ergo ſufficere poſſe debet,
395 uerũ reſponderi poteſt diſpoſitionẽ † l.ulti
mæ.C.de proba.intelligi,non cũ de ſola pœ
na,pecuniaria indicenda,ſed cũ de corporali
agitur,ſic declarant Alcia.tract.præſumpti.
reg.2.præſump.9.num.4.Boe.q.164. nu.1.2.
Tiraq.tract.de pœnis legum conſuetud.&c.
cauſa.27.& in claris noſtris terminis ſic de-
clarat Alci.tract.p̃ſump.reg.2. p̃ſump.21.in
396 fine.Adferebat tandem Ripa textũ d.† cap.
cum eccleſia, ubi ſpoliati clerici probarunt
ſe in tribus proximis electionibus elegiſſe,
quod neceſſe non fuiſſet, ubi communis re-
lata ſententia uera eſſet,ſed nihil eſt, com-
modum enim fuerat illis ſpoliatis ſic proba
re,nõ tamen negat Põtifex maximus,quod
ubi antiquior quaſi poſſeſſio eligendi ſolum
fuiſſet probata, quin ſatis ſuperq; fuiſſet,
quamobrem communis defenditur ſenten-
tia,& quam & communis forenſis uſus ad-
mittit,quę ſanẽ ſententia,ſi in interdicto un
de ui,procedit,ut loquũtur interpretes, for
tius ex eorum mente in hoc reintegrandæ
remedio.

397 Ampl.ſecundo ſic propoſitam † concluſ-
ſionẽ procedere, ut neceſſe minime ſit uio-
lentiam aliquam probare etiam ſi in libello
fuerit deducta, dummodo ad eam proban-
dam non ſe adſtrinxerit,ſic Soc.d.l.rem quę
nobis nu.16.de adquir. poſſ. ex regula.l.di-
uus de re iud.& ex Inno. cap.2. de ord.cog.

398 Ampl.tertio procedere † etiã ſi lege mu-
nicipali , uera poſſeſſio exigeretur tempo-
399 re ſpoliatiõis,ut extat † ſtatutũ Papiæ.54.in
ciuilibus ſub rub.de poſſeſſione,uiolẽta uel
clãdeſtina &c.in ijs uerbis, uel a predeceſſo
re tunc tẽporis,uere poſſidebatur, eſt enim
ſenſus, eũ reſtitui ad ſuã poſſeſſionẽ , quam
tẽpore ſpoliatiõis uere poſſidebat,nã adhuc
dicitur probatum uere eũ poſſediſſe cũ ſpo-
liaretur,ſi probatum eſt poſſediſſe ante,illa
400 eſt ratio quia hæc eſt † iuris p̃ſumptio quæ
rem reddit claram & euidentẽ Bar.l.1. C.de
fide Inſtr.lib.x.& eſt præſumptio iuris ꝓba
tio liquidiſſima.l.licet.ubi omnes de lege.1.
& adeo uera dicitur probatio , ut ſi ſtatutũ
exigeret ꝓbationis lucidiſſimas hæc ſuffice
ret.ſic Fulgo. in.l.1.C.de teſta.mil.& eũ ẽ ſe
cutus Alcia.tract.præſump.in præfatione in
tertia parte p̃ſumptionũ nu.3. & plura tra-
dunt Craue.conſi.6.nu.42. Ferra.cautela.5.
n.3.& caute.16.nu.6.Soc.Iun.cõſ.97. nu.13.
lib.1.Tiraq.in.l.ſi unquam in uerbo donatio
ne,nu.158.C.de reuo.don. quod in caſu no
ſtro non habet dubiũ,quia relata præſump.
dicitur clare a iure probata iuxta declaratio
nẽ Decij. in.l.1.nu.7.C.de teſta.mil. & Iaſo
nis i.l.licet Imperator.n.13.de le.1.erit ergo
illi ſtatuto ſatisfactũ probando antiquiorẽ,
poſſeſſionẽ ante ſcilicet factam ſpoliationẽ
quia ſequetur ob iuris præſumptionẽ, uero
poſſediſſe tempore occupationis & ſpolia-
401 tionis:ſic etiã interpretor uerba† ſtatuti Pa
piæ.31.in criminalibus ſub rub. de pœna il-
lius, qui uiolentiam alicui fecerit in eius

poſſeſſione, ibi, quæ ab aliquo tunc tempo-
ris poſſidebatur.

Limitatur primo non procedere, cũ agi-
402 tur † aduerſus nouũ poſſeſſorem titulo poſ-
ſidentem, nam tunc non ſufficit actori pro-
bare antiquiorem poſſeſſionem, ſed neceſſe
habet deducere conuenti poſſeſſionem, eſ-
ſe clandeſtinam, ſic Socin.d.l. rem quæ no-
bis nu.16.uerſ.notabis tamen &c.ex.docto.
Bar.in.l.ſi de eo.§.ultimo i fi.ff. de adquirẽ.
poſſ. quam ſumme comendant omnes, ut
Alex.cõſ.118.nu.8.lib.2. Pariſ. conſ.89.n.9.
lib.5.Iaſ.conſ.21.col.2.lib.3.Rui.conſ.56.in
fi.lib.4.& conſ.106.in fi.lib.5.Brun.conſ.21.
nu.6.Paris. conſ.12.nu. 9.lib.4. & alios citat
Neuiz.conſi.79.n.12.quorũ maior pars in
noſtris his terminis loquitur, idem affirman
do quod Soci.iſtis addo Ruinum conſ.49.
nu.13.lib.4.Decium conſ.57.colum. ultima
Neuizanum conſil. 68.nu.10. 11. uerum in
403 multis ſubſiſto, nam iure non conceditur †
aliquid dicere, niſi & probetur, ut cenſuit
gloſ.in gloſ.in l.1.in uerbo, dicetur.ff.ſi qua-
dr.paup.fec.dica.quam probant omnes, ut
ex multis Ripa in.l.admouendi nu.21.de iu
reiurãdo.Cur.Iunior in.l. ſi certis annis.nu.
21.C.de pactis late Marſil.in ſing.570. Ad-
uertas, immo Pariſ.conſil.98.nu.36. libr.4.
& ante eum Barba. conſil.25. libr.4. quem
retulit & Neuizan.d.conſi.79.nummer.13.af-
404 firmant illam † clandeſtinitatẽ ſic deductã
probari debere, ſed quo fieri poteſt modo,
ut clandeſtinitas aduerſus titulo poſſiden-
tem probari poſſit, cum illa eeſſet ſi de titu-
lo apparet.l. clam poſſidere in principio.ff.
de adquirẽ.poſſeſſione: quare Curt. Iunior
conſil.17.col.ult.uerſi. duodecimum & poſt
eum Pariſ.d.conſil.12.nu.9.lib.4.affirmarũt
405 hanc † clandeſtinitatis qualitatẽ non eade-
re in titulo poſſidentem. Præterea quomo-
do uitium clãdeſtinitatis, quod in ſolo reſi-
det animo per teſtes probari poterit. rurſus
Bart.in d.l.ſi de eo.§.ult.nõ loquitur.in poſ-
ſeſſorio recuperandæ, ſed retinendæ potius
ut eum ſic declarat Ioa.de Amicis cõſil.98.
quem refert Rube.conſi.41.colum.ulti. uer.
Nõ obſtat tex.& ſi eo loci Rube.citet Alex.
extẽdentẽ etiã ad poſſeſſ.recuper. erit ergo
in noua hac noſtra cõſideratione cogitãdũ.
406 Limitatur.2.non procedere † in poſſeſſio
ne rerum mobilium: nã tunc qui olim poſſe
dit non præſumitur poſſediſſe tempore ſpo
liationis glo.l.in ciuile, C.de furtis. Caſtrẽ.
l.ſi minorem.C.de in integrum reſtitutione
mino.Aret.conſil.120.Balban.in repe.l. Cel
ſus nume.142.ff.de uſucap.Alciat.reſponſo.
341. & hæc ſententia eſt crebrior & forte
uerior, & ſi Abbas.d. cap.cum ad ſedem de
reſtitutione ſpoliatorum aliter ſenſerit, cu-
ius ſententiam ſibi parum conſtans uiſus eſt
probare idem Alcia.tract.Præſump. regula
3.preſump.21.nu.5. quo loci alias declara-
tiones, quæ cum partim ueræ non ſint, par-
tim caſui noſtro minime conueniant, liben-
ter ex induſtria ſilentio prætereo.
407 Limitatur tertio non procedere † in bene
ficialibus in quibus non ſufficit probare ſo-
lam illam poſſeſſionem antiquiorem, ſed
neceſſe eſt probare & titulum, ſic declarat
Soc.d.l.rem quæ nobis num. 17. quam rem
late infra exentiam.q.36.
408 Quæro.32. quales † eſſe debeant in hoc
remedio probationes, crebrior uidetur ſen-
tentia neceſſariam fore plenam probatio-
nem, & ob id, non ſufficere poſſeſſionem
unius tantum teſtimonio probare affirma-
runt Bartol. in extrauagante ad reprimen-
dum in uerbo ſummarie numero. 10. clare
in noſtris terminis Afflictus Deciſionẽ.364.
nume. 5. alios plures huius ſententiæ retu-
lit, & eſt ſecutus Plotus in .l. ſi quando nu-
me. 115. C.unde ui, præſertim Cagnolus
in.l.in pari. nume. 8. de regulis iuris & gra-
tum conſil. 110. nume. 7. S. lib. 2. & late
Rolandus a Valle conſil. 50. nume. 16.lib.
409 2. illa ſolet adferri ratio, quia † maximi
eſt momenti poſſidere. §. commodum In-
ſtitut.de interd. late Ripa cap. ſæpe nume.
2.3. de reſtitutione ſpoliatorum plura Cur.
Sen.in.l.admonendi.num.323.de iureiuran-
do & alibi, ut ergo in cauſa magni præiu-
dicij exactæ probationes ita exiguntur, ut
in cæteris cauſis.

Verum in ſpecie contrariam ſententiam
probauit Dec.cõſil.56.nume.1.ubi in reme-
410 dio hoc † reintegrãdæ loquẽs opinatur ſuf-
ficere ſi ꝓbetur poſſeſſio unius teſtimonio,
& ex multis citat Math. notab.2. Nota qđ
in iudicijs &c. & ibi latiſſime in additio.Ga
briel Sarax.nu.8.idem Dec.conſi. 252. n.2.
in.fi.qui eadẽ ratione utitur. Gratus ſibi pa-
rum conſtans in conſil.42.num.6.lib.2.in in
terdicto retinendę eadem ratione idem cen
ſuit Dec.conſil.663.nu.2.& Calca.con. 100.
nu.16.& in adipiſcendæ Dec.l.ulti. num. 15.
C.de edictis diui Adri.tollen.in omnibus ſic

Rebuſſus in comment.regiarum cõſtitutio.
tomo tertio titulo de materijs poſſeſſorijs
artic.7.glo.1.nu.26.Alciatus reſponſo 389.
411 nu.3.& in † omnibus poſſeſſorijs hanc ſen-
tentiam procedere dixit Bell.conſil.35.nu.
6.ea utuntur ratione ꝙ modici ſit pręiudicij
cauſa poſſeſſorij.l.momentaneæ.C.qui lega
tum habuerit perſonam ſtandi in iudicio,&
l.1.C.ſi a momentanea poſſeſſione fuerit ap
pellatum.quin?conſultus reſpondit Ancha.
412 conſil.41. † in remedio recuperandæ ſuffice
re probare poſſeſſionem, per ſolam famã,
quam ſententiam uiſi ſunt probare Dec.in
cap.primo nu.17.de appella.Verum a prio-
413 ri ſententia non recedo, cum † poſterior re
lata ratio ſolum in illo poſſeſſorio momen-
taneo concludat, quod ſanè poſſeſſorium
ſummariũ ſupra in anteludijs diximus ſum-
marijſſimum appellari, ſic declarat egregie
Cur.Sen.d.l. admonendi numer. 323. uerſi.
ſecundo moueor, qui ſic declarat eo loci
Bart.num.55.& eundem Bartol.in.l.2.§.ult.
C.ubi in rem actio, a quo ſuam ſumpſit ar-
gumentationem Mathes.Dec.& cæteri eo-
rum ſequaces, nam ſi citata a Bartolo iura
perpendantur loquuntur, tum in momenta
neo iudicio poſſeſſorio. d.l.momentaneæ,
tum in poſſeſſorio leuiſſimo alterius .præ-
paratorio,ut in miſſione in poſſeſſionem ex
Carboniano edicto Dec.l.2. nume.2. C.de
Carboniano edicto. in cæteris autem male
ſentiũt Bartol.Mathes. & cæteri ut animad
uertit Ripa cap.ſæpe num.3.in fine de reſti
tutione ſpoliatorum,& dubitat & Cur.Iun.
d.l.admonendi num.67.in fine, ex his infer
414 tur recte † ſtatuto Papiæ.54.de poſſeſſione
uiolenta, uel clandeſtina reſtitueda eſſe cau
tum, fidem eſſe faciẽdam per legitimas per
ſonas & idoneos teſtes &c. loquitur enim
in plurali,quare duo ſaltem exiguntur.l.ubi
numerus de teſtibus.& ideo Rebuffus, qui
ſupra teſtatur in Gallia ſufficientes proba-
tiones tantum admitti & ſi ipſe in iure ali-
ter ſentire uideatur,& male.

415 Quæro.33.utrum ne † aduerſus hoc re-
medio agentem obijci poſſit præſcriptionis
exceptio & certis caſibus obijci poſſe affir-
mant noſtri,interpretes,quo res clarior fiat
aliquos diſtinguo caſus. Primus eſt,quando
conuentus ille poſſeſſor eſt in uera & mani-
416 feſta malafide,eo quia ipſemet † fuit primus
occupator & ſpoliator, is tunc nullam po-
teſt obijcere temporis pręſcriptionem,cum
impediente malafide præſcribat nunquam,
cap.ult.de præſcrip.quod ſaltem iure Ponti-
417 ficio locum habet,quo nec, † immemorialis
quidem tẽporis præſcriptio hoc caſu admit
titur,ut latè & doctè tradit Crauet. noſter
conſi.146.nu.2.& in Tract.de antiquita. tẽ-
porum quarta particula quartæ partis prin
cipalis.nu.19.20.qui Angelũ Aretinũ.§. fur
tiue in principio Inſt.de uſucapione,citat di
centẽ malefidei poſſeſſorẽ in æternũ ex Põ
tificijs conſtitutionib.non ꝑſcribere. hoc er
go in caſu nõ poterit cõuetus obijcere hãc
exceptionẽ:ſic intelligit Bero.in ca.ſolicitæ
nu.39.de reſtit.ſpolia.ſic etiam ipſe intelli-
go Caſſado.& alios ab eo pro hac ſenten-
tia relatos,in ſuis Deciſionibus titulo.De re
ſtitu.ſpoliatorum Deciſione.5.nume.1.2.

418 Secundus eſt caſus, † quando is poſſeſſor,
licet ſit ſine titulo, eſt tamen in bonafide,
uel in malafide ꝑſumpta, hoc caſu præſcrip
tio triginta annorum obijci poteſt, cum tã
to tempore huic remedio poſſit præſcribi,
ſic intelligo communem interpretum ſen-
tentiã,quã probarũt Butr.in ca.ſolicitæ ubi
Abbas nu.14.Bero.nũ.39.de reſtitutio. ſpo-
liatorum Caſtrenſ.conſil.105. In quæſtio-
ne,quæ ſperatur moueri colum.ult. lib.1. in
antiquis Soc.in.l.rem quæ nobis num.18.de
adquirenda poſſeſſione.Lucas a Pẽna in.l.
ſi coloni.q.20.C.de agric.& cenſ.lib.xj.Rui.
conſil.60.nu.14.lib.1.conſi.103.nu.4.Rimi.
7.lib.5.conſi.54.col.6.uerſi.circa.2.li.4.con-
ſil.428.nu.11.lib.3.Dec.conſi.303. nu.24. &
hanc probauit Balb.Tract.præſcrip. quarta
particula quartæ partis principalis.q.24.idẽ
placuit Roberto Marantæ de ordine iudicio
rum ſeptima diſtinctione iudiciorum, num.
50.in fine Grato conſil.70.nu.18.lib.2.Pa-
riſ.conſi.1.nu.154.lib.1.& Crau. conſil.124.
nu.14.qui Caſtren.retulit.d.conſi.105. Ro
land.a Valle conſil.72.nu.19.lib.2.recte er-
go exiſtimant iſti interpretes tanto tempo
419 re huic remedio preſcribi,quia etſi † condi
ctio ex lege ſit ut perpetua dici poſſit,Inſti.
de perpe.& tempo.actio.attamen ſpacio tri
ginta annorũ tollitur.l.ſicut.C.de præſcrip.
30.uel.40.annorum.Rurſus ſi dominiũ tãto
tempore præſcribitur cap.ultim. ubi docto.
de præſcrip.Bart.l. rem alienã, de pignora.
actio.cur nõ fortius poſſeſſio hæc minoris
420 ꝑiudicij,& hoc caſu loqui intelligo † Theo-
dorici Regis Reſponſum, cuius in hæc uer-
ba meminit Caſſiod. lib.1.uaria.in epiſto-

la deſtinata Domitiano & Vuiliæ. ſi Roma
ni prædiũ ſine delegatoris cuiuſquamPyćta
tio(Pićtatij meminir idemCaſſiad.lib.3.ua
ria.epiſtola.Romulo tranſmiſſa.i. epiſtola,
uel breui ut probat l.aćtuarij cũ .l.excellẽ
tia.C.de eroga.mil. anno.lib.12. etſi non
ignorem Pyćtatium dici Album,in quo ſce
lećtorũ. iudicium nomina 'deſcribebantur,
ut apud Lampridiũ in Alexandro(præſum-
ptor(ideſt Audax ut ſequentia uerba oſten
dunt & hæc eſt aliquando ſua ſignificatio,
ſi credimus Alcia.in Traćt.præſumpt.in prę
fationibus in ſecũda præfatione) Barbarus
occupauit eũ priori domino ſubmota dila
tione reſtituat,quod ſi ante deſignatum tẽ-
pus rem uidetur ingreſſus, aduerſus quam
præſcriptio probatur obuiare tricẽnij,pe-
tionẽ iubemus quieſcere pulſatoris, illa.n.
reduci in medium uolumus,quæ noſtris tẽ-
poribus præſumpta damnàmus,quia locus
calumniandi non relinquitur, cum longi tẽ
poris obſcuritas prætermitur.Nec huic ſentẽ
tiæ aduerſantur rationes glo.in d.cap.ſoli-
cite.Io.And.& aliorum,qui,ut referũt Soc.
& Balb.præcitatis locis ſupra quibus aſſir-
marũt nulla temporis præſcriptione hoc re
medium tolli,quorum opinionem uno uer
bo uiſus eſt probare Alexan. conſ.6.nu.16.
in fine lib.3.& alij, ut retulit Caſſad.in tit.
de reſtitutione ſpoliatorum Deciſione.6.in
422 quiunt enim,Primo textum † cap. reinte-
granda,uti his uerbis, quacumque tempo-
ris præſcriptione non obſtante reintegran
dum eſſe ſpoliatum,uerum ut rećte animad
uertit Caſtrenſ.d.conſ.105.col.ultima,refe
runtur uerba illa,quacunq; conditione tem
poris, ad illa uerba perdidiſſe noſcuntur,ut
ſit ſenſus,reintegrandum eſſe ſpoliatũ quo
uis tempore, ut nulla ſit differentia, inter
unius uel alterius tẽporis ſpoliationẽ quini
mo ubi aliũ ſenſum uerba illa haberent,ad
huc tñ triginta annorũ ſpacio tolli poſſet,
cum perpetuæ tollantur.d.l.ſicut.Non quo
que urget quod ſecundo loco iſti adferunt
aduerſus hoc remedium non poſſe dominij
exceptionem obiici, ut infra ſuo loco dice
mus,multominus obijci poſſe uidetur hæc
præſcriptionis,nam præter Balbi reſponſio
nem,quæ aliquantulum leuis uidetur, dico
ipſe hanc exceptionem non obijci ratione
423 dominij, ut agens excludatur, † ſed obijci
ratione poſſeſſionis, quã is ſpoliatus agẽs
ex tanti temporis negligentia amiſiſſe dici-
tur,ſic uno uerbo ſenſit Craue.d.cõſil.124.
nu.14. Non quoq; tertio aduerſatur,quod
hic ſpoliator conuentus præſcribere non
424 potuerit impediente mala fide.d.† cap.ulti.
de præſcriptione quia uno ore noſtri reſpõ
dẽt interpretes i hac pręſumpta mala fide,
quæ a uera multum differt,ſufficere ad eam
tollendã,tempus annorum triginta,ut cen-
ſuit Bar.in.l.ulti.in fine.C.unde ui,ſic textũ
illum declarãs,& Bartolum ſecuti ſunt fre
quentius cæteri, ut late iam diximus ſupra
tertiodecimo remedio ex d.l.ultima. C.un
de ui,in q.10.Nec hoc in caſu.aliqua ſubeſt
inter ius Pontificium & Cæſareum differẽ
tia,ut docuit Abbas in.d.cap.ſolicite num.
14.de reſtitutione ſpoliatorum.Balb.qui ſu
pra.d.q.24.uerſic.& in præſcriptione.

425 Tertius eſt caſus, † quando conuentus
poſſeſſor eſt cum titulo & bonafide, is po-
terit obijcere præſcriptionem decem anno
rum inter præſentes,& uiginti inter abſen-
tes,cum tanto tempore præſcribat, dum-
modo res non ſit affećta uitio reali, & cau-
ſam is non habuerit ſcienter a uitioſo au-
thore, ſic caſum hunc affirmauit Bal. d.q.
24.circa.finẽ uerſi.quinimo uidetur,& ſen-
ſit Rui.conſi.61.nu.14.lib.1.idem clarè affir
mauit Rolan. à Valle conſ.72.nu.21.lib.2.
ea utitur ratione Balb.quia ſi poſſeſſor,iſte
cum titulo & bonafide adquirit utile ſaltẽ
dominium.iuxta.l.ſi quis emptionis.C. de
præſcript.30.uel.40.anno. Cũr non & hoc
caſu illæſum adquirit poſſeſſionem, àlias,
ut inquit Balb.ſequeretur, quod nunquam
huic pręſcriptioni eſſet locus, nã antiquus
is poſſeſſor, qui nõ alienauit,nec alienatio
ni conſenſit, qui inquam ſine proprio fa-
ćto è poſſeſſione cecidit,ſemper,hoc eſt uſ-
que ad 30.annos,hac experiri poſſet aćtio-
ne,ſicque inutilis foret decem & uiginti an
norum præſcriptio, Rui. autem ea ratione
uſus fuit, quia percurſum decem annorum
426 † negligentia inducitur,ob quam is ſpolia-
tus ius ſuum amittit.l. furtum. §. ultimo de
uſucap.nec diſentit Bal.conſil.321.ad euidẽ
tiam pręmittendum eſt,quod aliquando in
fin.libr.3.hanc ipſe addo rationem,quod ſi
hoc in caſu non eſt locus niſi præſcriptio-
ni triginta annorum,nulla eſſer differentia
inter hunc poſſeſſorem cum titulo & uera
bonafide, & illum poſſeſſorẽ, cum præſum
pta malafide, quæ tñ maxima eſſedebet.

Declaratur tamen hic caſus,ut nõ uendi

cet ſibi locum in illis caſibus, in quibus ra-
tione & perſonarum priuilegio maius tem-
427 pus poſtulatur, ut in † eccleſia contra quam
regulariter ſola perſcriptio.40.annorũ cur-
rit. cap.de quarta de præſcrip.in authẽ.quas
actiones.C.de ſacroſ.eccleſ.ſic in noſtris ter
minis, declarat Balb.qui ſupra.de.q.24.circa
finem, uer.ſed quoad eccleſiam & ante eum
428 Caſtre.d.conſi.105.in fi.uel ut in caſu † bo-
norum Cameræ Principis, quæ ſolo ſpacio
centum annorum præſcribi poſſunt, Ange.
in.l.ſicut.C.de præſcrip.30.uel.40.an. Alex.
conſil.84.nu. 2.lib.1.Guid.Papæ.q.416.cum
quæritur ſic in noſtris claris terminis decla-
rauit Rui.conſi.45.col.ultima uerſ.ſecundo
principaliter lib.4.cætera quæ adferri poſ-
ſent exempla, libenter miſſa facio, in eccle-
ſia illud adnotandum cenſeo quod decurſa
429 † contra eam præſcriptione, non concedi-
tur in integrum reſtitutio, ſic glo. in Clem.
1.de reſtitutione in integrum & in cap.audi
tis de præſcrip.ſic in noſtris terminis reſpon
dit Soc.Sen. conſi.266.col.10.uerſ.ad ſecun-
dum dico.lib.2.erit tamen in caſibus præce-
dentibus animaduertendum, in beneficiali-
430 bus illud hodie † eſſe conſtitutum, ut pacifi-
ci, poſſeſſores per annum ex regula cancel-
lariæ de annali poſſeſſore, & regula de trien
nali poſſeſſore per triennium ſint tuti, quo-
ad poſſeſſionem, quæ regulæ & ſpoliatorẽ,
adiuuant, dummodo non ſit uiolentus, ut e-
gregie declarat Gomes.in.d. regula Cãcell.
de annali poſſeſſore.q.64.quem ſecutus fuit
Carol. Molinæ. in eadem regula de annali,
poſſeſſore, quam ſimul iunxit, cũ regula de
uериſimili notitia nu.122.libenter hæc collo
431 caui hoc loco, cũ † regulę iſtę præſcriptionẽ
inducant inſtar annalis triẽnalis pręſcriptio
nis a iure cõmuni inductæ, ut admonuit Go
mes.d. regula de annali in præfatione & de
triennali.q.1.in fi.& ibi.q.11.latiſſime decla
rat quomodo ſpoliator ex illa regula de tri
ennali defendatur adfertq; differentiã inter
432 unã & alterã regulã † apud Gallos pariter
anni ſpacium datur ex Regiis conſtitutioni
bus ad recuperandam poſſeſſionem quare
eo reſpectu utilius erit hoc uti remedio. ut
admonuit Rebuffus, in commenta. Regia.
conſtitu.tomo.1.titu.de ſententijs executo-
rijs articulo.5.glo.1.nu.8.

433 Quæro.34.utrum ne † poſſit cõuentus ad
uerſus ſpoliatum agentem eam obijcere ex
ceptionem, quam concludat eum poſſidere
nec potuiſſe nec poſſe, & obijci poſſe affir-
mant, omnes, ut apud Alex.in.l.naturaliter.
§.nihil commune nu.24.ubi.Ripa.nu.81.Co
ra.in ſecunda parte nu.61.ff.de adquir. poſſ.
adferri ſolent plura exempla, ut illud, cum
434 aduerſus † repetentem beneficij poſſeſſio-
nem obijcitur eum eſſe laicum, qui ſpiritua
lia poſſidere minime poteſt, cap. cauſam de
præſcrip.uel ſi aduerſus repetenrem ſeu re-
435 cuperare † uolenrem uxorem, cuius quaſi
poſſeſſione dicit agens ſe ſpoliatũ, obijcia-
tur exceptio, eum eſſe Monachum, qui uxo
rem habere non poteſt, cap.ex parte de re-
ſtitu.ſpoli. qui hanc probat ſententiam. ſic
his utuntur exemplis hanc affirmantes uerã
ſententiã Corſet. Tract. fall.ad regulam,
quod ſpoliat. ante omnia reſtitu. falle.48.
idem cenſuit Rota in nouis deciſionibus in
tit.de reſt.ſpol.Deciſ.1.nu.7. Deciſi.2.nu.1.
ubi declarar, idem placuit Bero.in ca. in lite
ris.nu.87.uerſ.7.fallit & nu.93.de reſtit. ſpo
li.Crauetta.conſi.322.col.4.uerſ.ſexto prin
cipaliter præcipua hæc adferri ſolet ratio
quia hoc modo nihil contra poſſeſſorium
obijcitur, ſed poſſeſſoriũ illud negatur, quia
re fruſtra de poſſeſſorio tractatur, cum non
entis nullę ſint qualitates.l.3.de uſufructu.l.
eius, qui in prouincia.ff.ſi certum peta.qua-
436 re affirmant noſtri clerico agẽti ur † ſpo-
liato poſſeſſione beneficij exceptionem in-
capacitatẽ icapacitatis obijci poſſe ſic quod
437 non ſit † clericus tonſuratus quod nõ ſit pro
438 motus † ad pręsbyteratum intra tempus ſic
exigente beneficio ſic in noſtris terminis re
ſpondit interrogatus cõſummatiſſimus Cra
uetta cõſ.104.nu.3.&.d.cõſ.322.col.4. uerſi.
his ita pſuppoſitis Rebuffus tract. de pacifi-
cis poſſ.n.519. & in Praxi bñficio titulo. de
nõ pmotis intra annum nu.71. ſic & in cæte
ris caſibus, cũ obijcitũ notorius.defectus pro
prietatis, obijci illa põt exceptio cõtra ſpo-
liatum agentem reſtitui ante omnia Craue.
conſ.299.nu.8.conſ.302.nu.6.Cur. Iun.cõſ.
127.nu.6.Natta cõſ.474.nu.37.lib.2.&alibi
latius docui, exempla harũ exceptionũ plu-
ra poſſunt etiam adferri, illud præſertim in-
truſionis, ut cum quis poſſeſſionẽ beneficij
adipiſcitur Bullis non leuatis, ſed forte cum
ſimplici ſignatura, quod minime conceditur
ex aliquorum ſententia, ut retulit Crauetta
439 cõſ.134.nu.24.rũc enim † ſpoliato ea poſſeſ-
ſione exceptio hæc obijci poſſe uidetur, ut
aliquibus placuit pſertim Geminia.cõſ.106.

col.3.uerũ latius hac de re infra dicemus n. 465.quo loci oſtendimus ueriorem & crebriorem eſſe eorum ſententiam,qui affirmarũt ſolam ſignaturam ſufficere, ut ſpoliatus agens,cõtra ſpoliatorem ſuum poſſeſſionis titulum iuſtificet,ſcio tamẽ plures eſſe Pontificum conſtitutiones, quas cancellariæ re
440 gulas uocant,prohibentes † beneficia, cum ſola ſignatura retinerinõ poſſe,ut una extat regula Pauli tertij & altera Iulij tertij edita anno 1553.menſe Maio:exemplum etiã ad-
441 ferri poteſt,cũ obijcitur † exceptio Idiomatis,extãt enim plures regulę cancellarię quibus declaratur, prouiſionẽ beneficij curati nullius eſſe momenti,ſi obtinens non intelligit,& intelligibiliter nõ loquitur idioma loci, in quo poſitum eſt beneficium, ſic etenim extat regula cãcellariæ.19.Innocẽtij.8. ac Cleme.7.& Pauli.3. ac etiam nouiſsimẽ Pij.4. nũc Põtificis maximi,cuius honeſtiſſima uota,ut foueat & augeat Deus optimus max.eſt quod enixis rogemus præcibus, cũ præſertim uiros doctiſſimos ad ampliſſimos digitatum apices promoueat,ut inter cæteros menſe hoc Martio huius anni.1565.Pur
442 purei Galeri ampliſſimum ſenatorem † conſtituit Franciſcum Alciatum, Patricium Mediolanenſem Iureconſultum integerrimum, qui poſt decennalem ſtrenuam nauatam in docendo Papiæ operam, non precibus, uel pretio,ſed propria uirtute promoueri meruit,de quo ita eſt ſperandum,ut Petri aliquãdo ingrediatur locum, conſtitutionibus ergo cancellariæ ſic eſt rectẽ conſtitutum,quę non modo in ſimplicibus curatis parochialibus locum habent, ſed & in commendis, ut egregiẽ ſcripſit Gomes.in regula.de Idiomate.q.5.& ibidem.q.8.affirmauit,nõ ſufficere, quod loquatur in parte illud Idioma, ſed debet in totũ clare loqui,immo,idẽ Gomes.eo loci.q.15.affirmauit neceſſariũ fore ut nouerit is latine loqui,alia ſcripſit Rebuffus in Praxi beneficiorũ in hac regula,quod quis intelligat Idioma.in gloſ.1.&.2.qua in re illud unum erit animaduertendum contra ſpoliatũ ſic agentẽ hanc Idiomatis exceptionẽ obijci poſſe,& ſi is ſit,ut puta Gallus cui ſit Italia prouiſum, tenetur probare, ſe probẽ nouiſſe Italicẽ loqui, tum quia cõtra eum eſt præſumptio,tum quia ſi nouit loqui Italicẽ,eſt ex accidẽti, nõ a natura,quod accidens abaſſerẽte probari debet,ut in his terminis ferẽ reſpondit Roma.conſ.499 in premiſſa col.2.uerſ.tertio, ad idẽ, quod & olim reſpondi interrogatus pro Reuerendo Chriſtophoro Gaſtaldo Ceuenſi contra.D.della Mola. illud etiam exemplum adferri poteſt in exceptione ætatis,ut in beneficio curato, in quo exigitur ætas annorum.25.cap. cum in cunctis §.inferiora de electio.tradit Rebuffus in praxi beneficio in tit.de diſpẽſatione, ratione ætatis & in terminis affirmauit Baldus in.l.2.ultimo nota.C.de ijs qui ueniam ætatis impe.quẽ eſt ſecutus Rota.a Valle conſil.47.nu.58.lib.1. prouiſionem de curato factam minori eſſe nullam,ſi ergo nullum ius habet,iuſta ratione agenti,ut ſpoliato,obijci poteſt:ſed quales & commodo debeant his in caſibus fieri. probationes attigi in caſu reſeruationis infra num.453.

443 Quæro.35. utrum ne † contra clericum, ut ſpoliatum poſſeſſione beneficij,agentem reintegrari, poſſit obijci ſpecialis illius Beneficij reſeruationis exceptio, & poſſe crebrius affirmant interpretes,ut Lapus allega. 24.Corſet.d.Tract.fallen.ad regulam, quod ſpolia.ante omnia reſtit.fallen. 48.Iac.Nouellus Praxi Criminali titu.ſpoliatus de facto &c.incipit,uulgaris regula eſt &c. num. 41.uerſ. limita 41.Francus in cap. bone col. 5.uerſic.7.& ult.de appella.ſic ſemper decidit Rota, ut patet in Deciſio. nouis. in titu. De teſtit.ſpolia. Deciſio.3. & in Deciſionibus antiquis.eo.tit. Deciſio.2. & Deciſi.97. & in tit. De cauſa poſſeſſ.& proprie.Deciſi. 10.& ſeq.& in Deciſi.antiquioribus.titu. De reſtitu.ſpolia. Deciſio. 1. idem cenſuit Caſſad.in ſuis Deciſio.tit.de reſtitu. ſpolia.Deciſi.1.num.3. & Deciſi. 2. qui idem affirmat nu.5. cum eſt reſeruatio beneficij uacantis, Fely. in cap.in noſtra nu.12.de reſcrip. & in cap.ſi conſtiterit in fi.de accuſa.& hãc ſententiã ſeruare Romanam curiam teſtatur Gomes.in reg.Cancella.De Trienna.poſſeſ.nu. 58.q.49.col.2.Ripa.d.§. nihil commune nu. 82.ibi Zaſi.Bero.d.cap.in literis num.84.Rebuffus in Praxi Beneficiorum in tit.De reſerua.tam generalibus quàm ſpecialibus.nu. 40.idem placuit Soc in.l.rem quæ nobis nu. 19.de adquirend.poſſeſſ.Decius. conſi.191. nu.10.Pariſ.conſi.1.nu.151.lib.1.hãc ſemper probauit Io.Baptiſta Ferret.conſ.15.nu.1.2 conſi.21.nu.3.conſ.69.nu.7.conſi.172.nu. 1 conſi.188.nu.2.3.ubi poſt Roma.conſi.484. & alios,affirmauit,poſſeſſorẽ reſeruati Beneficij de facto ſpoliari poſſe nec illi hoc rein-

tegrandæ remedium concedi, idem cenſuit Aeneas de Falco. in Tract. De reſerua. beneſi.in.11.& in 47. effectu, eiuſdem fuit ſententiæ.Craue.conſi.258.nu.9.uerſi.ſimiliter agenti, & nouiſſimè. Quintilia. Mendoſius in commentarijs ad Regulas Cancellariæ. Iulij tertij in regula.1.de reſeruationibus. q.
444 3.ea adducuntur ratione, quod † reſeruatio inficiat titulum, & illum ipſo iure annullet cap.ſi eo tempore.de electio.in 6. quinimò, eſt tam malignæ naturæ, ut quidquid inuenit deſtruat,& in oppoſitum ducat, ſic Gomeſ. qui ſupra ex cap. ſi poſtquam de elect. in 6. in capit. quoſdam de. præben. capit. primo de conceſſ. præben. & idem Gomeſ.in regula Cancella.De annali poſſeſ.q. 23.poſt multos quos citat,affirmat adeo nul
445 lam eſſe † poſſeſſionem hanc reſeruati beneficij,ut is poſſeſſor ſeu detẽtator potius, nec fructus quidem ſuos faciat, & eo loco plura in his terminis adfert,idem Gomeſ. d. regula Cancel.De Triennal.poſſeſſ.q.51.citando
446 d.capitulũ,ſi eo tempore,inquit †reſeruationis decretum poſſeſſionẽ diſcolorare,altera adfertur ratio,quia eo ipſo,quod de reſeruatione conſtat, iam notoriè apparet de non iure ſpoliati agentis, quæ ſane exceptio in beneficialibus impedit ſpoliatum reſtitui ca. conſtitutus de filijs presbyter. Nec huic ſententiæ aduerſatur, ſubtile illud fundamentũ Franc. Aret. in l.naturaliter.§.nihil commune col. pen. in fi. de adquir. poſſeſſ. qui contrariam aduerſus relatos,ſententiam proba
447 uit,inquit enim,quod etſi † reſeruatio inficiet titulum annulletq;,non tamen annullare nec extinguere poſſeſſionem. Cum non uideatur bona conſequentia,titulus eſt nullus,ergo & poſſeſſio, quæ ab eo deſcendit,
448 quando ex † actu nullo conſiſtat, adquiraturq; uera poſſeſſio.l.1.§. ſi uir.ff.de adquir. poſſ. Confert,quod docuit Bar. in l. non du
449 bium nu. 26.C.de legib.quando † actus principalis eſt nullus,quæ ab illo pendent, & ſine eo ſtare non poſſunt, ſunt nulla, ſecus ſi ſine illo ſtare poſſunt,hinc uidemus(ait ille) quod cum dominium ex cauſa putatiua poſſit transferri etſi contractus nullus ſit,quanto fortius in poſſeſsione, quæ facilius ipſo
450 dominio adquiritur, immo in ipſis † beneficialibus ſine iure aliquo haberi poſſeſſio poteſt. cap.in literis & capit. item cum quis de reſtit. ſpolia. Nec inquit Aret. is tex.cap. ſi eo tempore,ad rem facit,cum de iis loquaſ,

quæ ad electionem ſequuntur neceſſariò, & ſine quibus electio nulla eſſet, quod hic non contingit. Hæc ſanè argumentatio multorum ingenia exercuit. Ripa enim .d.§. nihil commune nu.82. reſpondet ſed infœliciter, (mea ſententia) Rectius reſpondent Domini de Rota in Deciſio.antiquis. De reſtitut. ſpolia. deciſio.17. quos eſt ſecutus Io.Baptiſta Ferret.conſil.3.nu.18.inquiunt enim ca-
451 ſum † d.l.1.§.ſi uir, eſſe admodum a noſtro diuerſum,nam in.§.ſi uir illud contingit,q͂a maritus donando & cedendo animũ habuit (& ſi contra iura)poſſeſſionem ipſam perdere,quare ſua non intereſt, quod uxori cui donare uolu t adquiratur,uel non,cum nullum ſibi adferratur præiudicium, ex quo ei donare uoluit, nec tertius læditur,cum nullum is ſentiat detrimẽtum, at in caſu noſtro res aliter ſe habet,quia alter poſſeſſor maximum hoc ſentiret incommodum, & per diutinam uacationem eccleſiæ negotia ſuo maximo cum detrimento prorogarentur . nec ab hac declaratione diſſentit Soc. in d. l.1. §. ſi uir nu.10.uerſi.1. quod, dum citando Gemin.in cap.ulti.3.ut lite pend.in.6. declarat.
452 † d.§.ſi uir,non habere locũ,cũ maximi prę iuditij eſt poſſeſſio, & citat Gemini. qui in noſtris his terminis loquitur,Ex eodẽ quoque Soc.d.nu.10.uerſic.2:reſpondetur.altera colligi poteſt reſponſio, dum inquit , quod quando eadem ſubeſt ratio annullandi poſſeſſionis translationem, quæ impediendi cõtractum,a pari ambo procedere. In caſu noſtro una eſt ratio,cum ita non liceat occupare beneficij poſſeſſionem,& fructus ſuos facere,ut nec ipſius beneficij reſeruati proprietatem , ne contra ſuperioris mandatum eccleſiaſtica occupet. Præterea tertio loco ſic reſponderi poteſt , maximam eſſe differentiã inter prophana,& quæ eccleſiæ ſunt: in prophanis ex inutili contractu adquiri poteſt poſſeſsio. d.l.1. §.ſi uir,at in eccleſiaſticis titulus inficit poſſeſsionem,quia poſſeſſorie agens neceſſe habet eam poſſeſsionẽ per titulum iuſtificare , capit. ex frequentibus de inſt.cap.1.de reg. iur. in 6.& infra dicemus , ſic ſenſit in noſtris terminis Bald. in cap. acceptam uerſi. item non poteſt.de reſtitu. ſpolia.& hoc eſt , quod in beneficialibus affirmant doctores,poſſeſsionem reſeruati beneficij ſtare non poſſe,cum ſine iuris adminiculo reperiatur:ſic Rebuff.. d. Praxi. Beneſ.d.tit. De reſerua.num. 40. Romanus

d.conſ. 449. col. ult.uerſic. ſecundum uerò fundamentum. Nec aduerſantur duo illi Canones ab Aret. citati in cap. in literis, & in cap t. item cum quis,quia intelliguntur. Cũ ſimpliciter probatur poſſeſſio, tunc ſufficit, ſecus ſi probetur de non iure poſſidentis, quod ius inficit,& poſſeſſionem annullat,ſic uno uerbo ſentit Soc. d.l.rem quæ nobis nu. 19. circa principium, qui alia nonnulla adfert, ut hanc tueatur ſententiam, quæ apud eum legi poſſunt.

453 Declaratur primo hęc procedere † ſi modo huius reſeruationis exceptio eſt probata,uel probari ſtatim poteſt,alias non,ſic declarat Rota in Deciſi. antiquis in titu. De reſtitu.ſpolia.Deciſio.11. & Aeneas de Falconibus Tract.De reſerua.effectu 47. ſed eſt hac in re animaduertendum,quia ſi uera eſt illorum ſententia, quam defendimus ſuprà in primo remedio. q.21. admitti exceptionem dominij in quouis caſu, cum offeruntur probationes incontinenti , hæc reſeruationis exceptio,proficiet parum,quare cogi tandum erit utrum uera.

454 Declaratur ſecundo † ita demum procedere ſi de reſeruatione per Bullas reſeruationis fiat fides,non ſi per teſtes,etiam ſi in continenti offerantur, ſic declarat Ioan. Baptiſta Ferret.conſil.113.nume.2.& ita intelligo Aeneam de Falconibus.d.Tracta. De reſerua. in. 11. effectu , alias non rectè ſatis ſentiret.

455 Declaratur tertio non procedere † quando is poſſeſſor reſeruati beneficii lite pedente eſſet ſpoliatus ſic Bero.ca.in literis nu.88 in fi.de reſtitut.ſpolia.citat Rotam Deciſio. 56.affert rationem illam,quod reſeruatio afficit beneficium quoad Pontificem reſeruantem, non quoad tertium ſed hac de re latius infrà in ult.remedio dicemus.

Declaratur quarto non procedere,quan-
456 do † reſeruatio ſuper incerto beneficio eſſet facta,ſic poſt Caſſiodo.Deciſio.1.& 2.in tit. De reſt.ſpolia.reſpõdit Ioã.Baptiſta Ferret. conſi.28.nu.5.uerum Caſſado.d. Deciſio. 1. nu.3.inquit maiorem partem Dominorum idem affirmaſſe,quando eſt reſeruatio ſuper incerto,relata ab eo ratione,& quãdo eſt ſola generalis reſeruatio,illã nõ obſtare huic agenti ſpoliato ſcribit Quintilia.Mendoſius in,d.regula.1.Cancellarię De reſeruatio.q. 3.poſt.Ioannem de Selua,quem citat.is tamẽ Mendoſius aliam ſubiicit diſtinctionẽ,quòd aut nihil adhuc eſt probatum ſuper ſpolio, & tunc exceptio etiam generalis reſeruationis obiici poſſit : aut iam eſt probata ſpoliatio,& tunc obiici non poſſit,addo ipſe rationem uideri,quia per calumniam uidetur facere,conferunt, quæ diximus ſuprà de eo, qui petit remiſſorias , ut ſuprà hoc remedio num. 336. 337. & idem Ferret.ubi ſtatim nu.7.ſubdit ex Caſſad. qui ſuprà Deciſ. 3.idem,quando retrotraheretur in præiudicium tertii.

457 Declaratur quinto non procedere † in eo qui pacificè per triennium poſſedit. Sic Gomeſ.d.regula.De Triennal.q.49.col.4.uerſi. non obſtat,quod decretum &c.

458 Quæro.36.utrum † ſpoliatus poſſeſſione beneficii & hoc remedio agẽs, teneatur ſuæ poſſeſſionis titulum iuſtificare:&teneri affirmant crebriore calculo interpretes, ut glo. in cap.in nomine domini, in uerbo.audientia,de decim.in Clem.unica.de cauſ.poſſ. & propr.Rota in Deciſio.nouis.tit.De reſtitu. ſpolia.Deciſ.1.&.2.& in antiquis.eo.tit. Deciſio.20.Caſtren.conſi.254.Ad confirmationem eorum,quæ.col.2.uerſi.ſuper.3.art.lib. 1.in antiquis,non diſſentit Soc.in.l.rem,quę nobis num.17.de adquir.poſſ.Guid. Pa.in q. 85.& ſing.231.Dec.l.ult.nu.19.in fi.C.de ed. diui.adria.tollen.& cõſ.220.col.2. Capicius Neap.Deciſi.6.nu.2.3.Ferretus conſi.28.nu 9.Io.de Selua Tract.De Beneficio.2.parte.q. 25.Ripa.d.§.nihil commune num.71.ibi Zaſius nu.59.Rube.conſi.ult.nu.8.Rebuffus ſuper cõcorda.Regis Franciæ in titu.De annatis.uerſ.7.regula,& in Commentariis Regiarum conſtitu.tomo.3.tit. De cauſis poſſeſſo. Beneficio.art.1.glo.1.nu.1.2.Bardus Senenſis Tract.De Tempore utili.& cuntinuo. ca. 3.nu.13.Quintilia.Mẽdoſius in Regulis Cãcellariæ Iulii tertii in regula prima. De reſeruatio.q.3.Craue.conſil.322.col.2.uerſ.2.
459 conſidero,qui ea ratione utitur,quia † beneficiatus nõ dicitur beneficii dominus,ſed adminiſtratoris loco, diciturque procurator, ut ergo ante omnia conſueuit procurator, mandatum producere.l. ſi quis inficiatus.ff. depoſ.ſic beneficiatus iſte titulum oſtendere debet,alias ſi ſine titulo ſit, intruſus dicitur ca.1.de eo qui mitt.in poſſeſſ.Roma qui ſuprà. & infrà ſuo loco dicemus.

Contra tamen relatã communem ſententiam reſpondit Geminianus conſ.57.colu.3 & conſi.148.nec diſſentiunt Inn.Abb.& Bu-

trius in cap. ex literis & in cap. cum ad ſedē de reſtit. ſpolia. ut refert Socin. d. l. rem quæ nobis nume. 17. ſic Franciſcus de Marchis. q. 197. in fi. inquit non fore neceſſariam tituli probationem, cum lōgo tempore poſſidet, nam longa poſſeſſio uim tituli habet, quod ſtatim ſubijciam, Ripa. d. §. nihil comm. nu. 71. opinatur uerā eſſe eo caſu Geminia. ſententiam, cum ſpoliator, ipſe excipiens de titulo ſpoliati agentis, non oſtendit propriū titulum, nam tunc nec ſpoliatus ipſe ſuum probare debet, ex quo enim is cōuentus ius non habet, ut extraneus dicitur, nec ſua uidetur, intereſſe, ſic ſenſit Io. de Selua. d. Tracta. de benefi. 2. parte. q. 25. nu. 6. ſed non ſatis hæc placent. Geminia. ergo duos diſtinguit caſus Primus eſt, quando ſpoliatore cōſenſo inſtante poſtulatur ſpoliatus titulum oſtendere, ut non teneatur. Secundus eſt quā

460 do † iudex ipſe uult actorem, qui ut ſpoliatus reſtitui petit, oſtendere debere ſuę poſſeſſionis titulum, & tunc teneri ait Geminianus, hic ſecundus caſus, eſt uerus, nec probabilem recipit dubitationem. maius dubium uerſatur in primo, & idem eſt dicendum ex crebriori ſententia relati enim fere omnes interpretes loquuntur indiſtinctè, & una eſt communis ratio, ne ſcilicet detur uitioſus in greſſus, atque quia huic poſſeſſioni aduerſatur iuris præſumptio, cum iure non concedatur ſine titulo beneficialia poſſidere, & Caſſadorus in Deciſ. tit. De cauſa poſſ. & propr. deci. 2. intelligit, quando ſpoliatus ſucceſſit.

Declaratur primo in lite non procedere,

461 quando conſtat † antè litem pacificè poſſediſſe ultra trienniū uel ſucceſſiſſe poſſeſſori pacifico ultra trieniū: ſic declarat poſt alios Caſſadorus in ſuis deciſio. tit. De cauſa poſ. & proprie. Deciſione. 2. adfert ius rationem, quia nō eſt ueriſimile, quod uiſitatores paſſi eſſent eum ſine titulo poſſidere, quod intelligo, quoad ſpoliatorem, quo enim ad ſuperiorem nullo tempore ius adquirit poſſeſſor beneficij, ut titulum non oſtendat. Sic Inno. in ca. tum contingit. col. 7. de præſcrip. Soc. Sen. conſi. 59. col. 2. uerſi. circa quartam lib. 1. Iaſ. l. ſi certis annis col. ult. 7. limita. C. de pactis. Tiraq. Tract. De præſcrip. §. 1. glo. 4. uerſic. ſed huic ſententiæ.

Declaratur ſecundo non procedere quan

462 do † agitur uia attentatorum, ut infra ſuo loco dicemus.

463 Declaratur tertio † & intelligitur ut ſufficiat oſtendere titulum coloratum, & qui ex prima ſui facie uerum appareat, nec enim licet poſtmodum ſpoliatori quidquam in illū obijcere, ſic intelligit Caſtren. d. conſil. 254. d. uerſic. ſuper. 3. art. ſic declarans textum capituli in literis de reſtit. ſpolia. Caſſado. in tit. De reſt. ſpo. dec. 1. in fi. & Rebuff. qui ſupra, & forte nec aliter ſentiūt interpretes relati à Gemi. d. con. 148. col. 2. quo loci declarat ſufficere, poſſeſſ. iuſtificare non ergo exigiť exacta tituli probatio, ſed ſufficit, quod titulus coloratus ſit, qua ratione fit ut ſi titulus eſſet diſcoloratus, & pro non titulo haberetur, non eſſet poſſeſſio iuſtificata, ut ſi

464 de intruſione appareret, nam ſolet † intruſio titulum & poſſeſſionem annullare, Ripa. d. §. nihil commune nu. 71. immo intruſus admiſſus repelli debet ab ipſa poſſeſſione ſic Ferretus conſi. 1. num. 2. conſil. 12. nume. 11. quare intruſus ſpoliatus non reſtituitur Franciſcus de Marchis. q. 197. nu. 3. quo loci affirmat intruſum ideo nō præſcribere, quin fur dicitur, multis autem modis intruſus, quis apparet, ut latiſſime tradūt Rebuffus in Praxi Benefi. in tit. De ſubroga. litiga. in glo. 4. ubi latiſſime ſcribit Fely. ca. in noſtra num. 11. 12. de reſcrip. Bero. cap. in literis nu. 2. de reſtitu. ſpolia. Capicius Deciſione. 6. Pariſ. conſil. 47. num. 40. lib. 4. Rola. à Valle conſ. 46. nume. 43. Cæteris omiſſis ad rem noſtrā illud exemplum adferri poteſt, cū is ſpolia-

465 tus agens uellet ſuum † titulum iuſtificare per ſolam ſignaturam, nam eo ipſo, quod ſolam ſignaturam oſtendit & fatetur ſe perfecte titulum non eſſe aſſecutum, cum uere & proprie, ſaltem quoad uirtutem probatoriā ex ſola ſignatura gratia non dicatur perfecta, ut late deciſiōe ultima, ubi latiſſime Gomeſ. in regula Cancellariæ. De non iudica. ſecundum ſupplicationem. q. 1. Bero. in rub. de conſtitu. col. ultima uerſi. addo ultra, quibus addo Gemini. conſi. 106. col. 3. uerſic. in contrarium probatur: uerum hac in re noſtra illud magis placet, ſignaturam ſufficere ad poſſeſſionem iuſtificandam, ut locus ſit huic recuperandæ remedio, ſic cenſuit Caſſadorus in ſuis deciſio. in titu. de cauſis poſſ. & propr. deciſio. 4. num. 3. & de reſtitu. ſpol. deciſi. ulti. quod ex eo confirmatur, quia ſola ipſa ſignatura ſufficit ad poſſeſſionem beneficij adipiſcendam, & iuſte retinendam, ut ſcribit Rebuffus in Praxi benefi. titul. de ſubroga. litiga. glo. 4. nume. 15. & in titu. qui inſcri-

inſcribitur tertia pars ſignaturæ in uerbo.
datum nu.2.& in titu.de miſſione in poſſeſ-
ſionem nu.39.40.& Caſſadorus de tit.de re
ſtit.ſpoliat.deciſ.ult.nu.3.& ibi num.14.ſub
dit, regulam. de non iudicando ſecundum
tenorem ſupplicationis, intelligi in petito-
rio non in poſſeſſorio, & hanc quoq; ſen-
tentiam probat Gomeſ.d.regula de non iu
dica.ſecundum ſupp.q.5.quo.loci multis re
latis teſtatur ſic Rotam ſeruare Rebuffus
in commenta. Regiarum conſtitut. tomo.
3.titu. De cauſis poſſeſſorijs Beneficiorum
artic.1.glo.1.nu.9.10.affirmat, quod ubi ſi-
gnatura non ſufficit, illam poſſe produci,
pendēte dilatione,& poſt deinde producere-
re Bullam ex Marſil.ſingul.113.Dictum te-
ſtis &c.& quod producta ſignatura peti po
teſt dilatio ad habendam Bullam, quæ ſo-
let concedi, Relata tamen declaratio non
466 procedit, quando ipſi † ſpoliato agenti iu-
ris præſumptio aduerſaretur, tunc enim ne
ceſſe erit iuſtum & legitimum titulum ple-
nè probare, ſic intelligit Crauet.d.conſil.
322.col.2.uerſi.2.cōſidero, ea ratione, quia
is, qui contra ſe iuris præſumptionem ha-
bet dicitur in malafide Alex.conſil.75.col.
pen.uerſi.præterea uidetur indubitanter.li.
4.quem eſt ſecutus, etiam idem Crauet.cō
ſil.258.num.9.uerſic.& maxime. addo eiuſ-
dem ſententiæ Beroum in cap. in literis nu.
87.de reſtit. ſpolia.Ioan.de Selua. Tract. de
Beneficio.2.parte q.25.nu.2.uerſic.2.præ-
miſſa, Capicium deciſione.6.nu.5.Rebuffus
in Praxi Benefi.in tit.De Reſcrip.ad Bene
fi.uaca.nu.22.23.aliqua ſcribit Ripa.d.§. n
hil cōe num.77. multa adferri poſſunt exē
467 pla, illud tantum refero, cum duorum † be-
neficiorum incompatibilium poſſeſſionem
ſpoliatus intendit recuperare, illi enim iu-
468 ris præſumptio aduerſatur, quia † incompa
tibilitas reddit titulum ad non titulum, ut
extrauag.execrabilis, ſic Romā.conſil.499.
col.1.uerſi.3.ad idem, Craue.d.conſi.58.nu.
9.uerſic.& ſimiliter.Corſet.Tract.fallen.ad
regulam quod ſpoliatus reſtitu.ante omnia
fall.16.Iac.Nouellus in Praxi Crimin. titu.
ſpoliatus de facto &c.incip.uulgaris regula
eſt &c.nu.16.uerſi.limita.16.Rota.in deciſi.
nouis in titu.De reſtit.ſpolia.deciſi.3. nu.5.
& in antiquis eo tit.Deciſ.15.Capel.q.464.
Quod autem dictum eſt in poſſeſſione rei
Beneficiariæ, idem dicendum uidetur in
469 quaſi † poſſeſſione iuriſdictionis, quæ ſine
titulo haberi non poteſt ſic Alci. reſponſo.
408.nu.7. ſentit Natta conſi.289.nu.12.li.
2.ſed non animaduertunt Afflictum Neapo
litanum uirum diligentiſſimum in cap.1.§.
illud quoque nu.14.15.16.De prohib. feudi
aliena.per Frider. contrarium firmaſſe, de-
cemque argumentis reſpondiſſe, quę Alcia.
& Nattæ ſententiam cōfirmare uidebātur,
470 nec ignoro † iura quę in beneficialibus lo-
quuntur in feudis procedere ut latè tradit
Deci.conſil.66.& pulchrè ac late Gomeſi.
ſuper regula Cancell.De annali poſſeſſore
in prçfatione, ſed idem in regulā De Trien
nali q.4.eſſe uerum quando materia eſt pro
portionabilis, ut fortè non eſt in caſu no-
ſtro ex traditis ab Afflicto.
471 Quæro.37. an † ſpoliato hoc remedio
agenti in poſſeſſorio rei prophanæ obijci
poſſit dominij exceptio, hanc quæſtionem
ut notabilem, & in Praxi quotidianam poſt
Aegidium Bellame.quem citat, mouet Soc.
in.d.l.rem quę nobis nu.20.de adquir. poſſ.
& tandem una cum ipſo Bellame.diſtinguit
duos caſus Primus eſt, quando obijcitur ex
ceptio dominij ipſius agentis, qua dicemus
conſtare ipſum ſic agentem dominum rei
cuius poſſeſſionem petit non eſſe. hoc caſu
concludunt Bellame.& Soc.obijci non poſ-
472 ſe ea adducti ratiōe, quia † proprietatis ſeu
dominij cauſa, nec ab actore eſt probanda,
nec de ea ante factam poſſeſſionis reſtitu-
tionem diſputandum idem reſpondit Ca-
ſtren.conſi.105.In quęſtione, quę ſperatur
moueri in fi.li.1.in antiquis, afferri ſolet ca
pitulū hoc, reintegranda, qui uix probat, &
melius confert capitulum ultimum.3.q.1.&
capitulū oportet.3.q.2.dum reddit rationē
quia nec nudus, nec inermis ualet ſpoliatus
aduerſus ſpoliaturē reſiſtere, quę ratio non
prodeſſet ſpoliato, ſi ei obijci poſſet domi
nij exceptio, rurſus ſi ſpoliato agenti inter
dicto unde ui obijci non poteſt exceptio,
tanto fortius non debet poſſe obijci in hoc
remedio pinguiori, & utiliori. Sic uno uer-
bo ſenſit præcitato loco Caſtren.
Declaratur primo non procedere, cum
in continenti ſuper deducta dominij exce-
ptione offeruntur probationes, ſic Soci.d.l.
rem quæ nobis nu.20.uerſ.hanc tamen, qua
de re latiſſimè diximus ſupra in primo re
medio.nu.222.ac multis ſequentibus.
473 Declaratur ſecundo non procedere † ſe-
cundū Caſtr.d.conſi.105.in fi.quo.ad dedu-

ctionem , & allegationem ipſius dominij
quam ſaltem is ſpoliatus agẽs facere debet.
Sic enim in libello deducere debet , quod cũ
eſſet,ut dñs in poſſeſſione talis rei ſpoliatus
fuit &c.quod dominium ſatis probatur(in-
quit Caſtren.)probata antiquiori poſſeſſio
474 ne, & inquit ſic probare †.l.ult. C. unde ui,
quod minime uerum arbitror,cum ibi non
ſit actor,qui allegat cauſam dominij, ſed ip
ſe ſpoliator conuentus , qui ut ſe excuſet a
præſumpta mala fide , quod rem uacantem
& ſibi non ſpectantem occupauerit, allegat
longiſſimi temporis præſcriptionem, qua-
re cum actor poſſeſſionem recuperet non
habet neceſſe allegare dominium , ſed tan-
tum ſe poſſeſſorem antiquiorem ſpoliatum
hodie reperiri nec ad rem facit text. capitu
li reintegrãdi ibi poſſeſſiones uel res. Cum
uerbum rei eo loci,non oſtẽdat dominium,
ſed poſſeſſionem rei mobilis & immobilis
minus confert tex.l.ſi quis emptionis. C.de
præſcrip.30. uel.40. anno. cum ne uerbum
quidem de dominio faciat.Quamobrem ue
475 rius arbitror aduerſus † Caſtren. neceſſum
minime fore actori dominij cauſam allega
re,quod ea ratione uerũ apparet, quia hoc
modo Prædo ante omnia non reſtitueretur
contra capitulum in literis de reſtitu. ſpolia
to.nec enim in eo poſſeſſionis antiquioris
probatio ad dominium concluderet, rurſus
hoc caſu innuit.Caſtren.probari dominiũ,
quod eſt falſum, non eſt ergo , quod Pauli
Caſtrenſis conſultationem ſequamur , qui
476 † & ſi ſummo acroq; ingenio præditus fue
rit,ita,ut bonus Iuriſta iure dictus ſit a Iaſ.
in.l.eum qui ita.§.qui ſibi de uerb.ob. & ob
id ſummam Mineruæ arcem in conſulendo
tenuit ut dixit Bar.conſ.10.col.5.lib. 4. fuit
quæ maxime authoritatis,ſecundum Deci-
ſio.conſil.212.attamen facilis nimis prom-
ptusq; erat in reddendis reſponſis, ut ſcrip-
ſit Alex.l.quæ dotis col.4.ſol. ma. & retulit
Neuiz.lib.5.ſyluæ nup.nu.27.
477 Declaratur tertio † ſecundum Rubeum
Alex.conſi.4. nu.12. non procedere in hac
Patria Pedemontium,in qua cum in omni-
bus cauſis procedatur ſola facti ueritate in-
ſpecta,obijci poterit dominij exceptio , &
huius ſententiæ authorem citat Deciſio. in
conſi.449.nu.20.idem cenſuit quod Rubeus
Crauetta conſi.299.col.pen.uerſi.4.reſpon-
deo.Verum dubia eſt admodum,& contra-
riũ quotidie ſeruatur etſi enim in cauſis pro
cedendum eſt ſummarie,intelligitur diſtin-
ctis cauſis & ita in ſingulis , non autem con
ceditur cumulatio contra omnem legis di-
ſpoſitionẽ,quinimo uidemus ẽ cõtra quod
478 eſt fortius † actionum cumulationem alias
permiſſam,prohiberi,cum in cauſis procedi
tur ſummariè & ſi ne figura iudicij,ſic Bald.
in.l.nec quidquã.§. de plano.de off.procõſ.
Aret.in.l.1.§.ſiquis ſimpl.de uerb.obli.& de
clarat Purpur.in.l.edita nu.200.C.de eden-
do,erit tamen cogitãdum quia maxima eſt
authoritas relatorum interpretum , quorũ
ſententia ſi uero eſt neceſſe eſt reſtringere
decretum illud de reſtitu.ſpolia.ad ſolã illã
notoriã ſpoliationem, alias ex diametro
aduerſus illorum ſententiam pugnaret.
479 Secundus eſt caſus,quãdo † ipſemet ſpo-
liator reus conuentus,una cum poſſeſſione,
cui inſiſtit,dominij cauſam allegat,&tunc li
cere hanc dominij exceptionem obijcere,
affirmarunt Bellame.& Soc.præcitatis in lo
cis:nec diſſentit Dec.conſil.191.nu.19.uerſi.
9.etiam & conſi.517.nu.8.& Ripa in cap.ſæ
pe nu.50.de reſtit.ſpolia. quod intelligo de
dominio antiquo ante adeptam poſſeſſio-
nem,per ea quæ ſupra declarauimus . horũ
ſententiam ea ratione probaui ſemper,quia
iam ſupra.q.13.affirmaui ceſſare hoc reme-
dium contra poſſidentem titulo & bonafi-
de,qui cauſam habuit a bonæfidei authore:
quanto fortius in caſu noſtro,ubi adeſt do-
minium antiquum,& poſſeſſio ſine uitio,a-
lias ſecus ubi poſſeſſio eſſet uitioſa,ſic horũ
ſententiam defendi iure poteſt,nã eorũ ar-
gumenta facili negotio diluuntur , ut illud
quo utuntur Aegidius & Soc.quod reus al-
legando poſſeſſionem de præſenti una cum
dominio allegare fortius ius illo agentis,
480 ideoq; illi præferri,argumento † l.3. C.de
Edicto Diui Adr.tollend. &.l. bonafides.ff.
depoſ.ſic enim dilui hoc poteſt d.l.3.in poſ-
ſeſſorio adipiſcendę intelligi,ut ibi declarat
Dec.nu.19.nec habet dubitationem,& illud
poſſeſſorium non tanto priuilegio,quo re-
cuperandæ fruitur,dominij enim exceptio
regulariter,eo in caſu obijcitur , quod non
contingit in recuperare,is uero tex.l.bona-
fides,contrarium potius probat,quia ſi iuris
rigorẽ ſpectamus,qui in depoſito ſolet ſpe-
ctari,non domino, ſed prædoni deponenti,
& poſſeſſori ſit reſtitutio.ut iam alias admo
nui ſupra in primo remedio. q.11 . Secundo
autem loco dicebat Bellame.& Soci . ex eo

conuentum fortius ius habere, quia ſi cade ret a poſſeſſione, rem poſſet uendicare, uel poſſeſſionem recuperare, quod in actore nō contingit, ſed reſponſionem hāc habet, quod etſi quoad dominium fortius ius habeat, non tamen quoad poſſeſſionem, quia antiquior præfertur, nec hic cadit diſputatio dominij, ſed poſſeſſionis tantum, eſt tamen uera hæc ſentētia relata ratione. Quāobrem male Inno. & Butrius a Ripa & Soc. relati contrariam tuentur opinionem, citāt enim text. l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. qui tamen loquitur in poſſeſſore uitioſo, ut animaduertit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 20. uerſi. ſed in contrarium, & ſuo loco ſupra late diximus, qua reſponſione pōt dilui illud Ripę in d. ca. ſæpe nu. 51. dū citat ca. placuit. 15. q. 6. ut idēmet Rui. aiaduertit.

481 Declaratur primo non procedere † ſecūdum Socinum cum ſpoliatus agens allegat poſſeſſionem conuenti reſpectu ſuæ eſſe clādeſtinam iuxta doctrinam Bar. in. l. ſi de eo §. ultimo in fin. de adquirenda poſſeſſione, aliqua in oppoſitum adfert Soci. ac reſpondet, ipſe autem dubiam hāc exiſtimo declarationem, ex ijs, quæ ſupra diximus. q. 24. in prima limitatione.

Declarat ſecundo Socinus non procede-

482 re, † cum conuentus poſſeſſor eſt uitioſus, qui etſi rei propriæ poſſeſſor ſit, non tamen poteſt impedire remedium hoc reintegrandę ſic intelligit Soc. d. l. ſi coloni: hanc declarationem ſatis probat capitulum ultimum in fin. 3. q. 1. ibi, ſi autē uerus dominus bello non continuato &c. Ripa tamen in cap. ſæpe nu. 50. de reſtitutione ſpoliatorum dum loqueretur in terminis illius cap. aliter ſenſit, ſed leui fundamento, perpendit enim uer

483 ba illius † cap. ſæpe, ibi inuadere alienam, ergo ſecus erit ſi inuadet proprium: nā hæc argumentatio eſt a ſenſu contrario, quæ nō admittitur cum illi cap. ultimo. 3. q. 1. aduerſetur, quinimo dum is tex. cap. ſępe appellat alienum non ratione dominij ſed poſſeſſionis intelligit, alia ſuo loco dicemus.

484 Quęro. 38. an † reus conuentus hoc reintegrandę remedio poſſit alterum in iudicio nominare, cuius ſe nomine poſſidere dicat, & iam certum eſt ex crebriori ac ueriori

485 ſententia, ita in iudicio poſſeſſorio, † ut in petitorio licere cōuento in iudicium nominare illum, cuius nomine poſsidet, ſic glo. in. l. 1. §. 1. ff. de tabul. exhib. Barto. l. 2. nume. 11. C. ubi in rem actio. Marian. ſocin. Sen. in cap. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper colum. 10. uerſi. ſeptimo quæro utrum, ut lite non conteſtata poſt Butr. & Abba. ibi num. 50. idem cenſuit Socin. Sen. in. d. l. rem quæ nobis nume. 21. de adquirenda poſſesſione, ſic in conſilio Neapolitano deciſum teſtatur Afflict. Deciſione. 217. & licet alij non nulli aliter ſentiant, quorum rationibus &c. fundamentis Socin. & cæteri rectē ſatis reſpondent. In hoc ergo reintegrandæ remedio huic nominationi locus erit, ſic duo Socin. relati & Afflictus affirmarunt: ea adducū tur ratione, quia & ſi poſſeſſorium hoc iudicium maius cæteris habeat priuilegium nullum tamen eſt. quod hunc caſum, cum is conuentus, nec ſpoliator, nec poſſeſſor ſit, ſic docuit Abbas. d. cap. quoniam frequen-

486 ter. §. quod ſi ſuper nume. 53. & ideo † ſtatutum Papienſe in ciuilibus ſub Rubr. Quod nominans dominum in iudicio non &c. cū loquatur de detentatore & poſſeſſore, intelligitur & in hoc caſu, cum æde ſubſit ratio, & præſertim cum illud ſtatutum non corrigat, ſed idem quod ius commune diſponat, ut ex aliquibus infra palam fiet.

487 Declaratur primo non procedere, † cum is conuentus eſt cum uitio & pro poſſeſſore habetur ut ſi ipſe ſpoliaſſet, uel ab altero ſpoliationem factam ratam habuiſſet, tunc enim non admittitur, cum per fraudem nominare uideatur, ſic declarant Socini, & afflictus præcitatis in locis. ſic intelligo Abbatis doctrinam in cap. ſæpe num. 19. & Ripæ ibidem num. 52. de reſtitutio. ſpoliato. quod intelligitur quoad incommodum conuenti, non quoad alium uerum poſſeſſorem abſentem cuius nomine res poſsidetur cui nullum inferri poteſt præiudicium, non eximit ergo nominatio reum a iudicio ratione iu

488 ris apud eum exiſtentis. & ſi abſentem † non lædat. ſic relati omnes, nec diſſentit Bartol. in. l. 2. numer. 17. C. ubi in rem actio, Socin. Sent. conſil. 18. col. 10. uerſicu. cum ergo libt. 1. Afflictus Deciſio. 126. in

489 fin. quare † ſtatutum Papienſe iam relatum dum non concedit certis caſibus nominationem ipſi nominato, non cenſetur ex eo abſenti illatum præiudicium, quod eſt maximē utile in eo præſertim caſu. cum is nominatus, uel eſt clericus, uel alter qui ſub iudice nominātis conueniri non poteſt. & ſi enim ij compareant, reſpondeant-

que ſe eſſe paratos iudicium ſubire cotam ſuis competentibus iudicibus, ſuaq; non admittatur reſponſio, ſic refragante ſtatuto, nihilominus nullum ſibi adſerri dicitur prę iudicium ſi contra nominantem procedatur. illa conſiderari poteſt ratio, quia conce ditur nominatio ad nominantis cōmodū, is ergo curet nominatum eſſe in iudicio, qui ſi eſſe uoluerit, uel adſuerit ſed minus legitimè, non proderit nominatio nominanti, non tamen nominato oberit, ne ſcilicet nominatus inuitus fori priuilegium amittere cogatur.

490 Declaratur ſecundo non procedere † quā do is conuentus iam reſpondiſſet ſe poſſidere. deinde in litis progreſſu uerum poſſeſſorem nominare uellet, non enim conceditur tunc, quia litem, cui ſe ſe obtulit, defendere debet iuxta. l. qui ſe obtulit de petitio. hered. in. l. is qui ſe obtulit de rei uend. ſic in conſilio Neapolitano deciſum fuiſſe teſtatur Affliẟ.d. Deciſ. 126. qui refert conuentū fuiſſe condemnatum in expenſis, & declaratum ex ea lite, nullum rei domino, & poſſeſſori illatum cenſeri detrimentum, alia quo-

491 q; adſerri poteſt ratio, quia hæc † exceptio dicitur declinatoria: quare ante litem conte ſtatam eſt proponenda, late declarat Maria. Soc. Se. d. cap. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. col. 11. uerſic. ſeptimo principaliter

492 quod eſt declaratum † Papiæ ex relato ſtatuto, ex illis claris uerbis, & dicta nominatio fiat ante litem conteſtatam uel habitam

493 pro conteſtata, † & aliter non ualeat, quæ uerba annullatiua ſunt, & formam important Dec. conſil. 528. num. 11. poſt. Bar. in. l. de his. ff. de tranſ. & alibi ſepæ.

494 Declaratur tertio non procedere † quando coniici poſſet, nominationem per calumniam, & malitiam fieri, & ad euitandum iudicium potius quam alitet ut ſi cōuētus nobilem uel Principem nominaret, qui nō difficilis modo conuentionis, ſed etiam uix alloqui poſſunt, reiicitur enim hoc caſu nominatio, quod clariſſimè ex illo Papienſi ſtatuto eſt declaratum, dum exigit iuramentū, nominationem non fieri per malitiam, ſi tamē erit ſuſpicio, eum nominantem facile iuraturum cogi, poterit probare nominatū eſſe uerum poſſeſſorē, ſic in caſu declarationis noſtræ cenſuit Bal. in. l. 2. col. 3. uerſic. quæritur

495 nūquid. C. ubi in rem actio, ea ratione † quia poſſeſſor nō alieno nomine, ſed proprio poſſidere præſumitur. l. Titia. ff. ſol matr. Inno. in cap. cū olim. de priuileg. & hic nominans dicitur excipere, ſuam ergo probare debet exceptionem. l. in exceptionibus. ff. de ex-

496 cep. quare ſi contingeret caſus ubi † nominans ad iurandum non admitteretur ob ſuę perſonæ defectum, ut quia peierare conſueuerit, uel alia ratione, non tñ erit prohibendus, quin alijs probationibus probare is poſſit, ſe alieno nomine poſſidere, & ſi nō ignotē Bar. in. l. 2 nn. 15. G. ubi in rē actio. & Soc. in. d. §. quod ſi ſuper col. 12. uerſic. 8. principali articulo, alia in oppoſitū adferre uideantur, quæ facili negotio diluuntur, illud nō prætermittā, quod docuit Alber. in. d. l. 2. C.

497 ubi in rē actio & probat Soc. qui ſupra † dicto nominanti eſſe ſtandū ſuo nomine nominantē poſſidere, uel non poſſidere, quę ſolā negatio ſufficit, ut is nominās, de mendacio conuincatur, quam ſane Alber. doct. ipſe intelligo dummodo is nominatus, iureiurādo

498 ſuam firmet reſponſionem, nā & ſi † ſtatuto ſit cautum ſtandū eſſe dicto & aſſertioni alicuius, attamen intelligitur, dummodo is ſuā illam aſſertionem iuramēto comprobet, ſic Bar. in. l. Theopompus num. 7. ff. de dote prę lega. Iaſ. in. l. inſiurandum, quod ex conuentione in prin. nu. 6. de iureiura. & conſil. 147 col. pen. conſil. 200. col. pen. libr. 2. Rui. conſ. 21. n. 1. lib. 2. Craue. tract. de antiq. tempo. 6. particula primæ partis prin. nu. 47. Didacus Couarr. lib. 2. uaria. reſolu. cap. 13. nu. 3. Plotus in. l. ſi quando num. 748. C. unde ui, quod ſanè utile eſt in illius ſtatuti interpretatione.

499 Quæro 39. an hoc reintegrandæ remedio † cōuentus obijcere poſſit exceptionē retentionis ratione impenſarum & melioramentorum, in re factorum: & non poſſe reſpondit ex facto interrogatus Neuiza. conſi. 78. in fi. ſuffultus authoritate Alex. conſil. 154. nu. 4. li. 6. & Cur. Iun. conſi. 165. qui illud ſolū affirmaſſe uidentur, malæfidei poſſeſſorem meliotamentorum cauſa nihil cōſequi poſſe, quod uno uerbo attigi in x. remedio ſupra. q. 1. quo tamen res clarior nūc fiat, cum utiliſſima ſit hæc melioramentorum tractatio, aliquos caſus diſtinguemus.

Primus ergo eſt, cùm iſte conuentus eſt poſſeſſor cū titulo & bonafide & agitur de

500 † melioramentis neceſſarijs, ut ſunt uetera ædificia reficere, aggeres facere, flumina auertere, uites in locum demortuarum ſubſtituere, & ſimilia, quæ enumerātur in l. 1. & 2. & l.

et.l.ipēſæ neceſſarię.ff.de ipēs.i reb.do.factis ubi Bar.idē in.l.pecuniæ in fi.ff.de ali.& cib. lega.tex.in.l.impēſæ in prin.ubi Alcia.& Breche.Turone.de uerbo.ſig.Petrus Luriotus in l.fructus col.4.de re.iur.ij quamplura de neceſſariis impenſis, quibus res melior redditur, adferunt exempla. has ergo impenſas
501 † & meliorationes conſequitur hic poſſeſſor,ſibiq; perſoluēda ſunt,probat tex.l.qua ratione in prin. ff.de adquir. rerum dom.in. §.ſed certe illud,Inſt. de rerum diuis. & affirmant relati interpretes,& latè Tiraq.de retractu conuen.§.7.glo.1.nu.2.& nu.4.Molinæ.in conſuetud.Pariſ. tit.1.§.1.glo.5.num. 75.quod intelligunt omnes in melioramentis,quæ ſunt ad perpetuam rei utilitatē, non ſi colligendorum fructuum cauſa, de his. n. agemus ſtatim,addo nunc Bar.in.l.in fundo. n.6.ff.de rei uend.& Boe.q.44.nu. 7.

1 Extenditur primo procedere in eo,qui ti
502 tulum † ut non iure directi dominij, ſed utilis conſecutus eſt,ut in Emphyteota& uaſallo,nam & emphyteota(ſit de eo agamus prius) has meliorariones emphiteoſi finita ducit,ſic probat tex.l.colonus in prin.ff. locati & uno ore affirmant interpretes in l. ſenatus.§.Marcellus de leg.1.in.l.2.ubi Iaſ.num. 27.C.de iure emph.in authen.qui rem in fi. C.de ſacros.eccleſ. Dec.conſil.439.& conſi. 518.Iaſ.conſ.185.col.1.li.2. Molinæ.d. gloſ.
503 5.nume.75.qui deinde declarat quādo † emphiteoſis eſt finita ob cōmiſſum delictū ab emphiteota. addo Barb.conſ.63. col. pen. lib.1.Rui.conſ.24.nu.10.lib.1.Tiraq.tract.de retractu conuentio.§.7.glo.1.nu.6.niſi meliorationes excedant rationes, & quas non tenebatur facere ex lege & natura contra-
504 ctus,ſic Molinæ.d.glo.5.nu.77.† uel ſi pacto eſſet conuentū,ut extincta emphyteoſi tpe alia uè cauſa, liberè domino relinquerentur ſic Bal.in.l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſ. eccleſ.Iaſ.d.l.2.nu.28.C.de iure emphyteo.Pariſ.con.33.nu.55.l.b.1.& conſil.28.nu.1.lib. 3.Rola.a Valle conſ.28.num.15.16.Caſtren. conſ.268.uiſo ſupra ſcripto.col.pen.lib.2.in nouis idem dicit de colono qui leui,penſionem conduxit,in feudatario ſeu uaſallo,idē cenſent omnes ex claro tex.cap.1. §.ſi uaſallus,in tit.hic finit lex.deinde incip.cōſuetud. reg.ubi Bal.Alua.Iſer.& Afflict.Molinæ. qui ſupra & Iaſ.d.l.2.num.28.uerſi. quid autē ſit C.de Iure emphyteo.Pariſ.conſ.2.n.51.cōſ. 4.nu.40.lib.1.& in conſ.28.nu.4.conſ.55.nu. 23.lib.3.conſil.28.num.4.cōſil.55.num.23. lib.3. Cur.Iun. conſil.165.col.1.Rui.conſil. 14.col.1.conſil.24.nu.10. lib.1. & quomodo
505 † hæc ſint æſtimanda & quando, in his terminis Iulius Clarus lib. 4. ſententia. Iuris.§.
506 feudum.q.88. & tranſire † etiā ad fœminas quæ non ſuccedunt regulariter in feudo reſpondit Rola.a Valle conſil.28.nu.30.32.li.1.

507. Extenditur ſecundo procedere, † etiam in eo,qui ſcit rem eſſe reſtitutioni ex cauſa fideicommiſſi ſuppoſitam,is enim neceſſaria hæc melioramenta deducit, ſic clarè affirmauit Bello.conſil.65.num.12.& Molinæ.d. gloſa.5.nu.75.adductus generali fundamento ſupra relato,& ea ratione,quia non patitur æquitas,naturalis ue ratio,aliquem cum alterius iactura locupletari,quam ſanè ſententiam aduerſus cæteros omnes una cum Molineo probo , eaque ratione confirmo, quia ſi prædo & malæfidei poſſeſſor has meliorationes deducit.l.plane,de petiti. hered. l.domū.C.de rei uend.& infra dicemus. quāto fortius hic dominus,qui ſcit rem quandoq; eſſe alteri reſtituendam, im̃o hac de re eſt clarus tex.in.l.domos, ubi omnes de leg. 1.& ideo glo.ſing.in.l. emptor in uerbo ſuperfluum in fi. de rei uend.negat fructus interim perceptos compenſari,quā. gloſ. ſingularem dicunt omnes ut Franc.Crem.ſing. 105.latè Tiraq.de retractu conuen.§.7. glo. 1.nu.4.& i.l.ſi unquam in uerbo Reuertatur. num.289.C.de reu.don.Boe.q.44.n.19.Cur Iun.conſil.6.in fi.Rola.a Valle conſ. 28.n.17. lib.1.Rui.conſ.165.in fi.lib.4.nec aduerſatur
508 tex.l.ult.§.emptor.C.communia de fideico. quia ut rectè animaduertit Molinæ. d. gloſ. 5.76. loquitur quoad uenditorem & emptorem, ut emptor non poſſit a uenditorę illa conſequi,non negat tamen quin conſeq; poſſit ab eo cui reſtituenda res eſt,alioqui is,cū iactura aliena(ut iam diximus)locupletaretur,ſi autem is emptor ignoraret rem reſtitutioni ſuppoſitam etiam contra ipſum uenditorē, deduceret melioramenta, quando quidē is. §.emptor. in ea emptoris ſcientia ſeſe firmat,quare ſcientiā ipſam probauit uenditor,ut eo loci Aduocatos inſtruit Ang. quē ſecuti ſunt cæteri,ut refert Dec.cōſ.236.n.7
509 Extēditur tertio procedere † in melioramētis non ab ipſo poſſeſſore, ſed ab amico, poſſeſſoris contemplatione factis,nā & illos deducit ſic Molin.d.glo.5.n.87.uerſ.amplio quarto,ex tex.l.idēq; in fi.&.l.ſequ.ff.mād.

l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.ff.de uulga.&
510 quibus illa ſumitur communis iuris† regula
a me factum dici, quod mei cõtemplatione
ab amico eſt factũ,& plura ibi ſcribũt Alex.
& Iaſ.alia apud Zaſium li.2.ſing.intellectuũ
cap.9.& Rola.a Valle conſ.10.nu.9.10. li.1.

511 Extenditur quarto etiam ſi † impẽſæ ipſæ
ſeu melioramenta neceſſaria perierint.l.ſed
an ultro.§.1.ff.de nego.geſtis.l. ſi neceſſari-
as,de pigno.actio.late Tiraq.quem ſtatim ci
tabimus num.10.quæ ſentẽtia a fortiori ue
ra eſt ſi quam ſubiicio uera eſt extenſio.

512 Extenditur quinto etiam ſi † res perem-
pta,ſit in qua factę ſunt meliorationes,nã &
tũc illa conſequi poterit,ſic declarat Bar.in.
l.in,fundo. nu. 6. in fi.de rei uend. & aliqua
ſcribit Tiraq.de retractu conuẽtio.§.7.glo.
1.nu.10.in fi.probant relata iura in præcedẽ
ti extenſione,& tex.l.qui exceptionem.§. ſi
pars.ff.de cõdict.indeb.& ſi Bar.diſtinguat in
ter actionem rei uendicationis & petitionis
hereditatis,ut uno caſu concedatur actio,al
tero uero ſola retẽtio, ſed abſolute detrahi
cenſuerũt interpretes in.l.Domos.ibi Alex.
num.1.& Iaſ.de leg.1.adducti omnes eo tex
tu,& ex.l.& in totum.ff.de impens. in rebus
dota.factis,et Rui.conſ.14.num.3.lib.1.cõſ.
117.col.1.lib.3. Boe.q. 44.quos eſt ſecutus,
Rola.a Valle conſ.28.nu.18.uerſ.quo uero
lib.1.hic tamen caſus in melioramentorum
ęſtimatiõe a cęteris differre uidetur,ut rela
ti interpretes affirmant.& infra ſuo loco di
cemus, intelligo tamen niſi res culpa poſſeſ-
ſoris perierit.l.ſiue hereditaria.ff.de neg.ge
ſtis,tunc nihil conſequitur,poſſeſſor.

Extenditur ſexto etiã in eo, qui minoris
fundũ poſſidet.l.intra utile.§.ultimo de mi-
no.Cur Iun.conſil.6.in fi.Tiraquel.de retra
ctu.conuentio.§.7.glo.1.num.7.

513 Declaratur primo hic caſus † non habere
locum in his melioramẽtis& expenſis neceſ
ſariis,quæ fiunt cauſa colligendorũ fructuũ
nõ enim hæc deducit,ſic probat tex.l.diuor
tio.§.impendia.ff.ſolu.matr.l.3.in fi.ff.de im
pens.in rebus dota.facti omnes in.l.impẽſæ.
de uerbo.ſig.ibi Alcia.& Brech.Turone.nu.
3 Lorio.in.l.fructus de reg.Iur. in uerbo ne
ceſſarie,una enim cũ fructibus imputantur,
quod intelligo cum fructus percipit, ſecus ſi
nullos adhuc ex.l. quod ſi ſumptus de peti-
tio.hered.& infra alia adferemus.q.ſeq.

514 Secundus eſt caſus † in malæfidei poſſeſſo
re an & is deducat melioramẽta neceſſaria,
& deducere probat.l.domũ in fi. ubi omnes
C.de rei uend.Alcia.in.l.impenſæ. nu. 3. nec
eſt diſtinguendum,an ſint facta melioramẽ-
ta in faciẽdo,uel in reficiendo, ſemper enim
deducit, ſeu illorum æſtimationem cõſequi
tur,ſic Bar.in.l.in fundo n.11.de rei uẽd. ubi
ſatis probabilem reddit rationẽ,nec ab hac
ſententia diſſentiunt cæteri,ut Lorio.d.l.fru
ctus & Eguina.Baro in.§.ex diuerſo Inſt. de
rerum diuis.quamobrem clare a fortiori in
telligimus poſſeſſorem bonæfidei ſine titu-
lo, uel e contra malefidei poſſeſſorem cum
titulo,hæc melioramenta deducere,nec ad-
515 uerſatur tex. †.l.1. C. de infan.expoſ.quem
male intelligunt glo.Bal.Saly.loqui in fure,
textum,uero.l.domum,loqui in ſolo malefi
dei poſſeſſore,quod abſurdum uidetur,cum
nulla ſit differentia.an quis iniuſte aliena in
uadat,uel detineat cap.ſæpe in fi.de reſtitu.
ſpolia.quinimo.is tex.l.domum,clare loqui
tur in eo,qui per iniuriam occupauit,quare
Saly.in.d.l.domum col.4.uerſ.oppo.2.intel-
ligit.d.l.1.C. de infan.expoſ.loqui de expen
ſis factis rõne alimentorum,quæ & neceſſa-
riæ dicantur.l.pen.uerſic. omnia enim hæc
ff.de impen.in rebus do.factis,non tamen re
petuntur,uerum non affert Saly. diuerſitatis
rationem,ipſe autem non multum a Barto-
li ſententia & aliorum recedens , intellige-
rem caſum l. domum a caſu. l.1. C. de infa.
expoſ.&.l.ex argento.ff.de cond.fur.quę cõ
516 cordant,ex eo differre, quod † l.domum,lo
quatur in occupatore ſine ui rei immobilis,
cuius delictum minus eſt quàm,delictum fu
ris occupantis mobilia,in quo fure loqũtur.
d.l.ex argento, & d.l.1. delicti maioritas ex
pœnæ impoſitione commenſuratur nam oc
cupator,cum uim non commiſit ,rem tan-
tum reſtituit , cum tamen fur , uel ad du-
plum,uel quadruplum teneatur.§.manifeſti,
Inſt. de actio.nec enim poteſt occupator rẽ
ita contrectare,ut fur.erit tamen cogitandũ
& ad cap.ſæpe in fi.reſponderi poteſt intelli
gi,ut uerba ſonant in interiori foro,quoad,
animæ periculum,nõ in exteriori, ex pœnis
a lege ciuili indictis.

517 Tertius eſt caſus† in poſſeſſore bonæfidei
& cum titulo,quoad impenſas ſeu meliora-
tiones utiles, quas, ut uno uerbo concludit
Bart.in d.l.in fundo.num.7.de rei uenditio-
ne,hic poſſeſſor deducit, cum per diuerſam
materiam factæ ſunt,ut cũ domus ędificatur
in fundo,uel quid ſimile,quod per plumba-

518 tionem fieri dicitur, & † eſt plumbare con-
glutinare unum alteri ex diuerſa re.l.in rē.
§.item quæcunque de rei uendicatione, &
apud Plinium ſæpe legitur in hac ſignifica-
tione uerbum hoc,ut lib.10.cap.33.ſic pro-
bat.d.l.in fundo de rei uēdicatione,& l.do-
mum.C.de rei uēdicatione, ſumpto argumē
to a ſenſu contrario, in. Lucilium.ff.de im-
penſ.in reb.do.factis,quam ſtatim declarabi
mus,cum Bar. tranſeunt omnes, ibi & idem
cenſuit Lori. in d.l. fructus col.6.uerſic.Im-
penſæ utiles,de reg.iur.Bell.conſil.65.num.
13.Boe.q.44.num.7.

519 Extenditur Primo procedere † etiam in
impenſis ſeu melioramentis utilibus factis
cauſa colligendorum fructuum,cum fructus
aliqui non ſunt collecti,ex.l.prætor.§.&ipſi
itaque.ff.de bonis autho.iud.poſſid. l. quod
ſi ſumptus.ff.de peti.hered.alias enim ſi fru-
ctus percepit,cum illis fit compenſatio.l.ſi a
domino.§.ult.ff.de petitio.hered. Lorio.qui
ſupra Zaſius.l.diuortio.§.impendia.num.7.
ff.ſoluto matrimonio.

520 Extenditur ſecūdo etiam ſi res † meliora
ta perempta ſit.ſic Bart.d.l.in fundo num.8.
Tiraquellus de retractu conuētio.§.7.glo.1.
num.10.in fin.quod intelligunt abſolute:ue-
rum in petitione hereditatis ex.l.planè.ff.de
petitio.hered.in rei uendicatione uero non
521 ex † l.utiq;.ff.de rei uendicatione,quod mini
me uerū arbitror an rei uēdicatione,cum is
tex.l.utiq; loquatur ratione moræ cōmiſſæ
ex lege immediate præcedenti, quæ mora ſi
ceſſat ,illas expēſas deducit poſſeſſor,quare
quod dicitur ſententiā ibi ferri,intelligitur,
ut cognoſcatur,an præcedente mora perem
pta ſit res uel non:nam ſi mora præcederet
iniquum eſſet,ut rei dominus,non modo re
ipſa carere debeat, uerum ut etiam impen-
ſas perſoluat quam declarationem ſenſit cla
rè tex.l.ſine hereditaria.ff.de negotijs geſtis
& ſi is text. in impenſis neceſſarijs loquatur,
(ut iam admonui,)& quod de re ipſa dictum
eſt,idem eſt dicendum de ipſiſmet impenſis,
ex his quæ ſupra retulimus.

522 Extenditur tertio in eo qui † cum titulo,
& bonafide fundum minoris poſſidet.l.intra
§.ultimo ubi glo.de mino.& ſupra retulimus
paulo ante num.513.

523 Declaratur primo non procedere, † quan
do rei dominus ita pauper eſſet, ut impenſas
illas minime perſoluere poſſet , ſic Bart.d.l.
in fundo.nume.8.in fine de rei uendicatione
ex illo textu,ibi,finge pauperem,in l. ſi in.l.
ſed an ultro.§.1.de negotijs geſtis in.l. ſi ſer
uos.ff.de pigno.actio.l. utilium in fi.de im-
penſis in rebus dotalibus factis,nec enim di
citur cogitatum,ut tātum impenderetur ſic
egregie Bald. conſi.372. caſus, uir fundum
lib.3. Crauet.conſil.3.nume. 19. & alia plu-
ra retulit Tiraquellus de retractu cōuentio.
d.§. 7. gl. 1.num.5.eiuſdem ſententiæ addo
Loriotum d.l.fructus.colum.6.uerſic. Impē
ſæ utiles.Ne tamen is dominus uerus, cum
huius poſſeſſoris iactura locupletetur † retē 524
tione,ſeu detractione.d.melioramentorum
uti poterit d.l.in fundo uerſic. finge paupe-
rem,Loriotus d.l.fructus colum.6.uerſic.im
penſæ utiles,aliqua in hanc ſentētiam ſcrip
ſit Zaſius.in l.diuortio.§.impendia.num.6.q.
Soluto matrimonio.

525 Declaratur ſecundo non procedere † ſe-
cundum Bartolum in. d. l.in fundo nume.8.
uerſic.quandoq;,in melioramentis ex eadē
materia factis,hoc eſt,inquit ille,per ferru-
526 minationem,eſt enim † ferruminare conglu
tinare unum alteri ex eadem materia.l.quid
quid de adquirendo rerum dominio , & ex
ferruminatione confuſio fit. l. in rem actio.
§.item quæcunque. ff. de rei uendicatione,
& huius uerbi ferrumino frequens eſt uſus
apud Plinium ut in lib.27.cap.4. lib.35. cap.
15.& lib.36.ca.28.& idem cum Bartolo ſen
ſit Caſtren.conſil.268.Viſo ſupraſcripto pū
cto colum.3.uerſic.ſi uero meliorame.lib.2.
in nouis: exemplum adfert Bar.cum fundo
plantatur arbor, quæ radices egit , uel cum
pueri ingeniū,uel doctrina,uel aliquo exer-
citio eſt excultū,hoc ergo caſu inquit Bart.
nulla eſt melioramentorum , ſeu impenſarū
527 detractio ex.l.† ſi poſteaquam fundi poſſeſ-
ſor de rei uendicatione,qui tamen text.ue-
rius in malæfidei poſſeſſore , ut ibi anima-
duertit gloſa,intelligi poteſt, ut etiam ſatis
oſtendunt præcedentia iura nam bonæfidei
poſſeſſor,generaliter omnem impenſam de
trahit.l.prætor.§.generaliter de bonis auth.
iud.poſſid.& clare probat a fortiori text.in
l.quod ſi ſumptus.ff.de petitio.hered.qui de
agro culto,ſtercorato, uel conſitis adapta-
tiſq; uineis intelligi poteſt,quæ omnia colli
gendorum fructuum cauſa fiunt, ſic Mari-
tus,qui bonafide ideſt, cum uoluntate mu-
lieris, utiles fecit impenſas , illas deducit.
528 Nec refragatur † text.l.ſine autem.§.ultimo
ff.de rei uend.quem Bart.d.l.in fundo num.

8.intelligit,ut differentiam conſtituat inter
has impenſas,quæ ex re deduci nõ poſſunt,
ut cum ſeruus didicit Impenſis poſſeſſoris e-
xercitium,& illas impenſas, quę ex re poſ-
ſunt detrahi,quia concedo eſſe differentiam
in deductione facienda, nam hæc ex re de-
duci non poſſunt,quia inſeparabilia ſunt,nõ
tamẽ illa in totum is poſſeſſor amittit,quia
conſequitur æſtimationem, ſi illam ante re
ſtitutionem petat.l.aut ſi ante.ff.de rei uen-
dicatione quæ continuatiuè ponitur ad. d.l.
ſinautem.§.ultimo. Rurſus noſtra hæc ad-
uerſus Bartolum ſententia, ſatis probatur
in.l.1.C.de infan. expoſ.& in l.ex argẽto.ff.
comodatis ubi harum impenſarum utilium
æſtimationem is poſſeſſor conſequitur, niſi
furto ſeruum illum is ſubtraxerit, immò a
fortiori in ſolo detentatore procedit noſtra
529 hæc ſententia ut † in colono,qui inſcio do-
mino uineas plantauit,eſt ſing.tex.in.l.colo
nus in prin.ff.locati quem ſingularem appel
lat in hac re Tiraquel.de retractu conuentio.
§.7.glo.1.nume.16.

530 Quartus eſt caſus † in hoc poſſeſſore bo-
næ fidei & cũ titulo, quoad meliorationes
ſeu impenſas uoluptarias,quas is nõ per mo
dum æſtimationis, per abraſionẽ tantum de
ducit ſic probat. l. in fundo.§.cenſuimus de
rei uendicatione ,ibi Bartol.num.10.text. in
l.pro uoluptarijs.ff.de impenſ. in reb.do.fa-
ctis, quam ſententiam affirmant omnes Lo-
riotus in.d.l.fructus colum.7.uerſic.uolupta
riæ Alcia.d.l. impenſæ num.9. de uerborum
ſignificatione,probat.l.3.§.proinde. ff.de in
rem uerſo Sylua.conſil.49.num.73. in fi li.1.

531 Declaratur Primo non procedere † cum
dominus offert illarum impenſarum æſtima
tionem &ſolutionem,ſic probant.d.l.in fun
do.§.cenſuimus & d.l.pro uoluptarijs, tunc
enim poſſeſſori non conceditur abraſio, ſed
conſequi illã æſtimationem debet: eſt enim
hominum malitijs obſiſtendum, qui abradẽ
do tollendoue has meliorationes nullum ſi
bi commodum, ſed maximũ detrimentum
domino adferunt, ſic omnes affirmant ibi
Bal. in fi. qui intelligit de utilibus, ut tradit
& Marſil.ſing.410.ut non poſſit tollere eti-
am ſi eſſet ita conuentum.

532 Declaratur ſecundo non procedere † quã
do rei dominus has impenſas alias fuiſſet fa
cturus,tunc eo etiam inuito ſoluẽda eſt poſ
ſeſſori æſtimatio.d.l.in fundo,nam ſua uolũ
tate quodammodo factæ dicuntur.quare ut
utiles habentur, ſoluique æſtimatio debet.
d.l.3.§.proinde.ff. de in rem uerſo Bartolus.
dicto numero.10.

533 Declaratur tertio non procedere † quan
do hæc impenſa ſit in re promercali , hoc
eſt quam uendere deſtinauit dominus: tunc
enim hæ impenſæ utiles cenſetur , & ob id
earum æſtimationem ſoluit dominus.d.l.in
fundo in fi. de rei uendicatione & ibi Bart.
nume.10.& text.l. quod ſi ex.ff. de impenſ.
534 in reb.dot.factis, quæ de rebus † promerca
libus meminit & intelligit Alcia.poſt Bapti
ſtam Pium lib.1.prætermiſſo. in uerbo pro
mercalis, eſſe res quas præter uſum uenales
habet paterfamilias quod Budæo ante eos
placuit in annotatio.Pandect.ſic apud Gel-
lium legimus lib.4.noct.Atti.cap.2.in fi. Ex
ijs autem quę promercalia & uſuaria in lo
cis iiſdem eſſent, ea ſola penoris putat,quę
ſint uſui annuo.& Sueto.in Iulio Cæſa.cap.
54.Terniſque millibus nummum in libras
promercale per Italiam prouinciaſque di-
uenderet,quam ſententiam & Cœlio Ro-
dig. placuiſſe aliquando obſeruauimus li-
bro.28. lectionum Antiquarum capitulo.
20.in fine.

535 Declaratur quarto non procedere † in
impenſis his uoluparijs factis in re dotali,
quæ abradi non poſſunt ſine maximo rei
dotalis incommodo,& cum modica utilita
te detrahentis,nam etſi conſenſerit ipſa mu
lier,non tamẽ,nec abradere poteſt illa poſ-
ſeſſor,nec æſtimationem conſequi, ſic intel
ligo textum.l.pro uoluptariis, cum.l.in uo-
luptariis .ff.de impenſ.in reb.do.factis,& te
xtum.l.unicæ. §. quod ſi uoluptariæ. C.de
rei uxo.actio.rationem illam eſſe arbitror
quia nullus in hoc dicitur eſſe mulieris con
ſenſus , cum imperita ſit ſimplex & ignara
in auth.de incæſtis nup.in pr.n . & plura a-
pud Tiraquellum de legibus connubial. le-
ge.9.num.40.Grammaticum Deciſione.76.
num.10.Neuizanum lib.1.Syl.nup. nume.9.
& alibi ſæpe.

536 Declaratur quinto † in rebus minoris.l.
ſi fine.§. interpoſito de adminiſtratione tu-
torum,ubi ſic diſtinguitur ut ſupra in mulie
re,probat text.in cap.1.de in integrum reſti
tutione Cur.Iunior.conſ.6.in fi.

537 Quintus eſt caſus principalis in † poſſeſ-
ſeſſore malæfidei & ſine titulo , quoad me
liorationes neceſſarias quas is deducit.l.Do
mum.C.de rei uendicatione.l plane de peti

tio hered.Bartol.d.l.infundo.nu.11.ff.de rei uendicatione omnes in d.l.Domum , Alcia. in.d.l.impenſæ.num.8.de uerborum ſignificatione Loriotus.d.l.fructus colum.6. & alia attulit Molinæ. d.glo.. 5. num.75.illa eſt ratio,quia huic imputaretur ſi hoc non faceret,ſic Bart.qui ſupra.

538 Declaratur primo nō procedere † in fure ex tex.l.1.C.de infant.expoſ.& in.l. ex argento.ff.de cōd.fur. is enim nullas deducit, ut iam alias ſupra admonui,an autem in foro animæ hoc concedatur doctè ac pulchre explicanit uir doctiſſimus Didacus Couarr. in cap. peccatum in.2.parte.§.6. de regulis iuris in.6.quare admonuit Martinus Laud. Tractat.de Caſtella.q.13.ut animaduertant Caſtellani ne in Caſtro a ſe per uim occupato aliquid impendant , quia reſtituto caſtro impenſas deducere non poterit, adductus ex tex.d.l.ex argento.

539 Declaratur ſecundo non procedere, † cū res non eſt effecta melior, isq; rei dominus non efficitur locupletior , ut probat.l.plane in fin.ff.de petitio.hered. & in.l.ſi pupilli.§. ſed & ſi quis negotia in fin.de negotijs geſtis,habentur enim hæc , ac ſi factæ non eſſent,quare ceſſat omnis æquitas.

540 Sextus eſt caſus † in hoc poſſeſſore malæ fidei.quoad impenſas utiles quas is regulariter non deducit,ut probat.l.Domnm in fi. C.de rei uendicatione , quæ dum concedit detractionem melioramētorum, negat per æſtimationem eſſe concedendam deductionem, ſic regulam firmauit Loriotus in.d.l. fructns colum.6.uerſic.Impenſæ utiles de regulis iuris,quidquid dixerit Bartolus.d.l. in fundo nu.11.

541 Declaratur primo nō procedere † quoad detractionem,quam facere is poteſt.d.l. domum in fine, & probat.l.2.in fin.eodem titulo C.de rei uēdicatione &.l.habitator.ff.eo Loriotus qui ſupra, Nec aduerſatur.§.ex diuerſo Inſtit.de rerum diuiſionib. quia intelligit ex rigore,Molinæus,qui ſupra nu. 89.

542 Declaratur ſecundo † cum res ipſa perijt tunc enim nec detractionem nec deductionem conſequitur.d.l.plane de petitio.hered. Alcia.d.l.impenſæ nu.6.

Illis autē caſibus quibus conceditur huic poſſeſſori malæfidei deductio ipſa,an id fiat
543 † officio iudicis, uel per doli exceptionem diſputat Bart.in.d.l.plane de petitio.hered. & magis mihi ſemper placuit ſententia Molinæi.d.gloſ.5.num.87.88.cum ſubſequentibus,quo loci probat Martini antiqui gloſatoris ſententiam aduerſus cæteros, & recte ſubtiliterque eſt plura iura interprætatus, & ſi Eguignarius Baro.in.d.§.ex diuerſo.Inſtit. de rerum diuiſionib.differentiam conſtituere uideatur, inter bonęfidei & ſtricti iuris iudicia ut apud eum.

544 Septimus eſt caſus † in hoc malæfidei poſſeſſore quoad impenſas uoluptarias,quas is regulariter non deducit non enim in re aliena ſuperuacuas impenſas facere poteſt.l.utiles in fin.ff.de petitio.hered. ſic regulam cōſtituere uidetur Loriotus.d.l.fructus col.7. uerſ.uoluptarię,qui rectè a Bar.in.d.l.in fundo.nu.11.in fi.diſſentit.

545 Declaratur primo non procedere † cum detrahi poſſunt ſine detrimento rei cui adpoſitæ ſunt.d.l.utiles in fi. nam cum facilis ſit ſeparatio,nō uidetur uelle donare,quod ſecus,in inſeparabilibus,Alcia.d.l.impenſæ. nu.9.de uerbo.ſig.& ſentit Loriotus,qui tamen Alci. aduerſari uidetur,ſimile eſt quod ſupra diximus de muliere & minore.

446 Octauus eſt caſus † in poſſeſſore bonæfidei a principio,& expoſt malæfidei,qui deducit,ut bonæfidei , quæ eo tempore ab eo facta ſunt & econtra iuxta diſtinctionem ſupra relatam in ſingulis caſibus,ſic Bar.d.l.in fundo nu.12.in his enim ſingulis momenta ſpectamus.l.qui bonafide.in prin.uerſ.quæſtio in eo eſt.ff. de adquiren. rerum dom.

547 Nonus eſt † caſus in eo quia principio fuit,malæfidei & deinde effectus eſt bonęfidei,quo in caſu Bar.d.l.in fundo.nu.13.relinquit cogitandum,inquit tamen conferre textum.l.2.poſt principi . quis ordo in bono. poſſ.ſerue.ipſe autem dicerem,idem eſſe qđ in caſu præcedenti,ut impenſas factas tempore malæfidei eam habeant determinationē,quę ſupra diximus,in malæfidei poſſeſſore,cuius animus ſemper ſpectatur,quæ uero factæ ſunt tempore bonæfidei , idē quod in cęteris,caſibus ſit ſupra relatis,ſingula enim momenta ſpectantur.d.l.qui bonafide.

548 Decimus eſt † caſus (a nemine hactenus ut uidi ꝓpoſitus)in poſſeſſore,nec bonę nec
549 malęfidei,quale eſt in eo † qui dubitat,is.n. nec bonā,nec malā fidē habet,glo.l.1.C.de adquir.poſſ.glo.l.2.ff.pro ſaluto,& in.l.3.§. expluribus.ff.de adqur.poſſ.ubi Iaſ.num.8. cōmunem teſtantur Balb.tract.præſcrip. ſecunda particula.3.partis princip.q.2.in fi.et

q.3.Fely.in cap.ultimo nu.9.de præſcriptio.
late Dida.in cap.poſſeſſor ſecunda parte.§.
7.num.3.& in hoc idem ipſe concluderem,
quod,cõcluditur in caſibus ſupra relatis, ut
illas meliorationes & impenſas tamquam
bonæfidei poſſeſſor deducat,quæ ante dubi
tationem,uel poſt,fecit,illas autem quas fe
cit tempore dubitationis deducat, ut is ma
læfidei poſſeſſor deducit, ea in hanc ſenten
tiam adducor ratione, quod hic dubitans,
habetur potius ut poſſeſſor malæfidei, quã
bonæ,hoc ex eo demonſtratur, quod non
poteſt incipere præſcribere,ut relati omnes
affirmant, quod poſſet ubi ad bonamfidem
potius inclinaret. præterea in caſu noſtro
ſuæ negligentiæ & culpæ eſſet adſcribendũ,
quod in rem, quam alterius eſſe ambigit,
impendere uoluerit.

550 Vndecimus † caſus eſt in ſolo detentato
re,ut in colono cõmodatario, & ſimilibus,
ij,quoad expenſas & meliorationes neceſ-
ſarias,habent deductionem.l.colonus, de ui
& ui arm.in.l.in rebus.§. poſſunt.ff.comod.

551 Extenditur procedere† etiam in colono,
qui ob non ſolutam penſionem expelli po
teſt a poſſeſione,adhuc enim deducit melio
ramẽta.l.dominus horreorum.§.1. ubi Bar.
ff.loca.Alcia.reſponſo.20.nu.8. & non mo-
do exceptionem ſed & actionem habet Ca
ſtren.conſi.268.de quo infra col.3.uer. ſed
in contrarium citat.d.l. dominus horreorũ.
§.1.ibi dum ſubdit colonum,qui paruo con
duxit,perdere ipſa melioramenta, ſi ob nõ
ſolutam penſionem expellitur.

552 Declaratur,non † procedere quoad mo
dicas impenſas.d.§.poſſunt,& in.l.omnino.
ff.de impen.in rebus do.factis. Caſtren.con
ſil.268.uiſo puncto ſupraſcripto.col.3.uerſ.
ſi uero parua li.2.in nouis Zaſius in l.Diuor
tio.§.impendia nu.9.ſolu.matr.

553 Declaratur ſecundo non procedere † ſi
meliorationes & impenſæ aſcenderent ad
maximam ſummam, ita ut non poſſet eas
dominus commode ſoluere, nam tunc nec
neceſſario, nec utiliter factum uidetur, ſic
in his terminis Bal.conſil.116. Columbinus
col.2. uer.ex pmiſſis apparet lib.1.quẽ ſecu
tus fuit Tiraqu.de retractu conuentio.§.7.
glo.1.nume.5.circa med. ſentit Caſtren.d.
conſil.298.col.3.uerſic.& ſic e conuerſo, &
alia retuli ſupra ubi & Bald.citaui conſilio
372.lib.3.& Crauet.conſil.3.nu.19. & ſi lo-
quantur in marito, Zaſius. d.§. impendia,
numero.6.9.

554 Duodecimus † eſt caſus in eodem deten-
tore,quoad meliorationes utiles, ut idem
ſit dicendum,ut in caſu præcedenti.d.l.in re
bus.§.poſſunt.ff. cõmod.Aret.cõſi.117.n.7.

555 Declaratur tum non procederetur † quã
do uellet abradere, nam ſi dominus offert
ſolutionem, debet eam recipere & ſi aliter
pacto eſſet conuentum ſic Bal.l.in fundo,in
fi.de rei uẽd.dicit eſſe ſingu.Marſi.ſing.410.

556 Tertius decimus caſus in eodẽ † colono
& detentore quoad expenſas & melioratio
nes uoluptarias,quarum æſtimationẽ, nec
deductionem conſequitur,ſic Caſtren.d.cõ
ſil.268.col.3.uerſic.de expenſa uero.

Ex his ſatis ſuperq; intelligere potes le-
ctor beneuole,quibus in caſibus liceat poſ-
ſeſſori opponere ſolutionẽ melioramẽtorũ
ſeu impenſarũ,cũ ut rẽ reſtituat, conuenit.
Verum quia dubitari contingit ſæpiſſime
quomodo ſoleãt meliorationes ſeu impen-
ſæ æſtimari,non ab re fore duxi,ſi paucis rẽ
alioqui in foro ſumme utilitatis,explicabo

Regulam itaq;,ac ſolidiſſimã conſtituũt
557 omnes concluſionem † melioramentorum
æſtimationem faciendam eſſe ſecundum tẽ
pus reſtitutionis, rei non ſecundum illud tẽ
pus: in quo facta ſunt melioramẽta, ſic pro
bat Bar.in.l.domos de leg.1.ubi Caſtren.&
Aug.idẽ affirmant, ibi Alex.nu.1.& Iaſ.nu.
4.communẽ teſtantur,plures alios in hãc ſẽ
tentiã adferũt Boe.q.44.nu.12.13. Moline.
in conſuetud.Pariſien.tit.1.§.1.glo.5.n. 97.
addo ipſe Rui.conſi.38.in fi.li.1.cõſ.117.n,
1.2.lib.3.& conſ.165.n.6.lib.4.Gratum cõſ.
9.nu.14.cõſi.132.nu.14.15.li.2.Cur.Iun.cõſ.
144.in fi.Pariſ.conſi.16.n.85.lib.2.Capiciũ
Deciſione.93.in fi.Rolandum a Valle conſ.
28.nu.14.& conſi.30.n.6,qui Corneum Ne
558 guſa.& alios citat,ſunt oẽs adducti eo † tex.
l.domos.quem ſingularem dicunt omnes,et
quem unus ex multis Molin.d.nu.97. perpẽ
dit,in illis uerbis ædificiorũ quantitatibus
extãtibus,ecce(inquit ille) de extãtibus,nõ
præteritis loquitur,ſed facilis eſt reſponſio,
quia in omnibus Codicibus legitur,ædificio
rum quãtitatibus æſtimatis.Rurſus etiã ſi le
geretur ædificiorum quantitatibus extãtib.
æſtimatis,ut in uno meo manu ſcripto legi
tur,nihil adhuc eſt,qa & ſi eo loci deſignet
Papinia. ædificiorum extantiũ æſtimationẽ
faciendam,non tamẽ deſignat ſecundum ꝙ
tẽpus,nam ædificij quantitas oſtenditur,ex

materia adhuc præexiſtẽti,ualor tamen ma
teriç non ex eo tempore,uel ex antiquo nõ
deſignatur,nec in eo tex.declaratur ſatis,ac
cedit p̃terea,quod ſi is tex. legitur ut in Flo
559 rẽtino legitur,ut teſtať doctiſſimus† Anto.
Aug.iuris noſtri uetus alter iſtaurator,quã
doquidem ſua illa aſſidua & indefeſſa dili-
gentia,plura reſtituerit uetuſtate collapſa,
quæ maximum aliquid noſtris negotium
faciebant is inquam Anto.Aug.lib.3. emen
da.Iuris cap.1. in oppoſitum potius urget
tex.ille,ſic enim is legit ædificiorum ætati
bus examinatis,ſic etiam legitur in Codice
noue edito opera & diligentia Ludouici
Ruſſardi Biturigienſis uult ergo Papinia.
ędificiorum ętates examinandas eſſe , non
ergo ſola illa,quę eſt tempore reſtitutionis
ſcio etiam doctiſſimum Iacobum Cuiaciũ
lib.6.obſerua.cap.3.interpretari, ætatibus
æſtimatis.i.amplitudine & magnitudine æ-
dificiorum conſiderat,quę interpretatio no
ſtram confirmat ſi intelligatur de ędificio-
rum amplitudine pręſenti tempore conſide
rato,ſuadeť,ex.l.ſi modo , quæ immediate,
ſequitur.d.l.domos,nam Gregorius Haloã
der una ſimul cum.l.domos,legit, inquit.n.
ſi modo nulla culpa &c.præſupponamus cõ
ſumptas eſſe incendio ædes ſine ædificantis
culpa.quõ ęſtimatio fieri poterit ſecundum
quantitatem extantem , uel etiã quomodo
conſequi is poſſeſſor põt quanti res melior
potuit eo tẽpore eſſe , cũ res quæ nõ extat
nec uideri,nec ęſtimari poſſit,ut ſi funditus
conſumptũ ędificium eſſet:rurſus ſi tempus
præſens ſpectaretur,quorſum aliquid relin
quere arbitrio boni uiri,ut in.d.l.domos. di
560 citur. Nec ſuffragatur illa ratio † Molinęi
eſſe æquiſſimum ne ultra ualorem præſen-
tis tp̃is perſoluat is, cui reſtituitur , eum ad
eum nihil perueniat,quia reſpondeo nõ per
ſonam tantum,cui fit reſtitutio ſed reſtituẽ
tis conſideratur, qui eam iacturam pati nõ
debet,cum quod egit neceſſario non tantũ
ad ſui utilitatem,ſed illius cui faciẽda eſt re
ſtitutio:nam ex quo non eſt paſſus rem cõ-
ſumi,illi cui facienda eſt reſtitutio maximã
attulit utilitatẽ. Nec aduerſatur illa ratio,
quam perpẽdunt Alexã. & alij nonnulli in
d.l.Domos,non eſſe æquum, quod tempus
factarum impenſarũ ſpectetur,quia interim
is poſſeſſor erat dominus, & conſecutus eſt
utilitatem,reſpõdeo eſſe conſecutum, quia
dominus erat,nec tenetur fructus imputare
quos ut dominus fecerat,ut declarat Alex.
in.d.l.domos nu.2.uerſi.nam iſtud & ſi dica
tur,ſi ut dominus expendit ergo non detra
hit.ne ex alieno lucrũ faciat, reſpõdeo eſſe
dñm ſed reuocabiliter, cum ſciat ſe debere
reſtituere,& quas facit neceſſarias impen-
ſas coacte & inuitus facere poteſt , ut cum
inopia opprimitur, quare fideicommiſſarij
hoc commodum potius reſpicit , quam ip-
ſius grauati heredis. Quamobrem Bald.in
auth.excipitur. C.de bonis quæ liberis &c.
& in c.1.§.ſi.uaſallus in tit.hic finitur lex de
inde incip. conſuetu.quem ibi alij ſunt ſecu
ti,& Barba.conſil.63.col.pen.lib.1.qui Bal.
intelligit cum per culpam rem poſſeſſor
perdit, ſic & Ruinus conſil.24.nu.10. lib.1.
quod & ſtatim ſupra retulimus n.502.503.
504.& Iaſ.in.l.2.n.29.C.de iure emphyteo.
dum loquuntur de emphytheota & uaſallo
affirmant omnes expenſas eſſe ſoluendas.
nec diſſentit Caſtren.in.d.l.domos,dum ait
melioramenta facta ad perpetuam rei utili
tatem æſtimari ſecundum tempus quo illa
facta ſunt, ſic declarans textum.l.& in totũ
de impen.in reb.do.factis,& in hanc ſenten
561 tiam adducuntur ex † tex.illo .§. ſi uaſallus
quo dicitur conſtitutum licere uaſallo con-
ſequi omnes impenſas,uel tollere ipſas me
liorationes.Molinæus in.d.glo.5.nu.97.in-
562 quit non eſſe ſtandum huic diſpoſitioni †cũ
a Barbaris & imperitis compilatoribus fue
rint illę conſtitutiones in legum formam re
dactæ.Sed uereor ne hæc reſponſio minus
ſufficiat,quandoquidem per tot ſecula ap-
probatæ ſint & longo uſu obſeruatæ,quare
ipſe potius dixerim.d.§. ſi uaſallus referre
ſingularem Regni conſuetudinem , ut ille
563 titulus inſcribitur : & † conſuetudo dicitur
eſſe localis,nec de loco ad locũ trahiť Bart.
l.1.§.ſi quis hoc interdicto de itinere actuq;
priu.Dec.cõſi.483.nu.21.22.nec de perſona
ad perſonam.Ruin.conſi.157.in fin.lib.3.ex
perſona ergo uaſſalli nõ trahiť ad cæteras:
564 ſolet & citari † tex.l.& in totũ.ff.de impẽſ.
in reb.do.factis,ubi impenſa a marito facta
in re dotali reſtituitur in totum ut eſt facta
reſpondẽt Comẽ.& alij ut refert Alex.d.l.
domos:ſed mea ſentẽtia nihil eſt,ex iis quę
565 infra ſubijciã ſatis erit reſponſum.† tex.au
tem.l.ubi pure.§.ultimo &.l.mulier.§.ſed.n.
uerſicul.ſed & ipſe ad Trebell. quæ heredi
ſumptum detractionem concedunt, intelli-
gunt interpretes facta æſtimatione p̃ſentis

temporis nō præteriti.ſed non leuis diuinatio & ad textum ſuppletio hæc uidetur, cū factorum ſumptuum ſimpliciter nō æſtimationis detractionem concedat niſi dicamus nō eſſe mirum quod una lex alterā ſupleat & declaret in eadē materia præſertim.Quare ipſe ſic declararem,quod aut is,qui fecit meliorationes,eſt rei dominus,uel directus, uel utilis,uel reuocabiliter,aut eſt ſolus poſſeſſor ut fructibus certo tempore fruatur. in domino dico obſeruandam eſſe.l.domos diſpoſitionem,ut ſcilicet fiat arbitratu boni uiri ædificiorum & melioramentorum æſtimatio, con ſimpliciter ſecundum tempus præſens,ſed conſideratis omnibus temporibus,hoc eſt conſiderato principio temporis quo is cœpit impendere medio tempo e,& preſenti, nam & hoc modo illius boni uiri arbitrium erit ęquum,ſi tempora circumſtātias & ſimilia conſiderabit. In ſecundo caſu cum is,qui impendit eſt ſolus poſſeſſor,omnem impenſam deducet,ea ratione,quia nō tenebatur illas aliquo modo ſui cauſa facere, ſed quod egit tamquam negotiorum geſtor domini egit.non mirum ſi omnem impenſam ut fecit detrahit,ſic intelligo.l.& in totum de impē.in reb.dota.factis,nec enim

566 † maritus dicitur dominus uere hoc irreuocabiliter rei dotalis.l. Doce ancillam.C. de rei uend.& ideo eſſet iniquum ut in neceſſarijs impenſis in re penitus aliena, erogaret, & probata relata declaratiōe ad.d.l.domos clara remanebit illa difficultas in qua hæſitant interpretes ibi,& late Ruinus.d.conſil. 117.col.2.lib.3. quando res ob meliorationes tempore reſtitutionis,redditur prætioſior & maioris prouentus,quam fuerit tempore,quo facta eſt impenſa, nam ſi relata a nobis perpendatur declaratio,omnis ceſſabit dubitatio.

Erit preterea animaduertēdum poſſeſſorē ipſum,uel dominum, qui meliorationes

567 † has fecit, debere probare a ſe facta, uel ab altero cui ipſe ſucceſſit,ſic egregie admonuit Caſtren. conſi.268. uiſo ſupra ſcripto puncto col.pen.uerſ.Ad unum tamen aduertendum lib.2.in nouis.

Vt ergo eo redeamus unde ꝑ longas utiliſſimas digreſſiones diſceſſimus,†.agenti in

568 quam hoc remedio recuperandę,non poſſe obijci exceptionē retentiones cauſa melioramētorū,illa forte uidetur ratio,quia poſſeſſoriū hoc,nō admittit aliquam exceptionem, quæ requirit altiorem indaginem (ut olim diximus)cum ergo melioramenta ſint liquidanda,non debet poſſe impediri poſſeſ

569 ſionis reſtitutio,ut dicimus † cum ſententia eſt exequenda in re principali,nec enim poteſt impediri per exceptionem retentioni s melioramentorum liquidandorum,ſic Caſtren.conſil.326.lib.2.eſt conſi.268.uiſo ſupraſcripto puncto col.2.lib.2.in nouis.quod ſæpe ſupra citaui, & idem in caſu noſtro ut ſaltem præſtita cautione de ſoluendis melioramentis liquidatione facta,poſſeſſio ſit cōcedenda, reſpondit Goza.conſil.100.nu.21. & confert quod olim diximus ſupra in primo remedio recuperandæ poſſeſſionis.q. 17.declara.1.Inſtrumētum tunc demum impedire poſſeſſionis reſtitutionem,cum eſt liquidum, ob nullam oppoſitam exceptionē & executionem ſententiæ nō retardari per exceptionem,quæ altiorem poſtulat cognitionem, tradunt omnes in.l.4.§. condemnatum ubi Ripa nu.20.de re iud.

Contrarium uerius eſt, etiam retardari hanc reſtitutionem & ſi liquidata adhuc nō ſint melioramenta: nam ſic retardatur ſententiæ executio,ut egregie tradit Capicius Neapol.Deciſ.17.ubi retulit in eo ſacro cōſilio Neapolitano, ſic fuiſſe deciſum,& tandem ſic intelligit Caſtren.d.conſil.326. ſeu. 268.& ea inter cætera adducitur ratiōe Capicius,quia concedunt iura,rei retentionem ut ſoluantur melioramenta.l.ſi in area glo. l.ſi non ſortem.§.ſi centum de cond. inde. glo.l.Colonus de ui & ui arma.& idē quod Capicius reſpondit in noſtris terminis Rui. conſil.84.in fin.lib.1.qui negat hoc caſu ſuf

570 ficere † ſi fideiuſſor illi poſſeſſori de ſoluendis melioramentis facta liquidatione offeratur, idem ſenſit Tiraquel.de retractu cōuētio.§.7.glo.1.nu.13.alia ſupra retulimus in.11.remedio.q.1.ubi alios plures citaui,in prima extenſione,ubi retuli Neguſan.Goza.& Ripam.

571 Declaratur primo non procedere † quando in differendo ſubeſſet aliquod periculū tunc enim executio nullo pacto eſt differenda,Caſtren.d.conſil.268.col.2. uerſic. Nec ſubeſt Capicius.d.Deciſ.17.in fi.

572 Declaratur ſecundo † ubi incontinēti nō adeſſent probationes factorum melioramētorum,ſic declarat Bald.conſil.309.Queritur utrum,in fine lib.2.tunc non erit retardanda executio.

573 Quæro 40. quid ſi ſpoliatus agens † hoc re
medio reintegrandæ contra ſpoliatorem
excipientem de melioramentorum ſolu-
tione,replicet fructus ab eo perceptos una
cum ipſis melioramentis factis,compenſan-
dos eſſe, an audiendus ſit. Hæc eſt in foro
quotidiana quæſtio,& ut perdifficilis a no-
ſtris interpretibus non ſatis ordinatè expli
cata,ipſe autem pro uiribus conabor lucem
aliquam tantæ obſcuritati adferre,eſt ergo
opus ut ex ordine uideamus, quos fructus
ſuos faciant poſſ.& quos non.ſic enim intel
ligemus,quos ſuos faciunt,non compenſa-
re,& econtra eos compenſare debere, quos
ſuos non faciunt, & aliàs reſtituturi eſſent,
ſic uno uerbo animaduertit Soc.Iun. conſil.
182. nume. 26. lib. ſecundo.quo res redda-
574 tur clarior illud Primo ſciendum eſt, † fru-
ctus propriè dici, quod ſupereſt deductis im
penſis ad illos percipiendos factis.l. fructus
ubi latiſſimè Iaſon num.12.ff.ſoluto matri-
monio & infinita propè congerunt Tiraq.
de retractu conſang.§.is glo.1.numer. 8. 9.
cum multis ſequentibus. Molinæus in con
ſuetudine Pariſien.titu.1.§.1.glo.8.n.13.14.
Capicius Deciſione 20.Boe.q.44.nu.24.25.
& alijs ſequentibus Didacus lib.1. uaria. re
ſolu.cap 3.nume. 3. ſic in Gallia ſeruari &
fuiſſe iudicatum refert Rebuffus in cōmēta.
Regiarum conſtitutio. tomo tertio titulo
de fructibus & eorum reſtitutione,articulo
ſecundo glo. una,nu.30.& detrahere etiam
expenſas cauſa cuſtodiæ factas etiam a ma-
læfidei poſſeſſore tradit, Roman. ſing.336.
malæfidei &c. & ibi recentiores appoſtillā-
tes, Catelianus Cotta in ſuis memorabili-
bus in uerbo, ſtatuto Mediolani cauetur,
qđ &c.ubi latiſſimè, Chaſſa. cōſi.61.nu.5.6.
576 qui illud fortius affirmarunt† prædonē quē
uis ſemper deducere has impēſas ad fructus
colligendos.quare intelligimus, quòd ſi ex
prędijs colligantur ſacci centum frumenti,
& tantum ſit impenſum in prędijs colēdis,
quod aſcendat ad ſummam ſeu ualorem ſac
corum quinquaginta frumēti, dici uerè poſ
ſe ex illis prædijs fuiſſe ſolum perceptos ſac
cos quinquaginta,ſi ergo iure appareat poſ
ſeſſorem illum,qui poſſeſſionem reſtituere
tenetur,teneri etiam fructus perceptos reſti
tuere,ut in caſibus,quos ſtatim enumerabi-
mus,is ſi aliquas impenſas, uel neceſſarias,
uel utiles,uel uoluptarias, in re ipſa fecerit,
quas ſibi reſtitui, & rependi a domino,qui
prædium ſibi reſtitui iure poſtulat, illas in-
quam impenſas & meliorationes, cum illis
fructibus domino reſtituēdis compenſabit.
l.ſumptus,ubi Bar.ff.de rei uendicatione Ti
raquel.de retractu conſang.§.15.gloſ.1.nu.
24. Soc. Iun.conſil.182.nu.34.lib.2.Cur.Iu-
nior conſi.165.num.15. Ioan. Copus Tract.
de fructibus lib.1.titulo.1.capit.6. Breche.l.
uſura nu.8.de uerborum ſignificatione,Syl-
ua.conſi.49. nu.74.lib.1. ubi idem in penſio
ne domus affirmauit,& declarat Corne. cō
ſil.86.num.8.lib.4.Imol. conſi.112. in fin. &
in alijs melioramentis Corne.conſil.147.in
fine lib. primo & conſi.147.num.11.lib.2.&
praxim docuit Didacus lib.1.uaria.reſol.ca.
8.num.4.uerſi. quid igitur bonæfidei, dum
ait,quòd fructus reſtituendi, compenſantur
cum impenſis melioramētorum rectè a poſ
ſeſſore deducendorum, ſi tanta ſit unius ut
alterius ſumma: ſi autem maior eſt ſumma
melioramentorum, pro reſiduo retineri res
ipſa poteſt,ut in præcedenti quæſtione do-
cuimus,ſi uerò fructuum maior eſt ſumma,
quod ex illis ſupereſt, cum re,reſtituendum
eſt. Nunc ergo ſupereſt, ut intelligamus,
quos fructus poſſeſſor ſuos faciat,quos nō,
iam ſatis intelligimus ex crebriore interpre
577 tum ſententia triplicem eſſe † fructuum ſpe
ciem,naturales,induſtriales,ciuiles,& ſi no
uiſſimè Vaconius Romanus lib. 2. declara-
tio.iuris ca.75.addiderit quartam ſpeciem,
naturalium ſcilicet & Induſtrialium ſimul,
quod non multum placet,& Ioa. Copus Pa
riſienſis Tractatu de fructibus lib.1.titulo.2.
cap.3. duas tantum reperiri ſpecies dixerit,
naturalium ſcilicet & induſtrialium,cū Iure
cōſulto in l. fructus.ff.de uſuris, qui fructuū
diuiſionem poſuit nullam fructuum ciuiliū
rationem habuerit, unam etiam fructuum
ſpeciem, quam accidentalem & caſualem
appellat, attulit Boe. q.224. nume.7. quem
eſt ſecutus Rebuffus in commentar.Regia-
rum conſtitutio. tomo tertio,titulo, de fru
ctibus,articulo 2.gloſ.1.num.38.cuiuſmodi
ſunt ſpolia eccleſiaſticorum, ut apud eos &
ut faciliorem adferāmus doctrinam, com-
munem nos ſequemur diuiſionem, quam ui
ros doctiſſimos probaſſe animaduertimus,
ut Carolum Molinæum in cōſuetudine Pa-
riſienſ. titulo 1.§.1.glo.1.nume.33. Didacus
lib.1.uaria.reſol.cap.3.num.6.Cora.li.5. mi
ſcella.iuris cap.9. Petrus Loriot.in l.fructus
colum.7.uerſi.fructuum diffinitiones,de re-

gulis iuris.hac ergo in re,tres caſus principales conſtituam, quos per ſuas concluſiones ſubdiſtinguam. Primus erit quoad fructus naturales. Secundus quoad fructus induſtriales. Tertius quoad ciuiles.

578 Primus caſus, quoad † fructus naturales eſt. Sunt autem fructus naturales,qui ſui natura ex re ſponte & ſine hominis uel ſaltē modica induſtria proueniunt, ut Pomū,Pirū,Ligna,Pecorū fœtus,Lac, Lana,& ſimilia,ut relati ſupra interpretes affirmāt ex l. ſi nauis uerſiculo,nam etſi,de rei uēdicatione l.fructus.ff.de uſuris in his ergo fructib.

579 Prima eſt concluſio in † poſſeſſore uero & legitimo,cum uero titulo,& bonafide, q hos fructus,ut cæteros omnes tanquam rei principalis uerè dominos ſuos facit, & iure dominij adquirit l.qui ſcit.§.1.uerſic. porro de uſuris,Cephalus conſ.63.nu.10.li.1.quid quid † enim ex re domini prouenit,domini efficitur l.2.§. item quæritur.ff.de adquire. rerum dominio.l. idem Pomponius. §. idē ſcribit,de rei uendicatione.§. itemq; Inſtit. de rerum diuiſione, & rem carere difficultate nemo eſt, qui non uideat ut regulam ſic conſtituit Ioan. Copus,Tractatu de fructibus lib.2.titulo primo cap. 1. quod libenter dixiſſe uolui,quia Bart.in l.ex diuerſo. §.1. num.5.de rei uendicatione, refert aliquos aliter ſenſiſſe & malè.

580 Secunda eſt concluſio in † poſſeſſore bonæfidei ſine titulo,uel cum titulo,ſed inualido,qui hos fructus interim donec poſſidet ſuos facit l.bonæfidei in principio.ff.de adquirendo rerum dominio,ſi uerò ad rei reſtitutionē condemnatur, hos quoq; fructus reſtituit,ut probat l.fructus percipiēdos. ff.

581 de uſuris,quæ iura ſic † cōcilio,utraq; enim loquuntur in poſſeſſore bonæfidei, & cum titulo,inualido tamen: nam l. bonæfidei in emptore loquitur,qui rem pupilli emit, uel in eo,qui rem a Præſide contra legem repetundarum donatam eſt aſſecutus, ſic l.fructus loquitur in re uiro ab uxore donata, q̄ donatio inter eos non conſiſtit l.1.l. ſi eum, qui.ff.de dona. inter uirum & uxorem. & ſi Lud.Charond.li.1.uerìſimilium iuris cap.7. in fi.intelligat d.l.fructus in caſu illo ſolum, non in cæteris,& malè,ſic ergo ut diximus, intelligi & declarari poſſunt doctorum interpretationes,ut Bar. in d.l.ex diuerſo.§.1 nu.6.de rei uendicatione Abba. in cap.grauis nu. 6. de reſtitutione ſpoliatorum. Cur. Sen. conſil.72.Princeps de fructus col.4.uerſic. 4. concluſio, Didac. Couarr. lib. 1. uariar. reſolu. cap.3.num. 6. in fine Cephalus conſi.63.nu.12. li.1.dum in primis affirmāt, hunc poſſeſſorem fructus ſuos facere,ſed reſtituendo rem teneri & illos reſtituere, eſt ergo concluſio poſſeſſorem bonæfidei ſine titulo,uel cum titulo inualido, reſtituendo rem,reſtituere etiam fructus.

582 Declaratur Primo,† cum fructus illi tempore litis cōteſtatæ extant,ſecus ſi ante ſint conſumpti l.quæſitum in fine,de adquirēdo

583 rerum dominio, † l. ſequitur.§.lana.de uſucapit. ſic declarando, doctiſſimè admonuit Gouea.noſter lib.2.lectio.uaria.cap. 15.qui

584 ſic intelligit & declarat.† d.l.fructus de uſuris, nec diſſentit Ioan. Copus. de fructibus. lib.2.titulo 4.capit.7.nu.2.3.qui citauit.d.§. lana, idem cenſuit Petrus Loriotus. in d. l. fructus.col.24.de regulis iuris & Brech. Turonen.in l.partum nu.5.de uerborum ſignificatione,dum inquit hunc bonęfidei poſſeſſorē intelligi ſibi adquirere fructus hos naturales,ſi conſumpſerit, non ſi extēt adhuc.

Declaratur relata declaratio,non proce

585 dere † ſi conſumpſerit, ſed locupletior factus ſit,tunc .n.tenetur omnino reſtituere, glo.in d.l.ex diuerſo. §.1. nec diſſentit Bal. in l. Ancillæ colum.penul.uerſi. item dubitatur.C.de furtis Loriotus in d.l.fructus colum.24.de regulis iuris, Iaſon l. Neſennius. §.fundum num.3.de re iudicata,Sylua.conſ.

586 49.num.78. lib.1.& † locupletior in dubio quis factus non dicitur (ut obiter ad rem tamen hoc dicam)ut crebrior hæc uidetur noſtrorum ſententia, ut eam probauit Angelus conſil.133.& conſil.160. quem eſt ſecutus Iaſon in l. Neſennius.§.ſi fundum num. 4. de re iudicata Ruinus conſi.204.num.15. lib.1. Cur. Senior. conſil.72.colum.4. uerſi. ſeptima concluſio, Cur. Iun. conſi.6. num. 26. in fin. conſil. 28. in fine, Molinæus in conſuetudine Pariſienſi titu.1. §.22. nu.52. idem ſenſit Decius in l.ex pœnalibus nume. 6.de regulis iuris,& Gomeſ.§.actiones numer.21. Inſtitu. de actio. Non me latet ta-

587 men Angelum,(qui alioqui † pater Practicæ dicitur,ſecundum Calcaneum conſil.16. num.46.& quem ob prǽexcellentem doctrinam,uerum Angelum appellat Chaſſa.cōſ. 53.nu.8. & a quo in praxi recedere tutū nō eſſe,credidit Dec.in conſil.179.) ſibi parum cōſtantem aliter ſenſiſſe in l.utrum,per glo.

ibi.ff.de petitio. hæred. ut idem cenſuit a ſe ipſo recedens Dec.in l.certi cõdictio.§.quo niam nu.3.ff. ſi certum petatur, & hanc poſteriorem probauit Rui.conſil.24.in fin.lib. 1. & conſil. 29.nu.13.lib. 2. Soc. autem in l. in pupillo,de re iudicata,non eſt auſus unã ex relatis affirmare,ſed anceps ſubſiſtit, qđ fecit & Fely. in cap. de quarta numero. 31. de præſcriptio. ſic & Bero.in ca. grauis nu. 30.47. de reſtit. ſpoliat. crebrior ſententia magis placet, & hæc declaratio præcedẽtis declarationis, erit extenſio concluſionis.

Declaratur ſecundo non procedere rela
588 ta † concluſio, cum per triennij lapſum is poſſeſſor fructus hos uſucepit, ut probant glo. & Bart. in l. ſequitur. §. fructus de uſu capio. & Baldus in l.1.colum.2.uerſic. nota quod ex priuilegio. C.de uſuris & fructibus rei lega. inquit,priuilegium bonæfidei poſſeſſoris, eſſe in præſcribendis fructibus extantibus a ſolo ſeparatis.ſiue is titulum habeat,ſiue non,quod eſſe admodum dignum notatu dixit Cur. Se.d.conſi.72.col.4.uerſi. ſexta concluſio,qui Angelũ Aretinũ,Imol. Caſtrenſ. & alios retulit, & ibi in fin. illius reſponſi uerſic. limitat tamen &c. latiſſimè tradit Tiraquel. de retractu conſang. §.15. glo.2.num.17. Balb. Tract. præſcrip. quarta particula quartæ partis prin.q.35.Soc. Iuni. conſil.ult.nu.9.lib.1.Craue.conſi.312.nu. 2. quod intelligunt Rui.conſi.204.nu.5.lib.
589 1.quando † is poſſeſſor probauit ſe triennio hos fructus retinuiſſe, antequã conſum pſiſſet, quod eſt admodum notatu dignum, ſi uerum eſt, & idem quod Ruinus, ſenſiſſe uidetur Soc. Senior conſi.82.num.29. uerſi. tertio reſpondeo lib.4.alias adfert declarationes Bero. in cap. grauis nume.42.43. de reſtitutione ſpoliatorum.
590 Tertia eſt concluſio in his † fructibus naturalibus,cum poſſeſſor eſt in malafide, tũc ſuos non facit, ſed omnino reſtituere tenetur l.ſi nauis in fi.de rei uend.l.qui ſcit.§.ult. de uſuris l. certum C. de rei uend. Bero.ca. grauis nu.34.de reſtit. ſpol. Sylua conſi.49. nu.79.lib.1. & eſt ſatis clarum,quia ſi tenetur reſtituere induſtriales,ut infra dicemus, quanto fortius hos naturales.
591 Extenditur procedere etiam ſi † elapſum eſſet triennium,quia hodie ex iuris Pontificij conſtitutionibus nullo tempore malæfidei poſſeſſor præſcribit cap.ultimo de præſcriptio. ſic in noſtris terminis reſpondit Soc.Sen. conſil.251.in fi. lib. 2. & conſil.82. nu.24.in fi.lib.4.& Breche. Turone in l. par tum nu.9.de uerbo. ſign.
592 Quarta eſt concluſio †in his fructibus naturalibus cum poſſeſſor eſt ab initio bonæfidei,& ex poſt malæfidei,uel e contra,cum ab initio eſt malæfidei, & ex poſt efficitur bonæfidei,quo in caſu eſt concludendum, quod pro eo tempore, quo fuit bonæfidei, ſic lucretur hos fructus ut facere conſueuit poſſeſſor bonæfidei, iuxta relata ſupra in ſecunda concluſione pro eo uero tempore, quo eſt malæfidei,idẽ ſit quod in tertia con cluſione ſupra eſt dictum, ea ratione in hãc adducor ſententiam, quod in fructibus adquirendis ſingula temporum momenta ſpectari ſolent.l.qui bonafide uerſi.& magis,& l. bonæfidei.§.in contrarium.ff. de adquirẽ. rerum dom. & alia infra dicemus in ſequenti caſu in concluſione tertia in fine.
593 Secundus eſt caſus principalis, †in fructib. induſtrialibus,& ſunt fructus hi induſtriales qui ex hominis induſtria proueniunt.l.ſi na uis de rei uẽd.l.fructus de uſuris, ut eſt uinũ frumentum oleum & ſimilia, ut late tradũt relati ſupra in præcedenti caſu, in prin. & multoties hic uerſatur iudicis arbitrium in diiudicãdo,an ꝑualeat induſtria naturę, uel ẽ cõtra,ut animaduertit Bar.in.d.l.ex diuer ſo.§.1.nu.2.uerſi.nam qñq; requirunt de rei uend.Soc.Sen.conſi.251.col.pen. uer.ſupeſt poſtremo.lib.2.Bero.cap.grauis nu.9.uerſi. nõnulli,de reſt. ſpol. in his ergo fructibus.
593 Prima concluſio eſt † in bonæfidei poſſeſſore ſine titulo,uel cum titulo,ſed inualido, is hos fructus ſuos facit, ſic probat tex. in l. fructus de uſuris,ibi quos ſuis operis quæ ſierit ueluti ſerendo.in.§.ſi quis a non domino Inſt. de rerum diuiſ. ſic affirmant oẽs,ut Bal.conſi.11 .Benedictus in ſi.li.1. Cur.Sen. conſi.72.col.3.uerſic.ſecunda concluſio Iaſ. l.Neſennius.§.fundũ nu.3.de re Iud.Copus. tract. de fructibus lib.2.tit.4.cap.6.nu.34.
594 Extenditur primo procedere † etiam quo ad æſtimationem,ut eam reſtituere non teneatur,ſi ante litem cõteſtatam cõſumpſit, Loriotus in l.fructus col.24.ſed quid de fru ctibus,induſtrialibus de reg. Iur. ſi recte tamen penſetur extẽſio ipſa,nihil plus habet, quàm concluſio, eſt enim neceſſe, ut conſumpti ſint hi fructus, alioqui, ſi extant,reſtituere tenetur.Bal. in l.2.col.2.uer.quæro quę eſt ratio. C. de fructibus, & litium ex-

penſ. Bero.d.cap.grauis nu.29.uerſ. ſi uerò. de reſtitu. ſpolia. quare.

595 Declaratur primo relata † concluſio nõ procedere,quando tempore litis conteſtatæ & ita reſtitutionis rei principalis adhuc fructus iſti extant,ut relati interpretes affir marunt.addo Io. Copum.d.tract.de fructibus lib.2.tit.4.cap.6.nu. 2. & probat textus l.certum C.de rei uend.

596 Declaratur ſecũdo,nõ procedere† in fructibus conſumptis poſt litem conteſtatam. d.l.certum in fi. C. de rei uend. in l.2. C.de fructibus & litium expen. §. & ſi hæreditas Inſt.de officio iud.l.preterea.ff.de rei uend. Bald.in l.1.col.2.uerſi. quæro quid ſi hæres. C.de uſuris,& fruct.rei lega.Copus.d.trac. de fructibus lib.2.tit.4.cap.5.nu.2.3.Loriot d.l.fructus col.25.uerſic. ſed etſi.de reg.iur. quod uerum intelligit Bart.in l.1..col.2.uer ſi. modo gloſa quærit. C. de fructibus & litium expenſ.etiã, ſi poſt litẽ conteſtatã cau ſa finiatur propter peremptam inſtantiam.

597 Declaratur tertio,in † fructibus his conſumptis quouis tẽpore,ſi malafide reperian tur conſumpti,ſic egregiè docuit Bal.in l.1. 2.uerſi. & nota quod adhoc. C. de uſuris & fructibus lega. habetur enim hoc caſu perinde ac ſi conſumpti non eſſent.

598 Declaratur quarto,non procedere † cũm ex fructibus conſumptis, etiam ante litem conteſtatam, is poſſeſſor effectus eſt locupletior,ꝙ in iudicijs uniuerſalibus concedũt oẽs, ut in hæreditatis petitione, ex claro tex.l.item ueniunt. §. eos autem de petitio hæred. ſic Bal.in l.2. C. de fructibus & litiũ expenſ. Soc.Iun.Didacus,& Loriotus,quos ſtatim referam,in iudicijs tamen particularibus,ut in rei uendicatione & ſimilibus, ut hoc noſtro caſu, maius eſt dubium,uerumtamen adhuc crebrior eſt ſententia,eſſe reſtituendos,ut eam probarunt Bart.in d.l.ex diuerſo.§.1. numer.7. & ibi,Angelus de rei uenditio. Abbas.in cap. grauis nu.6. & ibi Butr. de reſtit. ſpolia. Alex. Iaſ.Dec.Alcia. & Purp.in l.ſi me & titium.ff.ſi certum pet. Soc.Sen.conſi.251.col. ultima uerſi.ſecunda concluſio lib.2.Rui.conſi.24.in fi.conſi.204. num.15.lib.1.& conſ.29.nu.12.lib.2.Afflict. Deciſione.240.nu.2.in fi. Loriot.in d.l.fructus col.25.uerſi.ſed quid,ſi de reg. Iur.Soc. Iun. conſi.82.nu.6.conſil.ultimo nu.20.li.1. Copus.d.tract. de fructibus lib.2.tit.4.cap.7 in fi. Didac.lib.1.uaria. reſolu.cap.3.num.6. uerſi. tertia concluſio,ex quorum dinumeratione,clarè cõſtat hanc eſſe communem, & ſi contraria,& malè probauerit Cy. Bal. Ange. & Imola,quos retulit Didac. qui ſupra d.uerſi. tertia concluſio,qui eiuſdẽ ſententiæ retulit Cur. Sen. conſi.72.col.pen. & Cur. Iun.conſi.28.nu. 3. & ſibi parum conſtantem Rui. in conſil.91.nu.4.lib.5. eiuſdẽ ſententiæ fuit Corne. conſil.301. circa primum col.pen.lib.1.Raphael Comẽs.conſil. 109.Domina Ioanna in fi. qui hanc teſtatur communem:& hanc approbaſſe uideo Carolum Molinæ. in conſuetud. Pariſi. ti.1.§. 22.nu.49. & Bero.in capi. grauis nu.29.30. de reſtitu. ſpolia,a prima tamen, ut ueriori & crebriori recedere nephas eſſe duco. lectorem tamen moneo,quod ſi in foro contingat caſus,(contingit enim ſępe,)cum ſol uenda ſit loco conſumptorum fructuũ æſti matio, illa ſpectanda erit æſtimatio iuxta

599 † ualorem fructuum,tempore illorum perceptionis, ut egregiè reſpondit Io. Anna. conſi.38.nu.3.uel ſaltem,ut docuit Bal. in l. 2.in fi.C.de fructibus & litium expenſ.uerſ. quæro heres præcepit &c. iuxta, tempus cõ ſumptionis,quod adnotandũ,eſt maximè.

600 Declaratur quinto,non procedere † quã do poſſeſſor uellet uti retẽtione ratione im penſarum,nã tunc admittitur compẽſatio, ut generaliter ſupra admonuit. & in ſpecie hoc in caſu,ſic docuit Loriot.in d.l.fructus, col.24.uerſi. ſed quid de fructibus induſtria libus,de reg. Iur. ex l. quod ſi artificem, de rei uend.addo.Bal.cõſi.309.in fi.lib.2.& Copum tract.de fructibus.lib.2.tit.4.cap.7.

601 Secunda concluſio eſt † in poſſeſſore malæfidei,qui hos fructus induſtriales ſuos nõ facit,ſed reſtituere tenetur l. certum C de rei uend. in terminis noſtris tex.in l.1.§. ex die. ff. de ui & ui arma. tradunt omnes in capit. grauis in illo textu. ubi Bero. nume. 34.de reſtitu. ſpolia. Copus.d.tract.de fructibus lib. 2.tit.4.capit.1. nec eſt, qui a tam clara ſententia diſſentiat.

602 Extenditur primo procedere † etiam ſi conſumpti fuerint ante motam litem. §. & ſi hereditas Inſt.de officio iud.l.3.C.de cõd. ex lege & docuit Loriot. in d.l.fructus col. antepen.de reg.Iur.Bero.in ca.grauis nu.34 uerſ.itẽ de conſumptis,de reſt.ſpol.ubi latè.

603 Extenditur ſecundo † etiam ſi author ipſius poſſeſſoris bonæfidei fuiſſet. l.quæſitũ, de adquiren. rerum dom.

Exten

604 Extenditur tertio procedere † etiam in
fructibus turpiter perceptis.l. cū hereditas.
ff.de petitio.hered.Copus.d.tract.de fructi-
bus lib.2. tit. 4. cap. 4. in fi.Loriotus in d.l.
fructus in fi.

605 Extenditur quarto procedere† etiam ſi is
malæfidei poſſeſſor titulum ex poſt conſe
quatur,& ſi enim prodeſſe ſoleat titulus ad
lucrandos fructus, non prodeſt tamen hoc
caſu,cum procuratus,ſeu affectatus dicitur,
ſic Roma.conſil .324. & ſing. 343. Tuſcis,
quod malæfidei&c.ibi,appoſtilla.qui Cy.ali
ter ſentientem repræhendit,& rectè & intel
ligit Roma.d.conſil.324. quando lite pendē
te,titulus procuratur.

606 Extenditur quinto procedere † etiā in fru
ctibus nō perceptis,quos is poſſeſſor ſua cul
pa non percepit,cum percipere potuerit,ut,
hanc ſententiam probarunt Copus.d. tract.
de fructibus l.b.2.tit.4.cap.2.& Loriotus.d.
l.fructus col.antepen.de reg.Iur.quibus ad-
do.fulgo. conſilio. 137. quia ex facto.col.2.
uerſ. ad ſecundum breuiſſimè & conſil. 190.
col.ultima uerſic.ad ſecundum autem & Mo
linæ. in conſuetud.Pariſien.tit.1.§.22. num.
50.adducuntur ex.l.ſed & pactus in prin. ff.
quod met.cauſ.ex.l.ait prætor. §. per hanc
de his q̄ in fraud.Cred.ex.l.2.C.de fructibus
& litium, expen. ex.l. quemadmodum in fi.
C.de agricol. & cenſ. lib. 11.&.§.& ſi here-
ditas Inſt. de officio iud. quæ iura incertis
caſibus ſpecialibus locū ſibi uēdicare, malè
opinatur glo. in. d. l. ex diuerſo.§.1. in fine
gloſſæ magnæ, de rei uend.quæ ideo contra
rium cenſiut,poſſeſſorem malæfidei regula
riter non teneri de nō perceptis,quam opi-
nionem alij plures,& male ſecuti ſunt,ut la-
tè referunt Bero.cap.grauis num.34.uerſ.ſe
cunda ſit concluſio de reſtitu. ſpolia. Tiraq.
de retract.conſang.§. 15.glo.1.nume.28. Lo
607 riot.et Cop.qui ſupra ducti ex.†. l.ſi fundū.
C.de rei uend.ex illis uerbis,quos eum ma-
lafide percepiſſe fuerit probatum &c. ſum-
pto argumento à contrario ſenſu,quæ argu
mentatio non admittitur,cum, alijs iuribus
aduerſatur.l. conuenticulam. C. de epiſcop.
& cler.omnes in.l.1.ff.de off.eius, ſic decla-
rat Loriot.& Molinæ.præcitatis locis rur-
ſus ut uno uerbo admonuit Io.Copus.d. ca.
2.& ſi concedat.l.ſi fund.iam perceptos, eſ-
ſe reſtituendos,non tamen negat quin & hi
qui percepti non fuerunt, cum percipi po-
tuerint , reſtituendi non ſint , quæ ſanè uera
extēſio, ſine difficultate eo in caſu procedit
cum is malæfidei poſſeſſor,pupilli bona poſ
ſidet, nam tunc omnino fructus,qui perci-
pi debuerunt ſunt reſtituendi gl.not.in.l. pa-
tri pro.§. item ex diuerſo,in uerbo cum fru
ctibus. ff. de minor. quam dicunt ſingula-
rem Roman. conſil.454. col.ult.uerſ. cæte-
rum,& ſing.528.Tu habes textum &c.Frāc.
Crem.ſing.134.tu ſcis quod tit. &c.Iaſ.l. a-
pud Iul.§.1.in fi.de leg.1.Molinæ. in conſue
tud.pariſien.tit.1.§.22.nume.48. circa med.
ubi,& num.53.54.declarat. aliquos citat Ti
raq. de retractu conſang. §. is glo.1. nume.
28.in fi.idem cenſuit Bero.d.cap. grauis,nu.
34.in fin.de reſtitu.ſpolia.

608 Declaratur primo nō procedere † in poſ
ſeſſore malæfidei; qui triginta annis poſſe-
dit,ſic declarauit,Loriotus in.d.l. fructus in
fi.de reg.iur ex.l.eos in prin.ubi Bald. C. de
uſuris,Copus.d.tract.de fructib.li.2. titu. 4.
cap.4.nu.1.2. & ante eos Caſtren.l.ſequitur.
§.fructib. de uſucap.Balb. tract.preſcriptio.
quarta particula quartæ partis princi.q. 35.
uerſ.ſubdit Paul.de Caſtro, quod hodie nō
habet locum,cum preſcriptio cum malafide
non currat ca.ulti.de præſcriptio. ſi autem
bonafide poſſideret,uerum eſſet ut in termi
nis noſtris poſt Angelum,& Baldum in.l.pē.
C.in quib.cau.nō ob.long.tempo.præſcrip.
decidit Afflic.Deci.240 .nu.1.quia ad huiuſ-
mo di uſucapionem requiritur & tit. & bo-
nafides,ut in cæteris,Soc.Sen.conſi.251.col.
ult.lib.2. Balb.qui ſupra:& ſi Bero.in ca.gra
uis nu.42.in fi.de reſtit.ſpolia. opinetur ſuffi
cere iuſtam cauſam tituli.

609 Declaratur ſecūdo nō procedere † in fru
ctibus pceptis ex melioramētis ab ipſo poſ
ſeſſore factis. l. cæterum de rei uendi. nam
tunc dicitur is ex re propria nō aliena perce
piſſe, & ſatis ſuperq. eſt ipſi petitori, quòd
impenſas non deducat.l.ſinautem.§.ultimo.
ff.de rei uend.§.certe.Inſt.de rerum diuis.ſic
declarat Loriotus.d.l.fructus in fi. ſic intelli
gens Angelum declarantem in.d.l.cæterum,
idem cenſuit Afflict.Deciſ.87. nume.7. poſt
Alex.conſil.73.in prin.li.2.Roma.ſing. 333.
Malæfidei &c. ubi affirmat ſic ab eo fuiſſe
pronūciatū,idē tradidit Copus tracta.de fru
ctib.li.2.tit.4.n.4.Tiraq.de retractu cōſang.
§.1.gl.15.nu.29.uerum rectius adnotaſſe mi
hi uidentur Didacus lib.1.uaria.reſolu.ca. 8.
num.4.& ante eū Carol.Molinæ. (cuius nō.
meminit)in conſuetud.Pariſien.tit.1.§.1.gl.

610 5.nume.84.85. † d.l. cæterum non loqui de perceptis iam fructibus,ſed de his,qui perci pi potuerunt, & culpa poſſeſſoris non ſunt percepti, ab his enim excuſatur poſſeſſor ea ratione,quod ita è re propria fuiſſet per cepturus,ſic & gloſ.& Ang. in.d.l. cæterum annotarunt,& clare Roma.de ſing. 333. eſt ſumma diligentia obſeruandum.

611 Declaratur tertio non procedere † in fru ctibus,quos inhoneſte potuit percipere, & non percepit.l.fructus non modo.ff. de rei uend.Copus tractatus de fructibus libro.2. titu.4.cap.4.in fin.

612 Tertia eſt concluſio in his † fructibus in duſtrialibus,cum poſſeſſor ab initio fuit bo næfidei,expoſt factus eſt malæfidei, quo ca ſu regula ſic eſt conſtituenda,ut pro eo tem pore,quo fuit in bonafide,non teneatur re ſtituere,ſed ſuos faciat,pro illo uero tempo re,quo cœpit eſſe in malafide, teneatur, ſic regulam cõſtituunt,Loriotus in.d.l. fructus col.penul.de reg.iur. Io. Copus.d.tract. de fructibus lib.2.tit.4.cap.5.nu.5.6. & Dida cus lib.1.uaria.reſolu.cap.3.nu.6.uer. in his tamen &c. & Eguina.Baro.§. ſi quis a non domino inſt.de rerum diuiſ.cuius ſententiæ manifeſta eſt ratio, quia in his fructibus a poſſeſſore adquirendis, ſingula temporum momenta ſpectãda ſunt.l.qui bonafide uer. & magis.ff.de adquir.rerũ dom.& hãc ipsã regulam probat clarus tex.l.Bonæfidei.§.in contrarium.ff.eo de adquiren, rerum dom.

613 Verum aduerſatur † tex.l.qui ſcit.§.ult. ff.de uſuris,quo adducti Bar.in.l.ex diuerſo §.1.nume. 9. de rei uendi.& cæteri omnes, contrariam regulam affirmarunt,hunc ſci licet poſſeſſorem,ut pro toto tempore ma læfidei,omnes fructus teneri reſtituere, qui ſane textus ut diametro pugnans cum. d.l. bonæfidei.§.in contrarium,non ſine mani feſta calumnia conciliari cum.d.§. in con trarium poſſe exiſtimarunt Eguinarius & Didacus ac uir doctiſsimus Franc.Hotoma nus in eo ipſo.§. ſi quis a non domino, & ſi is ſentiat.l.qui ſcit.§.ultimo in fructibus pẽ dentibus,& l.Bonæfidei.§.in contrarium,in iam pendentibus,& conſumptis procedere; ut ex Iuliani ſententia, in impenſis diſtin guit Vlpia.in.l.Iulianus.ff.de rei uendicatio ne,quod non multum arridet, ut pote in di uerſa admodum materia : Copus autem.d. cap.5.num.5.6.opinatur ſententiam Iuliani relatam in.d.l.qui ſcit.§.ultimo, corrigi ab Vlpian.& Paulo.in.d.l.qui bonafide & l.Bo næfidei, quod ſenſiſſe uidetur & Didacus, qui ſupra, quod concedendũ non eſt,ut nec concedit Loriotus preciſato loco ſupra qui aliter reſpondere conatur, inquit enim.d.l. qui ſcit.§.ultimo,in caſu dubio loqui, cum ignoratur,an is poſſeſſor ſit in bona fide,uel mala, ut intelligamus eſſe in bonafide, quæ magis præſumitur.l.2.C.de euictio. Verum repugnat Lorioti declaratio uerbis.d.l.Bo næfidei.§.in contrarium,ubi ex ſola ſcien tia rem alterius eſſe malafides inducitur, quæ ſcientia, cum adſit in caſu.d.l.qui ſcit. §.ultimo,ibi, cognouit fundũ alienum eſſe, &c. eſſet dicendum ſtatim eſſe in malafide, habita cognitione & ſcientia rei alienæ, & tamen dicitur ſolum eſſe in malafide ſecuta euictione.quamobrem doctiſſimus ſimul ac diligentiſsimus Iacobus Cuiacius in notis inſtitutionum in eo.§.ſi quis a non domino de rerum diuiſi.intelligit.d.l.qui ſcit.§.ulti mo,ut is poſſeſſor, qui cognouit alienam rem eſſe,fructus interim ſuos faciat,ideſt re uocabiliter,donec euicta res fuerit, textum autem dictæ legis bonæfidei.§.in contrariũ, intelligit conſiderato fine & exitu cauſæ, quia & ſi interim is ſuos faciat, cum tamen reſtituenda res eſt, ſic & fructus ſunt reſti tuendi.ſuadetur hæc conciliatio ex illa,quã ſupra retulimus in prima concluſione primi caſus,dum ſic conciliauimus .l. fructus.ff.de uſuris cum.d.l.bonæfidei in princ pio, de ad quirendo rerum dominio. eiuſdem ſenten tiæ fuiſſe uidetur Lud.Charondas.Pariſien. lib.1.ueriſimilium iuris cap.7.

Verum Cuiacij & Charondæ declaratio (mea ſententia) Vlpiani uerbis refragatur in.d.l.Bonæfidei,qui a principio uoluit illũ poſſeſſorem fructus interim ſuos facere, quia bonafide poſſidebat, cum ergo in.§.in contrarium,affirmet illum poſſeſſorem,qui rem alienam eſſe cognouit,dicendũ eſt nec interim fructus ſuos facere, nec enim illum bonafides, ut in caſu primo, excuſat, quod oſtendit exemplum a Iuliano relatum in.d. l.qui ſcit.§.ultimo in fine,ibi,nam & ſeruus alienus, quem bonafide emero,tandiu mi hi ex re mea, uel ex operis, ſuis adquirit quandiu a me euictus non fuerit. Et tamen ipſe Vlpia.Iuliano aduerſans,de ſeruo uer ba faciens,non finem ſecutæ euictionis, ſed ſingula temporum momenta uult eſſe ſpe ctanda in.l.qui bonafide in principio uerſi.

qui bonafide ſeruit, de adquirendo rerum dominio, qui nimo repugnant clara uerba. d.§.in contrari um, ſi in cæteris codicibus, ut in meo ſic legitur, ibi, an interim fructus meos faciam, ut intelligamus eo loci Vlpianum non finem, nec affectum ut Charondas & Cuiacius opinantur, ſpectaſſe, qua ratione fit, ut uere credamus a Iuliano, Pomponium & Vlpianum diſſentire, ut recte Eguinarus, & Didacus ac Hotomanus ingenuę atteſtati ſunt.

615 Extenditur hæc concluſio procedere † etiam ſi hæc malafides ſuperueniat ex mutatione perſonę, ut ſi defuncto, qui fuit in bonafide ſuccedat heres, qui ſcit alienam rē eſſe, nam is non facit fructus ſuos. l. quæſitū de adquirendo rerum domin. Barto. in.d.l. ex diuerſo. §.1.num.9.uerſic.quandoque ſuperuenit, nec mirum eſt, quia dum de fructibus ab eo quæſitis tantum agatur: ſola ſua perſona conſideratur, quæ ut malæfidei nihil adquirit.

616 Quarta eſt concluſio in his † fructibus in duſtrialibus, cum is poſſeſſor eſt malæfidei a principio & deinde incipit eſſe bonæfidei, quam concluſionem anceps Bartol.in. d.l. ex diuerſo.§.1.nume.12. nos reliquit cogitantes, uerum Inno. Butr. & cæteri in capi. grauis, de reſtitutione ſpoliatorum, & Soci. Tract.Fallē.regula.250.& clarius Loriotus in.l.fructus colum.antepenul.uerſic. uel ſubtilius, de regulis iuris, rectius exiſtimarunt, teneri fructus illos reſtituere, quos tempore malefidei percipiſſe dicitur, quod probat l.ſi fundum.C.de rei uendicatione, dum generaliter ait, poſſeſſorem teneri reſtituere fructus, quos malafide percipiſſe probatum fuerit, & ea ratione ſuadetur, quia ſingula in his temporum momenta ſunt ſpectanda. l.qui bonafide uerſic.& magis.de adquiren. rerum dom.

617 Extenditur primo procedere † etiam in illo poſſeſſore, qui efficitur malæfidei non conſiderata ſua perſona, ſed alterius, cui ſuccedit, ut in herede, qui malefidei poſſeſſori ſuccedit, nec enim his heres hos fructus ſuos facit. l.2. in fin. C. de fructibus & litium expen. tranſit enim illa malafides. l. cum hæres. ff.de diuer.& tempo.præſcript.ſic Bart. d.l.ex diuerſo.§.1.num.12.de rei uendicatione, quem ſunt ſecuti cæteri in cap. grauis ibi Abba.num.10. Bero.num.38. de reſtitutione ſpoliatorum Ruin.conſil.50.in fi. lib. 5.Soc.Tract.Fallen.regu.250. Fallen.2. Afflict.Deciſione.240.nu.3.Soc.Iun.conſi.182. nu.28.30.lib.2.Non ignoro tamen contrarium ſenſiſſe Ioan. Copum. d. Tractat. de fructibus lib.2.tit.4.cap.3.in fin.cuius rationes parum urgent, niſi illius doctrina intelligatur, cum is heres uti nolit acceſſione
618 defuncti cui ſucceſſit, ſed † ipſam præſcriptionem a ſua perſona initium ſumere uelit, ut adnotauit omnium primus Dynus in capitulo poſſeſſor in fin.de regulis iuris, quem alij plures ſunt ſecuti, ut retulit Socinus Tract.Fallen.regula.389.Fallent.1.

Verum aduerſus Dynum communis eſt ſententia, ut in eo ca.poſſeſſor ſecunda parte.§.9.num.1.Dydacus notauit, & communem eſſe contra Dynum, teſtatur Dec. conſil.272.num.6.Ruin.conſi.40.num.18. lib.1. Rube.conſil.13.num.14.Goza. conſi.56.nu. 15.late Balb.Tract.præſcriptio.ſecunda particula tertiæ partis principal.s.q.12.uerſicu. ſed dubitatur, quid ſi heres, ubi a communi hac contra Dynum non eſse recedendū affirmauit, eo tamen loco retulit quatuor declarationes quas nunc non repetam, ne propoſitam materiam noſtram egrediar nimis: hac tamē de re uidendi ſunt præter relatos Barbat.conſil.9.colum.5.conſi.40.colum.9. conſi.41.colum.10.lib.1.& conſi. 27. in fine lib.3.Soc.Senior conſil.60.colum.penul.lib. 1.& Capicius Deciſione.86.num.7. Socinus iunior conſi.69.nu.47.libro.1.

619 Extenditur ſecundo procedere † in illo poſſeſſore, qui bonæfidei efficitur, nulla tamen alia cauſa ſuperueniente, ſic declarat Socin.Tracta. Fallen.regula 250. Fallen. 1. qua tamen in re cogitandum eſt, quomodo caſus iſte euenire poſsit.

620 Declaratur non procedere, quando † ſucceſſor non repreſentat perſonam illius in cuius poſſeſſione ſuccedit, ut in ſucceſſore ſingulari, ut qa a malæfidei poſſeſſore emerit, nec.n.tunc is in uitium ſuccedit, glo.in .l. ſi ego.§.partus uerſi.ſed heres de Publicia. & in noſtris terminis ſic declarat Bero.in.d. ca.grauis nu.38.uer.& ex p̄dictis, de reſtitutione ſpoliatorum, & licet conſtitutum hodie uideatur ex authen.malæfidei.C.de præ
621 ſcrip.longi tempo. † uitium hoc tranſire in ſingularem ſucceſſorē, hoc ſolū intelligitur, quoad immobilium preſcriptionem impediendam, non quoad mobilium uſucapionem, ut declarat Balb.d.Tract. præſcriptio.

ſecunda particula tertiæ partis principalis.
q.12.uerſi.primo limitatur,qui poſt Barto-
lum Alexandrum. Iaſ. & cæteros in.l. Pom
ponius.§ .cum quis,de adquirenda poſſesſio
ne,communem teſtatur,non ergo mirum ſi
hos fructus poterit per triennium uſucape-
re, & ſuos debito tempore facere.

622 Tertius eſt caſus principalis,† quoad fru
ctus ciuiles.ſunt enim fructus ciuiles,ex no-
ſtrorum ſententia, qui non ex re,ſed ex ho
623 minis prouiſione prouenniunt, ut † penſio
domus.l.ſi nauis.de rei uendicatione,ſic Bar
to.in.d.l.ex diuerſo.§.1.num.1. de rei uendi
catione, Bald.autem in.l. ubi adhuc colum.
penultima uerſic.in textu quæritur nũquid.
C.de iure dotium,dixit eſſe induſtriales has
domus penſiones ex.d.l.ſi nauis,& idẽ Bald.
in.l.ſi traditio.in fin.C.de actio. empt. dixit
has penſiones eſſe fructus induſtrioſos, etiã
probauit Sylua.conſi.49.nu.77.lib.1.ſed idẽ
Bal.in conſi.118.Benedictus,in fi.lib.1.dixit
eſſe obuentiones,Abbas uero in cap.grauis
num.4.de reſtitutione ſpoliatorũ, dixit eſſe
mixtos,ibi tamen Bero.nu.9.dixit eſſe fru-
ctus iuris,Alexand.autem conſi.181. in fine
lib.1.& Afflict.Deciſione.44.num.7.dixerũt
eſſe ad ſimilitudinem naturalium , & large,
non ſtricte & proprie dici fructus : nam &
Iureconſultus in.l.mercedes.ff.de petitio.he
red.dixit eſſe loco fructuum,& Aretinus cõ
ſil.159.num.3.dixit hos fructus eſſe cum ali
qua hominis induſtria,& quod de penſione
domus dicitur , idem de uectura nauis dici
poteſt.d.l.ſi nauis,& de uſuris.l.eos.C.de u-
ſuris.l.fructus.ff.eodem , & ideo iureconſul
tos in.l.uſuræ.ff.de uſuris , inquit illas fru-
ctuum uices obtinere,ſic Breche.Turon.in
l.uſura nu.2.de uerborum ſignificatione.
In hoc ergo caſu.

624 Prima eſt concluſio † in poſſeſſore bonæ
fidei,qui hos fructus ſuos facit, ut induſtria
les iuxta ea, quæ diximus ſupra in ſecundo
caſu in prima concluſione:nec enim eſt lex,
quæ hunc poſſeſſorem impediat, quoad fru
ctus hos adquirendos,cum loquantur ſem-
per in malæfidei poſſeſſoribus , ut ſtatim re
feram , & hanc concluſionem affirmauit In
noc.in cap.ex literis de reſtitutione ſpolia-
torum,Bero.cap.grauis nu.23.in fine eodẽ.
& hanc ſententiam probat.l.ex annuo.ff.de
dona.inter uirum & uxorẽ,iuncta.l.fructus.
ff.de uſuris.

625 Secunda eſt concluſio † in poſſeſſore ma
læfidei,qui hos fructus reſtituere tenetur.d.
l.ſi nauis de rei uendicatione.l.ſi urbana, de
condictione indebiti &.l. domum.C. de rei
uendicatione,confert .l.Ancillarum , de rei
uendicatione, Bald.conſil.476. factum tale
colu.2.lib.1.Abb.& cæteri in.d. cap.grauis.

Verum Bero.d.cap.grauis num.24.aliter
ſenſit, & male, cum tex.l. ſi urbana , quem
perpendit,non loquatur(ut ille opinatur)in
ter poſſeſſorem & dominum,ſed inter con-
ductorẽ,& dñm , an ſcilicet conductor ſol-
uẽdo poſſeſſ. malæfidei ,liberet a uero dño.

626 Extenditur procedere † non modo in per
ceptis,ſed& in his qui percipi potuerunt.d.
l.domum &.d.l.ſi nauis in fine,quæ olim cõ
ciliauimus ſupra in primo remedio recupe-
randæ poſſeſſionis nu.374.

627 Declaratur non procedere,† cum impen
ſæ aliquæ ſunt factæ,nam tunc illæ ſunt pri
us detrahendæ.l.qui aliena.de negotijs ge-
ſtis,Breche.in.l.uſura.num.8. de uerborum
ſignificatione , quod in omnibus generale
eſſe diximus ſupra in princ. huius q̃ſtionis.

628 Tertia eſt concluſio in eo, qui † non eſt,
nec in bona,nec in malafide, qui adhuc hos
fructus lucratur,ſic Bero.d.cap.grauis num.
24,uerſic.ſubdo tamen,de reſtitutione ſpo-
liatorum,adfert exemplum in eo,qui errat
in iure,& citat in hanc ſententiam textum.
l.ex annuo &.l.de fructibus.ff.de don. inter
uirum & uxorem,& Bartol.in.d. l. ſed & ſi
lege.§.ſcire num.4.ff.de petitio.hæred.dixit
hunc errantem in iure tenere medium , in-
ter bonam & malam fidem.Verum ęſtima-
rem ipſe poſſeſſorem in caſu.d.l. ex annuo,
629 eſſe in bonafide quandoquidem is,qui † er-
rat in iure dicitur eſſe in bonafide, adeo , ut
illa ſufficiat ad præſcribendum, cum titulus
non eſt ad pręſcribendum neceſſarius,quod
tradunt omnes in cap. de quarta ibi Felyn.
num.34. de præſcrip . Bartol. & cæteri in.l.
Celſus ibi Balbus.quarto n otab. de uſucap.
teſtatur communem Soc.Sen.conſil .33. nu.
10. lib.4. Cur.Iun.conſil. 6.num.26.& con-
ſil.28.num.8.Rube.conſil.75.Didacus in ca.
poſſeſſor ſecunda parte.§.7.num.5.uerſic.ſe
cunda concluſio de regulis iuris in.6.quo lo
ci is Didacus num.6.uerſic. infertur , clare
affirmat Bartolum in.d.§. ſcire num.4. ha-
630 ud recte ſatis ſenſiſſe.Vnum hoc eſt, † er-
rantem in iure fructus ſuos facere , ut rela-
ti affirmant,præſertim Fely.d.cap.de quar-
ta.num.29.uerſic.limita.2. Balbus.d.l. Cel-

ſu

ſūs nu.19. ubi reddit huius rei rationem la-
te Cur.Sen.conſ.71.Princeps defunctus col.
9.Cur.Iun.28.num.6.& in terminis noſtris
ſpolij Baldus cap. cum ſuper col.2.uer.quæ
ro ulterius de cauſa poſſeſſionis & proprie
631 ta.Qui ſane † iuris error a præſcribēte poſ-
ſeſſore probari debet,ut annotarunt Barto.
Angel.in.d.§.ſcire Fely.d.cap.de quarta An
dr.Barbat.conſi.40.colum.8.in fin.lib.1.Rui
nus.conſi.63.num.23.lib.3.qui affirmant eſ-
ſe admodum difficilis probationis,ſic & Bal
bus.d.l.Celſus nume.27.

632 Declaratur primo non procedere, † quo
ad fructus naturales,quos hic errans in iure
ſuos non facit,ſic late affirmauit Fely. in.d.
cap.de quarta nu.30.uerſi. Prima reſtrictio.
de præſcrip. cuius uerba non refero, cum
apud eum legi poſſint.

633 Declaratur ſecundo non procedere † etiā
quoad fructus induſtriales quatenus is errās
in iure factus eſt locupletior Fely.d.cap. de
quarta num.31.uerſic.ſecunda reſtrictio.

634 Declaratur tertio,non procedere † in eo
qui errat in iure reſiſtenti,ut declarat Fely.
d.cap.de quarta num.31.uerſi. tertia reſtri-
ctio. ſic etiam Bart.d.l.ſed &ſi lege.§. ſcire
num.4.de petitio.hæred.Balbus.d.l. Celſus
num.20.21.de uſuca. qui rem hanc late ex-
plicat, Gramma.Deciſione.79.num.8.9.qui
loquitur in re eccleſiæ male alienata,huiuſ-
que ſententiæ alios plures citat, ut Abbatē
Aretinum ac Curtium Sen.eiuſdem fuit opi
nionis Plotus.l.ſi quādo nu.262.C. unde ui.

635 Declaratur quarto non procedere † quā-
do is poſſeſſor ſcire, propter ſuum demeri-
tum ſe eſſe aliquādo proprietate priuandū,
tunc fructus ſuos non facit etiam ſi in iure,
uel facto erraret,ſic egregie affirmauit An-
gelus in.l.Prædon's.ff.de petitio.hæred.ubi
Caſtrenſis idem affirmat,& hanc ut ſingu-
larem doctrinam commendauit Marſil.ſin-
gu.268.Verus poſſeſſor &c.qui inquiunt op
636 timum hoc eſſe aduerſus † Prælatos,qui dū
inſtituti ſunt faciunt fructus Beneficij pro-
prios,quos tamen reſtituere tenētur ſi pro
pter demeritum beneficio priuandi ſunt.

637 Declaratur quinto non procedere † poſt
litem conteſtatam , tunc enim errās in iure
non excuſatur , ut fructus ſuos faciat.l. ſed
etſi lege.§.etiam ſi ante litem.ff.de petitio.
hæred.ubi omnes.Plotus.l.ſi quando num.
514.C.unde ui.

638 Declaratur ſexto non procedere † quan
do per ſententiam fuit declaratum titulum
eſſe nullum , tunc is errans in iure fructus
ſuos non facit, ſic Roma. conſil. 454. colu.
ult.uerſic.his tamen non refragantibus, qui
in emptore rei minoris ſine ſolemnitatibus
& iure debito loquitur,in minore enim cen
ſuit eſſe ſingulare,ut qui minus rite & recte
ab eo titulum conſecutus eſt,non excuſetur
a fructuum,quos etiam percipere potuit,re
ſtitutione, ex gloſa.l.patri.ff de minoribus,
qua de re ſupra ſuo loco.

639 Quæro.42.an ferri † poſſit in caſu huius
remedij reintegranda ſententia ſuper domi
nij amiſſione, eo caſu , quando poſſeſſor is
fuit,qui cum uiolētia ſpoliauit. & non poſ-
ſe adfirmauit Soc. in.l. rem quæ nobis in fi-
ne, de adquirenda poſſeſſione, inquit enim
ſolum in poſſeſſorio eſſe ferendam ſenten-
tiam , & ad dominij amisſionem eſſe agen-
dum remedio.l.ſiquis in tantam. C.unde ui,
& huius opinionis citat gloſam in cap. pa-
ſtoralis de cau.poſſeſ. & proprie. in uerbo
intentare,redditque rationem , quia inter-
dicti ſic & remedij ex cap.reintegranda , na
tura eſt, non ut occupator dominium amit
tat , ſed ut ſpoliatus ante omnia ad ſuam
poſſeſsionem reſtituatur, quod etiam decla
rat Abbas in.d.cap. Paſtoralis num.23. quā
ſententiam probant plures canones relati
in ca.3.q.1.&in.3.q.2.qui affirmant,facta re
ſtitutione poſſeſsionis eiecto,& ita per uim
ſpoliato, cauſam dominij tractari.

640 Quæro.42.an a lata † in hoc remedio ſen
tentia liceat appellare, duo ſunt caſus.Pri-
mus,eſt cum in foro eccleſiaſtico intentatū
eſt hoc remedium , & tunc non eſt dubium
641 poſſe cum eo iure † a quacunque ſententia
in poſſeſſorio lata appellare liceat capitulo
primo de cauſa poſſeſsionis & proprie.cap.
cum ad ſedem , ubi omnes , de reſtitutione
ſpolatorum.Clem.1.de re iudicata . Baldus
in.l.1.C.ſi de momentanea poſſeſſione fue-
rit appell.Practic.Papien.in forma libelli in
cauſa ſpol.poſſeſ.in uerbo per noſtram diffi
nitiuam num 3.

642 Secundus eſt caſus † cum laicus in foro ſe
culari hoc remedium mouet(mouere enim
poſſe plures affirmarunt, quos ſuo loco re-
tulimus)& adhuc appellari poſſe,affirmauit
Pract.Papien.præcitato loco, qui ſe Baldū
ſic dicentem audiuiſſe refert,inquitq; Baldū
ſic conſuluiſſe,ut uere cōſuluit,conſ.321.ad
euidētiā præmittendum eſt, quod aliquādo

col.1.uerſ.ſi enim dicimus ciuile, lib.3.& ſi
idem Bald.in cap. quærelam col.4.uerſ. ſed
nunquid a lata,de electio. intelligat ſolum
procedere,cum hoc remedium ſuccedit lo-
co actionis de dolo, uel quod metus cau-
ſa, ſed Pract. Papien. abſolute eſt ſecutus
Ripa, in cap. ſæpe,in fi.de reſtitu.ſpoliato.
643 & utitur ſolidiſſima ratione,quia,qui † ali-
qua diſpoſitione,& priuilegio uult uti, de-
bet uti cum omnib.ſuis qualitatibus.l. ulti-
ma.§.& ſi præfatam,&.§.ſin autem hoc ali-
quis uerſi.cum enim. C. de iure delib.plura
ſimilia adfert Neuiza.conſ.87.nu.14.
644 Quæro.43.an † is ſpoliator,qui ad rem re-
ſtituendam lata ſententia tenetur, poſſit da
re fideiuſſorem:& non poſſe concludit Ar-
cadia. in cap.quia ſæpe.de electio.in.6. quē
ſecutus fuit Lucas a Penna.in.l. ſi.coloni.q.
31.C.de agricol.& cenſ.lib.11.citant textū
cap.epiſcopi.§.ſed notandum.3.q.1.perpen-
dentes forte illa uerba niſi præſentialiter
omnia,nec enim præſentialiter omnia re-
ſtituerentur, ſi ſufficeret, dare fideiuſſionē,
ipſe autem hanc ueram ſententiam probo
ex claro text.in cap.cum aliquibus,de re iu
di.cuius hæc ſunt uerba.Cum aliquibus eſt
adiudicata poſſeſſio non ſufficit eis dare pi
gnora, niſi corporali poſſeſſione lætentur,
qui textus a fortiori probat, ſi rectè conſi-
645 deretur.ſic enim † ſolemus dicere,condem-
natum ſoluere non liberari offerendo, fide
iuſſores.l.4.§.ait prætor,de re iud.l.item li
beratur. §. qui paratus, ubi Bar. ff. quibus
mod.pig.uel hypo.ſol.latè Tiraq.de retra-
ctu.cōſangui.§.3.glo.3.nu.14.15.
646 Quæro.44 quanto † tempore ſpoliatus
& demum reſtitutus in poſſeſſione, ante-
quam ſpoliator ſuper cauſa dominij audia-
tur remanere debeat:tex. in cap. tandiu .3.
q.2.clare inquit,tandiu quamdiu ſtetit ſpo-
liatus,quod affirmant Abbas in cap. uenera
bilis in glo.1.de off.deleg.Afflict.in cap.1.in
prin.nu.5.de contro.inter epiſco. & uaſal.
Rip.in.l.naturaliter. §. nihil commune.nu.
49.de adquiren.poſſ.Cur.Iun.conſ.41.in fi.
Catelia.Cotta in ſuis memoralibus in uer-
bo ſpoliatus,Alcia.reſponſo.370.nu.5.Cra
uet.conſ.140.nu.3.
Declaratur tamen primo & intelligitur,
647 † cum is omnibus bonis,non ſi una re tantū
ſpoliatus fuit,ſic declarat Ripa.d.§. nihil cō
mune nu.49.ubi inquit probari in multis ca
pitulis.d.3.q.2. forte uoluit probari in cap.
oportet in illa ratione, quia nudi, & iner-
mes,inimicis non debemus opponere, ſed
dura nimis uidetur hæc declaratio & ad.d.
cap.tamdiu.diuinare,immo illum generali-
ter loquentem, reſtringere, a Ripæ tamen
ſententia non recedit Catelianus Cotta ſta
tim relatus.
648 Declaratur ſecundo non procedere † in
foro ciuili,ut deciſum fuit in conſil.Neapo
litano,ut refert Afflict.in cap.1.§.ſi quis ho
minē in.9.notab.nu.2.de pace tenē. & eius,
uiola.ubi affirmat ſic fuiſſe declaratū,& ue
re,nec aliquo in foro uidi hoc obſeruatum,
immediate enim condemnati ſpoliatores,
ſolent,petitorij iudicium mouere, quod ea
ratione potius, quam alia contingit, quia
uix unquam euenit,ut omnibus bonis,quis
ſpolietur. erit tamen cogitandum, hæc de
remedio reintegranda.

SVMMARIVM
DECIMISEXTI
*Reccuperandæ poſſeſſio-
nis remedij.*
EX. C. SAEPE, DE REST.
ſpoliatorum.

1 *Innocētius 3. Pontifex maximus mul
ta preſtitit, quibus mali mortaliū
mores reprimerentur.*
2 *Conſtitutio.cap.ſæpe,de reſtitu.ſpolia.
extenſiua interdicti unde ui eſt.*
3 *Regnum Neapolitanum ſimilem ha-
bet conſtitutionem, conſtitutioni
cap.ſæpe,de reſti.ſpolia.*
4 *Spoliatus agens cōtra ſingularē ſucceſ
ſorem qua actione experiatur.*
5 *Condictio ex lege unde proueniat.*
6 *Conſtitutio. cap.ſæpe, de reſtitu ſpo-
liato. corrigit. l.cum à te.ff.de ui &
ui arma.*
7 *Verbum ſancimus nouum ius induci
oſtendit.*
8 *Cap.cum ad ſedem in fine, de reſtitut.
ſpolia. exponitur.*

9 Cap. ſæpe de reſtitu. ſpolia. declaratur.
10 Remedium ex cap. ſæpe, de reſtit. ſpolia. locum non habet contra ſingularem ſucceſſorem ignorantem uitium poſſeſſionis.
11 Remedium cap. ſæpe, de reſti. ſpolia. an concedatur contra ſingularẽ ſucceſſorẽ, qui ex poſt uitiũ rei cognouit.
12 Publiciana ob malamfidem agẽtis non impeditur
13 Publiciana iure & Põtificio cõceditur
14 Fructus non reſtituit malæfidei poſſeſſor ratione illius temporis, quo fuit in bonafide, quod & in foro conſcientia conceditur.
15 Perſonæ habilitas conſideratur ab initio, cum de re adquirenda agitur.
16 Statutum prohibẽs relinqui forenſi ex teſtamento, non habet locum in eo qui a principio fuit Ciuis & deinde eſſe deſiit.
17 Præſcribens ſi præſcriptione perfecta cognouit malafide præſcripſiſſe, non tamen reſtituere tenetur.
18 Actus perfectus nõ ceſſat ceſſante cã.
19 Qualitas iuncta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi
20 Poſſeſſionis adipiſcendæ, non retinendæ ratio ſpectanda eſt.
21 Peccati ratio an militet tam contra uitioſum ſucceſſorem ab initio, quàm ex poſt.
22 Remedium ex cap. ſæpe, de reſtit. ſpoli. concedi contra ſingularẽ ſucceſſorem ex titulo lucratiuo, cum ex poſt poſſeſſionis uitium cognouit.
23 Remedium ex cap. ſæpe, de reſti. ſpol. datur contra ſingularem ſucceſſorem uitioſum ex poſt, cum contra illius authorem non eſt ſuccurſum.
24 Remedium ex cap. ſæpe, de reſti. ſpolia. cõceditur cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ qui tempore traditionis cognouit poſſeſſionis uitium.
25 Bonafides duobus tpibus conſideratur.
26 Remedium ex cap. ſæpe, de reſtit. ſpolia. an detur contra ſingularem ſucceſſorem, qui ſcit rem eſſe alienam, uitium tamen uiolentiæ ignorat.
27 Succeſſor ſingularis præſumitur ignorare poſſeſſionis, & rei uitium, in qua ſucceſſit.
28 Ignorantia præſumitur ubi non probatur ſcientia.
29 Contrahẽns cõditionem illius, cum quo contrahit ſpectare debet.
30 Succeſſor non præſumitur ignorare factum ſui predeceſſoris ibi plura adferuntur.
31 Negligentia permutantis beneficium cum altero accuſanda eſt, ſi is titulum non perquiſiuit.
32 Emptor rei furtiuæ eam domino reſtituere cogitur & ptio ſi nõ reſtituto.
33 Succedens notorio ſpoliatori non præſumitur poſſeſſionis uitiũ ignorare.
34 Ignorare quod fit publice lata culpa ẽ.
35 Aſſertioni ſtandum illius eſt, cum agitur de re, quæ in eius ſolo animo conſiſtit.
36 Aſſertioni iuratæ non eſt ſtandum, cũ una aduerſatur iuris præſumptio, et ſi alias ei deferatur.
37 Aſſertioni alicuius etiam iuratæ non ſtatur cum cauſa magni põderis eſt.
38 Succeſſor conſanguineus præſumitur ſcire uitium poſſeſſionis in qua ſucceſſit.
39 Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.

40 Ignorantia non præſumitur in factis coniunctorum.
41 Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti ſucceſſiua non momentanea.
42 Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti quoad conſanguinitatem, nō quoad cætera.
43 Scientia uitij præſumitur in eo qui titulo lucratiuo ſucceſſit, non ex titulo oneroſo.
44 Ripæ conciliatio una improbata.
45 Bartolus l. poſt contractum numero 3. ff. de donation. declaratur.
46 Fraus non præſumitur in eo qui donauit conſanguineo & deinde deliquit, niſi præter conſanguinitatem concurrant alia.
47 Succeſſor qui cum prædeceſſore habitabat p̄ſumitur ſcire, an illius facta, et an eius poſſeſſio uitioſa eſſet uel nō.
48 Vicinus ſuccedens uicino an p̄ſumatur ſcire poſſeſſionē illā uitioſam fuiſſe.
49 Vicinus præſumitur ſcire facta uicini ſucceſſiua non momētanea, & paulo poſt etiam declaratur.
50 Vicinus ratione proprietatis obiectū rei ſcire præſumitur, ſed non quo titulo a uicino poſſideatur.
51 Vicinus non præſumitur ſcire celebratum contractum a uicino.
52 Coniectura qua præſumi poſſit uicinū ſuccedentem uicino ſciuiſſe poſſeſſionem fuiſſe uitioſam, eſt in arbitrio iudicis.
53 Vicinus, qui cum uicino conuerſatur præſumitur ſcire illius facta, & ibidem declaratur.
54 Cautela ad probandum uicinum ignorare factum uicini, quod aliàs ſcire præſumitur.
55 Remedium cap. ſæpe, de reſti. ſpolia. an detur contra ſingularem ſucceſſorē poſſeſſionis uacantis, qui ſciuit poſſeſſionem uitioſam.
56 Remediū ca. ſæpe, de reſti. ſpol. contra ſingularē ſucceſſorē quātumuis mediatū datur paulo poſt declaratur.
57 Remedium cap. ſæpe de reſti. ſpolia. an primo ſpoliato, uel ſecundo qui bonafide poſſidens ſpoliatus fuit.
58 Remedium C. ſæpe, de reſt. ſpolia. an ſpoliatori cōcedatur cōtra eū ſpoliantē.
59 Domino rei non furi res furto ſubtracta reſtitui debet.
60 Remedium C. ſæpe, de reſtit ſpolia. an concedatur poſſeſſori malæfidei contra ſuum ſpoliatorem.
61 Remedium ex C. ſæpe, de reſtitu. ſpolia. an detur Bonæfidei poſſeſſori contra bonæfidei ſucceſſorem.
62 l. uitia. C. de adquir. poſſ. declaratur.
63 Remedio. C. ſæpe, de reſtit. ſpolia. proprietatis ſeu dominij alterius exceptio obijci non poteſt.
64 Exceptio proprij dominij poteſt obijci contra agentem remedio .C. ſæpe de reſtitu. ſpolia.
65 Succeſſor ſingularis nominare non poteſt alterum cuius nomine poßidet, cum remedio. C. ſæpe de reſtitu. ſpolia. conuenitur.
66 Remedium C. ſæpe, de reſtit. ſpolia. an concedatur pro re rapta.
67 Spoliato per uim cōpulſiuā, an cōcedatur remediū. ex. C. ſæpe de reſt. ſpol.
68 Remedium C. ſæpe, de reſti. ſpoli. an locum habeat in una facti ſpecie. in marito, qui in rebus dotalibus uim commiſit, & ei uxor ſuccedit, an cōtra eam detur hoc remedium.

INNOCENTIVS TERTIVS IN CONcilio Generali.

Saepe cōtingit, quod ſpoliatus per ſpoliatorē in alium re tranſlata, dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur, per reſtitutionis beneficiū ſpoliato, cōmodo poſſeſſionis amiſſo propter difficultatem probationū, iuris proprietatis amittit effectum. vnde non obſtāte iuris ciuilis rigore: ſancimus, vt ſi quis de cætero ſciēter rem talem receperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, eo quod non multū interſit, quoad periculum animę, iniuſte detinere ac inuadere alienum. cōtra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

DECIMVMSEXTVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS *Remedium* EX CAP. SAEPE, de reſtit. ſpolia.

INNOCENTIVS
1 †tertius Pontifex max.
inter, multa decreta, quę
ut tam clericorū quàm
laicorum mores componeret,
edidit, (quod
in illius uita ſcripſit Platina)
hanc unam ſane
quàm utilem promulgauit conſtitutionem,
qua conſultum eſſe uoluit aduerſus ſingulares,
uitioſos poſſeſſores, cum iure aliquo,
præſertim ex interdicto, unde hoc in caſu
ſua poſſeſſione deiecto, ſeu ſpoliato ſuccurſum
non eſſe animaduerteret, quare noſtri
2 interpretes affirmant † hac conſtitutione interdictum,
unde ui, ampliari extendiq; &
per conſequens. l. cum a te. ff. de ui & ui arma.
corrigi, ut ex multis uno retulit uerbo
Ripa in hoc ca. ſæpe, nu. 38. & ſi alij diſſentiant,
correctionē induci, ut ſtatim dicemus, ſi
3 milem habet † conſtitutionem Regnū Neapolitanum,
ſi credimus Afflict. in cap. 1. §. ſi
uaſſallus nu. 12. & ibi Iſernia ſi de feudo fuerit
cōtrouerſ. inter dominum, & agna. uaſſa.
in hac uerò Pedemontium Regione, & in
Mediolanenſi ditione non uideo hac de re
ſingularem aliquam editam fuiſſe conſtitutionem,
cum ſolum aduerſus ipſummet occupatorem
immediatum prouideant, in tā
utili ergo cōſtitutione diſcutiēda, sūt aliqua.
4 Quæro primo, qua † actione utatur ſpoliatus,
ipſe aduerſus ſingularem hunc ſucceſſorem
& poſſeſſorem, crebrior eſt ſententia
poſt glo. hic ut retulit Ripa nume. 38. condictione
ex hoc ipſo canone uti: quam ſententiam
ea ratione probaui ſemper, quod ani-
5 maduerti legis † condictionem immediatè
ab illa induci, nullo præcedente partium
facto, cum nulla alia eſt prodita actio. ſic
probat tex. l. unicæ. ff. de cond. ex lege iuxta
declarationem quam ibi retulit Bar. nume.
7. uerſ. aut eſt lex ciuilis, ubi et Iaſ. in fi. qui
eiuſdem ſententiæ Bal. in cap. dilecti de iud.
citauit. Cum ergo in caſu noſtro, ante conſtitutionem
huius canonis, factum huius uitioſè
ſuccedentis aptum minime eſſet ad efficacem
obligationem, & per conſequens actionem
inducendam, hac conſtitutione eſt
factum, ut is ſucceſſor tanquàm ſpoliator
habeatur, teneaturq; uitioſe adepta poſſeſſionem
reſtituere, actione ſcilicet ſeu condi
6 ctione ex canone iſto † quo ut a nouo iure.
l. cum a te de ui & ui arma. correcta dicitur.
7 eſſe autem nouum hoc ius, oſtendit † uerbū
ſancimus cap. decernimus, ubi docto. de iud.
Dec. in. l. ne quidam n. 2. C. de teſta. mil. quæ
ergo relata eſt ratio urget magis, quàm cæteræ,
quę adferri ſolent: quibus abunde reſpondet
Ripa. in hoc cap. nu. 38. in eo animaduertendum
cenſeo, dum in hanc ſententiā,
8 paſſim adferri ſolet † tex. in ca. cum ad ſedē,

in ſi de reſtitu. ſpolia cum is ad rem nō con
ferat,quando motum eo caſu fuerit interdi
ctum unde ui, ut clara illius Canonis uerba
oſtendunt,& aliás admonui: uera tamen eſt
crebrior hæc ſentētia,nec aduerſatur,quod
a Ripa hic nume. 38. poſt. Goffred. & glo.
9 adfertur, fundamentum ex uerbis † capit.
noſtri, ibi,per reſtitutionis beneficium ſuc-
curratur, quod illi intelligunt, ex ui interdi
cti unde ui, cum præcipue tex. ipſe in prin.
de interdicto,unde ui, uerba faciens eiſdem
uerbis utatur, quam conſiderationem ante
Ripam,fecit Barba.in apoſtillis ad Abba.in
hoc capi.ſæpe nume.8. in. 3. apoſtilla, quia
reſponderi ſic præter alios poteſt, uerba il-
la reſtitutionis beneficium,eſſe generalia,&
juxta ſubiectam materiam intelligi, quare
dum principium conſtitutionis in interdicto
unde ui,loquatur, illa uerba eo loci poſita,
juxta illius ſuppoſitam materiam intelligū
tur,ut pariter ultima uerba iuxta ſubiectam
canonis noſtri materiam intelligere debe-
mus:non ergo actione in factum, ut iſti opi
nati ſunt,ſed condictione ex canone utetur
ſpoliatus contra ſingularem hunc ſucceſſo-
rem & poſſeſſorem.

10 Quæro ſecundo an † remedium huius ca
nonis, locum ſibi uendicet contra ſucceſſo-
rem ſingularem, qui ignorat poſſeſſionem
eſſe uitioſam, et non habere locum affirma
runt omnes Ripa nume. 40. Bal. in conſil.
321.ad euidentiam præmittendum eſt,quod
aliquando &c.col.1.lib.3. Aret. conſil. 103.
nume.4.uerſic.primus eſſet,Corne.coſi.329.
num.10.11.lib.1.Calca. conſil.116. nume.7.
uerſ.quinimo.res hæc dubitationem nō ha-
bet probabilem,cum conſtitutio hæc ipſa in
ſcientia conſtituat fundamentum,nam cum
adeſt ignorantia, ceſſat peccati ratio, ob
quam remedium hoc adinuentum eſt, nec
placet declaratio. gloſæ hic, quam pariter
reiecit Ripa, contra hunc ignoranter ſucce
dentem dari reintegrandæ remedium, quia
ſi ante huius canonis conſtitutionem nullū
erat proditum remedium,contra ſingularē
ſucceſſorem ſcienter in uitioſa poſſeſſione
ſuccedentem, quanto fortius non erat ſuc-
curſum contra ignorantem,qua de re ſuo lo
co dicemus.

11 Quæro tertio,an † concedatur hoc reme
dium cōtra ſingularem ſucceſſorem, qui ex
poſt cœpit habere ſcientiam uiolentiæ: &
non concedi affirmarunt Ripa,hic num.41.
poſt Cepola conſil.60.col.3.quam defendit
& Io.Cora.in l.naturaliter.§.nihil commu-
ne ſecunda parte num.129.de adquiren. poſ
ſeſſ.& hanc ut ueriorem probo, rametſi cre
brius incontrariam ſententiam a noſtris itū
ſit,ut ſtatim dicemus,& huius eſſem ſenten-
tiæ, adducebar aliquando, præter cæteros,
eo fundamento, quia ſi contingeret hunc
poſſeſſorem,cui malafides ſuperuenit, cau-
ſam a non domino quem dominum crede-
bat habentem, poſſeſſionem non habere,
Publiciana ſibi concederetur ad eam conſe-
quendam.l.eum qui in ſi.ff.de publıc.ubi ma
12 lafides † ſuperueniens non impedit Publicia
nam, nec alia ratione forte illud eſt, quám
quod per eam ſola auocatur poſſeſſio. l.ulti
13 ma.ff.de Publicia.quod † iure etiam Ponti-
ficio hoc caſu conceditur, ut declarat Bal.
in.l.Ancillæ.col.1.uerſ.ſed an per ius cano-
nicum.C.de furtis,quem ſecutus eſt Balb.in
tracta.præſcriptio.ſecunda particula tertiæ
partis, prin. q.8.uerſic.circa præmiſſa &c. ſi
ergo daretur actio fortius exceptio.l. inui-
tus.§.cui damus.de reg.iur. Secundo adduce
bar,quia hic.poſſeſſor.in quem ex poſt ſu-
peruenit malafides & rei alienæ ſcientia di-
citur impropriiſſime prædo.l.ſed&ſi lege.§.
etiam ſi ante.ff.de petitio.hered.& aliás di-
ximus, ſupra in primo remedio nume. 110.
ubi ex multis retuli Decin. l.nemo eſt præ-
do de reg.iur,in hoc ergo prædone conſtitu
tū eſt, ut in judicijs uniuerſalibus, quale eſt
petitiones hæreditatis, teneatur ad fructus
collectos ſtatim lite mota,d.§.etiam ſi ante,
in ſingularibus autem niſi poſt litem conte-
ſtatam.l.certum.C.de rei uend.& aliás dixi
mus in remedio præcedenti reintegrandæ
14 † fructus ergo aliorum temporum,donec ſci
licet bonafide poſſedit, non reſtituit. quod
etiam in foro conſcientiæ procedit, ut affir
mauit Caieta.in.2.2.q.63.artic.6.quem alijs
multis relatis ſecutus eſt Didacus in ca.pec-
catum tertia parte.§.12.pagina.1.uerſ. ſed ta
men de reg.iur.in.6. quos certe fructus tene
retur in hoc conſcientiæ foro reſtituere, ſi
poſſeſſio iudicaretur iniqua.Tertio conſide
15 rabā illud in † rebus adquirendis perſone ha
bilitatem ab initio conſiderari,quidquid in-
de ſequatur.l.Mella in prin.de alimen. & ci-
ba.lega.& eſt in argumentum quod ſcribūt
Bart.in.l.1.ff.de reg.Cato.Bal.in.l.ſeruus.C.
de lega.Alex.conſi. 29.li.3.& pulchre admo
dum Soc.Sen.conſi.81.col.3.uerſ. tertio pro

batur,& col.4.uerſ.ſeptimo ſi toto.lib.3.dū
16 interrog.reſpondit † ſtatutum prohibens iu
riſditioni nō ſuppoſito relinqui in teſtamen
to quid poſſe,in eo locum ſibi non uendica-
re,qui tempore relicti erat ſuppoſitus, licet
ex poſt factus ſit alienigena & forenſis, mul
tis ille ac egregijs nititur argumentis, quæ
non parum caſui noſtro conueniunt, & inte
grū illud reſponſum retulit &probauit Mar
ſi.in l.ultima nume.100.ff.de iuriſd.om.iud.
ſic ergo hoc in caſu dicendum eſt, ſatis ſu-
perque eſſe, ſi tempore, quo hic ſucceſſor
poſſeſſionem adipiſcitur, eſt bonæfidei &
ſine dolo, & ſi non perduret cum is actus,
uno momento perfectus, ex ſuperuenien-
ti, ſcientia etiam in conſcientiæ foro non
euertatur,ut per exemplum uidemus in eo,
17 qui perfecta † præſcriptione cognoſcit ſe
rem alienam præſcripſiſſe,non tamen reſti-
tuere, quod præſcripſit, tenetur, ut eſt cre-
brior noſtrorū ſententia teſte Balbo in tra
cta.præſcriptio. ſecūda particula tertiæ par
tis prin.q.9.& Tiraq.in tract. quod ceſſante
cauſ.ceſſet effectus.limita.12.nu.16. ea utun
18 tur omnes ratione, quia † actus iam perfe-
ctus non ceſſat ceſſante cauſa.Quarto dein-
de loco perpendebam,conſtitutionem hanc
noſtram,ea ratione fuiſſe editam,ut illius ui
tium reprimatur, qui auſus fuit, cum uitio
alienam ingredi poſſeſſionem,& qui per ui-
tioſam quandam ſucceſſionem conari uide-
tur primum illum occupatorem tueri, & de
fendere,quod non contingit,cum ex poſt fa
cto ſuperuenit ſcientia,nec enim malus hu-
ius poſſeſſoris continuātis animus hoc caſu
conſiderari poteſt,quod confirmatur ex illa
conſideratione,quam faciunt cæteri,noſtrā
hanc conſtitutionem illis uti uerbis, ſciēter
19 rem talē receperit,iuncta regula † qualitatē
adiunctam uerbo intelligi ſecundum tēpus
uerbi.l.in delictis.§.ſi damnū extraneus, ad
l.Aquil.quam regulā exornant Dec. in cōſ.
37.nu.8.conſ.443.nu.16.Gomes.§.rurſus n.
25.Inſt.de acti. Pariſ.con.61.nu.37.li.4.cum
ergo qualitas ſcientiæ ſit a principio & tem
pore receptionis,intelligi ex poſt uere, non
poteſt, accedit quinto loco, quod poſſeſſio
iuſta, uel iniuſta a ſui principio iudicatur,
quare ab initio iuſta ob bonam fidem,nō ef
ficitur,iniuſta ob ſuperuenientem malā fidem
l.unica in ſi.C.de uſucap.transfor. nec enim
20 † ratio retinendę,ſed origo adipiſcendę poſ
ſeſſionis ſpectanda eſt.l.clā.poſſidere de ad-
quiren.poſſ.ſic argumentatur Cora.d.§.ni-
hil commune ſecunda parte nu. 129. qui &
alia perpendit,quæ nō refero,minus cætera
leuiora refero quæ a Ripa hic perpenſa fue
runt,ut aliquibus reſpondere uidetur Rube.
in.d.§.nihil commune nu.60.nec huic firma
tæ ſententiæ aduerſantur rationes crebrioris
opinionis eorum ſcilicet,qui affirmarunt re
medium huius canonis, concedi contra hūc
qui ex poſt rē uitioſam nouit,ut Abb.hic n.
13.&Butr.ut retulit Ripa n.41.& hanc poſte
riorem probauit Rube.d.§.nihil commune
nu.60.non enim urget illa ratio qua paſſim
21 omnes in hanc deſcendunt ſententiam, †
peccati ſcilicet rationem, tam contra uitio-
ſum poſſeſſorem ex poſt, quàm contra ſuc-
ceſſorem hunc ab initio malæfidei militare,
ſicq; idem ius.l.illud ad.l.Aq.l.a Titio de uer
bo.oblig.nam huic rationi ſatisfactum ex re
latis credimus,dum oſtendimus eum iniuſte
non poſſidere,qui ex poſt rem alienam eſſe
cognouit ſufficit enim iuſtum poſſeſſionis
principium d.l.unica.C.de uſucap. transfor.
nec dicitur uitij ac fraudis particeps. qui ab
initio fraudem non cognouit.l.ſed & ſi lege
§.ſcire autem.ff.de petitio.hered.atq; ita re
ctè reſpondit Cora.d.§. nihil commune par
te.2.nume.131.non urgent pariter uerba cō-
ſtitutionis noſtræ, ibi, iniuſte detinere, ac
inuadere alienum quaſi uerbum inuadere
principium actus reſpiciat uerbum uero de
tinere, ad actum ex poſt referatur, quæ a
pari iuxta uerborūm qualitatem & coniun-
ctionem procedunt,idem enim eſſe uidetur,
ingredi alienum ſcienter a principio, uel
alienum ex poſt ſcienter detinere, ſed ue-
rius intelligo uerbum detinere referri ad ſe
cundam perſonam ſucceſſoris ſcilicet in re
aliena ſcienter,uerbum autem inuadere re-
ferri ad primam perſonam.immediati ſcili-
cet occupatoris.
22 Declarat tamen hanc ſententiam † Coraſi-
us.d.§.nihil commune.2.parte nu. 132. non
procedere primò in illo ſucceſſore, qui ex
lucratiuo titulo eſt conſecutus poſſeſſionē,
nec enim,(ut ille ait) par eſt utriuſq; tituli
ratio.l.ultim.1.§.licentia.C. de iure deliber.
cum ſimil.quare tunc etiam ex poſt ſuperue
niens ſcientia illi nocet.
Declarat ſecundo idem Cora. qui ſupra,
23 † non procedere cū immediatus occupator
ſoluendo non eſt, nam tunc in ſubſidiū agi
poterit contra hunc ſucceſſorem, cū & hoc

caſu interdicto unde ui ſpoliato ſit ſuccur-
ſum,ut diximus ſupra in primo remedio.
Declarat tertio idem Cora.qui ſupra nõ
24 procedere † ſi tempore traditionis hic ſuc-
25 ceſſor bonamfidem non habuit,† bonafides
enim duobus temporibus adeſſe debet con-
tractus ſcilicet & traditionis tempore.l.2.
in prin.ff.pro empto.glo.in.l. qui autem.§.
hoc edictum,in uerbo ceſſare.ff. de his quæ
in fraud.ſed animaduertendũ eſt.d.l.2.loqui
in ſolo emptionis contractu non cæteris,di
uerſitatis rationem non excutio nunc.
26 Quæro quarto an † remediũ huius cano
nis locum habeat contra eum, qui ſcit rem
eſſe alienam,ignorat tamen eſſe uitio uiolẽ
tiæ affectã,& non habere locum affirmarũt
Ang.conſi.157.col.ultima uerſi.& attenden
dum Imo.& Oria.quos retulit & ſecutus eſt
Ripa hic nu.42.idem cenſuit Francus In di-
ſputatione petitorij,& poſſeſſorij primo du
bio nu.37.Corne.conſ.329.nu.11.lib.1.qui-
bus accedo,non tamen ex uerbis noſtræ cõ
ſtitutionis,quæ ab illis perpenſa ſunt,ibi in
uadere alienum, quaſi ſolum hic tex.loqua
tur inuaſione ſecuta,quod uitiũ eſt uiolen-
tiæ,quia uerbum inuadere,ut iam ſupra di-
xi,refertur ad primam illam perſonam im
mediati occupatoris, ſed ea ratione potius
adducor,quia ſcientia hæc eſt, cum illa qua
litate uiolentiæ,quare qualitas uerificari de
bet,ut diſpoſitiõi locus ſit rõ rationis illa ẽ,
quia quod ſpoliatus reſtitui ante omnia de
beat, per uim poſſeſſio erepta ab eo eſſe de
bet,nam caſus eſſe poteſt, in quo poſſeſſio
erit uitioſa,eo uitio, ob quod non daretur
reſtitutio ante omnia,ut in uitio clandeſti-
nitatis,ut olim diximus ſupra in primo re-
medio ex interdicto unde ui.q. 12. cũ ergo
poſſit cõtingere caſus, ubi is ſucceſſor poſ-
ſet ignorare uiolẽtiæ uitium, credendo eſ-
ſe uitium clandeſtinitatis,ea mẽte ſuccedet
quod dominij exceptionem quam ſuus au-
thor opponere potuiſſet, is opponere poſ-
ſit,quod ſi ſciuiſſet,eſſe uitiũ uiolentiæ,non
ſucceſſiſſet ex quibus ceſſant, quæ ex ad-
uerſo a Ripa hic nu.42.adferuntur.
27 Quæro qnto an † ſingularis hic poſſeſſor
& ſucceſſor præſumatur ſciuiſſe rem fuiſſe
uitio uiolentiæ affectam & nõ præſumi, af-
firmarũt noſtri oẽs, author eſt Ripa hic.n.
43.& Rube.d.l.naturaliter.§.nihil commu-
ne.nu.63.& ibi Cora. in ſecunda parte nu.
28 133.ea adducuntur ratione oẽs,quia † igno
rantia præſumitur ubi ſcientia non proba-
tur,cap.præſumitur de reg.Iur.in.6.ubi late
Dy.quod intelligitur in facto alieno,ut hoc
noſtro caſu,l.ultima i fi.ff.pro ſuo,Dec.cõſ.
207.nu.5.Pariſ.conſ.47.nu.102.lib.1.uerum
huic communi ſententiæ aduerſatur illud,
29 quod ex quo is,qui cum alio † contrahit de
bet illius conditionem explorare.l.qui cum
alio de reg.iur. ubi late Dec. & Cagnol. &
30 hic † ſucceſſor non præſumit ignoraſſe ſui
prædeceſſoris factũ:& ideo dici ſolet illius
ignroantiã ferendã, non eſſe.l. quod te.ff. ſi
certũ pet.hinc Bal.in.l.1.ff.ſi quis omiſſ. ca.
teſt.& Soc.Trac.fall.reg.176.fall.1. dixerũt
huius ſucceſſoris ignorantiã eſſe ſimulatã.
idem cenſuit Dec.conſi.160.col.3.in fi.& d.
Crauc.conſi.225.nu.8.qui adfert notab.tex
tũ.l.3.§.ſed & ſi ſic.ff. de in rẽ uerſo, eiuſdẽ
ſententiæ addo Alex.conſ.103.nu.16. lib.2.
Rui.conſi.88.nu.12.lib.5.accedit,fortius, q
reſpondit Soc.Sen.conſi.168.col.penu. uer.
præterea ſi habebat lib.2.poſt Io.Andr. Ge
31 mi.Anchar.& cæteros, illius † negligentię
& culpæ, qui permutando propriũ benefi-
ciũ cum altero non perquiſiuit illius titulũ
& iura,nec enim inquit Soc. ex eo ſolo cre
dere dẽbuit illũ eſſe dominũ, quod in poſ-
ſeſſione eſſet.in non lõge diſſimili caſu Soc.
probauit Crau.conſil.132.nu.13. Tertio cõ
fert tex.l.in ciuilem.C.de furtis,ubi agn ita
32 † re furtiua apud emptorem exiſtenti dño
reſtituitur etiam emptori pretio non reſti-
tuto,debuit enim inquit tex. is emptor uen
ditoris conditionem pſcrutari,nec ignorã-
tia eum excuſat ut declarat Alcia.Tract.pre
ſump.regula.3.pręſump.29.& omnes i n.d.l.
in ciuilem.Defendi tamen iure poteſt com
munis ſententia,quia & ſi poſſeſſor iſte reſti
tuere rem ipſam teneatur,nec prætium con
ſequatur,attamẽ dici non põt uitioſus poſ-
ſeſſor,ut in caſu.l. inciuilem fatentur, om-
nes & Alciat.d.præſump. 29.qui ea ratione
dicunt furti pœna eũ non teneri,ſi ergo ui-
tioſus poſſeſſor nõ eſt,hoc remedio contra
eũ agi non poterit,ſed alio,nam ideo reſti-
ſtituit ante omnia ſpoliatus ob ſpoliatoris
uitiũ,quod cum hoc caſu ceſſet, dicendum
eſt contra illũ non concedi, rurſus ſcientia
uitij eſt in cauſa,ut cõcedatur hoc remediũ
ſpoliato.ſed quomõ is agere poterit,ſi hanc
ante omnia qualitatẽ non probet,nec ſuffi-
cit probare rem eſſe propriã ut inde pręſũ-
ptio ſcientię uitij reſultet,quia res uitio affe
cta

ſta eſſe poteſt,& tamen poſſeſſor eſſe innocens & bonæfidei glo.ex illo tex.in.§. conceptú Inſt. de obliga.ex delicto.Saly.d.l.in ciuilem in fi.cōmuni ergo ſententiæ ſubſcribo.

Declaratur tamen multipliciter,& primo
33 non procedere, † quando notoria fuiſſet illius prædeceſſoris ſpoliatio, ſic Abba. hic & refert Ripa.d.nume.43. & Cora.qui ſupra,
34 ea ratione moti quia † ignorare quod publice omnibus eſt notum,lata culpa eſt Dy. in cap.ignorantia num.16.de reg.iur. in. 6.quare ignorantia improbabilis illa dicitur.l.regula.§. ſed & facti, de iuris & facti ignora. Soc.d.regula.176. fall.1.Alex.conſil.187.nu. 7.lib.2.Soc.Iun.conſil.6. in fi. lib.3. Crauet. conſil.225.nume.8. quod intelligit Ripa, & malè,in ſucceſſore immediato ſecus in mediato, qui ueriſimiliter uitium hoc uiolentiæ iuſte ignorare potuit, quod non placet, quia ſi præſupponimus rem eſſe notoriam, intelligere debemus eſſe utroq;tempore notoriã,ut termini ſint pares,aliàs res hęc probabil.careret dubitatione, ſi intelligeremus notorium fuiſſe ſolum tempore primi ſucceſſoris, quia eſſe poteſt, quòd inter primú ſpoliatorem & mediatum ſucceſſorem anni interceſſerint quãplurimi,quibus uerè apud omnes uiolentię memoria extincta ſit.eo tamē in caſu, quo uiolentia eſt notoria,nò poterit is ſucceſſor allegare & ſuo iuramento probare,ſe crediſſe uitium illud fuiſſe purgatum, & ſi enim hoc ſcire, uel ignorare in
35 animo conſiſtat † ob id ſtandum aliàs ſit aſſertioni iuratæ allegantis, iuxta notab. glo. §.ſed iſtæ.ubi Iaſ.num.54.Inſt.de actio Soc. tract.falle.reg.72.Iaſ.l. cum quædam puella nu.3.de iuriſd.om. iud.conſil.84.nu.7.lib. 1. Ruin.conſil.1.nu.4.lib.5.Pariſ.conſil.51. nu. 5.lib.4.Craue.conſ.2.n.9.attamē in caſu noſtro(ut rectè animaduertit hic Ripa)ex quo uiolentiæ uitium iam ſuberat,non eſt ſtandú iuratæ aſſertioni allegãtis ſe uerè crediſſe uitium illud fuiſſe purgatum,ut probat cap. innotuit.de electio.Abbas in cap paſtoralis.
36 de exceptio.nec enim huic iuratæ † aſſertioni defertur,cú altera aduerſatur preſumptio: Fely.in cap.ſignificaſti il.1.col.1.de homi.in cap.1.col.pen.& ultima de præſump. quem ſecuti ſunt Ruin. conſil.13.nu. 4.lib. 5.Marſil.conſil.7.nu.7.& latè conſi.9.num.35.Accedit præterea, quod res magni ponderis in caſu noſtro tracta. poterit,quo in caſu huic
37 iuratæ †aſſertioni deferendum nò eſt,ut adnotauit Marſil.ſing.635.qui alios in hanc attulit ſententiam.

38 Declaratur ſecundo non procedere †ſecũdum Abbatem & Ripam hic & Coraſ. d.§. nihil commune ſecunda parte nume.33. ubi Rube.num.61.non procedere in ſucceſſore conſanguineo illius primi occupatoris uio-
39 lenti,ea ratione adducti, quod † coniunctus præſumatur ſcire facta coniuncti.l.octaui.ff. unde cogna.l.de tutel.C.de in integ.reſt.ca. conſtitutus, de teſtibus, quare regula illa,
40 qua dicimus in facto alieno †ignorantiam preſumi, ceſſat in facto conſanguinei. Soc. tract.fallen.reg.177.fallen.ultima,Neuizanus li.1.Syluæ nup.num.113.uerum non mul
41 tum urget hæc ratio,quia † coniunctus præſumitur ſcire coniuncti facta ſuceſſiua non momentanea;qualia ſunt furta uiolentiæ & cætera his ſimilia,ſic docuit Bal.in.l.quoniam.C.de iure deliber. Iaſ. in.l.1.col.1. & ibi Ripa.num.46. ff. ſi certum peta.idem Ripa. l.qui Romæ.§.duo fratres nu.51. de uerbo. obliga. niſi dicamus uiolentiam eſſe actum momentaneum,uitium tamen uiolētiæ perdurare,quod ueriſimiliter notum eſſe potuit conſanguineo,ſed alia ratione non multũ urget,quod à relatis interpretibus adfer-
42 tur, quia quod † conſanguineus, & cognatus præſumatur ſcire facta conſanguinei intelligitur coſanguinitatis reſpectu non alia rum rerum omnium,ſic declarauit Bald. d.l. quoniam,quem ſecutus fuit Ripa qui ſupra, eiuſdem addo ſententiæ Soc.Sen. conſil. 97. num.3.lib.4.Ruin.conſi.121.nu.4.lib.1.Dec. conſil.445.num.35.in fi.Gomeſ.Hiſpa.§.rurſus nume.17.Inſt.de actio.Alcia.in.l.poſt cōtractum num.28.& ibi Io. Annibalem num. 117.ff. de dona.Quamobrē hanc declarationem non eſſe ueram aliqui crediderunt, ut hic teſtatur Ripa,qui ſentiens difficultatem ſtuduit omni conatu, horum interpretum contrarias ſententias hac adhibita diſtinctione conciliare, aut is ſucceſſor eſt ſine titulo, uel cum titulo lucratiuo, aut eſt cum titulo
43 oneroſo.Primo caſu in hoc †ſucceſſore coniuncto,præſumitur ſcientia uiolentiæ & uitij, argumento eorum, quæ docuit Bartol. in.l.poſt contractum nu.3.uerſ.ſecunda præſumptio & ibi Picus nu. 45.ff.de dona.Dec. conſ.235.n. 2.uerſ.ſecunda præſumptio cōſ. 587.nu.9.uerſ.quarto accedit & conſil.659. nu.2.Soc.Sen.conſi.264.col.1.uerſ.tertio arguitur lib.2.Cur.Iun.conſil.6.nu.6.dum af-

firmant id ſucceſſore coniūcto ex titulo lucratiuo fraudem præſumi,& ſimulationem. Secundo caſu ſcientia uiolentiæ non præſumitur argumento. l.pen. C.de euictio.quod ſenſit & Alcia.in.d.l. poſt contractum num. 27.in fine dum inquit, in alienatione titulo oneroſo in coniunctum facta fraudem non præſumi,quoniam habita non uidetur coniunctionis ratio, ſed potius cum eo, tamquàm cum extraneo contractū.l. nón exiſti mo.ff.de admi.tuto.& argumento.l.ſi pater.
44 §.ſi duos. ff. de adoptio.Verum † Ripæ hæc conciliatio non ſatis tuta eſt, nam aduerſus primū diſtinctionis membrū ex Bart. l.poſt contractum nu.3. uerſi.ſecunda præſumptio illud urget, quod non rectè ſatis ſenſit, nec Bar. nec qui.eum ſecuti ſunt,ut rectè anima duertit eo loci Imola & Roma. & clarè Alcia.num.28. qui affirmarunt,non ex eo fraudem præſumi in ſucceſſore coniuncto,quod coniunctus pſumatur ſcire facta coniuncti. d.l.octaui,quia, ut iam retuli cum Bal. in. d. l.quoniam.C.de iure delib.intellig tur,quo ad conſanguinitatem,non quoad cætera,ut fraudes delicta & his ſimilia,quæ non ſolent etiam conſanguineis comunicari,iuxta.l.ultimam.ff.de ritu nuptia.Dec.conſil.64.col.3 licet ergo in caſu Bart. quod ad ipſum donantem fraus præſumi poſſit, non tamen quoad ipſum ſucceſſorem, ut hic, & fraus debet adeſſe ex latere utriuſque, ut animaduertit Io. Annibal in. d. l. poſt contractum nume.115.ff.de.dona.qui affirmauit iura nō ſolere in his diſtinguere inter extraneos &
45 ſanguine coniunctos,quinimo ſi rectè † Bar. uerba.d. nume. 3. perpendantur ſentit poſt
46 Dy. quem citat † ſolam ſanguinis coniunctionem fraudē non arguere ēt in ſucceſſore ex titulo lucratiuo, niſi alia concurrat cō iectura, quod clarè probat. Alcia. tracta. præſump.regu.1.præſump. 29. nume. 4. idē reſponſo. 125. nume. 8. in fin.& clarè idem cenſuit Picus in.d.l. poſt contractum nume. 46.Non ergo Abba.Ripæ & Cora.declaratio tam abſolutè iure defendi poteſt. quare ipſe eam intelligerem ueram, quando hic
47 † ſucceſſor conſanguineus unā cum conſan guineo,cui ſucceſſit,habitabat moramq; trahebat: eſt enim tunc urgens præſumptio, quod nouerit & uiolentiæ uitium omnemq; fraudem,ut pulchrè declarant Rui. conſilio 168.num.6.lib.1.& Craue.conſi.237.num.1. & ſi Cora.d.§.nihil commune ſecunda parte nume. 135. abſolutè hanc declarationem defendat,quod ſpolia a communiter contin gentibus omnibus ſunt nota, quod minimè uerum arbitror.

48 Declaratur tertio non procedere † in uicino,ut poſt Abba.docuit hic Ripa num.44.et Cora.d.§.nihil.commune ſecunda parte nu. 136.ubi & Rube.num.61.ea adducti ſunt ratione, quia uicinus præſumitur ſcire facta uicini capit.quoſdam capit.quanto,de præſump.latè Felyn.in cap.literis, de præſump. quæ ratio non multum placuit Ripæ,& Ru-
49 beo qui ſupra, quia † uicinus præſumitur ſcire facta uicini ſucceſſiua, non momentanea,ut declarauit Bald. in.l. conuenticulam colum.2.C.de epiſcop.& cleri.Alexan.conſilio 80.col.3.lib.2.omnes in.l.1.ff. ſi certum peta. uerum (ut ſtatim ſupra dicebā) actus ſpolii eſt quidem momentaneus, ſed uiolentiæ uitium eſt ſucceſſiuum,quare rectius dicendum eſt, uicinum præſumi ſcire facta uicini, quæ & cæteris ueriſimiliter nota eſſe poſſunt, ut declarauit idem Bal.in.d. l.conuenticulam,quem eſt ſecutus ipſe Ripa in.l. 1.numer. 46. ff. ſi certum peta. quod autem poſſeſſio affecta ſit uiolentiæ uitio,non omnibus ueriſimiliter notum eſſe poteſt,etſi aliter opinetur Cora. d. nume. 136. ſic nec ipſi uicino cognitum eſſe poteſt. Nec placet Ripæ & Rubei diſtinctio,dum conſtituunt differentiam inter uicinum ſpoliatoris, & uicinum rei in qua commiſſum eſt ſpolium, ut in uicino ſpoliatoris ſcientia non præſumatur,in uicino uerò rei contra,primum membrum eſt uerum, ſecundum uerò falſum.
50 etſi enim is ſciat, † ob obiectum rei, quis rem, uicinam poſſideat ſecundum Baldum in capitulo.1.§.ſi tres.De pace tenend.in uſibus feud. ut ſimile ſcribit Cur. Iun. in l. 1. numero. 43. uerſic. ſecunda concluſio.ff.ſi certum petatur, attamen non præſumitur ſcire quo titulo poſſideatur:poſſideri enim
51 poſſet ex celebrato contractu, qui a † uicino iure ignorari creditur,ut affirmarūt Cur.Se. in l.1.num.31.ibi Cur.Iun.num.43.uerſiculo tertia concluſio Ripa num. 46.uerſic. tertia coniectura& Iac.Niger.num.38.ff.ſi certum petatur, hanc ergo declarationem non arbitror in quouis caſu abſolutè ueram,niſi alia
52 cōiectura cōcurrat, † quę qualis eſſe debeat, erit arbitrio iudicis iuxta l.1.ff.de iure delib. cū ſimil.unā ex multis illa cōſiderari poteſt,
53 cum is † uicinus cum ſpoliatore uicino con

uerſatur cap. quoſdam cap.ſcriptum de ele-
ctio. Dec.d.l.1.tertia lectura num.59.ibi Ri-
pa num.46.in fi. & Niger.nu.37.ff.ſi certum
petatur,quare refert Ripa.d.numer.46.poſt
54 Socinum Sen.conſi.187.lib.2.†cautelam eſſe
ad hanc coniecturam excludendam, ut pro
bationes fiant. Vicinum ipſum non conſue-
uiſſe conuerſari cum uicino, poſſent & alia
probari,quæ excludunt penitus huius ſcien
tiæ præſumptionem,ut abſentia infirmitas,
& his ſimilia,ut eſt apud Ripam in d.l.1. nu.
45. 46. & ibi Curtius Sen. nu.31.32. ff.ſi cer
tum petatur.

55 Quæro 6. an hoc †remedium concedatur
contra eum.qui ſcienter recepit rem uitio-
ſam,ſed uacantem : Ripa hic nume.45. duo
diſtinctionis conſtituit capita. Primum eſt,
quando res ipſa uitioſa & uacans a ſpoliato
re nunquam fuit poſſeſſa,ut in caſu.l.1.§.qui
a me,de ui & ui armata. ſecundum,quando
fuit a ſpoliatore poſſeſſa res,quæ uacans re
peritur nunc,quam diſtinctionem leuē ſum
ſemper arbitratus,cum quoad ipſum ſucce-
dentem res ipſa uacans ſemper dici poſſit,
quod forte ſentiens Ripa, unum diſtinctio-
nis tantum caput explicat,in quo poſt Inno
cen. & Abba. concludit concedi,quia ſciens
rei uitium omni caſu dicitur in uitio ſucce-
dere.quod non probo, cum uerè uacans res
illa dicatur, quæ a ſpoliatore poſſeſſa nun-
quam fuit, eam ergo ingrediens reſtituere
tenetur, non hoc noſtro remedio, ſed ex
conſtitutione l. ultimæ C. unde ui, ut ſuo
diximus loco, qua conſtitutione cum pro-
uiſum iam fuerit hoc in caſu, fruſtra eſſet di
cere neceſſariam fuiſſe huius noſtri canonis
prouiſionem. Niſi dicamus, neceſſariam
fuiſſe, ut ita eccleſiæ bona, ut laicorum
defenderentur. Nec aduerſatur textus l. 3.
§. proinde, de ui & ui armata, a Ripa cita-
tus, quia is rectè ſatis reſpondet,ut alias nos
declarauimus.

56 Quæro 7. an † concedatur hoc remediū
contra quemcunq; mediatum ſucceſſorem
uitioſum,& concedi affirmarunt omnes, au
thore Abb. hic.n.15. & Ripa nu.46.idē pla-
cuit Rubeo in d.l.naturaliter.§.nihil cōmu-
ne nu.60.in fine & ibi Coraſ. ſecunda parte
nu.137. qui teſtantur omnium eſſe ſenten-
tiam, cōcedi etiam contra milleſimū ſucceſ
ſorem.Cum in omnibus ſemper militet pec
cati ratio. Nec aduerſantur uerba huius ca-
nonis,quæ & ſi in ſolo illo ſucceſſore, qui à
ſpoliatore immediate cauſam habuit, loqui
uideantur,attamen, (ut rectè animaduertit
Coraſ.d.n.137.) ratio generalis illa eſt,quæ
ampliat dictum.l. reg.§. ſi quis. ff. de uſuris
& facti igno. & tradit latè Crau. conſi. 236.
nu.10.in fi. conſil. 242.nu.3.in fi.conſil.321.
col. 2. in principio.

Declaratur eo in caſu,nō procedere,quā
do alter ex ipſis mediatis ſucceſſoribus fuiſ-
ſet in bonafide,quia tunc ultimus,qui poſſi
dere reperitur bonæfidei eſſe dicitur, ita ut
contra eum hoc remedio agi non poſſit,di-
citur enim hoc caſu purgatum uiolentiæ ui
tium,ſic declarauit Ang. in conſi.157.col.1.
uerſi.ſed ſi omnes medij &c.qui col.ult.affir
mauit hoc caſu ſpoliatū teneri probare ſciē
tiam uitij omnium,ut apud eum.

57 Quæro 8. † quid ſi alter ex poſſeſſoribus
fuit in bonafide,ſpoliatusq; fuerit, an ſibi,
uel primo ſpoliato remedium hoc conceda
tur,huic ſolo bonæfidei poſſeſſori ſpoliato
concedi affirmaſſe uidetur Innocen. hic, ea
forte ratione,quia ultimum ſpolium eſt pur
gandum cap.ult. de ordi. cog.& alias fuſius
ſuo loco ſupra diximus. Contrarium ſenſit
Butr. ut refert.& ſequitur hic Ripa nu. 46.
uerſi. ſed hic ſuboritur dubitatio, qui affir-
mant utriq; concedi & primo & ſecundo, ſi
modo nouus poſſeſſor cognouerit utriq; il-
latam eſſe uiolentiā,uerius arbitror ultimo
tantum ſpoliato relata ratione concedi.nec
urget ratio Ripæ, ſpoliatorem hunc & pri-
mo ſpoliato teneri,ob cauſam peccati,ſi no
uit iam illum fuiſſe ſpoliatum, quia ex quo
a bonæfidei poſſeſſore rem poſſidere uidit·
& ab eo rem abſtulit illi ſoli tenetur,quē of
fendit,nam illius,non primi poſſeſſoris poſ
ſeſſionē dicitur occupaſſe, ſic.n.alias ſupra
docuimus,prædonē ſpoliatū, ante omnia re
ſtitui,quāto fortius hic Bonæfidei poſſeſſor?
ex quibus ceſſat diſputatio Ripæ.d.nu.46.in
fi. quorum alter præferatur, uel hic ultimo
loco,ſpoliatus,uel ille primus.

58 Quæro.9.an†remediū huius canonis con-
cedatur ſpoliatori, contra eum,qui ſcienter
rem recepit a ſecundo ſpoliatore,& nō con
cedi affirmauit hic Abb.nu.16.uerſ.ſed ego,
ea adductus ratione,quia hoc remediū,ſolū
fuit ad primi ſpoliati commodum adinuen-
tum,ob ſcilicet animę periculum,quare ſpo
liator in peccato inuolutus nō debet ſe poſ
ſe fundare contra eum, qui alterius rem in-
debitè detinet,ex quo enim commiſit in le-

gem, non debet poſſe illius auxilio adiuuari.l.auxilium in ſin.de mino. Nec hãc Abb. conſiderationem euertit, quod a Ripa hic, num.47.adfertur, dum inquit peccati rationem militare etiam in hoc ſucceſſore ſciente uiolẽtiam illatam, quia ſpoliator tenetur ad æſtimationem primo per eum ſpoliato. l.cum ui me deieceris.ff.de ui & ui armata, cuius obligationis cauſa dicitur is ſucceſſor indebite detinere etiam in ſpoliatoris præiudicium, ratio hæc Ripæ ex eiuſdemmet doctrina hic nu.49.confunditur, dum negat hoc intereſſe conſiderabile eſſe, ut ſtatim di cemus. Hac ergo in re conſiderandum eſt, quæ ex duabus rationibus præponderet, an illa conuenti, qua allegat, ſpoliatorem agẽtem agere non poſſe, cum peccato obnoxius inuolutuſq; ſit, an illa ipſius ſpoliatoris agentis, & dicentis aduerſus conuentum, reſtitue, quod male detines, tanquã ſucceſſor illius, qui me ſpoliauit, cum tibi non liceat allegando ius tertij in peccato eſſe, & ſine ut conueniar ab eo ipſe, quem tu a me falſo ſpoliatum opinaris. Dicerem ego potiorẽ eſſe ſpoliatoris primi rationẽ, tũ, quia nouus ille ſpoliator non poteſt ius tertij allegare, ut ſubijciam, tum quia is primus ſpoliator tenetur primo domino reſtituere, ut ſenſiſſe uidetur hic Ripa num.48. & ſtatim referam, & in hãc ſententiã adducor Theologorum authoritate, quorum crebrior eſt

59 opinio, † rem non furi a quo ablata eſt, ſed uero domino eſſe reſtituẽdam, niſi conijci poſſit uere furem re recepta illa uero domino reſtituturum, uel niſi caueat idoneæ, quod uere reſtituet, ſic poſt Angelum Clauaſium in ſumma in uerbo. Reſtitutio num.1. & Sylueſtr. in eadem ſumma in uerbo. Reſtitutio. 3.in quæſtione.7.declarat Didacus Cauarr. in cap. peccatum in ſecunda parte.§. 12.nu. 1.uerſic.tertio patet emptorem, de regulis iuris in.6.citat & eiuſdẽ ſententiæ Io.a Medina Tract.de contractibus.q.10.& confert l.Bonafid.§.pen.ff.depoſiti, ut alibi diximus.

60 Quæro.10.an hoc † remedium concedatur poſſeſſori malæfidei, ſine uiolentia contra ſuum ſpoliatorem: & concedi affirmauit poſt Abb.hic.Ripa nu.48.qui uerum intelligunt, ſi modo ueriſimilis adſit coniectura, uel præſtetur cautio, quod res domino reſtituetur, (ut etiam in præcedenti quæſtione retulimus) ſuadet enim iuris æquitas, rẽ uero domino non prædoni eſſe reſtituendam l.bonafides.§.pen.ff.depoſiti, quam alias declaraui ſupra in primo remedio.q.11.& ſtatim attigi ſupra. Non placet tamen una ratio, quam hic perpẽdit Ripa, quod cum his malæfidei poſſeſſor non teneatur ad æſtimationem & intereſſe ſpoliato.l.cum a te.ff.de ui & ui armata, non poſſe arguere reum eſſe in peccato reſpectu ſui, quia & ſi ex diſpoſitione illa interdicti unde ui, non teneatur is poſſeſſor malæfidei ad aliquam reſtitutionem, uel eſtimationem.d.l. cum a te, tenetur ex diſpoſitione canonis noſtri, iuxta ſuã generalem rationem, cum a ſpoliato conueniri poſſit. quare ſua maxime intereſt rem a ſpoliatore conſequi, ut eam uero domino reſtituat.

61 Quæro.11.an hoc † remedium concedatur poſſeſſori bonæfidei contra bonæfidei poſſeſſorem: & non concedi affirmauit hic poſt Abbatem Ripa nu.49. peccati enim ratio ceſſat hoc caſu, ceſſant & uerba canonis noſtri, quæ uitium ſucceſſoris conſiderant, & res clariſsima eſt. inquit tamen Abbas alijs remedijs eſſe hoc caſu ſuccurſum bonæ fidei poſſeſſori, ut ex canone Reintegranda.3.q.1.& ex.l.ſi.coloni. qua de re ſuo loco

62 diximus. Nec aduerſatur relatæ ſententiæ † text.l.uitia. C. de adquirenda poſſeſſione, quo dicimus poſſeſsionis uitium in quemcumque poſſeſſorem tranſire, quia ut inquit hic Ripa num.49. intelligitur ſolum ad impediendam preſcriptionem, ut iam alias declaraui, & in his fere terminis ſic declarat Calcan.conſil.116.nume.7.uerſ. Nec obſtat quod &c.

63 Quæro.12.an † agenti hoc remedio, proprietatis exceptio obijci poſſit: diſtinguit hic Ripa nu.50. aut intelligimus de dominio alterius, aut de proprio, primo caſu affirmat Ripa, & recte non poſſe obijci, ex text. in.l. ſi Socer.§.Lucius.ff.ſoluto matrimonio, ad cuius interpretationem præter ſcribentes ibi, uidendus eſt Ruinus conſi. 183. num.5. lib.1. Pariſ.conſil.95.num 3.5.lib.2. Boe.q. 329. hæc enim exceptio non eſt excluſiua intentionis agentis, quare obijci non poterit. iuxta declarationem Bar.in.l.2. ubi Soc. num.6.7.ff.de excep.rei iudicatæ, late Tiraquel. in.l. ſi unquam in uerbo Reuertatur num.358.C.de reuo. dona.

64 Secundo caſu † obijci poſſe credidit Ripa, & idem affirmauit Corſet. in Tracta. Vallẽ. ad Regulã, quod ſpoliatus reſtituatur ante omnia

omnia Fallen. 43. qui huius ſententiæ retu lit Bal. in l. 2. in fi C. de ſer. fug. uerum Bal. eo loci non in caſu remedij noſtri canonis, ſed l. ſi coloni, & officij iudicis loquitur, qua de re ſuis locis diximus, Bald. autem in l. in ciuilem C. de furtis, qui & a Corſ. citatur ſubobſcure ſentit non poſſe obijci, ut ſtatim ſubijciam, ea ratione utitur Ripa, quia conſtitutio noſtra fundatur in periculo animæ, contra eum, qui aliena detinet, quæ ratio ceſſat in eo, qui detinet propria, quę ſane ratio parum urget, cum hæc ſit argumentatio a ſenſu contrario, quæ non recipitur cũ alia pugnant iura & rationes, ut alias ſupra admonui quinimo retorquetur Ripæ ratio, nam æquitas huius canonis eſt fundata in uitio illius poſſeſſoris, quod uitium, ut purgetur extinguaturque, ante omnia reſtituenda eſt poſſeſſio, nec hic conſtituenda eſt differentia, quod ratione proprietatis res ſit propria detinentis, uel aliena, ſed ſola poſſeſſio occupata conſideratur: quare ut in interdicto unde ui, ad cuius exemplum inductum eſt hoc remedium, obijci nõ poteſt proprij dominij exceptio, ſic nec hoc in caſu, ob id rectius Bald. d. l. in ciuilem, & clarius Rube. in l. naturaliter. §. nihil commune nume. 62. de adquirenda poſſesſione, ſenſerunt dominij proprij exceptionem non poſſe obijci, nec diſſentit Butr. in cap. paſtoralis, de cauſa poſſesſionis & propr. & Soc. Sen. conſil. 266. col. 7. uerſi. præterea etiam remedium lib. 2. quibus ſubſcribo.

65 Quæro 13. an † ſucceſſor iſte conuentus poſſit hoc caſu nominando alterum ſe ab hoc iudicio eximere: & nõ poſſe affirmauit hic Ripa nu. 51. poſt Abba. & cæteros quos citat: ea moti ſunt ratione, quia iſte ſucceſſor conuenitur ex proprio uitio & facto, cũ ſcienter ſe intruſerit, & cum ſibi poſſideat, non habet facultatem nominandi dominũ in iudicio l. 1. C. ubi in rem actio, & hac de re latius diximus ſupra in præcedenti remedio q. 31. ubi in prima declaratione hanc attigi quæſtionem, non repeto.

66 Quæro 14. an † hoc remedium concedatur pro re rapta: & nõ concedi affirmarunt hic Inno. & Abb. etſi Ripa nu. 53. diſſentiat, docui ſupra in Decimotertio remedio in q. 3. pro re mobili rapta concedi illud remedium ex l. ultima. C. unde ui, quare, quo ad laicos ſuperflua foret hoc caſu conſtitutio noſtra, ſi ſequamur Abba. ſententiam. uerum ſi recte perpendatur, non erit ſuperflua, ſed omni in caſu neceſſaria, cum conſtitutio illa l. ultimæ locum ſolum habeat contra occupatorem immediatum, non contra hunc ſucceſſorem, & tam pro re mobili, quam immobili procedit.

67 Quæro 15. an hoc † remedium concedatur ſpoliato per uim compulſiuam: & non concedi affirmauit hic Abb. quia uerba conſtitutionis ſolum intelliguntur de ui expulſiua, accedit quod hæc conſtitutio eſt inducta ad ſimilitudinem interdicti, unde ui, quod pro ui compulſiua ſpoliato non concedi iam multis firmauimus ſupra in primo remedio. q. 10. contrariam tamen ſententiã firmauit in caſu noſtro Ripa hic num. 36. in fin. ea ratione. quia conſtitutio noſtra in peccati ratione ſe fundat, quæ hoc caſu locum habet, ab Abbatis ſententia non recederem, cum ui compulſiua ſpoliatus, non dicatur contra ſuam uoluntatẽ ſpoliatus, quare. ut impropriẽ ſpoliatus non reſtituitur, ut in d. q. 10. aliàs admonui, quare alio utatur remedio, Nec Ripæ ratio urget, quia alio remedio contra hunc detinentem, uero poſſeſſori eſt ſuccurſum.

68 Quæro. 16. & ultimo in notabili & quotidiana quæſtione, maritus poſſidet bona dotalia, cecidit aliquo euentu a poſſeſſ. dd. bonorum deinde dum ſtudet amiſſam poſſeſſionem recuperare committit uiolentiam, poſtmodum moritur, & bona reſtituuntur uxori, dubitari contingit an ſua poſſeſſione ſpoliatus a marito, poſſit remedio huius canonis experiri contra uxorem, quæ nunc poſſidet, hanc quæſtionem mouet Iſernia in capit. 1. §. ſi uaſallus colum. 4. & ibi clarius Afflict. numer. 12. ſi de feudo defuncti mil. fuer. contro. inter dominum & Agna. & affirmant, poſſe, ſic etiam intelligentes conſtitutionem illam Regni, circa uiolentiam, quam dicunt a canone noſtro originem duxiſſe, ut ſupra in prin. huius remedij retuli, ipſe pariter Iſer. & Afflicto. ſubſcribo ea præcipua ratione, quia negari minimẽ poteſt, quin uitioſa ſit poſſeſſio, quæ in uxorẽ deuenit, quare uitium prius purgandum eſt, & quoad poſſeſſionem dicere non poteſt mulier, ſe rei propriẽ inſiſtere, cætera non refero, hæc ad cap. ſepe, de reſtit. ſpol. quod eſt decimum ſextum in ordine recuperandæ poſſeſſionis remedium ſcripſiſſe uolui.

SVMMARIVM

DECIMI SEPTIMI ET VLTIMI

Reccuperandæ poſſeſſionis remedij.

EX OFFICIO Iudicis.

1 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis ex officio iudicis, quare ultimo loco col locatum.*

2 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis ex officio iudicis unde prouenerit.*

3 *Habitans uel utens cenaculo illius poſ ſeſſor non dicitur.*

4 *Iudicis officium, quod ad recuperandam poſſeſſionem datur æquitate nititur.*

5 *Iudicis officium conceditur ſpoliato lite pendente uel appellatione interpoſita.*

6 *Iudicis officium an detur contra ſingularem ſucceſſorem uitioſum cum titulo oneroſo.*

7 *Iudicis officium datur contra ſingularem ſucceſſorem uitioſum cum titulo lucratiuo.*

8 *Iudicis officium obligationem non præſupponit ueram, ſed ſolum quaſi.*

9 *Iudicis officium inſtar actionis datur.*

10 *L. Qui per colluſionem. §. ulti. ff. de actio. empti, in qua actionis ſpecie loquatur.*

11 *Iudicis officium non datur contra ſingularem ſucceſſorem ignoranter quouis titulo in re uitioſa ſuccedentem.*

12 *Remedium extraordinarium ceſſat, cum ordinario locus eſſe poteſt & inibi declaratur.*

13 *Remedia duo extraordinaria poſſunt adinuicem concurrere.*

14 *Iudicis officium an ei concedatur, qui propria culpa & facto poſſeſſionem amiſit.*

15 *Iudicis officium conceditur ei qui proprio facto poſſeſſionem amiſit, ſi modo ei concederetur alias in integrũ reſtitutio.*

16 *Eccleſia, quæ ſuo facto poſſeſſionem amiſit iudicis officio eam recuperare poterit.*

17 *Minor, qui ſuo facto poſſeſſionem amiſit iudicis officium eam recuperat.*

18 *Iudicis officio is ſuam recuperat poſſeſſionem, qui ex ſuo facto adhuc non perfecto recuperauit.*

19 *Contractus, qui celebratur, ut res menſuretur, uel ponderetur, perfectus non dicitur, re non menſurata, uel ponderata.*

20 *Iudicis officium locum habet in caſu l. 2. C. de prætorio pignore.*

21 *Iudicis officium an concedatur colono, Inquilino commodatario & ſimilibus, ut recuperent ablatam ab eis poſſeſſionem, ſeu detentationem.*

22 *Colono qui penſionem nõ ſoluit non ſuccurritur iudicis officio ut ablatam poſſeſſionem recuperet.*

23 *Iudicis officium an concedatur fructuario, & illi qui annuos reditus emit.*

24 *Iudicis officium ad recuperandam poſſeſſionem ablatam ſeu occupatam lite uel appellatione pẽdente quod.*

25 *Spoliatio lite pendente uel appellatio-*

ne iudicis lædit authoritatem.

26 *Iudicis officium datur contra ſingularem ſucceſſorem, qui ſucceſſit, in poſſeßione occupata lite pendente uel appellatione.*

27 *Iudicis officium datur contra ſingularem ſucceſſorem, qui ſucceßit in poſſeßione occupata lite pendente uel appellatione, etiam non probata ſcientia uitij ſucceſſoris*

28 *Iudicis officio agenti ad recuperādam poſſeßionem obijci non poteſt alterius ſpolij exceptio.*

29 *Iudicis officio agenti ad recuperādam poſſesſionem obijci non poteſt ultimæ ſpoliationis exceptio.*

30 *Vicium primi ſpolij aliquando prius purgandum.*

31 *Iudicis officio agēti ad recuperandam poſſesſionem excommunicationis exceptio obijci non poteſt.*

32 *Iudicis officio agenti ad recuperandam poſſeßionem in beneficialibus tituli defectus exceptio, quando obijci poßit.*

33 *Iudicis officio agenti ad recuperandam poſſeſſionem obijci an poſſit exceptio, præſumptionem iuris contra eum eſſe.*

34 *Iudicis officio ad recuperandam poſſeſſionem, cum monetur iudicij ordo non obſeruatur.*

35 *Libellus, & litis conteſtatio non eſt neceſſaria cum officio iudicis agitur ad recuperandam poſſeſſionem.*

36 *Fructus qui ſint reſtituendi ſpoliato agenti ex officio iudicis.*

37 *Iudicis officio agenti ut ius ſepeliendi recuperet an obijci poſſit exceptio, cadauer uexandum non eſſe.*

38 *Attentata pendente appellatione quo uſque reuocari liceat petere.*

39 *Spoliatus officio iudicis agens ſi pendente appellatione a ſententia contra eum lata ſpoliet ſpoliatorem appellationi renuntiaſſe dicitur.*

40 *Attentata non reuocantur, ſi attentata ea ratione ſunt, quia imminebat periculum.*

41 *Suſpectus de fuga pendente appellatione, prehendi poteſt.*

42 *Lite pendente uel appellatione, an graui crimine infamatus ſpoliari poſſit.*

43 *Spoliatio lite pendente facta differt a ſpoliatione facta pendente appellatione.*

44 *Spoliatio facta a tertio ratione ſui intereſſe lite cum altero pendente reuocetur officio iudicis.*

45 *Titulus. Nil nouari pendente appellatione, tertium non afficit, ſi ratione ſui intereſſe aliquid moliatur.*

46 *Remiſſoriæ concedendæ an ſint cum officio iudicis agitur.*

47 *Spoliatio lite pendente facta an impediat ſuſpendatque petitorium iam intentatum.*

48 *Franciſcus Aretinus laudatur.*

VLTIMVM
RECVPERANDAE POSSESSIONIS *Remedium*
EX OFFICIO Iudicis.

REMEDIVM HOC
1 † ex officio iudicis poſteriori loco non ea ratione collocauimus qđ a legiſlatoribus,ſit ultimo loco adinuentum, ſed quia ut extraordinarium ſubſidiariumq; uiſum eſt cõmode hic collocari potuiſſe, ſcio etenim Papiniani uiri acutiſſimi fuiſſe in-
2 uentum,ut is oſtendit in † l.Attilius, uel (ut alij habent Codices) Aquilius Regulus.ff.de dona.ibi, quod ſi expulſus Nicoſtratus ueniat ad iudicem, ad exemplum interdicti, quod fructuario proponitur, defendendus erit, quaſi loco poſſeſſoris &c. & ſi enim is
3 cui † cœnaculi uſus,uel alia habitatio, poſſidere non uideatur, ſed eam ſolam facultatem ſit aſſecutus,quod etiã reſpondit Dec. conſi.355.nume.1. poſt. Bart. & cæteros in d.l. Aquilius,attamen ſi ab ea facultate deijciatur,ſpolieturq; hoc iudicis officio ad exemplum interdicti unde ui,reſtituitur, quod
4 ſane † iudicis officium, cum æquitate quadã nitatur iuxta l. plane. ff. de petitio. hæred. cap. 1. de off. iud. & docuit Dec. in l. ſi me & Titium nume. 4. 5. ff. ſi certum peta. factum eſt, ut illud ad certos alios caſus, cum æquitas ſuadet extenderent interpretes, ne ſcilicet is ſpoliator, cum alterius iactura locupletetur:hinc etiam factum eſt,ut & ſum
5 mi Pontifices iudicis hoc † officium, ad caſum illum protraxerint, cum lite pendente, uel appellatione, qui poſſidet, uel detinet, deijcitur, ut extant conſtitutiones Inno. 3. in cap. bonæ memoriæ de appella.& in cap. Accedens.il.1. ut lite non conteſta. ut ergo ex ordine explicem, quæ in hoc remedio cognitu utilia ſunt duo conſtituam capita, primum in officio iudicis ante litem motã quo prouiſum dicitur in his caſibus in quibus interdicto unde ui non erat ſuccurſum: ſecundum erit quando ſpoliatio, uel lite pendente uel appellatione,facta eſt.

Primum caput pluribus quæſtionibus propoſitis declaratur.

6 Quæro ergo primo † an hoc remedium concedatur cõtra ſingularem ſucceſſorem, malafide ſcienter ſuccedẽtem in uitioſa poſſeſſione,& non concedi crebrius noſtri affirmarunt.ut poſt Abba. in cap. ſæpe.nu.8.teſtatur ibi Ripa.nu.9.eſſe communem ſententiam de reſtitu. ſpolia.idem cenſuit Io. Coraſius in l.naturaliter.§. nihil commune ſecunda parte nu.120. uerſi. uigeſima regula. ff.de adquiren. poſſ.quibus non accedo tam abſolute,ſed tres caſus diſtinguo primus eſt cum ſcienter in uitium is ſucceſſor,cum titulo oneroſe ſucceſſit ſecundus quando tit. lucratiuo ſciẽter ſucceſſit tertius quãdo ignoranter ex utroque titulo,primo caſu placet communis ea(præter illos)ratione,quod officium hoc iudicis ſit ad exemplum interdicti unde ui æquitate quadam inductum d. l. Aquilius in fi. & iam eſt certum interdicto unde ui,ſuccurſum non fuiſſe,contra ſingularem ſucceſſorem.l. cum a te. ff. de ui & ui arma.nec ſuggerit æquitas ut is moleſtia afficiatur,qui ære proprio erogato rem hanc recepit.quę ſane ratio ſolidior eſt illo fundamento,quo relati interpretes nituntur,dum inquiunt ante conſtitutionem cap. ſæpe ſuccurſum non fuiſſe ſpoliato contra ſingularem poſſeſſorem aliquo remedio,nam huic argumentationi facili negotio poſſet reſpõderi,non fuiſſe quidem olim actionis remedio aliquo ſuccurſum,non tamẽ ſequi,ergo nec iudicis officio, cum iudicis officium, & actio,duo diuerſa ſint, & ſi a lege negatur actio,non tamen iudicis officiũ.l.plane. ff. de petitio.hered.Bar.& oẽs in l.1.ubi Iaſ. nu.8. Dec.nu.27.ff.de Iuriſd.om.iud.non eſt ergo concludens argumentatio, conceſſa nõ fuit actio,ergo nec iudicis officium,nec huic ſententiæ aduerſantur,quæ in contrariã ſententiam ſolent adferri, cum ſatis reſpondeant Ripa & Cora. præcitatis locis, qui & ſi aliqua comminiſcantur in reſponſione illius rationis, æquitate ſuadente concedi debere remedium hoc aduerſus ſingularem ſucceſſorem . rectius tamen, (ut uno attigi uerbo,) dici poteſt , nullam hic ſubeſſe æquitatem.

7 Secundus eſt caſus† quando titulo lucratiuo ſingularis hic ſucceſſor ſcienter in poſſeſſione uitioſa ſucceſſiſſet, quo in caſu aduerſus

uerſus cæteros uerè credo concedi hoc remedium, ex æquitatis ratione, quæ ſuadet hunc cum aliena iactura nõ debere locupletari. nec una me mouet ratio, quã ſentit Ripa. d. cap. ſæpe nume. 9. iudicis officium hoc
8 caſu concedi non poſſe, quia † iudicis officium nullam præſupponit obligationem. l. qui per colluſionem. §. fi. de actio. emp. ſed in caſu noſtro ſubeſt obligatio, ergo & actio. l. licet. §. ea, de procura. ſi ergo datur actio, ergo ceſſat officium iudicis, quam argumentationem ſenſit, & Cora. d. §. nihil commune ſecunda parte num. 20. quia reſponderi ſic poteſt, quod licet officium iudicis nullam præſupponat obligationem ueram & propriã, præſupponit tamen quaſi obligationem, ut eſt glo. nota. in l. ſi ſeruum. §. ult. in uerbo peti poſſit. de uerb. ob. ubi Alex. alia adfert, & ſcribit Gomes. §. 1. nu. 32. Inſt. de actio. rur
9 ſus dico † iudicis officium dari inſtar actionis realis, & qui iudicis officio tenetur, realiter tenetur, ſic Bart. in l. 4. §. Cato. nu. 5. de uerb. oblig. idem in l. ultima. ff. de iniurijs. Iaſ. d. §. Cato. num. 26. Gomeſ. d. §. 1. nu. 31. Inſti. de actio. Rube. in l. non ſolum. §. morte num. 496. de operis noui nuntia. & ex relatis Gomeſ. clarè docuit, iudicis officium ſaltem aduerſus ſingularem ſucceſſorem eſſe inſtar actionis realis, ex l. ait prætor in prin. ff. de
10 edendo, inquit; † d. l. qui per colluſionem. § ult. intelligi de actione perſonali, & ideo rectè Bartol. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius ff. de aqua pluu. arcen. & Soc. Sen. conſi. 121. in fi. lib. 1. dixerunt, hoc iudicis officium eſſe in rem ſcriptum. l. in cauſæ. §. interdum de minor. hac ergo ſuadente æquitate dicendum eſt, concedi hoc caſu contra ſingularẽ hunc ſucceſſorem: & hoc in caſu rectè loqui poteſt Soc. Iun. conſi. 52. nu. 9. lib. 2. poſt Cardinalem, quem citat.
11 Tertius eſt caſus † quando ignoranter ex quouis titulo hic ſucceſſit in uitioſa poſſeſſione in quo unã cum Ripa in d. capit. ſæpe nu. 13. & Coraſio. d. §. nihil commune ſecunda parte num. 124. affirmo non concedi, & eiuſdem ſententiæ fuiſſe animaduerti Francum in diſputatione petitorij & poſſeſſorij, primo dubio nu. 43. illa ueta ratione is Francus adducitur, quia ceſſat hoc caſu æquitas, nec enim fraus uel dolus uel aliud uitiũ huic ſucceſſori adſcribi poteſt, & hoc ſolidius eſt fundamentum quàm illud Ripæ, quo dicebat iudicis officium ut remedium extraordinarium ceſſare, ubi datur ordinarium. l. in cauſæ la. 2. ff. de minor. at hoc caſu inquit ille contra hunc ſucceſſorem datur remediũ ordinarium ex cap. reintegranda. 3. q. 1. ergo ceſſare debet extraordinarium: nam huic argumentationi multipliciter reſponderi poteſt, & primo ut animaduertit Cora. d. num.
12 124. quod quando † remedium extraordinarium eſt cauſa adiuuandi ordinarium inductum, nõ ceſſare, ſic declarat Bar. in l. de uſu. ff. de uarijs & extraord. cognitio. & Iaſ. in. l. in prouinciali. §. 1. col. ult. uerſi. limita. primo quando. ff. de oper. no. nu. cum ergo in caſu noſtro officium iudicis ſit potius ad adiuuãdum interdictum unde ui & reintegranda, quàm aliter, eſt dicendũ non debere ceſſare. reſpondeo ſecundo, interdictum unde ui dici remedium extraordinarium. §. ulti. Inſti. de interd. Iaſ. d. l. in prouinciali. §. 1. nume. 8. ſic dici poteſt de remedio ex cap. reintegranda ex his quæ in illius interpretatione dixi-
13 mus in prin. ſed duo † extraordinaria remedia adinuicem non ſe impediunt. Iaſ. d. l. in prouinciali. §. 1. nu. 9. ubi alios citat, ergo nec hoc caſu ceſſabit, tertio reſponderi poteſt, non eſſe ſatis clarum, quod in hoc caſu ſpoliato ſit ſuccurſum ex illo canone reintegrãda ut diximus in d. remedio. q. 11. relata ergo ratione, cum communi reſideo.
14 Quæro ſecundo an hoc † remediũ illi ſpoliato concedatur qui propria culpa & facto e ſua poſſeſſione cecidit: & non cõcedi affirmauit poſt But. & Imolam Ripa in d. capit. ſæpe. nu. 14. de reſtitu. ſpoli. idem cenſuit Cora. in d. §. nihil commune ſecunda parte nu. 125. motus ex tex. l. ab hoſtibus, uel melius ex l. non enim. ff. ex quibus cauſ. maio. & ex cap. accedens, ubi Imol. ut lite nõ conteſta. nec difficultatem facit, quod in oppoſitum mouet Ripa, eſſe ex æquitate quadam huic ſpoliato ſuccurrendum, cum alio remedio non ſit illi conſultum, quia ut animaduertit & rectè Cora. nulla hic æquitas ſubeſt, qua illi ſuccurrendum ſit, non enim dormientibus, ſed uigilantibus ſubuenire ſolent leges l. pup. in fi. ff. de his quæ in fraud. cred. quare iam ſupra oſtendimus in remedio 15. ex ca. reintegranda in. q. 13. ex illo remedio, nõ eſſe huic ſpoliato ſuccurſum, ſic etiam uidemus in infinitis alijs prope caſibus, leges nõ ſubuenire neglìgẽtibus ut latiſſime diximus ſupra in remedio 7. q. 6. in fi.
15 Declaratur † tamen primo hæc concluſio,

non procedere quoad eos,qui alias poſſunt
in integrũ reſtitui,ſic Ripa & Cora.pręcita
tis locis poſt Soc.Sen.conſ.39.col.2.uerſ. cir
ca ſecundam quæſtionem lib.3.idem in.l.rẽ
quæ nobis nu.9.ff.de adquiren.poſſ.qui eiuſ
dem ſententiæ citauit Abba.& Butr.in.d.ca.
accedens.il.1.ut lite nõ conteſta.ob id Alex.
conſ.103.nu.7.lib.7.poſt Hoſtie.d.cap.acce
16 dens† reſpõdit,eccleſiam poſſe hoc uti reme
dio, cum ex iuſta cauſa ſibi cõcedatur in in
17 tegrum reſtitutio & idem† in minore reſpõ
dit Soc.Iun.conſ.52.nu.6.lib.2. quod intelli
git Soc.d.l.rem quæ nobis nu. 9. dummodo
ſit is intra tẽpus reſtitutionis, aliàs enim eo
elapſo,quemadmodum reſtitutioni in inte-
grum locus non eſſet ſic nec huic iudicis offi
cio,quam declarationem eſſe nouam & no-
tatu dignam dixit.
18 Declaratur ſecundo non procedere† quã
do actus, quo propria uoluntate poſſeſſio-
nem is amittit qui ſe deinde ſpoliatum dicit,
non eſt adhuc perfectus,ut eſt,cùm uenditio
eſt facta ad menſuram, & antequam fiat, is
emptor propria authoritate ingreditur, nã
19 ex quo ante † factam menſurationẽ,contra
ctus dicitur imperfectus. l. quod ſæpe. §. in
his. ff. de contrah.emp.Bar.l.Iul.§. ſi Titius
nume.2.de actio.emptio. Soc.Sen.conſil. 51.
colum. 1.conſil. 120. colum. 1.lib. 5.Afflict.
Deciſ.280. nume.1.Dec. conſil. 323.col.2.
conſil.618.nume.5.Soc.Iun.conſil.181.num.
78.lib. 2.hoc ergo caſu ſi ingrediatur em-
ptor dicitur ipſum uenditorem ſpoliare, ſic
conſuluit Alex.conſi.33.num.4.lib.6. repeti
tum in conſ.90.li.5. & clarè ſic declarat Soc.
d.l.rem quæ nobis nume.8.uerſi. & hoc ue-
rum intelligo,quod tamen declarat Alex.d.
conſi.33.nu. 5. circa med.niſi uenditor paſ-
ſus fuiſſet ipſum emptorẽ ſic ingreſſum poſ
ſidere,nec aliquo modo conqueſtus fuiſſet,
declara quoq; niſi non obſtante ipſa menſu
ratione fienda,expreſſa traditio facta fuiſ-
ſet.Dec.in.l.traditionibus nu.6.C.de pactis.
20 Declaratur tertio non procedere † in caſu
remedij.l.ult.C.de prætor.pign. Lucas a Pẽ
na in.l.ſi coloni.q.21.in fin. C.de agricol. &
cenſ.lib.xj. & diximus ſuo loco ſupra in re-
medio.12.ex.d.l.ultima.
21 Quæro tertio an † hoc iudicis officiũ con
cedatur Colono Inquilino,commodatario,
& ſimilibus,qui non poſſidere, ſed detinere
dicuntur:& concedi affirmarunt glo. in.l. &
non tantum. ff.de pet. hered. in.l. Aquilius
Regulis.ff.de donatio. in.l.manifeſtiſſim. §.
ſed in ſecunda. C. de furtis Bart. in.l.de uſu.
ff.de uarijs & extraord.cog.Bal.l.ęadem.col.
2.C. locati, Francus in diſputat.petitorij &
poſſeſſorij. primo dubio nume.43. Soc. in. l.
rem quæ nobis nume. 18.de adq. poſſ. Ripa
in.d.cap.ſæpe nume.17.de reſtitu.ſpolia.Co
ra.in.d.§.nihil commune ſecunda parte nu.
127.Plotus in.l.ſi quando numer.98. C. un-
de ui,Lucas a Penna in.l.ſi coloni.q.21.C.de
agricol.& cenſ.lib.xj.Neuiz.conſil.80.num.
3.Alcia.reſponſo.426.nume.2. Rober.Marã
ta de ordine iudicio.7.diſtinctio.nu.35.ea ad
ducti ſunt ratione,quia iure ciuili nullum da
tur his detentatoribus remedium.l.1.§.deij-
citur. ff. de ui & ui arma. & ideo gloſ. in.l.ſi
de fundo.C.locati,inquit, colonum a poſſeſ
ſione per dominum deiectum contra domi-
num deijcientem habere actionem ad inte-
reſſe:ſi uerò deijciatur a tertio agere contra
dominum,ut ſibi cedat interdictum unde ui,
quo contra illum tertium ualeat experiri ut
tunc ex iure ceſſo poteſt, & alia retulimus
ſupra in primo remedio ex interdicto, Vn-
de ui.q. 4. Nec eſt uerum, ut malè opinatus
eſt Lucas.d.l.ſi coloni.q.21. fuiſſe & alio iu-
re his detentatoribus ſuccurſum , ut ex. l. ſi
coloni & ex.§.ſed etiã ſuſcipientes, in auth.
dè mand. prin. quia. l. ſi coloni, loquitur in
proprio poſſeſſore , non in detentatore, ut
etiam,loquitur is textus.§.ſed etiam,ſic Cy.
in. l. ult. §. ſed cum in ſecunda, C. de furtis.
Nec fuit ſuccurſum ex conditione indebiti,
uel triticaria, ut ſcribit is Lucas,cum ambæ
in poſſeſſore loquantur, ut aliàs admonui,
& tradit Cy. in. l. 1. q. 3. C. ubi cauſa ſtat.
Contrariam tamen ſententiam probauit
Alciatus in.l.in rem quæ nobis num.7.de ad
quiren.poſſeſſ.affirmans non concedi his de
tentatoribus, cum nullo modo poſſideant.
ob id ipſe intelligit ſolum concedi,cùm ad-
uerſus Furem ratione ſui intereſſe agit, uel
cum ciuilem poſſeſſionem eſt aſſecutus , ut
in fructuario, & ſimilibus. recedere tamen
a receptisſima aliorum ſententia durum ni-
mis iudicio.
22 Declaratur non procedere † ex iuſta cau
ſa, ut in colono, qui non ſoluit penſionem,
Bal.in.l.ſi coloni col.2.C.locati Alex.conſ.
131.col.1.lib.4.& alibi ſæpe.
23 Quæro quarto an hoc † iudicis officium
concedatur illi,qui emit fructus uel reditus
annuos,ut in eo qui conduxit Vectigalia Pe

dagia & ſimilia: & concedi affirmauit Bart. in l.cotem ferro.§.qui maximos num.12.ff. de publica.& uno uerbo eum probauit Alc. reſponſo.426. nu.2.ratione enim illius com moditatis & facultatis,quia frui impeditur, conſequitur hoc remedium. d.l. Aquilius de donat.

24 Secundum caput † de officio iudicis, lite uel appellatione pendente eſt, in quo aliqua ſunt explicanda, quæ in foro ſunt utilia, unum ergo hoc remedium eſſe reuocatoriū

25 attentatorum appellant noſtri quod † cæteris magis priuilegiatum dicitur,cum nō modo pars ſpoliata læditur,ſed & iudicis authoritas contemnitur,ſic omnes præſertim Frācus in cap.bonæ,de appella.Hier.de Monte tra.finium.q.ult.nume.3. inquit tamen Affl. deciſ.351.nume.1.2. eſſe remedium extraordinarium.

26 Quæro primo an † hoc remedium conce datur contra ſingularem ſucceſſorem: & cōcedi affirmant omnes in cap. bonæ memoriæ ibi Dec.nume.7. de appella.quo loci inquit hoc remedium plenius prouidere quā interdictum recuperandæ, idem Dec.conſil. 103 nume. 1. & concedi contra ſingularem ſucceſſorem probat is tex. cap.Bonæ, idem tradit Ripa in cap.ſæpe num.10.late Soc Iun. conſil.52.nu.11.li.2.ubi Oldra.& Dec. idem affirmantes retulit.

27 Extenditur primo procedere † etiā ſi ſpoliatus iſte non probet illum ſucceſſorem ſcienter in re uitioſa ſucceſſiſſe:ſufficit enim ſi probet ſe pendēte lite fuiſſe in poſſeſſione, & tunc ſpoliatum fuiſſe,ſic Ripa d.capit. ſæpe nume.10.Guid.Papæ.q.362. poſt Bartolum.l.de uſu.de uar.&extraor.cogni.ex quo patet utilius eſſe hoc caſu intentare hoc remedium quàm illud ex capitulo ſæpe , in quo contra tertium hunc ſucceſſorē eſt probanda ſcientia uitij , ut diximus in.d. remedio ex cap.ſæpæ.q.5.

28 Quæro ſecūdo an † aduerſus hunc ſpoliatū lite pendente poſſit obijci alterius ſpoliationis exceptio:&nō poſſe affirmauit Imol. in cap.ultimo de ord.cognitio.Afflict.Deciſione 98.num.4.Dec. conſil. 200.nu.3.Ripa in cap.ſæpe num.10.uerſic.ſecundo quia, de reſtitutione ſpoliatorum Ferretus conſi.170 nu.1.2.Coraſi.in d.l.naturaliter.§.nihil commune ſecunda parte num.123.ibi etiam Rubeus nu.301. de adquirenda poſſeſſione, ubi communem & ueram teſtatur.illa eſt ratio, quia ſpoliatio hęc lite pendēte facta,dicitur magis odioſa Ripa. d. §.nihil commune nu. 67.Dec.d.conſi.200.num.4.Alcia.reſponſo. 408. nume.6. læditur enim hic ſpoliatus, & contemnitur iudex.

29 Extēditur procedere † etiam ſi obijciatur huic agēti hoc remedio ſpoliatio facta poſt illam factam lite pendente:& ſi enim regulariter ultimum ſpolium ſit purgādum ca. ultimo,de ord.cog.l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad.

30 l.Iul.de ui,attamen † hoc caſu primum ſpolium prius purgandum eſt,ſic Caſtrenſ.conſil.399.Priuſquam iura colum.ult.uerſi. tertio ſimiliter libr. 1. quem ſecuti ſunt Dec. conſil. 200. nume.3.uerſic.quarto bene Ripa.d.§.nihil commune nume. 68. Alcia reſponſo. 408. nume. 6. ille eſt ratio, quia eſt odioſior altera. quare in hoc utilius eſſe uidemus , intentare hoc caſu remedium hoc, quàm interdictū unde ui,in quo non ita facile repellitur alterius ſpolij exceptio ut latè diximus in primo remedio ex interdicto unde ui.q. 32. & tradunt Ripa & Coraſ. qui ſupra.

31 Quæro tertio an † contra agētē hoc remedio poſſit obijci excommunicationis exceptio:& non poſſe affirmauit Fely. in ca.dilectus de reſcript.& ante eum Rota,quam refert & probat Dec.conſi.200.nu.2.uerſic.ſecundo, ſpecialiter Rober.Marāta in ſua praxi iudicio.in titulo de appellatio.n.393. Cora.d.§.nihil commune ſecun.parte n.123. & ibi Rubeus nu.301.Hiero.de mōte in Tract. finium.q.ult.nu. 4. ex quo inte lligimus hoc caſu eſſe utilius intentare hoc remedium, quàm interdictum unde ui, in quo admittitur excōmunicationis exceptio, ut diximus ſupra in primo remedio.q.30.&tradunt Cora.& cæteri ſupra relati.

32 Quęro quarto an † contra agentē hoc remedio obijci poſſit exceptio in beneficialibus defectus tituli : & non poſſe affirmauit Francus in cap.nō ſolum.§. illa uero quarto nota.de appella.in.6.Oltra.cōſ.206. In cauſa Carnocenſi col.2. uerſic.ad ſecundā quæſtionem,hāc ſunt ſecuti Lappus & Gemini. ut in ca.ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum,ubi huius ſententię alios retulerunt, idē reſpondit Alexand.conſi.99.num.9.li.5.ubi Carol.Moline.teſtatur hanc in foro recipi, Ripa in d.ca.ſępe num.11.12.Rubeus.d.§.nihil commune num.301.& hanc latiſſime defendit Didacus Couarr.libro.Practica.quę-

ſtio.capi.23.numero.4.ubi in beneficialibus multos refert aliter ſenſiſſe, & præſertim Rotam cuius mentem & opinionem declarat, hæc quidem attentata reuocari ex officio iudicis, cum illata illi uideatur iniuria, non ad partis poſtulationem, & præter eũ ſic clare ſenſit ipſa Rota in Deciſio. nouis in titulo de reſtitutione ſpoliatorum. Deciſione ſecunda & clare Caſſad. in tit. de reſtitutione ſpoliatorum Deciſione.3. nume.6. quem eſt ſecutus Rebuffus in commenta. Regiarum cõſtit. tomo tertio titulo de cauſis poſſeſſorijs beneficiorũ articulo primo. gloſa.1.num.3. Gabriel Saray. in additio. ad notabilia Matthes. nota.19.num.10. Hier. de Monte Tractatu finium.q. ultima.num.5. 6. multa a Didaco tradita docte ſatis non repeto, ex quo conſtat utilius eſſe in hoc caſu intentare hoc remedium, quam illud interdicti unde ui, uel reintegrãd. ut relati affirmãt cũ in illis notorius proprietatis defectus poſſit obijci, & ſuis late oſtendimus.

33 Quæro quinto an † contra agentem hoc remedio obijci poſſit exceptio iuris præſumptionem eſſe contra eum: & non poſſe affirmarunt Peruſ. & cæteri relati a Ripa in §. nihil commune.78. ex text. in cap. ſi conſtiterit de accuſa. Gabriel Saray. in additi. ad notab. Matthes. Notab.28.num.3. quæ ſententia ex quæſtione præcedenti a fortiori uera demonſtratur. Nec me mouet, quod aliter ſenſiſſe uideantur Abba. in capit.1. in tertio intellectu. de appellat. & Alcia. reſpõſo.37.num.2. quia intelligerem ex declaratione ſupra relata, reuocari hæc non ad partis poſtulationem, ſed ex iudicis officio ex quo conſtat eſſe utilius hoc in caſu hoc remedio uti quam interdicto unde ui, uel altero in quibus exceptio obijci poteſt, Ripa in. d. §. nihil commune nume.77. & ſuo loco diximus.

34 Quæro ſexto an † iudicij ordo ſeruandus ſit cum hoc remedium proponitur: & non ſeruari affirmarunt gloſ. in Clem.2. ut lite pendente Bald. in. l. appellatione colum.2. C. de appellatio. Abba. cap. ex parte colum. penult. de reſcrip. Soc. Sen. in cap. quoniam frequenter colum.27. uerſi. ſexto fallit, ut lite non conteſta. Alexand. conſil.99. nume. 9. lib.5. Ripa in cap. ſæpe nume.10. uerſicu. tertio, quia de reſtitutione ſpoliatorum. Deci. in cap. bonæ memoriæ. num.22. de appellationibus. Vantius in Tracta. nullita. in titulo quot & quibus modis null. propo. poſſit num.28. Neuiz. conſil.80. nu.3. ubi poſt Baldum & Marſilium affirmat non eſſe neceſſarium libellum nec litis cõteſtationem, Ex quo apparet utilius in hoc eſſe uti hoc remedio quam interdicto unde ui, uel ex cap. reintegranda.3.q.1. in quo aliquis ordo requiritur, ut ſuo loco diximus, & tradunt Dec. & cæteri iam relati.

35 Quæro ſeptimo qui † fructus ſint reſtituẽdi in hoc iudicio per illum ſpoliatorem e & eſſe omnes perceptos, & qui percipi potuerunt affirmat glo. in cap. cum cauſa de offic. deleg. Rota in Deciſio. nouis in titulo de reſtitutione ſpoliatorum Deciſione quinta, Dec. conſi.200. colum.1. Maranta in ſua praxi Iudicio. in titulo de appellatiõ. num.395. poſt Card. in cap. bonæ. de appellatio. in cæteris autem remedijs, qui reſtituantur ſuo loco diximus.

36 Quæro octauo † an contra agentem hoc remedio poſſit illa exceptio obijci, non eſſe uexandum mortui corpus, ut ſi pendente lite uel appellatione alter alterum ſpoliet iure ſepeliendi, & poſſe obijci affirmauit Marſil. ſing.199. in iure &c. ubi eiuſdem ſententiæ multos citat pręſertim Gemin. in ca. non ſolum in fine de appellatio. in.6. & Rotam in multis deciſionibus, quæ forte hodie relatæ ſunt in deciſion. antiquis in titulo de cauſa poſſeſſionis & propr. Deciſione.1. nu.2. & in titulo ut lite pendente Deciſione ult. quod uerũ intelligunt ex ęquitate nõ ex iuris rigore, & hinc intelligimus in hoc caſu remedium hoc attentatorum non differre a cæteris, ut admonuit & Marſil. præcitato loco, qua de re diximus etiam late ſupra in primo remedio.

37 Quæro nono † quouſque licet huic ſpoliato pendente appellatione petere attentata debere reuocari: crebrior eſt ſententia poſſe donec lis coram iudice ſuperiori ad quem appellatum eſt, fuerit conteſtata ſuper cauſa illa appellationis, ſic affirmauit Specul. in titulo de appellatio. §. nouiſſime ad finem quem eſt ſecutus Bartol. in. l.1. ff. nil noua. appellatione pendente, Bald. conſil.245. lib.2. quem eſt ſecutus Iaſ. in. l.1. in princip. num.3. uerſi. quarto limita. de operis noui nuntia. Guid. Papæ. conſi.4. nume. 6. & conſil.124. num.3. Afflictus Deciſione. 98. & Deciſione.352. quos ſic refert Didacus Couar. lib. Practica. quæſtio cap.23. nu.

3.addo eiuſdem ſententiæ Baldum in.l.1.co lum.penult. uerſic. præterea cautela. C.de appella.Decius.l.1.num.2.uerſic. & cautius debet.C.de boni.poſſeſſo. ſecundum tabul. & Bald. loquitur in claris terminis ſpoliato ris poſſeſſionis. Exiſtimarunt enim Specul. eſſe neceſſe hunc agentem petere debere,ut ante omnia attentata reuocentur,alioqui ſi ſimpliciter litem conteſtetur petendo ſen-tentiam, ut iniquam & iniuſtam, reuocari attentata poterunt.

Verum contrarium & rectius ſenſiſſe ui-dentur Ioan.Andreæ.Geminia.& Ancha.in capit. non ſolum de appellatio. in. 6.& Sa-lyc. in l.3. C. de appellatio. & alij non-nulli,quos retulit & ſecutus eſt Didacus.d. cap.23.num.3.in fin.hi enim affirmarunt li cere petere attentata hæc reuocari coram iudice appellationis donec uſque in cauſa concluſum fuerit: eiuſdem ſententiæ fuit Francus in cap.dilecti il.3.col.2. de appella. Maranta in.d.Praxi iudiciorum in titulo de apppellatio.num.392.Vantius Tract.nullit. titulo quot & quibus modis nullit.proponi poſſit numero. 23. Iacobus Niger in l. ſi in-ſulam nume.235. de uerborum obligatione & hanc poſteriorem probo, cum a fortiori uideamus in interdicto unde ui, licere pete re reſtitui ante omnia etiam lite conteſtata ſuper petitorio, ut eſt crebrior ſententia, ut refert Ripa in.d.§.nihil commune nume. 161.Dec.tamen in cap.conſuluit.il.2.nume. 5.de appellat. intelligit Baldum in.d.l.1.de appellatio.loqui cum ſpoliatio fit a parte li te pendente, non cum a iudice pendente ap pellatione, & ſi ſubobſcure hac de re uerba faciat.

39 Quæro decimo † ſi ſpoliatus egerit con-tra ſpoliatorem , & feratur ſententia in fauorem ſpoliatoris conuenti,a qua appel-let actor,& pendente illa appellatione is a-ctor reum ſpoliet, an in cauſa appellationis dicatur ſibi attuliſſe aliquid detrimenti: & attuliſſe maximum fatentur omnes,qui af-firmant ex hoc cenſeri renuntiatum appel-lationi,ſic Innoc.in cap.ex parte de reſcrip. Angel.l.ultima.C.de tempo.appellat.plura Dec.in cap.cum teneamur nume.4.& in ca. an ſit num.1.de appellat.ubi eiuſdem ſenten tiæ ex multis citauit Mattheſ.notab.28. No ta quod ſi actor &c.idem cenſuit Deci.in.l. prima nume.4. C.de bonorum poſſeſſioni-bus ſecundum tabu.Bello.conſil.18. in fine.

40 Quæro undecimo † quid ſi aliquod immi neat periculum niſi pendente appellatione quid noui fiat, an illo facto reuocandum ſit ante omnia: & reuocandum non eſſe ſenſit Dec.in.d.cap.cum teneamur num.4. uerſic. & prædicta de appellat. clare Marſil.ſingul. 258.plura &c. poſſunt adferri plura exem-pla, ut Primum illud quando res eſt peritu ra ſi ſententia ſuper appellatione expecte-tur,ut in fructibus qui diſſipantur iuxta tex tum.in capite ultimo de ſequeſtra.poſſeſſio ne & fructuũ, clarus tex. in.l.Imperatores, ubi Bart.ff.de appella.Dec.qui ſupra,qui a-lia adfert exempla,ut in debitore fugitiuo, Corſet.in ſing.in uerba. appellati. il.1.pri-ma limitatione Gabriel Saray.in additio.ad notabilia Mattheſ. nota. 28. num. 4. aliud exemplum attulit Marſil. dicto ſing.258. ut petat ſi teſtes, q breui receſſuri ſunt uel qui infirmi ſunt,examinari etiam a iudice a quo appellauit,non enim ex hoc dicitur appel-lationi renuntiaſſe, ſcio tamen exemplum hoc nõ multum propoſitæ materiæ noſtræ ſpoliationis conuenire:adferri etiam poteſt
41 exemplum quando † aduerſarius eſſet de fu ga ſuſpectus, tunc etiam appellat.pendente poteſt is capi.Angel.l. nemo. C.de exacto. tribu.ſic in noſtris terminis annotauit Ga-briel Saray.qui ſupra & ſtatim.

42 Quæro duodecimo † an infamatus ali-quo graui crimine pendente lite uel appel-latione poſſit poſſeſſione rei ſpoliari,ut in-famato crimine ſimoniæ, & poſſe affirma-uit Abb.in cap. accuſatũ in ſecundo notab. de ſimonia,eo text.adductus, idem cenſuit Corſe.in ſing.in uerb.appella.il.1.in uerſic. limita.7.qui eiuſdem ſententiæ alios citauit

43 Quæro decimotertio, quia † ex præcedẽ tibus propoſitis quæſtionibus nullam con-ſtitui differentiam inter ſpoliationem factã lite pendente,& ſpoliationem factam pen-dente appellatione, an tamen poſſit aliqua aſſignari differentia, Dec.in capi. conſuluit il.2.num.5 .de appellatio. inquit enim eſſe differentiam,quia attentata pendente appel latione reſpiciunt perſonam iudicis, cum ſcilicet ab eo attentata ſunt, quæ uerò lite pendente reſpiciunt perſonam aduerſarij, cum ſcilicet ab eo ſunt innouata.

44 Quæro decimoquarto,quid ſi † penden-te lite uel appellatione fiat ſpoliatio a ter-tio ratione ſui intereſſe, an reſtitutio ante omnia concedatur,Fely.in cap.ſuper eo nu.

2.de offic.delegat. Ex ſententia Angel.in.l.
per hanc colum.8. C.de tempor. appellat.
45 affirmat † titulum nil noui appellatione pē
dente, non habere locum, quoad tertium
ex text.in cap.Romana.de appellat.in ſex-
to.Quod uerum intelligit Fely.niſi is tertius
inniteretur ſe fundando in iure cauſæ prin-
cipalis,a qua fuit appellatum ex ſententia
Imolæ,quē citat,quod ſatis ęquum eſt,tunc
enim uideretur potius facere ad commo-
dum principalis quam ſui,ab illoque ſic ſua
ſus.cętera apud eum uideri poſſunt.
46 Quęro decimoquinto an † in hoc iudi-
cio attentatorum,poſſit iudex cauſę remit-
tere aſſumptiones probationum ſuper at-
tentatis alteri iudici,ut delegato,qui in lo-
co ſit iuxta.l.iudices. C.de fide inſtrumento
rum & late diximus ſupra in quintodecimo
remedio ex cap. reintegranda.3.q.1. nume.
9.& poſſe affirmauit multis rationibus Caſ-
ſado.in ſuis deciſionibus in titulo de dilatio
nibus Deciſione ult.adferri hic poſſunt illæ
declarationes, quas retuli in.d.q.
47 Quæro decimoſexto, an † ſpoliatio fa-
cta lite pendente tanti ſit effectus,ut ſuſpen
ſo petitorio,ſuper quo agebatur,cum fieret
ſpoliatio,cauſam poſſeſſorij ſicq; ſpolij im-
48 pediat. ſententiæ fuit † Franciſci Aretini
uiri mea ſententia non mediocriter eruditi,
cuius laudes egregias non immerito cele-
brant Iaſ.conſil.60.lib.1. Chaſſaneus conſi.
41.num.3.Neuizan.lib.5.Syluę nupt.conſil.
61.Tiraquel.Tract.de legibus cōnubia.poſt
lege.nu.60. is enim in .l.naturaliter.§.nihil
commune de adquirenda poſſeſſione, impe
dire ac ſuſpendere, illius ſententiam poſt a-
lios,quos citat,tuetur eo loci Rubeus num.
297. & ſi aliter ſenſerit, Bartol.aduerſus
quem & ipſe ea ratione ſentio, quod lite
conteſtata ſuper petitorio licet obijcere ex
ceptionem ſpolij, quod deinde ſuperuenit
ex eoque ſuſpenditur iudicium illud petito
rij ex egregia declaratione & diſtinctione
Didaci Couarr. lib.1. uaria.reſolu. cap.16.
num.13.uerſic. ego uero,dum in interdicto
unde ui,loquitur,quod attigi ſupra in deci-
moquinto remedio.q.30. non repeto for-
tius ergo dicendum erit in hoc remedio ma
gis fauorabili.

Hæc habui lector beneuole & ſtudioſe,
quæ hactenus in uniuerſum hunc Recupe-
randæ Poſſeſſionis Tractatum referrem,ac
generatim dicerem, in quo explicando, cū
publice docendo, tum priuatim ſcribendo,
me non leui ſtudio ac diligentia uſum inge-
nue fateor, hoc pręſertim anno ſexageſi-
mo quinto ſupra Milleſimum & Quingen-
teſimum ſalutis noſtræ,in quo tantum labo
ris ac diligentiæ adhibui,ut me mala cepe-
rit ualetudo, qua etſi ingenium uireſque ali
quanto labæfactatæ fuerunt, nolui tamen
immenſo labori cedere,aſſiduiſque uigilijs
parcere, donec elaboratum opus in lucem
prodiret, hortantibus præſertim ac impel-
lentibus ſtudioſis quamplurimis, uno præ-
ſertim conſultisſimo uiro Georgio Caſtru
cio Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis noſtri Col
laterali ampliſſimo, unoque ex noſtræ hu-
ius celeberrimę Academiæ moderatoribus,
cuius opera & diligentia factum eſt,ut quā-
primum diligens Typographus cæteris ſe-
poſitis,hæc primum prælis mandaret, qua
ex re eo maiorem uoluptatē cepi, quo hoc
anno primi ij noſtri conatus fœtuſque in lu
cem prodeunt,in quo Reginaldus Reſanus
ex nobiliſſimo ac municiſſimo Pynerolij op
pido oriundus, noſter, tum Papiæ,dum il
lic publice docerem, tum hic acutiſſimus
Diſcipulus & auditor diligentiſſimus,uir Il
luſtris ac liberaliſſimus Gymnaſiarcha oiū
uoce & conſenſu declaratus totius Gymna-
ſij regendi munus, ſumma cum laude & ma
gno ſtudioſorum omnium applauſu gerit.
Quibus noſtris laboribus ſi adiutos ſe no-
uerint legum ſtudioſi,eorum erit Deo opt.
ac maximo ſummam habere gratiam,quod
eo duce & auſpice ad finē perducti fuerint,
& publicum acceperint,quibus polliceor ac
ſpondeo,me reliquos duos breui editurum.
De Adipiſcenda & retinenda poſſeſſione
Tractat.quos iamdudum molior,in quoſq;
ſumma cura,die noctuque incumbo, ut de
his,qui iuris prudentiæ operam nauant,qua
cumque ratione poſſum, aſſidue bene me-
rear,Interim tu his utere ac fruere fœlici-
ter,diuque uale.ex Monte regali Pedemon
tium quarto Calen.Iunij. M. D. LXV

FINIS.

RESPONSA
IN CAVSA FINARIENSI
REDDITA,

IACOBO MENOCHIO IVRECONSVLTO
AVCTORE NVNC EDITA.

QVAE IN OPERE HABEANTVR VERSA
pagina clarius docet.



BRIXIAE,
Apud Io. Baptiſtam Bozolam. M. D. LXVI.

Reſponſum Sacri Conſilij Diui Ferdinandi Imperatoris. pagina. 1
Motiua Venerandi Sacriq́ue Collegij Clariſſimorum Iureconſultorum Papiæ. pagina 17
Reſponſum Iacobi Menochij Iureconſulti in præcedentium motiuorum reſolutione. pagina. 22
Reſponſum Sacri ac Venerandi Conſilij clariſſimorum Iureconſultorum Papiæ. pagina. 52
Reſponſum Sacri ac Venerandi Collegij clariſſimorum Iureconſultorum Bononiæ. pagina. 56
Reſponſum Sacri ac Venerandi Collegij clariſſimorum Iureconſultorum Patauij. pagina. 61

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO IOAN. BAPTISTAE
LERCHARIO GENVENSIVM DVCI PRVDENTISSIMO,
IACOBVS MENOCHIVS IVRECONSVLTVS. S.

CVM quinque abhinc fermè annis ius Cæſareum Papiæ docerem (Dux Illuſtriſs.) Ferdinandus tūc Imperator Auguſtiſſimus ſumma animi beniuolentia Ampliſſimo Iureconſultorum illius ciuitatis collegio, in quo & ipſe cooptatus tunc eram, literas dedit, quibus, qualis apud eum de Finarij Marchia inter excelſam iſtam tuam Genuenſem Rempublicam & Illuſtrem Alphonſum Carrettum Marchionem contentio eſſet, ſignificabat, ac amanter & beneuolè illius ordinis (ad quem, tamquam ad Apollinis oraculum, viſus eſt conuolare) iudicium explorando, reſponſum ſibi reddi, quo tantam demum controuerſiam componeret, ac (ut par erat) penitus tolleret, poſtulabat, multus ac varius ea de re inter nos tunc fuit ſermo. ipſe vnus παράδοξον fui, qui ab aliorum ſententia longè recedens pro tua iſta Repu. ſentirem, nec ut ita ſentirem, tua (ſi vera fateri mihi licet) aut alterius cuiuſuis magna me mouit auctoritas, ſed ſola iuſta ipſa ratio, quæ paſſa eſt numquam me ab ea opinione diuelli, & quamquam collegas illos meos, qui in maiorum quorumdam ſententiam non ire nephas exiſtimabant, iuſta ratione, vt mecum ſentirent, flectere minime potuerim, (ſic etenim interdum rationi præſtat hominum auctoritas) nec meis im-

menſis alioqui laboribus ac vigilijs parum iſti tuæ Reipubl. tunc profuerim, non tamen animum abieci, quin, quæ in Reipublicæ gratiam elaboraui, multis perſuaſus rationibus, nunc, (quando antea non ſatis commode licuerit) ederem. accepi ſiquidem ab amicis, tum præſertim à viro Clariſſimo integerrimoque Iureconſulto Ioanne Baua, ac ab Octauiano d'Oria, magni Eraſmi filio, præſtantisſimo certè atque ſummæ eruditionis viro (qui: vt hæc ederem, & amplitudini tuæ dicarem aſſidue poſtularunt, ac flagitarunt potius) ſolam poſſeſſionis cauſam à Cæſare fuiſſe iudicatam, dominij adhuc litem illæſam permanere; de qua quidem dominij cõcertatione, ac diſputatione quid ipſe ſenſerim doctiſſimorum, quos apud te habes, & aliorum omnium, qui iuriſprudentiæ aſſiduè incumbunt, erit iudicium. Intelligent præterea omnes in quorum manus noſtræ hæ lucubrationes peruenerint Rempublicam iſtam, nec iniuria aduerſus Marchionem illum contendere, nec inconſultè quidquam vel egiſſe, vel adhuc agere. intelligebam quoque exiſtimationi meæ non ſatis fore conſultum, ſi hæc diutius ſupprimerem. Sciebam etenim non defuiſſe ac minime defuturos maleuolos multos, quorum eſt proprium aliorum famæ inuidere, & in bonos debacchari, qui me maledictis figerent. ego verò, vt meæ conſultum ſit exiſtimationi, & detractatorum calumnijs occurrerem, hæc edere decreui. ſcio etenim bonos, qui omni lolligine ſepoſita iudicabunt, me non maiorum meorum authoritatem, vel parui feciſſe, vel vlla ratione contempſiſſe, ſed in veri inueſtigatione conatus omnes meos ſemper direxiſſe. Hæc ergo ſub ampliſſimo nomine tuo (Princeps Illuſtriſſime) libenter ea ratione apparere volui, quòd cum iſtius Reipublicæ Princeps & Moderator ſis prudentiſſimus, tibi, non alteri, hæc in Reipublicæ gratiam elaborata iure debeantur. tuum etenim eſt, non tàm propriam, quàm illius tueri ac augere gloriam, quod, vt probè facias, non ſolo manus robore, ingentique fortitudine, ſed conſilijs prudentia arteque Imperatoria, quod facis ſemper, niti debes. quæ ſi in vno omnium maximo, in te ipſo ſpectanda ſuſpiciendaque ſunt. Nemo eſt certe, qui ignoret, quàm ſtrenue, quàmque prudenter in iſto ampliſſimo tuo Imperio, ſummoque magiſtratu vltrò tibi delato, geſſeris, geraſ-

quo. nec eſt, qui ſublimen illam tuam rerum omnium cognitionem, vſumque & rationem Reipublicæ adminiſtrandæ non maxime ſuſpiciat atque admiretur, cum vere ingenio Ariſtotelem, Themiſtoclem memoria, Ciceronem eloquentia, Catonem conſtantia, Metellum patientia, ac demum eximia illa liberalitate & munificentia Titum illum liberaliſſimum Imperatorem ſuperes, quod re ipſa, cum ad hoc dignitatis faſtigium euectus fuiſti, præſtitiſti. ſic etenim tuam illam liberalitatem facultatum inopes omnes adhuc colunt, & prædicant. His verè factum eſt (Dux Illuſtriſſime) vt vno ore fateantur omnes, te non Imperio auctum, ſed per te maximam alioqui & ſublimen Imperij maieſtatem tantum recepiſſe incrementi, quantum vel vmquam antea. quare iure ſuo vniuerſus iſte tuus Genuenſis populus mirum in modum ſibi gaudere, ac tibi gratulari poteſt, quod in tanta temporum procella & calamitate, tanti Imperij munus demandatum tibi fuerit, quod cum in tam bene inſtituta, ac diligentiſſime adminiſtrata Republica non ſucceſſione, ſed electione, in qua non ambitus, ſed virtus, non amicorum ſtudia, ſed ante actæ vitæ conſtantia, ſpectatur, ita vt is ad excelſum hunc locum euehatur, qui cæteros ſapientia virtute ac ſui ipſius moderatione ſuperat., non immerito factum eſt, vt tu, qui his præſtas, dignus ſis omnium conſenſu iudicatus, cui ſublimis hic gradus decerneretur. Tu enim ille es, qui ſummum hoc Imperium propria virtute ac generis nobilitate exornas, cum tanta ſit nominis tui auctoritas & rerum geſtarum magnitudo, ut abs te nihil, niſi illuſtre, excelſum, ac maximum ſperari posſit. de te omnia ſumma polliceri omnes ij verè poſſunt, qui, aut genus, aut maiores tuos, aut te ipſum ſibi propoſuerint. Scimus etenim Lerchariorum familiam, inter omnes, quæ in iſta amplisſima Ciuitate floruerunt, celebrem ſemper ac nobilisſimam fuiſſe habitam. quin? iure creditur, vt antiquisſima, una cum naſcenti ipſa vrbe fuiſſe, & ab Arcadibus illis primis conditoribus & Liguriæ incolis (ſi Dionyſio credimus) originem duxiſſe, a quo nec agnomen ipſum familiæ abhorret. quare iam publicorum documentorum fide conſtat, ſexcentis iam annis Lerchariorum familiam ampliſſimam & celebratiſſimam fuiſſe, ac ex ea verè omnibus temporibus plu-

res omni virtutum genere illuſtres prodijſſe, quàm ex equo Troiano præſtantiſſimi Duces, & licet omnes maiores tui (Dux Potentiſſime) inter maximorum virorum ſplendorem, tum bello, tum pace tantopere claruerint, vt magno in anguſtis rebus ſemper animo fuerint, in ſecundis verò modeſto ac temperato, nihilque umquam prætermiſerint, quod ad decus, quod ad gloriam pertineret, eorumque hac de cauſa omnium quidem ſeculorum poſteritas immemor non ſit futura. tamen inter eos vnus emicuit Belmuſtus Lercharius ciuitatis Genuenſis tunc Conſul prudentiſſimus, ac totius exercitus in Piſanos Dux fortiſſimus, qui anno ducenteſimo & quarto ſupra milleſimum ſalutis humanæ Syracuſanam ciuitatem validiſſimis Piſanorum copijs obſeſſam fortiter defendit, Genuenſiumque tandem Imperio adiecit. Huius virtutem & fortiter ac ſapienter geſta aemulatus Vgo Lercharius tercentis abhinc plus minusue annis, cum in bellicis rebus omnibus, tum præſertim in maritima ratione atque munere maxime excelleret, vno omnium conſenſu claſsis Dux ac Præfectus declaratus calamitoſis periculoſiſſimiſque illis temporibus, quibus Innocentius quartus Pontifex maximus Genuenſis tuus apud Centumcellas (vt Pontificum Genuenſiumque teſtantur Annales) dum à Frederico huius nominis ſecundo Imperatore ſumma proſequeretur inimicitia & odio, obſidebatur, cuius etiã Federici impietate maxima oppreſſus verè fuiſſet, niſi Vgo ipſe cum nobiliſſima illa claſſe præſto fuiſſet. is ſumma fortitudine ac prudentia obſeſſum Pontificem liberauit, antiquæ patriæ ſoſpitem reſtituit, ac tandem Federico ipſo validisſime reluctante Lugdunum incolumem perduxit. Non disſimili gloria clarus ducentis quinquaginta ab hinc annis extitit Megolus Lercharius, qui ſumma animi magnitudine ingentique fortitudine Trapezuntij Imperatoris audaciam repreſſit. ferunt enim illius Imperatoris Aulicum quendam, impudentem certe, quamquam magni nominis virum, grauem nobilisſimo Megolo iniuriam intuliſſe, quam vt forti manu, magnoque animo is vlciſceretur, vna ſimul cum cæteris fortisſimis Lerchariorum familiæ viris grauiſſimum bellum Imperatori, qui Aulici partes iniquè tuebatur, intulit, quo multis cladibus affecto, ac pene profligato, iniuriæ auctorem ſibi tradi, & ad perpe-

tuam ſui ac Genuenſium nominis famam perilluſtre ædificiũ ſtrui, & multis ad Genuenſium commodum priuilegijs decorari iuſsit. Longa nimis eſſet oratio noſtra (Dux amplisſime) ſi maiores tuos uiros grauisſimos & præſtãtisſimos, quorum in iſta Repub. ſemper uiuet auctoritas, proſequi conſtituiſſem. horum omnium uirtus quanta fuerit, ut omnia breui complectar, vel vnius Pauli Lercharij patebit exemplo, qui centum ſexaginta ab hinc fere annis claſſis maritimæ Præfectus fortisſimus ſimulque prudentisſimus apud Conſtantinopolim Catelanorũ maximos alioqui ac ualidisſimos conatus ita repreſsit, ac fregit, ut uniuerſam eorum claſſem fuderit, & onerarias naues captiuas duxerit. qua ratione meruit, ut uniuerſi populi voce & conſenſu dignus iudicatus ſit, cui marmore egregium facinus docto hoc elogio, (quod una cum aliorum rebus geſtis in ornatisſimis tuis ædibus depictũ cernimus) ſculperetur. Paulus Lercharius Claſsis Genuenſium Præfectus in Ionio mari furibundos Catelanorũ impetus perfregit. Subticebo hic uiros, illos toto terrarum orbe celebratisſimos, qui longa ſerie pulchroq. ordine quadringentis ab hinc annis per centum perpetuos annos conſularem dignitatem & magiſtratum (ut iſtius ciuitatis Annales teſtantur) quo vniuerſa iſta Reſpub. adminiſtrabatur, geſſerunt. Sed quò uectus ſum oratione (Dux Illuſtrisſime) eò certe, ob maximam tuam tuorumque gloriã, ut mei penè oblitus in uiam, à qua digreſſus uideor, uix reuerti ualeam, Verum, ut tandem ad te redeam, ſatis intelligis, quibus ſim adductus rationibus, ut meos hos conatus tibi dicarem, ac conſecrarem, qui utinam tales forent, quales meus alioqui in te propenſus animus maxime exoptat. Tu tamen, tua illa Regia (cuius etiam non immerito nomẽ fers) humanitate, beniuolentia, animiq. magnitudine, nõ rei tenuitatem, ſed animũ meum tibi, iſtique Reipub. addictisſimum agnoſce, & hylari animo lætaque frõte labores hos noſtros boni æquique conſule, eoque tandẽ amore foue, quo reliquorum ſtudijs fauere ſoles. quod ſi, ut ſpero, præſtabis, efficies, ut meus alioqui erga te iſtamque tuam Rempub. accenſus animus magis ac magis accendatur inflãmeturque, ut omni ſtudeat conatu, ſi ullo unquam tempore ſe ſe offeret occaſio, de uobis ſemper benemereri. Vale. ex Monteregali Pedemontium Sexto Calend. Auguſti. M. D. L X V.

SVMMARIVM PRIMI RESPONSI.

1 Interdictum Adipiſcendæ poſſeſſionis datur ei, qui ante nec naturaliter nec ciuiliter fuit in poſſeßione.
2 Poſſeßio per ſequeſtrum amittitur.
3 Interdictum Retinendæ poſſeßionis nõ conceditur ei, qui nec naturaliter, nec ciuiliter poſſidet.
4 Remedium canonis Reintegranda. 3. q. 1. pleniſsimum & pinguius remedium, quouis poſſeſſorio recuperandæ.
5 Remedium cap. Reintegranda. 3. q. 1. datur contra poßidentem cum titulo & bona fide.
6 Petens ſe reſtitui & reintegrari omni meliori modo, dicitur intentaſſe remedium cap. reintegranda. 3. q. 1.
7 Petitorium iudicium ſuſpendi, & poſſeſſorium recuperandæ proponi poteſt.
8 Remedium cap. reintegranda. 3. q. 1. ita laicis pro rebus prophanis, ut clericis pro rebus eccleſiæ conceditur.
9 Extenſio fit in correctorijs fauore animæ.
10 Communis opinio doctorum ſequenda eſt.
11 Spolium notorium ubi proponitur, ſolemnis proceſſus non eſt neceſſarius.
12 Princeps ſolam ueritatem cauillis, & ambagibus reiectis ſequi debet.
13 Imperator de iure fundatam habet intentionem, ut in toto orbe iuſdicere poteſt.
14 Priuilegiorum conceßio ſubiectionem arguit, cum ſubiectis tantum ſoleãt concedi.
15 Genuam Ciuitatem eſſe ſub Imperio.
16 Actum ſibi præiudicialẽ qui acceptat, nec aliquo modo contradicit, ius ſuum perdit.
17 Imperialis ciuitas qua ratione, & reſpectu dicatur.
18 Verba ſophiſticè intelligi non debent.
19 Stilus pro lege obſeruatur.
20 Imperium merum an præſcribi poßit.
21 Imperij ſuperioritas perdi & in alium transferri non poteſt.
22 Productio iurium, & priuilegiorum minus integrè facta non prodeſt.
23 Clauſula ſaluo iure Imperij, quid importet, & ſignificet.
24 Cognitio rei feudalis ad dominum feudi ſpectat.
25 Iudex ordinarius is eſt, qui rei conuentu Iudex eſt.
26 Imperator in cauſa propria & ſuorum iuſdicere poteſt.
27 Princeps eſt Iudex competens in controuerſia Priuilegiorum a ſe conceſſorum.
28 Marchiones de Carreto feudum ab Imperatore recognoſcunt.
29 Feudum & Homagium Ligium quod.
30 Feudo Caſtri uel oppidi cum omnimòda iuriſdictione conceſſo non tranſit ſuprema concedentis poteſtas & iuriſdictio.
31 Iudex loci ubi uis facta eſt, competens eſt contra illum uiolentum occupatorem.
32 Subiectus dicitur, qui pati iudicium cogitur.
33 Inferior contra ſuperiorẽ non cognoſcit.
34 Priuilegia ita debent interpretari ne

abſurdum contineant.

35 *Priuilegiũ in actionibus perſonalibus conceſſum, non impedit iudicium in realibus ratione rei ſitæ.*

36 *Iudicium ratione loci in quo commiſſa eſt uis exerceri poteſt etiam contra priuilegiatum.*

37 *Vniuerſitas quãdo delinquere dicatur*

38 *Finarij ſtatus & Marchia an intra fines Genuenſium ſit.*

39 *Argumentum ab extremis quomodo concludat*

40 *Triuilegia ita debent intelligi ne tertio præiudicent.*

41 *Spoliato ui compulſiua agenti Dominij exceptio obijci an poßit.*

42 *Agẽti actionẽ quod metus cauſa exceptio dominij obijci poteſt.*

43 *Spoliatus quouis modo ante omnia reſtituendus eſt.*

44 *Extenſio conceditur in odioſis, & correctorijs, ubi eadem militat ratio.*

45 *Poſſeßionem metu amittendæ ſanitatis medico tradens ante omnia eam recuperat.*

46 *Diſtinctio quomodo ſpoliato ui compulſiua agenti obijci poßit dominij exceptio.*

47 *Cap. ſuper hoc de renuntia. declaratur.*

48 *l. ulti. §. ult. ff. quod metus cauſa exponitur.*

49 *Reintegrandæ remedium poſſeſſorium datur contra occupantem irrationabiliter etiamſine uiolentia.*

50 *Fauor præfertur in diuerſis qualitatibus inter ſe concurrentibus.*

51 *Expulſus dicitur, qui caſtro incluſus tormẽtorũ ui cogitur inimicis dare*

52 *Spoliatus caſtro uel oppido munito & forti an ſit ante omnia reſtituendus.*

53 *Executio ſententiæ quæ alias impediri non poteſt, impeditur cum aliàs ſequi poſſet damnum irreparabile.*

54 *Appellatio ab interlocutoria recipitur cum alias ex ea inferri poteſt irreparabile detrimentum.*

55 *Iudici licet de facto reſiſtere, cũ alias ex ſuo facto damnum ſequi poſſet irreparabile.*

56 *Paulus de Ca. l. 2. C. de edicto Diui Hadria. tol. declaratur.*

57 *Iaſ. conſi. 38. lib. 3. declaratur.*

58 *Cap. litteras de reſtitu. ſpoliato. declaratur.*

59 *Spoliatus caſtro forti & munito reſtituitur ante omnia cum ambo ſpoliator ſcilicet et ſpoliatus ſub eodem Principe ſunt.*

60 *Spoliatus caſtro forti reſtituitur ante omnia, cum præſtat cautionem de reſtituendo illi ſi in petitorio ſuccumbat.*

61 *Cautionis fragilitati ſubmittendũ non eſſe, quomodo intelligatur.*

62 *Spoliare licet aliquem caſtro forti, quãdo aliter non eſt ſuccurſum uia iudiciaria.*

63 *Fauor ſpoliati odio ſpoliatoris antefertur.*

64 *Spoliatus ſua cauſa & facto quomodo reſtituatur.*

65 *Tyrannus ſpoliatus quõ reſtituatur.*

66 *Teſtes ſine iudicis commißione examinati non probant.*

67 *Feudum quo ob delictum priuatur uaſallus cui deferatur.*

68 *Feudo non priuatur ipſo iure uaſallus, ſed lata ſententia ſaltẽ quia & deliquiſſe & feudũ amiſiſſe declaretur.*

69 *Spoliatus reſtituitur etiã contra poſſeſſorem, qui nullam uim adhibuit.*

70 *Remedio cap. Reintegrandæ. 3.q.1. ſuccurritur illi, qui per negligentiam poſſeßionem amiſit.*

71 *Poſſeſſor facto ſequeſtro poſſeſſionem perdit.*

72 *Remedium poſſeſſorium datur ſpoliato ut rei occupatæ poſſeſſionem conſequatur.*

73 *Spoliatus reſtituitur ad damna & expenſas.*

74 *Spoliatus an ante oĩa reſtituatur, cum notoriè cõſtat de dominio ſpoliatoris.*

75 *Exceptio iuris notorij an ceteris excluſis excluſa cenſeatur.*

76 *Appellatio a notoria iniquitate numquam remota dicitur.*

77 *Circuitus inutilis euitandus eſt.*

78 *Spoliatus non reſtituitur ob animæ periculum.*

79 *Mittitur in poſſeſſionem, qui in re potiora iura habet.*

80 *Spoliato quando ex interuallo liceat ſua manu amiſſam poſſeſſionem recuperare.*

81 *In continenti dicitur facta recuperatio quam primum commodè occupari potuit.*

82 *Poſſeſſio quãdo obliuiõe amiſſa dicatur.*

83 *Poſſeſſoriè recuperandæ agenti regulariter dominij exceptio obijci poteſt.*

84 *Exceptio dominij notoria, non impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui.*

85 *Cap. ult. de cohab. cler. & mulie. exponitur & declaratur.*

86 *Notorium, quod eſſe dicatur.*

87 *Cap. ſignificaſti, de diuortijs declaratur, & exponitur.*

88 *Cap. conſtitutus, de filijs praſbyte. declaratur, & exponitur.*

89 *l. duobus. §. qui iurauit. ff. de iureiurando declaratur.*

90 *Cap. ad decimas, de reſtitut. ſpoliat. in ſexto, declaratur.*

91 *Calumniæ euidentis exceptio, non impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui.*

92 *Cap. 1. de reſtitu. ſpolia. exponitur et declaratur.*

93 *Negligentiæ illius aſcribendum eſt, qui potuit uia iudiciaria rem conſequi, nec conſecutus eſt.*

94 *Pariſius conſil. 24. lib. 1. declaratur.*

95 *Ruinus conſil. 42. lib. 4. declaratur.*

96 *Genua Ciuitas, quo iure directum dominium in Marchionatu Finarij ſit conſecuta.*

97 *Inſtrumenta tranſumpta quomodo fidem faciant.*

98 *Ottho ſecundus Imperator, quõ Marchias Aleramo Saxonio donauerit.*

99 *Ignorantia non præſumitur.*

100 *Dominium directũ in re feudali quomodo præſcriptione acquiratur.*

101 *Bona allodialia & libera a ſuperiore, in feudum poſſunt recognoſci.*

102 *Poſteriora derogant prioribus.*

103 *Cõpromißum de re feudali non ualet.*

104 *Dux Sabaudię cõpromiſit in Regẽ Frãciæ de rebus Imperio ſuppoſitis.*

105 *Genua ciuitas ſub Rege Gallorũ a Bucucaldo Gubernatur.*

106 *Tyrannidis tempore facta, præſumuntur facta metu.*

107 *Interpretatio illa ſumitur, qua effugiatur delictum.*

108 *Coniecturæ in factis antiquis probationem faciunt.*

109 *Coniecturæ illæ præualent, quibus actus ſuſtinetur.*

110 Subreptio, & obreptio in reſcriptis nõ præſumitur.
111 Subreptio, & obreptio ab allegante probanda eſt.
112 Clauſulæ ex certa ſcientia & motu proprio, obreptionem & ſubreptionem impediunt.
113 Inſtrumenta tranſumpta quõ probẽt.
114 Præſcriptio contra Imperatorem ſeudi dominum, nulla eſſe poteſt.
115 Præſcriptio etiam longiſſimi temporis in feudo non currit.
116 Feudorum cauſæ, non regulantur ſecũdum diſpoſitionem iuris communis.
117 Præſcriptio in ſeudis non minor centenaria currit.
118 Sententia iuſtum præſtat titulũ Præſcribendi.
119 Inſtrumẽtá antiqua etiam inter alios facta probant.
120 Titulus pro ſuo præſtat iuſtam cauſam præſcribendi.
121 Bonafides præſumitur etiam ex titulo putatiuo.
122 Principis aſſertioni credendum eſt, etiam contra tertium.
123 Poſſeſſio probatur ex perceptione penſionis.
124 Poſſeſſionis continuatio quomodo probetur.
125 Carretorum familia in Italia ampla & diffuſa.
126 Malafides, authoris quomodo ſucceſſori præſcribere uolenti, obſit.
127 Malafides, quid ſit.
128 Dominium non tranſit mediante ſententia, preſertim arbitramentali.
129 Vaſallus alienando feudum, directum dominium non tollit.
130 Iure proprio ſine cauſa, quis non priuatur.
131 Malafides anteceſſoris non nocet ſucceſſori in ſola dignitate ſuccedenti.
132 Vſufructuario & Domino conceditur unã ſimul remedium. l. ſi quis in tantam. C. unde ui, contra uiolentum poſſeſſionis occupatorem.
133 Dominium ex præſcriptione. 30. annorum acquiritur.
134 Præſcriptio non poteſt tolli ex Priuilegio, niſi adſit clauſula, Non obſtantibus, uel ex certa ſcientia uel poteſtatis plenitudine.
135 Præſcriptione ex conſtitutione. l. Bene a Zenone. C. de quadrien. præſcrip. finitur. qui ab Imperatore cauſam habuit.
136 Priuilegio uti quis non poteſt contra concedentem.
137 Citandus amplius non eſt, qui ſemel reſpondit ſe nolle ad iudicium uenire.
138 Abſentis partes ſupplet Iudex.
139 Notorium dicitur, quod conſtat per confeſſionem.
140 Animus declaratur ex actibus ſubſequentibus.
141 Probatio nulla admittitur contra propriam confeſſionem.
142 Probatio, quæ nihil releuat non admittitur.
143 Spoliatus recuperandę agens, quæ probare teneatur.
144 Probationes exactæ non requiruntur in iudicio poſſeſſorio recuperandæ.
145 Spoliatus reſtitui debet etiam ad fructus, damna expenſas & ſimilia.

VOTVM ET RESPONSVM PRIMVM,

QVOD NOMINE SACRI Conſilij Ferdinandi Imperatoris ſacratiſſimi.

VENERANDO TICINENSIS collegio præſentatum fuit, cùm ab eo uotū expoſtularetur ſuper controuerſia excelſæ Genuenſium Reipu. & Illuſtriſsimi Alphonſi Carreti Finarij Marchionis.

CVM LIS, quæ corām ſacra Cęſarea Maeſtate inter illuſtrem Dominū Alphonſum de Carretto Marchionem Finarij ex una: & Magnificum D. Octauiānum de Nigro tanquām Procuratorē excelſæ Reipub. Genuæ, ex altera parte uertitur eò deducta ſit, ut per præfatum Marchionem Finarii ſuæ Cęſareæ Maieſtatis ſententiā inſtanter efflagitātem in cauſa cōcluſum fuerit. Procurator uerò prædictæ Reipub. atq; adeo ipſa Reſpublica per literas viij. calendarum Ianuarij, anni 1558. ſacrę Cęſareæ Maeſtatis iudicium effugere conata, cauſam ad ſuos iudices Genuenſes remitti petierit. Cæſarea autē Maieſtas, ſe Iudicem competentem declarauerit, atque ea ratione interpoſitam per præfatum Procuratorem ad ſummum Pōtificem appellationem planè refutauerit. Quæritur, quæ nunc ſint partes ſuæ Cæſareæ Maeſtatis, qualis in negotio ferenda ſententia, & quod omnino ſacræ Ceſareæ Maieſtati in adminiſtranda æqua Iuſtitia ſit agendum.

Viſis itaq; omnibus actis & actitatis maximè uerò, iis, quæ poſt decretum ſacræ Cæſareæ Maieſtatis die xxj. Nouembris anni proximè elapſi partibus publicatum iudicialiter dicta producta, & reproducta ſunt, plurima uidentur eſſe conſideranda.

Primo quidem cōſiderandum, quod Marchio Finarij poſt decretum illud, quo tentatis iam aliquoties amicabilibus compoſitionibus, utriq; parti facta copia in iure procedendi & proponendi, quicquid cuilibet earū uideatur neceſſarium, propoſuerit ſcripturā in qua refert qualiter cōe Genuæ in menſe Iunij anni 1558. præcedente generali conſilio, leuato uexillo cōmunitatis, adunato numerò armatorū, cum bellicis tormentis eiecerint ipſum dñm & titulatum poſſeſſorem & uaſſallū Imperij ſuo Marchionatu Finarii, inuadendo omnes uillas, quarum plures ad Marchionatū pertinent, expellendo oēs agentes ipſius Marchionis per prędictos homines adunatos deprædando & diripiendo bona mobilia ipſius Marchionis, ēt eius Caſtrum occupando ſimul cū fortalitio Bithinguidi, quod eſt pars cuſtodiæ ipſius caſtri, ut habetur in ſcriptura reproducta incipiente Marchio Finarij non eſt expertus. Ita ut coactus fuerit ſe cum aliquibus ex ſuis retrahere in fortalitium ſeu caſtrum, in quo paſſus eſt per quattuor menſes obſidionē, intra qđ tēpus per quindecim dies uiginti quattuor Bōbardis ſunt quaſſati muri, uſq; quo quarto nouēbris eiuſdē anni, etiā caſtro, unà cū ſuis exire coactus eſt, ui gore quorundā pactorum, quę ipſe per procuratorē extra ciuitatē Genuæ iniuit, & quāuis altera pars Marchionatus uigore pactorū detineatur p Andream Auream, alterā tñ ipſi detineāt Genuenſes, etiam contra pacta conuenta, Petens primo reſcindi illa pacta uiolētia, & meticuloſa, deinde omni meliori modo, iure, uia, forma quibus fieri poteſt ſe plenariè reintegrari ad poſſeſſionem ſui Marchionatus, prout de facto fuerat ſpoliatus, Et ſibi in hoc notorio ſpolio ſummariæ de facto omni proceſſu ſemoto Iuſtitiam adminiſtrari.

Ex quibus concluditur intentatum eſſe remedium poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis, cum enim Marchio totū ſtatū finarij unà cum Caſtro Gouonij & Caſtro Frāco, ac pertinentijs eorum, ut etiam aduerſarij fatentur, antea poſſederit, non poteſt agere aliquo adipiſcendæ remedio poſſeſſionis, nā
1 illa ijs † tantūmodo cōpetunt, qui ante, nec naturaliter, nec ciuiliter poſſiderunt l. 2. §. Hæc autem interdicta. ff. de interdictis, ibi quæ competūt his qui antea non ſunt nacti poſſeſſionem. Cum uerò Marchio Finarij fuerit in illis ad Marchionatum pertinentibus eiectus & aliqua pars earum ab ipſis Genuenſibus eijcientibus poſſideatur, reliqua aūt penes ſequeſtrum depoſita ſint, apparet ipſum Marchionem, nec naturaliter, nec ci-

uiliter poſſidere, nam de parte a Genuenſi-
bus poſſeſſa non eſt dubium.l.clam poſſide-
re.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren. poſſeſſ.
ubi glo. Bart.& cæteri,quod uero pars quæ
2 in † ſequeſtrum datur amplius nõ poſſidea-
tur eſt tex.in.l.licet. §.rei. ff. depoſiti ibi e-
nim agitur ea diſpoſitione, ut neutrius inte
rim poſſeſſionis tempus procedat, Salii.in l.
unica.1. queſt.C.de prohib. ſequeſt. pecun.
Ideo quæ,cum,nec naturaliter,nec ciuiliter
3 amplius poſſideat † non etiam poteſt agere
remedio retinẽdæ.l.1.§. interdictum autem
ff.uti poſſidetis.l.ſi duo.§.crditores. ff. eodẽ
Alex.in conſ. 233.incip.põderatis his nu. 8.
in.6.uol.Corne.in conſ.270.incipit licet la-
borioſa nu.1. in.4.uol. Quare dicitur quod
egerit poſſeſſorio recuperandæ, ſicut in a-
lio remedio agere potuit,Et quidem dicitur
egiſſe remedio canon.s reintegrãda.3.que-
ſtione.1.quod facere potuit, quomodocũq;
4 illi ablata fuerit poſſeſſio,cum † pleniſſimũ
ſit illud remedium, & cum omnibus aliis re-
mediis concurrat,ut dicit Lanfrancus de O-
riano in Rub.de cauſa poſſ. & propriet.col.
3.in.3.concluſione Alex.in conſ.91.incip. in
cauſa & lite col.fin.in uol. 5.nã quamuis a-
licui ſit per uim ablata poſſeſſio,eiq; cõpe-
tat interdictum unde ui, poteſt tamen talis
agere hoc remedio Abb.& alij in cap.cũ ad
ſedem cap. ſæpe. de reſtitu. ſpolia.Socin. in
l. rem quæ nobis 1. queſt.princip. ff. de ac-
quir.poſſ.quamuis etiam is,contra quem a-
gitur,nullam uim feciſſet,tamẽ ex remedio
5 contra ipſum agi poteſt,cum etiam † cõtra
bonæfidei poſſeſſorem cõpetat,ita ut ſe Ge-
nuenſes non poſſint defendere, quaſi poſſi-
deant ex titulo cuiuſdam laudi,de quo infra
ita tenet Innoce. & communiter canoniſtæ
ut ibi dicit Franciſ.Ripa. cap.ſæpe de reſtit.
ſpol.Docto.in cap.cum ad ſedem,ubi hic di
cit Abb.extra eodem:& illam tenet ac com
munem etiã dicit Alex.in conſ.91. incip. in
cauſa & lite in fin.in.5.uol.in moder.in.l. rẽ
quæ nobis.ff.de acquir.poſſ.Socin.in conſil.
89.incip.in cauſa agitata in fi.in.1.uol.Deci.
in cõſ.57.incip.pro tenui facultate mea nu.
5.in.1.parte Alex.in conſil.108.incip.uiſo &
oportunè diſcuſſo nu. 12. lib.5.& probatur
per generalitatem tex.in ca.3.3.queſt.1.ubi
dicit reintegranda omnia & reſtituenda quẽ
a quibuſcunque detinentur & ſic per illam
uniuerſalem locutionem uidentur etiam in
cluſi poſſidentes cum titulo & bona fide,ad
idem eſt textus in capit.cum eccleſiæ.3.q.1.
ubi pariter habetur talis uniuerſalis diſpoſi
tio,qui enim ſic uniuerſaliter loquitur nihil
excludit,cap.ſolitæ in ti.de maio.& obed. &
cum non poſſit obiici excep.dominii,ut in-
fra deducetur,longe minus titulus, uel bo-
na fides obiici poterit, ut ſic argumentatur
Dec.in conſil.57. nume. 6.qui ad hoc plura
alia addunt.

Quod autem egerit Marchio remedio il-
lius canonis,habetur in ſcriptura per Mar-
chionem reproducta,quæ incipit, Marchio
Finarii non eſt expertus uno. ſatis etiam ex
ipſo libello apparet ipſum egiſſe illo reme-
6 dio,cum generaliter petierit,† ſe reſtitui &
reintegrari, & iuſtitiam ſibi adminiſtrari
omni pleniori modo & forma,petens etiam
per Cæſa.Maieſtatem omnia ſuppleri, quæ
in iure conſiſtunt,ut habetur in ſcriptura re
producta, quæ incipit (arbitrari potuit) per
quam clauſulam dicitur, per eum qui a ſua
cecidit poſſeſſione intentatum remedium
prædictum canonis reintegranda,ita expreſ
ſe conſuluere Decius in conſil. 302. incip. &
pro tenui facultate nume.22. ſecunda par-
te,Alexand.in conſil.56.incip.uiſo proceſ-
ſu inter Magiſtratum nume.3.in.2.uol. & in
conſil. 6. incip.circa præmiſſum primo du-
bio.3.uol.Corne.in conſil.18.incipit uiſa pe
titione producta nume. 2.10. uol.1.Nec dici
poteſt,ut perperam Genuenſes uolunt,Mar
chionem etiam petitorium cumulaſſe, cum
ſe dominum allegauerit,nã licuit hoc ei fa-
cere ad colorandum poſſeſſorium maxime,
cum expreſſe dicat ſe nolle experiri,petito-
rio,nec aliquo remedio altiorem indaginẽ
requirente, unde in claris non eſt opus cõie
ctutis,l.continuus.§.cum ita.ff.de uerborum
obligatione.

7 Imò ſi etiã expreſſe egiſſet petitorio † poſ
ſet ab illo deſiſtere & eo ſuſpẽſo in ſolo poſ
ſeſſorio procedere.l.cum fundum.§.fin.ff.de
ui &ui arma.C.paſtoralis de cauſa poſſeſſio
nis & proprietatis,dum ibi dicitur,poſſeſſio
quidem uidetur,quod de recuperãda poſſeſ
ſione proponitur antequam concluſum ſit
in proprietatis iudicio primitus inſtituto
agi poteſt ab eo, qui non cœpit uendicare,
& ibi late ſcribunt Doctores.

Quod quidem remedium dicitur Marchio-
8 ni cõpetere & ſi † laicus ſit, & pro re propha
na agat, cum etiam pro rebus laicorũ & in
foro ſeculari competat, ut uoluit Bart.in.l.

ſi coloni.C.de agricol.& cenſit.lib.11.Bart.
Angel. Roma.& Ant.in.l.rem quæ nobis.ff.
de adquirenda poſſeſsione Angel. in conſil.
157. incip. in prædicta quæſtione uertente
Alexan.in conſil.5. incip. circa præmiſſa nu
me.4.in.3.uol.qui dicit ſæpe numero, ſed id
uidiſſe ſeruari,& de hoc dicit eſſe commu-
nem Doctorum opinionem, ſecundum quã
omnino Iudicandum ſit per Franciſcum Ri-
pam in Repe.capitulo ſæpe, nume. qui dicit
eſſe communem opinionem,quam etiam te
net & communem dicit Soc. in conſil. 266.
incip.in cauſa quæ uertit &c.nume.18. in.2.
uol.& probatur quia diſpoſitio illius cano-
nis uidetur inducta ratione corrigendi pec-
catum ſpoliationis, quæ ratio etiam in re-
bus laicorum locum habet, ita ut etiam
9 in † correctoriis fiat extenſio fauore ani-
mæ,ſecundum Bartol.in auth.ſacramẽta pu
berum cap.ſi aduerſus uendit.Abb. in ca. ex
tenore extra,qui filij ſint legitimi,&quia ca
non ille fundatur in peccato,ſequitur,quod
etiam ſeruandus in foro ciuili cap. 1. de no.
op.nuncia.ubi doctores.

Nec obſtabit, ꝙ aliqui doctores uelint
contrarium,ut habetur per Corneum in cõ
ſil.23.incip.uiſo pũcto formatur in.ti.1.uol.
& in conſil.282.incip.uiſo dicto puncto nu-
me.7.cum ſequenti in 3.colum.Soc.in conſi.
18.incip.proſequendo nume.32.in.1.uol.

Nam cum in hac ſententia ſint doctores
10 communiter, † ea potius quam paucorum
contraria opinio eſt in iudicando attenden-
da,Doctores in c.ne innitaris extra de con-
ſtit. nec quicquam refert, quod uerba illius
canonis non uerificantur in laicis cum ſatis
ſit rationi conuenire.l.a Titio.ff.de uerborũ
obligatione.

Rectè etiã petijt Marchio in negotio pro
poſito ſummmarium inſtitui proceſſum, cũ
11 ipſe adducat factũ † notorij ſpolij,in quibus
terminis proceſſus aliquis ſolẽnis non inſti
tuitur,ut habetur per Abb.in ca.quia clerici
de iure patronatus & maximè cũ agatur co
ram ſupremo iudice,qui non tenetur obſer
uare ordinem iudiciarium Bal.in c.1.ſi de in
ueſtitura inter domin. & uaſallos oriatur,
idem in l.reſcripta. C. de præcibus Imp. off.
Inno.in c.in cauſis, extra de re iudicata, qui
etiam non aſtringitur allegatis & productis
per partes,ſed conſcientiam ſuam ſequi po
teſt,ut habetur in l.1.C.ut quæ deſint aduo-
catis partium.

12 Nam ubi † princeps ſcit ueritatem nõ de
bet ire per ambages,ut dicit Bald. in capit.
2.de no.form.fid.ita ut nulla ſubtilitas iuris
faciat proceſſum coram ipſo agitato nul-
lum,uel inutilem,ut habẽtur hæc latius per
Math. de Afflictis in. §. fi. in titulo de pac.
Iur.firm.Dec.in conſil.487. incip. uiſo pun-
cto & dubijs num.5.in quarta parte Reſtau
rus.Caſtall.in Tracta.de imperatore,in quę
ſtione. 110.18.caſu reſeruato,ubi ad hoc plu
ra allegat.

Secundo in præſenti negotio conſiderãdũ
eſt,quod cauſa hęc poſſeſſorij intentata con
tra Rẽp.Genuenſem ratione ſtatus Finarij,
quo eiectus eſt Marchio,nõ tantum pro par
te dimidia eius ſtatus, uerũ pro eo toto per
tineat ad.S.Cæſareę maieſtatis cognitionẽ,
non obſtantibus exceptionibus Reip.ex qui
bus putat cauſam ad ſuos iudices Genuen-
ſes remittendam.

In primis enim quamuis Genuẽſes uideã
tur ſe uelle a ſuperioritate & Imperio Maie
ſtatis Cæſareæ eximere(id quod forte ante
hac nunquam factũ eſt)tamẽ conſtat, quod
13 † Imperator quoad iuriſdictionem ſuam fun
datã habet intẽtionem in loco,Doctores in
proœmio Digeſtorũ in princ.& in.l.cunctos
populos.C.de Sum.Trinita.&fid.Cath.Ideo
quicũque dicit,ſe nõ ſubeſſe Imperio,debet
hoc probare glo.in c. Adrianus il ſecundo.
63.diſtinctione.

Quicquid enim ſit de alijs Chriſtianis re-
gnis,& prouincijs,tamen præcipua Italia, &
Alemania dicũt eſſe partes Romani Imperij
ut eſt tex.in ca.1.§.firmiter de prohib.feud.
alie.pro fœd.habetur per Aluarot.in ca.1.in
princ.nu.5.de pac.tenenda,ideo in ſpecie di
cebat Decius in conſil.307.nu.9.quod Impe
rator habet fundatam intentionem ſuperio
ritatis quo ad ciuitates Italiæ,idq; nomina-
tim,quo ad ciuitatem Genuenſem:ex eo nõ
difficulter colligitur,quod ipſimet fateri co
gũtur &c.ſe hactenus & priuilegia ſua & cõ
firmationem priuilegiorũ a ſacro Imperio
14 obtinuiſſe † priuilegia autem generaliter nõ
cõceduntur alijs quàm ſubiectis,& iis quos
conſtitutio concedẽtis arctare poteſt,Hoſt.
in ſumma tit.de priuilegiis uerſ.cui conceſ-
ſum eſt.& in ſpetie quod ciuitas Genuæ ſit
ſubiecta ſuperiori habetur per Dec.in conſi.
361.nume.7.

Huc accedit quod & antiqui Romani Im
perarores, & Imperator Carolus. V.inclitæ

15 memoriæ † ciuitatem Genuenſium in omni
bus literis & priuilegijs ciuitatem & camerã
Imperialem appellat quod quidem uocabu-
lum per totum orbem Chriſtianum non ali
ter quàm de ijs ciuitatibus quæ ſacrum Ro
manum Imperium agnoſcant accipitur. Cũ
ergo Genuenſes non ſolum huiuſmodi pri-
uilegia & literas acceptauerint, uerum eti-
am impetrauerint nec quicquam reperian-
16 tur poteſtati in cõtrarium, ſequatur † quod
etiam dicantur conſenſiſſe iuxta tex.l.ſi filii
uſfa.la.2.ff.ad Maced. Matth.in ſing.22. in-
cip.nota mirabilem modum.

Eſt autem ualde extranea & abſurda ne
dicamus cauilloſa interpretatio, ſi quis dice
17 re uelit ciuitatem † imperialem ideo appel-
lari, quod rebus Imperij faueat, uel appella-
ri cameram Imperialem ideo quod ipſa ha-
beat cameram publicam & fiſcum ex priuile
gijs Imperialibus: id enim nunquam (ut o-
18 pinamur) nec dictũ nec auditum eſt, & † uer-
ba non ſophiſtice intelligenda ſunt ſed in eo
ſenſu quem ſolent recte intelligentibus ge-
nerare. C. ex literis il ubi doctores de ſponſ.
Præterea Imperatores omnes non ſolum
Genuam ipſam (ut dictum eſt) ciuitatem &
Cameram ſuam Imperialem: uerum etiam
Magiſtratus & ciues eiuſdem fideles ſuos di
lectos appellarunt, qui quidẽ modus loquen
di iuxta ſtatum communem omnium can-
zellariarum totius Chriſtiani orbis, ſupiori
tatem eius per uerba eiuſmodi demonſtrãt
19 † ſtilus autem curiæ pro lege obſeruatur. l.
Labeo. ff. ſtat. lib. Hippol. de Marſil. in ſing.
118. incip. ſtilus curiæ, Pet. Rebuf. in. 3. Com
menta. tract. de conſuet. Arti. 2. glo. 8. nu. 18.
& ſequenti.

Nec multum ad rem facit quod ciuitates
20 Italiæ dicuntur præſcripſiſſe merũ † Imper.
utrum enim & quomodo merum imperium
queratur pręſcriptione eſt antiqua ſabatina
& fere inextricabilis quæſtio, ut atteſtatur
Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino in. l. imperiũ
nu. 43. de iuriſd. omnium Iud. quam tamen
in præſentiarum ingredi non eſt opus. poſi-
to enim, quod ciuitas Genuen. præſcribere
potuiſſet & præſc. pſiſſet merum Imperium,
et ea, quæ ſunt principi reſeruata, tamen il
la præſcriptio intelligeretur tantũmõ Cõ-
munitati ut ſit cumulatiuè cum Imperatore
non autẽ abdicatiuè, ſeu priuatiuè ad Impe
ratorem. Ang. in. l. hæc autem in fin. de ſerui
urb. pred. Itaque non poteſt excutere iugum
ſubiectionis quominus dicatur recognoſce-
re Imperatorẽ Abb. in c. cum non licet. col.
21 fin. qui filij ſint legitimi, † ſuperioritas enim
et maioritas cohæret oſſibus Imperij, quæ
ſicut non eſt conceſſibilis per priuilegium,
ita nec præſcriptione quæſibilis, ut per Mo-
der. in d. l. Imperium nominatim Ioan. Bapt.
de S. Seuer. nume. 39. 43. Iaſ. nume. 20. uerb. li
mita iſtam communem Gaſp. Vallas. nume.
128. & Purp. nume. 73.

Nec obſtat quod Imper. Carolus quintus
in ſuo priuilegio atteſtatur Ciuitatem Ge-
nuenſem eſſe liberam ut referunt Genuẽ. in
ſcriptura pducta, quę incipit. Reſp. Genuę.

Nam primo dicitur illud priuilegium nec
fuiſſe integrè nec authentice exhibitum: &
22 conſequenter illa † exhibitio nihil probat
Bart. Alex. & doctores communiter ut dicit
Iaſ. in Rub. de. op. no. nunc. qui uult hoc te-
nendum ſicut Euangelium.

Secundo dicitur: quomodocunq; liberam
fecerit illam Ciuitatem Imperatores, imo ſi
ipſe Carolus ſupra de nouo illis libertatem
conceſſiſſent, non tamen uiderẽtur exempti
a ſuprema illa Imperij poteſtate, ut infra ſta
tim ſubijcietur.

Tertio dicitur ibi adiectam eſſe clauſulã
23 † ſaluo iure Imperij, ut fatentur ipſi Genuẽ
ſes in ſcriptura iã allegata, per quam clauſu
lam maximè reſeruatur illa ſuprema iuriſdi
ctio, ut uoluit Reſtaur. Caſtal. in tractatu
de Imperatore in quæſt. 110. in 430. caſu re-
ſeruato. Nam quicquid in contrariũ conen-
tur Genuẽſes, nõ poteſt alius effectus illius
clauſulæ adduci, ſicut & notorium eſt mul-
tas eſſe Ciuitates, quæ omnino liberę dicun
tur ab omnibus oneribus ac etiã a pręſtatio
ne iuramẽti fidelitatis, in quibus Imperiũ re
tinet, & exercet illam ſupremam iuriſdictio
nem, de quo tamẽ inferius plenius habetur.

Secundo poſito quod Genuenſes omnino
a ſuperioritate Imperij ſint exempti, tamen
hoc caſu de feudo Imperij agitur. Ideo quic
quid in contrarium dicunt Genuẽſes, tamen
uerum eſt quod quando agitur de poſſeſſio
24 ne † rei feudalis cognitio ſpectat ad domi-
nũ feudi, iuxta not. Inno. in cap. ex parte de
foro cõp. quamuis. n. gl. in c. cęterũ extra de
Iud. tenuerit quod tali caſu, cognitio ſpectet
ad iudicem ordinarium, tamen eam commu
niter eſſe reprobatam atteſtatur Bald. ſequũ
tur. Card. Imola. Ab. & Dec. ubi & Maria. So
cin. in ca. ex tranſmiſſa nu. 31. de fo. comp. &

hęc opinio maximè locũ habet,quando uaſ
ſallus nõ aget ad pęnam uel ad intereſſe ſim
pliciter, ſed agit poſſeſſorio , cuius uictoria
adminiculatur proprietati,ut qui petit poſ
ſeſſionem ſibi ablatam reſtitui,iux. diſtinct.
Bald.in.l.3.C.ſi a non comp.Iud.et in cap.1.
§.inter partes de lege Corradi,quem ſequi
tur Aret.in d.cap.cæterum,cum quo tranſit
ibi Felinus,quo in loco& illud annotãdũ eſt
quod etiam ij,qui opinionem gl.in d.cap.cę
terum amplectuntur, dicunt tantummodo,
quod in caſu prædicto poſſit adiri iudex or
dinarius,interim non negant,cum etiã poſ
ſit adiri,et qđ cauſa ſpolij potius a iure com
muni,quàm a iure fæudali redigetur,dicitur
Imperatorem in propoſito eſſe ordinarium
25 etenim † ordinarius eo caſu dicitur, qui eſt
iudex rei cõuẽti,& ſic ſub quo reus ſortitur
forũ uel ratione perſonæ uel ratione ipſius
rei de qua quæritur gl.in uerbo terminetur
& ibi Aluarot. in §. fin. de prohibi. feudali.
per Fæd.Imperator autẽ ſaltem ratione lo
ci eſt ordinarius,ut infra deducetur,ergo.

Tertio quoniã Marchio uiolenter a Ge-
nuenſibus ſpoliatus eſt ſtatu Finarij, qui eſt
feudum Imperij ſequitur de iure, quod quã
26 do † Imper.proſequitur iniuriam,ſibi uel ſu
is illatam,ipſe met poteſt eſſe iudex.l.proxi
mè de his qui in teſtamento dolentur. l. &
hoc Tiberius de hered. inſti. Innocentius
Hoſt.& Ioan.And.in cap. ex parte de uerb.
ſig. & præcipue quando agitur, non pro re
propria, uel patrimoniali ipſius Imper. ſed
pro re Imperij iuxta ea, quæ tradit Bald. in
l.unica.C.ne quis in ſua cauſa And. Sicul. in
cap.cum ueniſſent col.fin.de Iud.Old. in cõ
ſil. cxxiiij. incip. quod remiſſio. Et probat
tex.in cap.nouit ille, extra de Iud. ibi, Non
intendimus de feudo iudicare , cum cogni-
tio ad regem pertineat, & tamen feudum il
lud erat ipſius Regis Fráciæ,et habetur per
Gozad.in conſi.1.

Quarto quoniam in hoc caſu diſputãtur
priuilegia , tam Genuenſibus , quam etiam
Marchionibus de Carreto ab antiquis Im-
peratoribus conceſſa,& clarum eſt, quod in
27 cauſa † priuilegiorum a Principe conceſſo
rum, iudex competens eſt ipſe princeps,uel
is cui Princeps cõmiſerit iuxta textum in
cap.cum ueniſſent & ibi per omnes, de iud.

Quinto animaduertendum, eſt, quod ex
28 inueſtitura Caroli.4. conſtat † Marchiones
de Carreto quoad ſtatum Finarij non ſolũ
uaſallos uerum etiã ſubditos fuiſſe Imperij
ita enim ſonant uerba inueſtituræ receptæ
quoq; a prædicto Aledramo,uidelicet Ho-
magij fidelitatis obedientia & ſubiectionis
debitæ ſolito iuramento, unde poſteaquam
Genuenſes prætendunt ſe uigore ſæpe alle-
gati compromiſſi ſubſequutæ ſententiæ ar-
bitratis in ius Marchionis ſucceſſiſſe,ſequi-
tur quod eodem iure quo ipſi Marchio-
nes uti debuerunt l. qui in ius.ff.de reg. iur.
capi. is qui in ius eodem tit. & ſic quemad-
modum Marchiones tanquàm ſubditi Im-
perij tenebantur ſuperioritatem imperij a-
gnoſcere,ita & iam Genuẽſes ſaltem in hac
qualitate tanquam ſucceſſores Marchionũ
agnoſcere tenerentur.

Sexto conſtat ex omnibus inueſtituris ,
quod Marchiones de Carreto antiquis Im-
29 peratoribus præſtiterunt † Homagium Li-
gium dicitur enim Homagium Ligium illud
quod præſtatur imperatori uel regi nullius
alterius perſonæ fidelitate reſeruata Iacob.
de Santo Giorgio in tractatu de Homagijs
nume.3.ubi allegat etiam alios. ſed quando
uaſallus præſtitit Homagium Ligium ali-
cui domino,tunc omnia illius bona ſunt ſub
iuriſdictione illius domini,ita per Iacob. in
loco iam allegato nume.7. uerſic. quartus
caſus ergo,& iam totus ſtatus Finarij dato
quod centies deinde ad Genuenſes tranſiuiſ
ſet,iuriſdictionem tamen Imperatoris tenẽ
tur agnoſcere, quia res tranſit cum cauſa
ſua: duplici itaq; nomine res hæc ad cogni-
tionem Imperatoris pertinet , quia uiolen-
tiæ cauſa tractatur uel ubi poſſeſsio eſt ſita
uel ubi uiolentia eſt illata. l. unica C. ubi
de poſſ.

Septimo conceſſo etiam quod ſtatus ille
Finarii per ipſos de Carreto nunquã fuiſſet
ab ipſo in feudo recognitus ſed ſemper poſ
ſeſſus tamquàm allodialis eſt liber ex dona
tione Otonis facta cuidã Aledramo,nihilo
minus tamen dicitur Imperatorem eſſe iudi
cem huius cauſæ cũ dicatur ſic facta in ipſo
ſtatu Finarij cuius loci ſuprema iuriſdictio
pertinet ad Imperium quomodocunq; ſta-
tus ille fuit ab Imperatore Othone donatus
30 ipſi Aledramo.Nã etiam ſi Imperator † ali
cui concedat omnimodam ſupremam iuriſ
dictionẽ de aliquo caſtro,terra uel diſtrictu
ſemper tamen penes ſe dicitur retinuiſſe ma
iorem iuriſdictionem& poteſtatem,ita uide
tur probare tex.in ca.dudum de prębend.in

ſexto,ibi penes nos tamen nihilominus re-
manſit maior tex.in cap.quamuis ſecundo,
& ibi gloſ.in uerbo conferamus eodem titu
lo in ſexto Bald. in cap.1 . quis dicatur dux
& Marchio,& habetur per Matth.de Afflic.
in.§.ad hæc de pac.iure.firm.qui ad hoc plu
ra allegat per Reſtaur.Caſtell.in tracta.de
Imper.in.11.quæſt.330.caſu,allegat.Calde.
in conſil.3.ſub.titu.de prehend. & quod ita
etiam ſit determinatum in Rota Romana
in quæſt.quæ erat inter Ducem Mediolani,
& Dominum de Corrigio & ita etiam uo
luit Franciſ.Cur.Sen.in conſi.64.incip.ſerio
ſa narratione in.5.colum.nu.7.& per Albe.
Bru.in conſil.47.incip.uiſis dubijs ad me trã
ſmiſſis nu.5. & hoc maxime in propoſito,
quia dicitur in illa donatione quod loca do
nata erant Regni Italici, & quod donabat
tanquam Rex Italicus hoc eſt Imperator.

Nec obſtat quod ibi nulla ſit facta reſer-
uatio expreſſa cum ex priuilegio imperia-
li hoc ſibi ſit tacite reſeruatum ut dictũ eſt
nec ſolebat olim apponi clauſula ſaluo iure
imperij ſicut hodie plerumque apponitur ut
expreſſe in terminis noſtris conſiderat Re-
ſtaur.Caſtall.in loco præallegato.

31 Cum ergo Imperator † ſit iudex eius loci
ubi per Rempu. uis facta fuit, dicitur quod
ipſa Reſp.ſortite ſit forum ibi.l.unica.C.ubi
de poſſ..agi oportet . ibi ubi autem uis facta
dicitur loci iudicem conuenit iudicare ſicut
eſt ratione delicti eo in loco conuenire poſ-
ſet.l.1.& in auth.qua in prouincia.C.ubi de
crim.agi oportet.Et ſic ſua Cæſarea Maie-
ſtas iudex ordinarius loci,& cauſæ ſiue ſta-
tum illum & feudalem , ſiue ut allodialem
iudicemus.

Nec obſtat priuilegium Federici Impera
toris productum per Genuenſes in ſcriptu-
ra incipienti Mag.d.Octauianus de Nigro.
Quia primo dicitur illud non fuiſſe integre
exhibitum.nec in aliqua forma authentica.

Secundo in loco generali priuilegio non
uidentur comprehenſæ cauſæ quę ad ipſum
Imperatorem pertinent,ſicut in propoſito
cauſa ipſius Imperatoris, & de ſuorum iniu
ria agitur. Eſſet enim longe abſurdiſſimum
ſi diceretur uigore ipſius priuilegij Impera-
torem ſe & ſuos Genuenſibus iudicibus lon
32 ge inferioribus ſubieciſſe † ſubiectus enim
dicitur,qui cogitur pati iudiciũ, & ſuperior
is qui iudicat c.licet in fi. de elect. Anto.de
Roſſell. in tracta.de poteſtate Imperato.§.
abunde,qui eſt finalis num.21.cum tamen in
dubio quicquid Imperator alicui conceſſit
ſemper ſe eximere dicatur,ut habetur in ca
pi.quisquis il ſecundo de prehend.in ſexto
& eſſet contra omnem rationem ſi iudices
Genuenſes judicarent de bonis & uaſallis
33 Imperij, cum † inferior contra ſuperiorem
ſententiam ferre nõ poſſit.l. nam Magiſtra
tus.ff.de arbe.cap. cum inferior de maio. &
obed.ſit ergo, quod Genuenſes tale habeãt
priuilegium quoad alios caſus , tamen no-
ſter non poteſt dici in eo comprehẽſus per
34 rationem iam adductam. Nam † priuilegiũ
quantumcumque generale ita uenit inter-
prætandum ne ſequatur abſurdum.l. ſcire
oportet.§.aliud.ff.excuſ.tut.l. nam abſurdũ
ff.de bon.lib.Corne.in conſil.123. incip. li-
cet breue ſit thema in princip.3.uol.cum ta
men expreſſe abſurdum dicatur ſi ſuperior
inferiori ſubijciatur.d. cap. cum inferior ibi
& ſatis abſonum uideatur.

Et cum ueriſimiliter Princeps uoluiſſet
ſe & ſuos uaſallos ſubijcere iudicibus Ge-
nuenſibus,ſequitur quod ad illum caſum pri
uilegium quantumcumque generaliter con
ceſſum ſe non extendit.l. obligatione gene
rali.ff. de pigno.cap.2. de officio uicarij in
ſexto,Corne.in conſil.346.incip.in hac con
ſultatione num.4.in.1.uol.

35 Tertio dicitur, quod illud † priuilegium
procedat, in actionibus perſonalibus ſimpli
cibus, non in caſu, quo quis ratione rei de
qua agitur ſortitur forum in alio loco ſiue
actio ſit realis ſiue ſit actio perſonalis in rẽ
ſcripta , nam tunc non obſtante priuilegio
fori cogitur quis reſpondere coram iudice
illius rei cap.ſane cap.fin.de foro competen
ti.l.ſi prædium.C.de prædies minorum pro-
bat &c.expreſſum & in ſpecie in cap.1.ex-
tra de priuile. in ſexto per Mar.Soc.in.d. ca.
ſane,in ſeptima declaratione:cum igitur a-
gatur in propoſito de ui , in re facta intenta
to remedio poſſeſſorio ad rem recuperan-
dã , quæ remedia dicuntur perſonalia in rẽ
ſcripta.l.1.in fi.ff.de interdictis : ſequitur ꝙ
Genuenſes non obſtante priuilegio cogan-
tur reſpondere coram iudice loci,in quo uis
facta fuit,qui eſt ipſe Imperator ut ſuperius
dictũ fuit,& ita in ſpecie habetur per Mar.
Soc.in.d.cap.ſane in.d. declaratione allega-
tis tex.in ſup.dict.l.1.C.ibi de poſſ.ag.op.

Quarto dicitur,quod nõ obſtante aliquo
36 fori priuilegio ſaltem † ratione loci,in quo

commiſſum delictum poterit conueniri co
ram.S. Maieſt.Cæſ. capi. poſtulaſſe, & ibi
Pet.de Anch.in quarta queſtione principali
extra de foro competenti ut eum refert Ma
ria.Soci. ibi in nona quæſtione & probatur
expreſſim in.d.cap.1.extra de priuil.in ſex-
to,Bart.in.l.Beneficium num.5.ff.de conſtit.
princip.cum enim ipſa Reſpu.in literis ad.S.
Maieſtatē tertio idus Decēbris anno. 1558.
daret in prima informatione per ſuos ora-
tores Auguſtæ oblata quæ incipit Genua
Ciuitas fateatur, quod conuocatis omni-
bus ordinibus habita matura deliberatione
decreuit bellum contra Alphonſum eſſe ge
rendum,utique recto dicitur quantumcum-
que ei negotio ineſt delictum a Rep.cōmiſ-
ſum in loco quo ſpoliatus eſt ipſe Marchio
& eiectus:nam ſi per Remp.aliquid fuit,fa-
cta congregatione & præcedente delibera-
37 tione tunc dicitur ipſa Reſpu. † & uniuerſi-
tas delinquere.l.metum.§.animaduertendū,
& ibi glo.in uerbo collegiū.ff. quod metus
cauſa.l.aliud.§. refertur.ff.de regulis iuris la
te per Bartol. pulchre diſtinguentē in.l.aut
facta.§. nonnunquam.ff. quod ui aut clam
Fel.in cap.cum omnes nu.25. extra de con-
ſtitu.per Nicol.Boer.in Tracta. de ſeditioſis
in ultima.q.nu.7.& ſequenti & ſic Reſpubl.
poterat ſaltem ratione delicti commiſſi con
ueniri coram iudice eius loci ubi commiſ-
ſum eſt.

38 Nec dicatur † ſtatum Finarij eſſe intra li
mites Genuenſis iuriſdictionis cum ſit intra
Coruum & Monacum,quæ loca Imper.Ma
ximilianus declarauerit in ſuo priuilegio
eſſe terminos iuriſdictionis pertinentis ad
Ciuitatem Genuenſem,Nam primo dicitur
illud priuilegium non fuiſſe exhibitum &
conſequenter.

Secundo dicitur,quod illud poſſit proce-
dere quoad bona ab ipſa Rep. quiete poſ-
ſeſſa Nam quoad illa, uidetur Genuenſibus
confirmaſſe ſuam iuriſdictionem; non autē
præſumitur iuriſdictionem aliquam Genuē
ſibus conceſſiſſe quæ iam alijs competebat
nec in bonis ab illis poſſeſſis:ſunt ergo Ge-
nue. non prætendunt aliquam ſe habere iu-
riſdictionem in alijs feudis Imperij ſitis in-
tra illum diſtrictum & extrema illa Corui
& Monachi enumeratis per Marchionem
in ſcriptura ſua nu.18.quæ inci.in iudicio in
tentato,&c.ita nec in hoc feudo imperij ali
quam poſſunt arrogare iuriſdictionem, cū
39 † argumentū ab extremis non neceſſario
ſed tantum præſumptiue concludat, ideoq;
data inſtantia corruit fundamentum,& ita
loquitur Barto.in.l.Celſus.ff. uſucap.Abbas
in cap.accedentibus nu.6.de priuile. Cūque
40 † priuilegia ſemper ſint intelligenda ne cui
tertio conferatur præiudicium maxime ei
de quo nulla facta eſt mentio expreſſa.l.2.
§.merito.§.ſi quid a Princi.ff. ne quid in lo-
co publ.c.ex tuarū de autho. & uſu pallij cū
pluribus quæ ſtudio breuitatis omittuntur
& ſi ex hiberet ipſum priuilegium Maximil.
tunc cōſtaret quo motu illud emanaſſet nec
dubitandum quin ſecundum ſtilum recentio
rem appoſita fuerit clauſula ſaluo ex quo
caſu ipſis Genuenſibus penitus inutiles eſſet
priuilegiū quoad ea loca, quæ ab alijs poſ-
ſidentur.Nā ſi unquā generi per ſpeciem de
rogetur, illud in priuilegijs maxime locum
habebit,cū alias Priuilegium ſtrictiſſime,et
ſine aliorum præiudicio ſint intelligēda ca.
ueniens extra de præſcriptio.cum ſimilibus,
Imo conſtat ex quodam inſtrumento con-
uentionis rationis ſalis traſportādi initæ de
anno. 1340. inter præfatam Rempublicam
Genuenſem & ſtatum Finarij producto per
ipſoſmet Genuenſes ſcriptura,incip.Magi.
D.Octauianus de Nigro, quod ſtatus Finarij
proprium & iuridictione Genuenſium di-
ſtrictum prætenſum a finibus Nauli uſq; ad
fines Patræ.Quare ſequitur,quod in propo
ſito tamquam in caſu claro non habeat lo-
cum illud argumentū ab extremis præſum-
ptiue tantum concludens,cum in claris non
ſit opus coniecturis.l.continuus.§. cum ita.
ff.de uerb.oblig.cum ſimilibus.

Cū itaq; appareat Marchionē Finarij co
ram.S.Cæſarea Maieſtate eius cauſæ iudice
cōpetente propoſuiſſe remediū poſſeſſoriū
ex canone reintegranda,ſubſequitur ut exa
minemus, an hoc poſſeſſoriū, petito.ſimul
nō diſcuſſo debeat per ſuā.C.M. determinari.

Circa hūc articulum multa adducta ſunt
perGenuenſes,quibus nituntur probare cau
ſam propoſitam talē eſſe,ſuper qua non co
gnitis iuribus Genuenſium:atque adeo ipſo
petitorio non poſſit pronuntiari de quibus
ſingulis in ordine dicendum eſt.

Primo putat procurator Genuenſiū cau-
41 ſam † petitorij & exceptionē dominij,ideo
poſſe opponi Marchioni, cū non ſit expul-
ſus per Genuēſem,ſed potius metu ne ſibi mo
riendū ſit compulſus in manu ſequeſtri for

talitium atque ideo ſtatum ipſum tradide-
42 rit,† agenti uero actione quod metus cauſa opponi poteſt exceptio dominij. Allegat Bartol.in.l.penult.ff. de conditio. ob turp. cauſam.l.2.C. quod met.cauſa,Alex. & Aquenſis in.l.naturaliter.§.nihil commune Iacobus de Sancto Georgio in.l.ſi de ui. ff. de iud.& adducitur per Doctores ad hoc text. in cap.ſuper hoc extra de renuntia. ubi quã uis præſumatur per uim expulſiuam reſignaſſe beneficium, tamen opponitur,agenti exceptio ſpontanea abiurationis.

Secundo allegatur textus.in.l.fin.§.fin.ff. quod metus cauſa,ubi probatur,quod coactus ſoluere propter pœnas, uel mulctas iudicis non rite impoſitas, ſi repetat ſolutum repellatur per exceptionem ueri debiti, cũ tamen in.l.meminerint. C.unde ui dicatur, quod ſpoliatus a iudice nõ rite procedente ſit ante omnia reſtituẽdus. Dicit ergo pro differentia intra utriuſque legis diſpoſitionem,quod illud in.d.l.fin.§.fin.ſit ideo,quia ſoluere metu pœnarum cadat in uim compulſum,compulſus enim ſoluit uolens,quia uoluntas meticuloſa,uolũtas eſt.l.ſi mulier. §.penul. ibi coactus uoluit.ff. quod metus cauſa,mittere autem in poſſeſſione rei mobilis uirtute ſententiæ nullæ ut in caſu.d.l. meminerint,cadat in uim expulſiuã ut per Iaſ.in.l.iubere cauere colum.2.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, & ſic ui detur ibi probari aliud eſſe in ui compulſiua aliud in expulſiua.

Tertio uidetur facere pro hoc textus in.l. ſi rerum tibi poſſeſſionem ui tradidero dicit Pomponius unde ui interdictum ceſſare ff.de ui & ui armata, & ſic expreſſe conſtituit iuriſconſultus differentiam inter uim expulſiuam & compulſiuam & facit differẽtiam,quam communiter Doctor.conſtituunt inter uim expulſiuam,ſeu compulſiuam cum longe opprobrior ſit uis expulſiua.l.2. & ibi Bart.C.quod metus cauſa cum uulgaribus.

His tamen non obſtantib. dicitur quod hoc poſſeſſorium debeat ſine aliqua exceptione dominij determinari & primo quidẽ conſiderandũ eſt, quod proponitur Genuẽſis in hoc ſuo primo fundamento per modum Dilemmatis duo aſſerit & proponit, quæ facile concedantur, prout etiam de iure uera ſunt.unum eſt, quod illata ui compulſiua tantũ non habeat locũ interdictũ de ui & ui armata.Alterũ eſt ꝙ ſi taliter cõpulſus agat actione, ꝙ metus cauſa tũc obſtet ei exceptio dominij horũ utrumq; uerũ eſt.

In hoc autem defecit, quod non ſufficiẽter omnes partes fuerunt in ſua argumentatione enumeratæ.nam quamuis Marchio non agat remedio,quod metus cauſa,tamẽ poteſt agere alio pleniori remedio puta.l. ſi quis ad ſe fundum.l. meminerint.C.unde ui.l.ſi coloni.C.de agri.& cenſ.cap.ſæpe,de reſtitutione ſpoliatorum & pleniſſimo remedio.cap. Reintegranda tertia quæſtione prima, quod remedium etiam pro rebus prophanis & in foro ciuili intentari poteſt, ut habetur per Doctores communiter in.l. rem quæ nobis.ff.de adquirenda poſſeſſione & ſupra latius deductum fuit.

Et quod exceptio dominij non obſtet,ſi compulſus metu poſſeſſionem tradiderit & poſtea remedio poſſeſſorio experiatur,quã uis ſecus ſi agatur iudicio petitorio, quod metus cauſa ſatis fundatur ex regula iuris communis,quæ habet ſimpliciter,& ſine di-
43 ſtinctione quod †ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, de quo.d.l.ſi quis ad ſe fundum. d.l.meminerint.d.l.ſi quis in tantam.C.unde ui cum ſimilibus:pro quo etiam facit ratio illius communis regulæ quę eſt ne detur occaſio uiolẽtiis & ne domini inferant uim poſſeſſoribus,& ne ſequatur quod quis ſine iudice ſe iuuetur uendicare contra.l.1. C. quãdo liceat ſine iud.ſe uind.ita uidetur cõſideraſſe legum lator in.d.l. ſi quis ad ſe fundum ad.l.Iul.de ui Publi.ubi ſi commiſſa interpellatione uim poſſidenti intulero,& ſic loquitur ſimpliciter de ui illata,quod in propoſito factum eſſe negari non poteſt, item in.l.meminerint, ibi cõuenientes dominos locorũ, quod in propoſito factum minime eſt,item in.l.ſi quis in tantã, ibi ante euentum iudicialis arbitrio uiolenter inuaſerit.

Hæc rationes pariter militant in ui compulſiua unde & locum habebit illarum legũ
44 diſpoſitio † quia dicitur quãtumcũq; odioſam & correctoriã extẽdi ad caſum in quo militat eadem ratio,eo, quia tum ille caſus dicitur uenire ex legis diſpoſitione.l.nominis & rei. §.uerbũ ex legibus.ff.de uerborũ ſignificatione,unde multo magis locum habebit, cum concurrat hic fauor publicus ut ſcilicet prohibeantur uiolentiæ,ut habetur per Bart.in.l.ſi conſtante in princ.nona quęſtione princ.ff.ſoluto matrimonio.

Et

Et probatur hoc expreſſe per tex.in l.Me
dicos.ff.de uar.& extraor.cum iuncta doctri
na Barto.in.l.interpolita.i. C.de tranſact. ut
45 periculo amittendorum † oculorum com-
pulſus tradens poſſeſſionem non obſtante
relatione & exceptione uēditionis cogitur
reſtituere,ad quod etiam adducitur textus.
& ibi Bal.in cap.2.extra de reſtitutione ſpo-
liatorum hoc modo inducēdo,dicit ibi tex.
ſi renūtiatio nihil ei poteſt obijci modo ſic
certum eſt,quod in caſu illius tex.quo agen
ti poſſeſſorio nihil obijcitur,non conſidera
tur amplius uis illata in ſpoliando , ſed ſolū
metus præſumptus in renuntiando, ſi enim
renuntiatio eſſe ſponte facta tunc ita præiu
dicarit, ut nec de præcedenti ſpolio conque
ri poſſet cum ſimus in beneficialibus , ut eſt
tex.in cap.3.eodem titulo & ſic licet ibi ta-
lis renuntiatio ſponte facta præiudicaret,
tamē cum uis compulſiua præſumatur non
præiudicat quanto magis hæc procedet in
propoſito ubi conſtat primo de ui expulſi-
ua quoad partem maiorum omnium bono
rum mobilium & immobilium ipſius Mar-
chionis & deinde conſtat etiam de transla
tione ab eo, qui per uim cōpellebatur et ſic
adeſt uera compulſio non præſumpta a le-
ge de qua loquitur allegatum cap.2. ut ſic
per Genuenſes Marchioni petenti reſtitu-
tionem nihil penitus obijci poſſit.

46 Diſtinguendum † itaque erat in propoſi-
to etiam ſi tantum uis compulſiua interue-
niſſet an agere uellet Marchioni Finarij a-
ctio.quod metus cauſa in qua quidem ad-
mitteretur exceptio dominij.

An eo experiri uoluer t remedio poſſeſ-
ſorio de qua mente eius ſatis ex toto hacte
nus habito tractatu apparet & tunc non ha
bet locum exceptio dominij.Ita ut non ſit
quærendū quæ uis ſit illata,ſed potius quod
remedium intentatum,& ita in ſpecie diſtin
guit ipſemet Bartol.in locis per ipſum pro-
curatorem allegatis ſed in.l.penultima inſi.
ff.de condict.ob.turp.cauſam dicens ſi aga-
tur remedio poſſeſſorio non habet locum,
quod in condictione ob turpem cauſam pro
batum fuerat ita etiam diſtinguit Bartol.in
l.ſecunda.C.quod metus cauſa,quam diſtin
ctionem expreſſe a probando ſequitur Iaſ.
in.d.l.penultima.ff.de condictione ob turpē
cauſam numero tertio.

Ioannes de Imola in.l.naturaliter.§.nihil
commune.ff.de adquirenda poſſeſſione ean
dem conſtituit differentiam inter actionem
quod metus cauſa & poſſeſſorium remediū
ſi uis compulſiuo interuenerit, qui etiam ut
ſequitur , ad cap.ſuper hoc de renuntia. re-
ſpondet. eadem diſtinctio.ſequitur ipſe met
Bald. in.l. penultima.ff. de condictione ob
turpem cauſam Bald.etiam & Sali. in.l.3.ff.
quod metus cauſa.

Inter modernos uero idem expreſſe uo-
luit Franciſcus de Ripa.in.l.naturaliter.§.ni
hil commune num.74.qui etiam ad cap.ſu-
per hoc poſt glo.reſpondet,deinde ſubijcit
eſtote ergo cauti in practica ut non agatis
actione quod met. cauſa ſi petentis eſt intē-
tare remedia poſſeſſoria &c. Itē uoluit Hor
manocius Dec.Florent.in.d.§.nihil commu
ne idem Antonius Rubeus Alexandrin.in.d.
§.nihil commune , qui refert Antonium de
Alexan.in.l.2 C. quod metus cauſa dicentē
in hoc nullam eſſe differentiam inter uim
expulſiuam Claud.Marmer . & Fab.de Eu-
gub.idem uoluerunt in.d.§.nihil commune

Et quam uis aliqui ut Alexand. & Aquē.
ſimpliciter loquantur de ui compulſiua &
exceptione dominij, tamen illorum opinio
ab omnibus prædictis, dum ut dictum eſt di
ſtingunt reprobare imo reprobatur ab ipſo
Bar.& Bald.quos illi ſuos authores allegāt.
Et dicit expreſſe.Claud.Mar.in.d.§.nihil cō
mune ſe de illorum opinione multum dubi
tare & Fab.de Eugubio,quod hæc limitatio
47 in iure non probetur. Ad capitulum† ſuper
hoc de renuntia.facile eſt reſpondere.Nam
primo ibi non cōſtabat notorie de facta ui
expulſiua præcedente & de ui compulſiua
poſtea illata ſicut de his omnibus apparet ī
ꝓpoſito nō mirum ergo ſi ibi admittitur ꝓ
batio ſpontaneæ renuntiationis cum longe
aliud dicendum ſi in propoſito,item per ſub
ſequentem renuntiationem purgaretur ui-
tium ipſius ſpolij:admittitur ergo ibi excep
tio purgans factum præcedens non excep-
tio dominij, cum in propoſito Marchio Fi-
narij non ſolum non renuntiauerit alicui ui
olentiæ ſibi illatæ,ſed potius ipſe ſimul cum
procuratore poſt inita illa pacta , ſicut eſt
antea proteſtatus fuerit de ui facta,de metu
illato,de periculo in quo ipſe cum ſuis erat
conſtitutus, quod effugere humana ratione
non poterat niſi ſibi a Genuenſibus præſum
pta capitula iniret,& in ea conſentiret. Ter
tio uerior dicitur eſſe ſolutio ſecundum gl.
ꝙ ibi agebatur actione in rē & ſic remedio

petitorio quo caſu exceptio talis forte ad-
48 mitteretur. Et ita reſpondetur ad †.l.ſi. §.ſi. ff. quod met.cau. ſcilicet q; procedat in actio ne quod metus cauſa: imo etiã dici poſſet, quod ideo non fiat reſtitutio, quia aliquid quæſitum eſt ipſi ſoluenti.ſ. liberatio a uero debito & ita reſpondet Aretinus in.d.§ nihil commune tex.autem in.l.ſi rerum loquitur ſolum in interdicto de ui & ui arma ta, quod quidem nõ datur ob uim compulſiuam: cætera autem pleniora remedia poſſeſſoria nõ denegãtur ut ſupra deductũ fuit.

Ad hoc optime facit quod poſſeſſorium
49 † reintegranda datur quando res irrationa biliter occupata eſt, etiam ſi nulla uiolentia interuenerit ut notat Anto.de Butr.in ca.1. de reſtit.ſpol. quem latius ibi declarat. Ber. nu.10. facit etiã quod is qui habet naturalẽ poſſeſſionem ut uſufructuarius, etiam ſi nõ ſit eiectus, tamen ſi metu ne deijciatur non acceſſit, dicitur priuatus poſſeſſione naturali, & datur ei interdictum utile unde ui ſecũ dum opinionem Azo. & Ioa. quam ueram dicit eſſe Bart.in.l.1 §.ſiue autem de ui & ui arma. & in.l.ſi de fundo eo.titũ. ſequuntur Alb.& Angel.in.d.§.ſiue autem, Abb.& Be ro.'n. cap.item cum quis de reſtit.ſpol.

Imo dicitur in propoſito, quod ipſi Mar chioni omnia fuerint ablata per uim expul ſiuam uſq; ad illud Caſtrum in quo ſua per ſona fuit reperta ita ut interuenerit uis abla tiua in exportando mobilia, expulſiua in eijciendo ipſo Marchione & ſuis agentibus etiam in priuando eum omnibus Villis Caſtro Franco & Burgo Finarij ſine dubio cõ ſtituerit maiorem partem totius Marchionatus quem poſſederat Marchio Finarij, quare dicitur quod cum ꝑ maiori parte interuenerit uis expulſiua ita faciendam reſtitutionem ac ſi totus Marchionatus fuiſſet per uim expulſiuam ablatus, cũ qualitas maioris partis id quod reſiduum erat merito ad ſe trahere debeat ut ſic totum ex qualitate maioris partis æſtimetur, ut ſic a potiori fiat denominatio, iuribus uulgaribus, maxime cum ſimus in fauorabilibus, puta faciendæ reſtitutionis in odium commiſſæ uiolentiæ, ſicut fauor ille ex pluribus circun ſtantijs in propoſito conſiderari debet, ita
50 ut † in diuerſarum qualitatum concurſu fa uor præferẽdus ſit, Baldus in cap.1.in.2.col. quibus modis feudum amittatur.

Si uero in propoſito obijciatur non præcedens ſpoliũ eſſe inſpiciendum, ſed factam poſtea & initam tranſactionem, quę non ſo lum ex loco, in quo reperiebatur Marchio, ſed de toto Marchionatu cõcepta fuit, & ſic totus Marchionatus traditus eſt per uim cõ pulſiuam a Marchione in manus ſequeſtri, & ſic in toto Marchionatu, quo ad præſentem ſtatum eius, aduerſus quæ nunc petitur reſtitutio, interuenit uis compulſiua.

Hic ſtatim obijci poteſt de capi.2. extra de reſtitutione ſpoliatorũ, qui tex. proprie loquit in terminis noſtris, ſcilicet quod pri mo factum eſt ſpolium, deinde non ſolũ tra dita res in ſequeſtrum, ſed in totum ſpolio renunciatum, & propterea, quod non con ſtabat, ſed ſolum præſumebatur compulſus renunciaſſe, non admittitur exceptio aliqua ſed ſtatim facienda reſtitutio. Quanto magis in propoſito ubi conſtat de ui expulſiua quæ in ſpolio interuenit & de ui compulſiua, quæ in tranſactione interuenit. Imo cũ
51 muri, quibus Marchio erat iclusus † fuerint continue tormentis quaſſati nec ſe amplius defendere poſſet, & animo metus, & corpori uis fuit illata, ita ut poſſit dici etiam, quoad ipſum fortalitiũ interueniſſe uim expulſiuam, cum is qui ſe defendere amplius nõ poterat re ipſa & corpore exierit, uti hoc pul chre deducitur per Pau.de Ca. in conſ.27. incipi.uia inquiſitione facta in prin. prima parte ſecundum nouam impreſſionem.

52 Secundo loco adducit procurator † cũ agatur de reſtitutione caſtri, debet admitti exceptio dominij allegat, Paulũ de Caſtro in.l.2.C.de edicto Diui Hadriani tollendo, Alexander in.§.nihil commune Ruinum & Iaſonem in ſuis conſilijs, & adducitur per doctores in argumentum capitu.ſignificaſti extra de diuortijs, ubi ratione ſcandali euitandi non ſit reſtitutio, idem probatur in cap.litteras, extra de reſtit.ſpoliato.ubi admittitur exceptio conſanguinitatis contra petentem reſtitutionem, ſi offerat ſe in con tinenti probaturum. Et facit in ſimili, nam
53 quamuis alias † executio ſententiæ non ſuſpendatur per obiectionem exceptionis alicuius, uel pendentiam nullitatis, ſuſpenditur tamen, ſi præiudicium ſit irreparabile, Bald.in.leg.eum qui duas.C.de adult. Paul. & Alex.in.l.3.§.condemnatum.ff.de re iud. & ſic idem ſit in reſtitutione Caſtri quod fa cile recuperari non poſſet.

Facere etiam uidetur tex.in.l.2.ff. de ap-

pella.recip.iuncta.l. ante ſententiam quorũ
54 appell.non recip.ubi admittitur † appellatio
a ſententia interlocutoria,ſi damnum ſit ir-
reparabile,quando alias non admitteretur.
55 Et quando damnũ eſt irreparabile † licitũ
eſt etiã iudici de facto reſiſtere Bar.in.l.ſi a-
lius.§.belliſſime.ff.quod ui aut clã.Hinc licet uẽ
ditio rei emphyteoticæ,cũ clauſula ſaluo cõ
ſenſu dñi ualeat,tamẽ hoc nõ procedit, quã
do eſſet uenditum fortalitium, uel res, quæ
non poſſet ſine difficultate recuperari Bal.
in cap.1.§.hoc quoq; col.penul.de ſucceſſio
ne feudorũ Iaſ.in.l.finali.C.de iure emphy.
Et uidetur hoc argumentum habere ratio-
nem,nam omnia iura, quæ uolunt ſpoliatũ
a domino nõ obſtante dominio eſſe reſtitu
endum,præſupponunt, quod poterit poſt-
modum dominus rem uendicando recupe-
rare,ita loquitur tex.in.l.meminerint in.l.ſi
quis ad ſe fundum.l.1. C.ſi per uim uel alio
modo in.l.ſi coloni.C.de agricol,& cenſitis
lib.xj.in.l.is qui deſtinauit.ff.de rei uen. ſi er
go res a domino reſtituenda,non poſſit re-
cuperari,ſequitur,quod illę leges locum ha
bere non debeant.

Hæc omnia in propoſito facto nullum ui
dentur habere locum, nã primo plura ſunt
ablata Marchioni etiam preter Caſtrum in
quo fuit repertus in quibus omnibus imo in
maiori parte ablatorum non habet locum,
quod iam deductum fuit.

Secundo conſiderandus eſt ſtatus genuen
ſium,& is conferendus, cum ipſo Marchio-
ne, utique ſtatim apparebit, an is reſiſtere
poſſit ipſis Genuenſibus, ſi ipſi ab Imperio
conſequantur ſententiam in petitorio, qua
ei reſtitutio ſtatus pro parte, uel in totum
iniungatur, conſiderandum etiam, an non
Imperator poſſit contra illum exequi ſentẽ
tiam,ſi qua pro Genuenſibus eſſet in peti-
torio ferenda, non ne poſſit occupari totus
reliquus Marchionatus,cum Genuenſes pre
tẽdant ius ſolum in dimidia parte,imo ipſe
Genuenſium procurator confitetur, Mar-
chionatum, ita eſſe in uiſceribus Genuen-
ſium,ut ipſo nõ poſſit frui Marchio, niſi pa
cem habeat a Genuenſibus. Et referunt Ge
nuenſes in ſua informatione reproducta in
cip.Genua ciuitas, quod ipſi ſubditi potuiſ-
ſent expugnare Caſtrum.Item,quod res eo
deducta, quod non dubitandum ipſos Ca-
ſtro potiri potuiſſe,ita habetur in ſcriptura,
quæ incipit, conſiderandum eſt, quod Ot-
tho &c.eo preſuppoſito oĩa corruunt, quæ
adducta ſunt,& quæ adhuc poſſunt.
56 Et ut † ad Paulum de Caſtro redeamus, ap
paret Paulum in.d.l.2.C.de ed. Diui Hadri.
tollen. non principaliter feciſſe doctrinam
de reſtituendo fortalitio,ſed dicit, regulam
dolo facis,quod petis,quod reſtituere tene-
ris etiam in poſſeſſorio locum habere,quan
do reſultat uniuerſale ſcandalum ex reſtitu
tione, quod autem poſſet hic oriri ſcanda-
lum, ſi Marchionatus ei reſtitueretur cuius
parentes & ipſe plures annos iuſto titulo ex
Imperiali inueſtitura ipſum poſſedit,maxi-
me exacta cautione de non utenda Tyran-
nide, quam Imper.exigere ſtatuit a March.
præſtanda.

Item loquitur de caſu,quo cauſa proprie
tatis non remaneret ſalua, iſtud exemplifi-
cat in reſtitutione Caſtri,quod nõ poſſit re-
cuperari,Cum itaq; ex præſuppoſitis ceſſent
quæ per doctrinam Pauli poſſunt adferri,
de exemplo non erit curandum, exempla
enim intelligenda ſunt ſecundum regulam
& doctrinam.

Item Paulus de Caſtro in.l. ſi de ui in ſi.ff.
de iud.loquitur de dãno irreparabili, quod
non adeſt in propoſito,ſic etiam Ia.in.d.l.2.
C.de ed.Diui Hadria.tollen.Alex.in.§.nihil
commune loquuntur de damno irreparabi-
li & ſcandalo uniuerſali,Ripa in.§.nihil cõ-
mune, loquitur de reſtitutione impoſſibili,
uel multum difficili & in ſpecie de damno
irreparabili.Bar.Soc.in cõſ.87.inci.uiſis inue
ſtituris feudi,loquitur expreſſe in caſu ſcãda
li & in loco inexpugnabili,ita etiam limitat
ac declarat Gozadinus in conſil. 7. incip.in
hac cauſa poſſeſſoria num.2.Ruinus in cõſ.
37.incip.uiſis duobus num.2.uol.4.Parilius
uero in conſ.22. incip. Illuſtriſſimũ Domi-
57 num num.100 in.1.uol. † Iaſ.in conſ.38.in
cip.in cauſa & lite uertẽte in prin.3.uol. dũ
arguit de futuro ſcãdalo loquitur de caſtro
fortiſſimo inacceſſibili,& fortalicio ualidiſ
ſimo & inexpugnabili,ſito in altiſſimo mõ
te ad quod niſi auibus uolantibus præſtaba-
tur acceſſus,& non ſolum natura loci inac-
ceſſibili, uerumetiam tormentis inſtructo.
Item loquitur de duobus priuatis, nec appa
rebat de potentia, illius qui opponebat de
dominio:ſicut hic apparet de potẽtia Genu
enſium.quare in propoſito noſtro, cũ Mar-
chio,quoad uires neceſſarias ad recuperan-
dum,lõge ſit inferior Genuẽſibus,ceſſat ra-

tio, quam conſiderant doctores noſtri, ita
ex ratione ceſſante, recte dicatur doctrinam
Pauli de Caſtro non procedere, ſi debilior
agat contra potentiorem, & ita in ſpecie
pulchre limitat Rum. in conſil. 37. incip. pro
ſequendo ordinem nu. 3. uol. 4. ſic etiam lo-
quitur Iaſ. in conſil. 60. incip. in quæſtione
quæ uertitur nu. 4. uol. 1. Imò, quod plus eſt
dicitur ipſam doctrinam Pauli de Caſtro &
aliorum iam relatorum, non procedere ſine
controuerſia, dicit enim Ioan. de Imola in
§. nihil commune, hoc eſſe ſingulare in cap.
literas, nolens alias non procedere doctrinã
Pauli de Caſtro Hormon. Detus, Rub. Fab.
de Eugub. in. §. nihil commune, dicunt dictũ
Pauli eſſe dubium, & iure nõ probari: quod
idem eſt de mente Aretini, & ibi infert De-
tus. Nam ſibi imputabit ſpoliator quia ſpo-
liando delictum commiſit. in quo dubio id
potius ſequẽdum eſſet, quod in alijs caſibus
ſimilibus fuiſſet obſeruatum, puta in ſenten
tia per Carolum. V. fœlicis memoriæ lata
cauſa Montisferrati, ubi in minus fauorabi
libus, ſcilicet in poſſeſſorio adipiſcendæ, di
citur ita iudicaſſe. item Vercelis in reſtitutio
ne Caſtri Cameralis, & Taurini in Caſtro
Lacrij, ut aſſerit Marchio in ſcriptura ab ini
tio reproducta, quę incipit Arbitrari potuit
&c. cui nec procurator Genuæ contradixit.

Et in ſpecie, quod etiam Caſtrum ſit re-
ſtituendum, quamuis de non iure ſpoliati cõ
ſtaret notorie, eſt text. in cap. cum dilectus
extra de ordine cognitionis, ubi quidam Ab
bas cogitur reſtituere quibuſdam comitibus
Caſtrum, alias manu armata expugnandũ,
etiam quod conuentus negaret ſe ſpoliato-
rem, & quamuis ad ius & proprietatem Mo
naſterij pertineret, & illud pars aduerſa nõ
negaret.

Nec obſtat text. in cap. ſignificaſti extra
de diuortijs, quia ibi non fit reſtitutio pro-
pter adulterium notorium, ſed propter ſcã-
dalum. item ideo, quia exceptio adulterij,
concernit ipſum poſſeſſorium: cum adulte-
ra non cogatur quis cohabitare: alias uero
fit reſtitutio, etiam in matrimonialibus cap.
porrò extra de diuort.

58 Non obſtat † cap. literas. Nam ibi ideo
non fit reſtitutio, ne quis cognoſcat conſan
guineam in gradu lege diuina prohibito: et
uult text. ibi reſtitutionẽ faciendam in cæte
ris omnibus, ſola carnis cognitione excep-
ta. Imò conceſſo, quod doctrina Pauli, quã
maxime uera ſit, poſtpoſitis etiam illis cir-
cunſtantijs, quæ ex parte Genuen. & perſo-
na Marchionis fuerunt conſideratæ, limi-
tatur tamen illa doctrina, ut non procedat,
59 ſi ſcilicet, & ſpolians, & ſpoliatus † aliquo Ca
ſtro, ſunt ſub eodem Principe, & cauſa agi
tur coram eo Principe, ſicut in propoſito
utrunque ineſt, nam & partes ſubſunt impe
rio, & cauſa ab ipſo Imperatore determi-
nanda. Ita limitat Iacob. de Sancto Georgio
in. l. ſi de ui. ff. de iudicijs. quem refert, & ſe-
quitur, & ita declarat Claud. de Seyſello in
d. §. nihil commune num. 12. 13. 14. Idem te-
net Antonius Rubeus Alexandrinus, Hor-
mano. Detus & plures alij in. d. §. nihil com
mune: & dicit ibi Rub. quod hæc intelligen
tia ſit de mente iuris. Amplius dicitur, quod
doctrina Pauli de Caſtro nõ habet locum,
ſi Marchio per. S. Cæſa. Maieſtatem compel
60 leretur ad preſtandam † cautionem de reſti
tuendo, ubi condemnatus fuerit in petito-
rio. arg. eorum quę habentur per Abb. in ca.
ueniens lo. 2. col. 2. extra de teſtib. Alex. in. l.
fideiuſſor. §. ſi. qui ſatiſda. cog. Nec obſtat.
61 ſi dicatur † quod non debet quis ſe ſubmit-
tere fragillitati cautionis, l. qui ita. §. 1. ff. ad
Trebell. nam reſpondetur hoc uerum eſſe,
quando mediante cautione, quis uult coge
re alium ad id, quod de iure communi non
tenetur facere, puta, ut adeat hæreditatem
ſuſpectã. ſed illud ceſſaret in propoſito mo-
do, quo Marchio Finarij, mediante tali cau
tione uellet compellere Genuẽ. ad id, quod
de iure communi facere tenerentur, puta re
ſtituere ſpoliatum, & hoc maxime in nego-
tio ita fauorabili. & ita habetur per Clau. de
Seyſell. in. §. d. nihil commune nu. 14. quem
etiam ſequitur Nicolaus Boer. Deciſ. 238.
uerſic. ſecundo etiam fallit &c. per Gozad.
in conſil. 9. num. 59. Pariſien. in conſil. 22. nu.
100. Hier. Grat. in conſil. 10. num. 29. Et dicit
Fab. de Eugubio in. d. §. nihil commune nu.
34. quod dictum Pauli de Caſtro poſſet pro
62 cedere, ſi † ſpolians prius quam ſpoliaret, tẽ
taret uia iuridica recuperare fortalitium: &
non potuit, quia aduerſarius iuſſus a iudice
noluit reſtituere: tunc ſi propria auctoritate
ſemel ſit conſecutus rem ſ[illegible]m dominus, nõ
teneretur reſtituere, quia uideretur licitum
tale ſpolium, Ang. in. l. 1. & 2. C. quando li-
ceat unic. ſine. Iud. l, ait Prætor. §. ſi debitori
ff. qui in frau. cred. cum tamen omnia ſecus
acta ſint in propoſito, cum Marchio nec iu
dicialiter

dicialiter nec extraiudicialiter fuerit inter-
pellatus Genuen. ante quàm ad ſpolium de
ueniſſent, propter quod rectè uidetur dicen
dum, ſecúdum Oratoris argumentum nihil
facere ad propoſitum noſtrum.

Pręterea poſſet habere locum illa deciſio
quoad ipſas arces tantum, nõ autem quoad
iuriſdictionem, & introitus ſuper quibus,
etiam ſi quis ſuccumbat in petitorio, facilis
poteſt eſſe executio arg. tex. in capit. literas.
de reſtitu. ſpoliato. Ruin. in. d. conſi. 37. num.
3. uol. 4. Imò non obijciunt exceptionem
dominij pro toto eo, quod ablatum eſt, ſed
ſolum pro dimidia & pro indiuiſo, cum hic
ſic connexitas eius partis, in qua nullam poſ
ſunt obijcere exceptionem cum alia parte
pro indiuiſo. quare ratione connexitatis to
tum erit reſtituendum, præſertim qualitate
fauorabili (quæ proprie in materia reſtitu-
63 tionis obſeruatur) accedente. nam † concur
rente fauore ſpoliati ac odio ſpoliatoris, de
bet præualere fauor, ita probatur per Fran
ciſ. Rip. in. §. nihil commune num. 80. & Fab.
de Eugub. nume. 36. Nec poſſunt hodie ali-
quod obijcere ſcandalum de occupatione
Gallorum, cum illa non ſit cauſa ſufficiens,
& hodie penitus ceſſet.

64 Tertio dicebat Orator Genuen. † non da-
ri poſſeſsionem ei, qui facto, & culpa ſua ce
ciderit a poſſeſsione.

Hic conſiderandum eſt, quòd aut Orator
ſenſit de illis actibus, quos dicitur Marchio
65 exercuiſſe illicite, & † tyrannice contra ſub-
ditos ſuos, & illa tyrannis non ſufficeret
ad colorandum ſpolium factum antequàm
res ad magiſtratum deferretur, ut quod nec
ſequens tyrãnis excuſaret, ut habetur in d.
cap. cum dilectus extra de ord. cognitio. & ſi
cuiquàm prohibetur, ne liceat ſine iudice ſe
uindicare, maximè ſubditis hoc prohibetur.
l. 1. & 2. C. de ſeditio. Imò Genuẽſes ipſi nec
ratione eius partis, quam dicunt ad ſe perti-
nere, potuerunt aliquem actum propria au-
ctoritate exercere, & poſſeſsionẽ ſuperiori-
tatis accipete, cum non fuerint in poſſeſſio
ne libertatis: nam poſſedit Imperium totum
Marchionatum per ſe, quoad ſuperioritatẽ,
& Marchionẽ per ſe, quoad alia. Imò etſi cõ
cedatur quòd poſt laudum Antonij Adur-
ni aliquando poſſederint tamen, cum anno
1482. fuit uocatus, & requiſitus Alfonſus de
Carreto a Genuenſibus, & non comparuit:
uidentur tamen ab eo tempore amiſiſſe poſ
ſeſſionẽ iuriſdictionis, & ſuperioritatis. uel
etiam feudi aſſerti, cum ab eo nec per uaſſal
los poſſederint, ſed potius uaſſalli ipſi poſſe
derint pro Imperio Rom. ſic ergo actus prę
cedens ipſius Marchionis non proderit Ge-
nuenſibus, ut potuerint licitè populum con
citare, uel Populo tamquam ſuperiores au-
xilium ferre, cum tunc non fuerit in poſſeſ-
ſione iuriſdictionis, uel ſuperioritatis. Imò
de his omnibus hactenus Imperatori tam-
quam iudici de alio non conſtat, quàm de
eo, quod ad ſuam Maieſtatem per ipſos Ge-
nuenſes fuit delatum, qui ſoli teſtes exami-
narunt, nõ denunciato prius negotio S. Ceſ.
66 Maieſtati. ita, ut rectè dicatur † examen il-
lud eſſe ipſo iure nullum, cum abſque com-
miſſione iudicis, loci, & cauſæ teſtes ſint re-
cepti, & examinati, per Alex. in conſi. 113. in
cip. uiſo & oportune diſcuſſo. nu. 9. in. 2. uol.
Imò. ſi maximè illa omnia uera eſſent, tamẽ
ipſos Genuenſes hæc res non tangeret. nam
ſi Marchio propter malam tractationẽ ſub-
67 ditorum feudo priuari debuiſſet, † feudũ ip-
ſum uel ad agnatos, uel ad Imperatorẽ tam
quàm dominum feudi pertinuiſſet, quo ta-
men caſu neceſſarium fuiſſet, quòd ipſum
Marchionem prius admonuiſſent, iuxta not.
in cap. 1. §. qui aduocatiam, de pace tenen.
& dato quòd admonuiſſent, tamen require-
68 batur quòd Marchio † fuiſſet conuictus de
culpa, & ſubſecuta fuiſſet ſententia declara-
toria cap. 1. de feu. ſine cul. nõ ammitt. Fely.
in cap. Rodolphus. de reſcrip. & quicquid a-
liàs in petitorio fiat, tamen agenti poſſeſſo-
rio recuperandæ non poteſt opponi exce-
ptio criminis, ut eſt tex. & ibi gloſ. & docto
res. in cap. item cum quis de reſt. ſpol.

Si uerò orator uoluit loqui de facto po-
ſteriori ipſius Marchionis, hoc eſt, de tranſa
ctione, conſtat ipſam metu extortam, prout
etiã proteſtatus eſt ipſe Marchio tã antè q̃
poſt: cum etiam propter metum prę ſumptio
ni ſuccedat cap. 2. de reſti. ſpol. Imò dicitur
quod remedia poſſeſſoria locũ habent, etiã
ſi factum ipſius ſpoliati, & nullum penitus
69 † factum poſſidentis interueniſſet, nulla ad-
miſſa dominij exceptione, ita probat text.
in. l. ſi coloni. C. de agr. & cenſ. li. 11. Nã ſecũ
dum Bar. ibi ſiue interuenerit uiolentia, ſiue
nõ, quando agitur poſſeſſorio recuperãdæ,
ſemper reijcitur exceptio dominij. dicitur
enim ibi, quòd ſi ſeruus fugitiuus aufugerit
ad alium bonę fidei poſſeſſorem, primo celę

ri reſtitutione ſuccurri oportet,& tunc cau-
ſam originis, & proprietatis agitari.quãuis
ergo nullum interueniſſet factum ipſius,qui
ſe dominum contendit,hoc eſt Reipubl.Ge
nuenſis, tamen habet locum remedium reſti
tutorium. Idem probatur per.l. ſi quis con-
ductionis.C.lo.ubi conductor cogitur prius
reſtituere locatori poſſeſſionem, & tunc de
proprietate litigare : faciunt quæ habentur
per Ant.de Butrio.in cap. ſæpe col.penul.de
reſtitu. ſpol. & per Doctores communiter;
maxime per Soc.in.l.rẽ quæ nobis.ff.de acq.
70 poſſ.ubi dicũt † quod remediũ cap. reinteg.
locũ habet, ſiue per uim ceciderit quis a ſua
poſſeſſione,ſiue per negligentiam,ſiue quã-
cunque aliam cauſam , dum ibi dicitur, per
quaſcunque iniuſtas cauſas. & in cap.cũ ec-
cleſia.3.q.2.aliquid non debet , aut poteſt a
quoquam ante reintegrationẽ obijci ratio-
nẽ habetur etiã per Rip.in.d.§. nihil cõmu.

Quarto putat procurator Genuẽ.contra
Genuen. non poſſe intentari iudicium poſ-
ſeſſorium,cum ipſi non poſſideant, ſed om-
nia ſint in manibus ſequeſtri.

Hic conſiderandum eſt,Marchionem pro
pter uim illam compulſiuam, uel potius ex-
71 pulſiuam,ut ſupra dictum eſt,omnino † ami
ſiſſe ſuam poſſeſſionem,cum paſſus ſit bona
ſua ſequeſtrari.l.licet.§.rei.ff.depo.per Salic.
in cap.1.nu.2.de ſeq.poſſ.& fructibus. Cum
ergo hoc factũ per ipſos Genuenſes ſit,Mar
chioni ſaltem ad hoc dabitur cõtra Genuẽ
72 ſes † remedium poſſeſſoriũ,ut cogantur re-
ſtituere quãtum(ut ſic dicatur) ad ipſos per
uenit,ita expreſſe habetur per Rip.in.d.§.ni
hil commune.& ſic reſtituant ea,quæ ipſi de
tinent , & ex parte ſua relaxent factum de
communi conſenſu. Imo eſt reſtitutio fa-
cienda,etiam quo ad expenſas,intereſſe , &
damnum paſſum propter ſpolium ? Abb.in
cap.accedens il.2.in pen.not.ut lite non cõ-
teſt. Imo nõ ſolum de paſſis in ſpolio, uerũ
73 etiam in facti † , expenſis ad conuocandos
amicos,& paranda omnia,ut expreſſe dedu
cit Rip.in.d.§.nihil commune nu.50.de quo
tamen infra plenius uidetur. facit quod dici
tur poſſeſſoriũ recuperandę dari contra ſpo
liatorem,licet non poſſideat,Abb.in ca.cõ-
querente num.13.de reſtitutione ſpoliatorũ
& ibi Ber.num.18. Imo licet ei non ſit ac-
quiſita poſſeſſio Doctores poſt Bartol.in.l.
clam.§. qui ad nundinas. ff. de adquirenda
poſſeſſione.

74 Quinto putat procurator Genuen. † ideo
reſtitutionem Marchioni non faciendam a
Genuenſibus,quod de iure Genuenſium no
torie conſtat,ut per ſententiam , & laudum
Antonioti Adurni: pro quo , ultra Adducta
per ipſum,dicitur quod ſententia facit rem
notoriam.l.emptore.ff.de.act.emp. ibi qui a
manifeſtum fuit noxalem ſeruum fuiſſe &c.
& in cap.ueſtra de cohab. Clem. & mulier.
Quare non obſtante regula,quod ſpoliatus
ſit ante omnia reſtituendus, debet admitti
exceptio tam notorij dominij iuſtitiæ ipſo
rum Genuen . & illud quidem probant per
text.cap.ſignificaſti extra de d uort.ubi ex-
ceptio notoria,ut adulterij commiſſio,poſt
ſpolium repellit mulierem agentem poſſeſ-
ſorio recuperandæ poſſeſſionis , ipſius uiri,
licet ſine eccleſiæ iudicio, fuiſſet dimiſſa , quia
idem probatur per text. in cap. conſtitutus
extra de fil.prẹſbyter.ubi ſpoliatus benefi-
cio,tunc demum reſtituitur, ſi pater eius in
illa Capella non miniſtrauit , præſupponit
itaq; quod ſi conſtaret patrem manifeſtaſſe
quod ſpoliatus non poſſit obtinere in reme
dio recuperandæ : ad idem alius facit text.
in.l.duobus.§. qui iurauit.ff. de iureiurando
ubi marito agenti actione rerum amotarũ,
quæ competit ad recuperandas res remotas
poteſt obijci exceptio iuriſiurãdi, ſi mulier
ante iurauit rem ſuam eſſe,quod etiam cor
roboratur ex eo,quod licet iura ſimpliciter
diſponant, ut cũ quis ſine iuſta cauſa cecide
rit a poſſeſſione reſtituatur,non diſtinguen-
do an talis dominus ſit, uel nõ, & ſic quãuis
illa iura generaliter ſint intelligẽda, dicitur
tamen quod limitari,& reſtringi poſſunt , ſi
de iniuſtitia eius, qui petit reſtitutionem,&
de iuſtitia eius,contra quem petitur,conſtet
75 notorie, diſpoſitio enim † quantumcunque
lata & expreſſe excluſoria exceptionum,nũ
quã cenſetur exceptiones notorias exclude
re,& ſi in ea ſit ratio, nõ cẽſetur excluſa ex
ceptio notorij dominij ipſius rei,ita Ab.ex
preſſe in c.literas extra de reſtitutione ſpo.
Fely.in cap.ex parte.l.2.in.5.Fall. de officio
delegati Bald.in rubrica.C.de probati. com
muniter Doctores in.l.1.in primo. ff.de no.
op.nunt. Confirmatur hoc per doctrinam
gloſ.& Anton.de Butr.in cap.ex cõquæſtio
ne extra de reſtitutione ſpoliatorũ & Abb.
in ca.inter cæteras extra de reſcrip.dicẽtiũ,
76 quod licet † in reſcripto ꝓhibeatur appella
tio,attamen nõ uidetur remota facultas ap

pellatione notoriæ iniquitatis, unde etia di
cit Bald.in.l.1.C.ne liceat ter.prouoc.quod
licet text.in Cle.1.de ſentẽ.& re iud.uelit, ꝙ
poſt tres ſententias conformes nõ poſſit op
poni, notoria nullitas tamen opponi pote-
rit facit pro hac opinione etiam,quod dici-
tur & habetur in capitu. ad decimas de reſti
tutione ſpoliatorum in ſexto, ubi canonici
ſpoliati non reſtituuntur ad poſſeſſionem
decimarum, cum manifeſtum ſit, niſi aliud
probetur, eam de iure communi ad eccleſiã
ſpoliantis pertinere,& ſic ibi ſpolians uerus
dominus repellit agentem poſſeſſorio recu
perandæ, quare & multo magis in caſu no-
ſtro,uerus dominus poterit repellere agen-
tem,uidetur enim agens poſſeſſorio recupe
randæ cõtra uerum dominum eſſe in euidẽ-
ti calumnia,ſi petat poſſeſſionem, quam in
rei uendicatione poſtea cogitur reſtituere:
propter hanc itaque calumniam,cum de do
minio rei cõſtet notoriè, facile debet poſſe
77 repelli ipſe actor, ut ita etiam † inutilis eui
tetur circuitus,qui euitandus eſt, Clement.
auditor.extra de reſcriptio.Iaſ.in.l.1.2.not.
ff.de legat.primò, uidetur deneganda reſti-
tutio,& eſſet inutilis circuitus,ſi reus coge-
retur ad reſtituendam poſſeſſionem,quam,
ut dominus ſtatim poſſit repetere, maxime
cum de dominio ſuo poſſit in cõtinenti pro
bare,tamquam nototio, & ſic propter no-
78 toriam iuſtitiam ipſius actoris,& propter †
animæ periculum euitandum,uidetur illi de
neganda reſtitutio arg.cap.ſæpe extra de re
ſtitutione ſpoliatorũ, ut ſicut ibi ſit reſtitu-
tio propter animæ periculum euitandum,
ita & e contra, & de hoc uidetur caſus ex-
preſſus in cap.1.extra de reſtitutione ſpolia
torum,ubi ſe cõſtat de proprietate tunc,ei,
qui petijt ſe reſtitui, perpetuum imponitur
ſilentium,& a ſua intentione cogitur diſce-
dere in terminis noſtris uidetur etiam eſſe
caſus in.l.fin.§.fin.ff.quod metus cauſa, uti
probatur,quod coactus ſoluere propter pœ
nas,uel mulctas iudicis non rite impoſitas,ſi
repetat ſolutum repellitur per exceptionẽ
uerbi debiti:& ſic ĩ caſu poſſet uideri, quod
Marchio Finarij deberet repelli per excep-
tionẽ dominij,de quo incontinenti Genuen
ſes offerunt ſe probaturos. Imo uidetur, ꝙ
Genuenſes debeant obtinere ſaltem in dimi
dia parte ſtatus Finarij,tamquam, qui for-
tius ius allegant, nempe dominium ex ſen-
tentia & laudo quæſitum una cum præſenti
poſſeſſione:cum Marchio nullum directum
dominium prætendat,nec præſentẽ habeat
poſſeſſionem arg.l.3.C.de edict.Diui.Adria
79 ni,tolle.ubi intendens † in poſſeſſionẽ bono
rum hereditariorum poſſidenti ei debet de
proprietate reſpondere, ut ei adquiratur
poſſeſſio,qui potiora iura ex legitimis me-
dijs oſtenderit,& probatur per alia,quæ ad
ducit Alexand.in.d.l.naturaliter.§. nihil cõ
mune uerſi.decimo fallit &c.de adquirenda
poſſeſſione & in conſil.77.incip.In cauſa &
lite num.12.in.2.uolu.Dec.in conſil.191.in-
cip.in cauſa ſecundo agitata n.9.in.1.parte.

Vltimo dicunt Genuenſes, quod ipſis ẽt
80 † ex interuallo licuerit recuperare rem ſuã,
cum Alphonſus de Caretto, auus ipſius a-
ctoris,rebellatus ſit ipſi Reipubl.quia requi
ſitus,ut recognoſceret in feudum dimidiam
partem ſtatus, illud facere noluerit,ſed ſibi
cauſam poſſeſſionis mutauerit,ipſi uero ad
eam recuperandam nullam occaſionem,nec
commoditatem habuerint, cũ fuerint ante
hac implicit uarijs partialitatibus, quibus
ſedatis,adbuc tamen circa conſtituendũ trã
quillum ſtatum Reipub.occupati fuerint,&
ſic coacti expectare commoditatem, quam
nacti ſunt,cum ipſi ſubditi contra Marchio-
nem fuerunt ſubleuati & concitati, ſufficit
ergo quod Genuenſes recuperarint ſuam
poſſeſſionem, quam primum oportunitas
recuperandæ ſuperuenit,ita,quod temporis
quo commode id fieri non potuit, & in quo
occaſio defecit,nec attendi, nec conſidera-
81 ri ratio debeat:nam tunc ſatis † in continen
ti recuperata ciuilis poſſeſſio dicitur,quod
etiam eſt de mente Bart.in.l.3.§.cum igitur
ff.de ui & ui armata, qui uult quod uerbum
in continenti debeat intelligi, quam primũ
poteſt per.l.3.§.confeſtim.ff. ad Tertul.Al-
legat ad hoc procurator Genuenſes. Ruin.
in conſil.42.incip. Quoniam ſcio in.4.uo-
lumine.& Pariſi.in cõſil.24.incipit præſup
ponitur primo in primo uolum.& dicit Pro
curator Genuenſ. quod non poſſit dici per
82 Reinpub.† obliuione omiſſam eſſe poſſeſſio
nem, nam non præciſè ſpacio decennij,ſed
imò longiori tempore pro iudicis arbitrio
dicitur ea retineri tamdiu,quamdiu quis nõ
habet facultatem recuperandi, Alex.ind.in
apoſt.ad Barto.in.l.ſi quod in.1.ff.de adqui
renda poſſeſſione.

Verum ad hæc omnia facile poteſt reſpõ
deri,nam primo confitetur ipſe Procurator

alteram dimidiam bonorum ablatorum par
tẽ pertinere ad Imperiũ, & ipſum March io-
nem ſpoliatũ, & ſic in illa altera parte, ultra
ſpoliũ, cõſtat notoriè de iniuſtitia ipſius ſpo
liantis, nam cofeſſio facit notorium contra
confitẽtem, extra de cohab. Cler. cap. fin. un
de ſequitur, (ut ſupra deductum fuit,) cõcur
rẽte fauore reſtitution is, quòd hec notoria
iniuſtitia in parte, ad ſe trahere debeant alte
ram partem, dato non conceſſo quòd illa ad
Genuẽſ. pertineret, nec aliàs in notorio reſti
tutio fieret. Secundo ex pluribus negari po-
teſt notoriè cõſtare de iuſtitia Genue. quod
àd alteram dimidiam attinet; imò quòd po
tius dicatur cõſtare notoriè de iniuſtitia eo
rum, & quòd totius ſtatus iure directi domi
nij, ad Imperiũ Rom. iure uerò utilis domi-
nij, ad Marchionem pertineat, de quo tamẽ
inferius plenius dicendum eſt.. Tertio dici
83 tur quòd generaliter † agenti poſſeſſorio re
cuperandæ, non poſſit obijci exceptio do-
minij, probatur per tex. in c. ſolitæ extra de
reſtitutione ſpoliatorum: etenim petitio re
ſtitutionis in hoc eſt priuilegiata, ut eam in-
tendens non cogatur antequàm reſtitutus
fuerit, ſuper proprietate reſpondere capi. fi.
extra de ord. cog. bonus textus, per quẽ ibi
hoc dicit Bartol. in. l. ſi coloni. C. de agric. &
cenſit. lib. xj. probatur enim ibi, quòd ſiue in
teruenerit uiolentia, ſiue non, quando agi-
tur poſſeſſorio recuperandæ ſemper reijci-
tur exceptio dominij. dicitur enim ibi, ſi ſer
uus aufugerit ad alium bonæfidei poſſeſſo-
rem, primum oportet celeri reſtitutione ſuc
curri, & tunc cauſam originis & proprieta-
tis agitari. Facit ad idem text. in l. ſi quis cõ-
dictionis. C. loca. ubi dicitur, quòd condu-
ctor prius cogatur poſſeſſionem reſtituere
locatori, & tunc demum de proprietate liti-
gare, quod fortius procedet in eo, qui & titu
lum, & poſſeſſionem habuit ab Imperatore.
Ad idem facit text. in. l. is qui deſtinauit. ff. de
rei uindicat. & in. l. exitus. ff. de adquirenda
poſſeſſione, ubi dicitur, quòd quis potius de
beret agere poſſeſſorio, quàm petitorio;
quia ſi obtinet in poſſeſſorio, cogitur tunc
aduerſarius rem petere & probare de domi
nio ſuo. Præſupponitur ergo ibi conuen-
tum poſſeſſorio, eſſe dominum, & expreſſe
probare dominiũ, & tamen teneri reſtituere
poſſeſſionẽ, & quod magis eſt, dicitur, quòd
84 etiam ſi † ſi exceptio dominij ſit notoria, nõ
tamen per eam impeditur reſtitutio in poſ-
ſeſſorio, ex quo enim iura ſimpliciter diſpo
nunt, poſſeſſionem reſtituenda in poſſeſſo-
rio, non obſtante exceptione dominij, nec
diſtinguunt inter dominium notorium, &
non notorium, ideoq; nec nos diſtinguere
debemus l. de pretio. ff. de pub. De hoc eſt in
ſpecie tex. in c. porrò. ext. de diuo. ubi muli-
er erat a marito eiecta propter parentelam,
que publica erat, & notoria; tamen illa reſti
tuẽda eſt. Nec dicatur ut ibi dicit Abb. ideo
exceptionem nororiam non obſtare, quia
non erat oppoſita, quia hoc eſſet imponere
legẽ uerbis, & non rebus, contra l. 2. §. finali.
C. commun. de leg. facit textus in cap. com-
miſſa in princi. de election. in ſexto: pro hoc
etiã, quòd exceptio dominij non obſtet quã
tumuis notoria, eſt bonus textus in ca. cum
dilectus extra de ordin. cogniti. ubi ſi ſpolia-
tio ab Abbate fuerit facta, licet Caſtrũ illud
ad ius & proprietatẽ illius Monaſterij perti
neret, quod etiã aduerſa pars nullatenus de-
negabat, & ſic per confeſſionẽ erat notori-
um, ſecundũ ea, quæ habentur in ca. fi. extra
85 † cohab. Cle. & mul. tamen nobiles ſpoliati
debẽt reſtitui. Nec dicatur, quòd ibi nõ erat
defectus notorius, ꝓprietatis, ut quia licet no
biles nõ negarent illud Caſtrum ſpectare ad
eccleſiam; non tamen per hoc fatebantur;
cum inter negare & fateri ſit mediũ, ꝑ not.
in reg. qui tacet, de regulis iuris in ſexto.
Hęc enim ſolutio penitus eſſet contra men-
tem tex. ibi, ſicut nec etiã dici poteſt, quòd
licet illi Nobiles fateantur d. rectũ dominiũ
ſpectare ad eccleſiam; tamen dicerẽt ſe eſſe
feudatarios & ſic haberent utile dominium,
dum dicunt quod Caſtrum illud & progeni
tores eorum tenuerãt & quietè poſſederãt.
quod & magis uidetur confirmari, dũ text.
dicit proprietatem, per quã demõſtratur di-
rectum dominium pertinere ad Monaſteriũ
ſicut hoc etiam eſt de mẽte Lanfrã. de Oria
no in Rub. de cauſ. poſſ. & proprietatis. nam
ad hoc dicitur, quod hæc ſolutio non ſit bo
na, quia contra mentem tex. quia diuinati-
ua, quia ea attenta, nõ benè fundaſſet ſe Ab-
bas in tali proprietate; cum per eam tutior
non fuiſſet, ex eo quòd feudatario res ſit re
ſtituenda. Nec obſtat quòd tex. loquatur de
prietate. hic enim terminus aptus eſt com-
prehendere & plenum dominium. l. ſi procu
rator, iungendo principium cum fine. ff. de
acquir. rerum dom. deducunt doctores maxi
mè moderni in. d. l. naturali. §. nihil commu-
ne in

ne in prin.ff.de acqui.poſſ.Et quòd exceptio
notoria iniuſti dominij non obſtet,etiam ta
li ratione demonſtratur, quia dicitur quòd
nec exceptio notoria iniuſtæ poſſeſsionis
obſtet,quę tamen magis deberet obſtare,cũ
maior appareat calumnia in eo caſu petẽtis
poſſeſsionẽ; unde multo minus obſtabit ex
ceptio dominij. & hoc q̃dem probatur;quia
ſi ego a te fui deiectus iuſtè,fortè ui armata,
& ſic publica, quæ poteſt facile tranſire in
86 † notorium, quòd uidelicet id faciat maior
pars populi, iuxta. no. Alex. in.l.ſi uerò. §.
quæ pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. &
per doctores in.l.1.in prin.ff.de nou.op.nun.
& illa rei notorietas,facti dicitur,in capit.ſi.
de.cohab.cle.dum ibi dicitur, clericum con
cubinarium non eſſe arctandum, niſi pecca
tum huiuſmodi per ſententiam,uel confeſ-
ſionem factam in iure notorium ſit; aut per
euidentiam rei,tergiuerſatione aliqua cela-
ri non poſsit,quo caſu notorium eſſet te in-
iuſtè poſſidere: Et tamen ſi ego te expello
ex interuallo,teneor interdicto recuperan-
dæ,ita eſt tex.in cap.in literis in ſi. extra de
reſt.ſpol.in.l.ſed & ſi,& in.l.3.§. cum igitur
ff.de ui & ui arma.& in.§.recuperandæ Inſt.
de interdict.& pro hac opinione, quòd non
obſtet exceptio dominij quod dicitur,tenu-
it Bar.& alij in.l.naturaliter.§.nihil commu
ne.ff.de acquir. poſſ. in.l. ſi de ui ff. de iudic.
Abbas in cap.literas,in glo.ſuper uerb.oſte-
runt,de reſt.ſpol.& in ſpecie,quòd nec in re
medio canonis reintegrandæ obſtet exce-
ptio dominij,tenet Alex.in cõſ.ſuo.118 inc.
uiſo proceſſu nu.4.& ſeq.li.idem tenuit etiã
Innocent.& Ant.de But.in cap.ſæpe,de reſt.
ſpol.ubi Ant.allegat not.per Innocen. in ca.
per electionem,de conceſſ.præben.ita tenue
runt plures alij,de quibus per Alex. in alle-
gato conſ.& per Socin.in.l.rem quæ nobis
in.9. quæſt.principali.ff. de acq.poſſ.faciunt
quę habentur per Alex.in conſ.6.incip.circa
præmiſſum,in.2.dubio principali, in. 3. uol.
idem etiã tenuit Dec.in conſ.57. incip. uiſo
pro tenui facultate mea,n.6.1.uol.ubi etiam
dicit,quod hęc eſt uera, & magis communis
opinio,loquens in remedio canonis reinte-
grandæ. & hanc eſſe communem opinionẽ
etiã in dicto remedio, per plura deducit, &
aſſerit Alex.in cõ.78.incip.in Chriſti doctiſ
ſime & iuſtisſimè domine Prætor; ad primũ
quæſitum,in.3.uolum. & facit tex.in.d.cap.
reintegranda iuncto cap.cum eccleſia.3.q.2.
ubi aliquid illi non debet aut poteſt, a quo-
quam ante reintegrationem rerũ ſuarum
obijci,ſed prius illi redintegranda ſunt om-
nia & poſtea tempore præfinito negotia
ſunt uentillanda.

Ita tenendo, non obſtant adducta ſupra
in contrarium.Et primo quidem non obſtat
87 dum dicebatur † ex ca. ſignificaſti extra, de
diuort.quod exceptio notoria iniuſtitiæ im
pediret reſtitutionem;quia ad illum tex. reſ
pondetur pluribus modis: primò, quòd ibi
mulier non reſtituatur, non ſolum propter
notorietatem, ſed etiam ob hoc ut euitetur
ſcandalum; quo caſu uerum eſt ſpoliatum
non reſtituendum,ut per Abb. in cap.ex par
te extra de reſtit.ſpol.ult.col.& per Alex.in
§.nihil commune, ubi ponit exemplum de
Monacho, qui de uno Monaſterio aufugit
ad aliud, & quod ibi immineat ſcandalum,
patet cum enim illa adulterium commiſiſ-
ſet,notoriè periculum imminebat,ne mari-
tus iuſti doloris impatiens,eã occideret arg.
l.Gracchus.C.ad.l.iul.de.adul.&.l.ſi adulte-
rium cũ inceſtu.§.Imperatores.ff.eod.ideo-
q; quamuis in cap.porrò extra de adult. eſ-
ſet notoria iniuſtitia,fit tamen reſtitutio,cũ
nullum immineat ſcandalum. Secundo reſ-
ponderi poſſet,quod ibi non fiat reſtitutio,
quia ex quo mulier poſt quam a marito fuiſ
ſet expulſa, adhuc publicè fuit adulterata,
uidetur quodammodo facto ſuo ſpoliatio-
nem comprobaſſe: ideoq. hanc ob cauſam
non poteſt petere ſe reſtitui.& in hac ratio-
ne uidetur fundare ſe ille tex.dum dicit, ue-
rum mulier non continuit ſe. Quare cum in
capit.porrò ſpoliationem non approbaſſet,
fit ibi reſtitutio.
88 Non obſtat præterea textus † in cap.conſti
tutus, quia non fit ibi reſtitutio, propterea
quod poſſeſſoriũ illud habet annexam cau-
ſam proprietatis quia de re ſpirituali.l. 2. §.
quidam.ff.de interd.& ſic ibi non fierèt reſti
tutio,non propter exceptionem notoriam,
ſed ea ratione, quia nullo modo poſſunt lai
ci nec etiam clerici poſſidere Beneficia ſine
titulo iuſto,cap.cauſam de reſcriptione Ab
bas in cap.literas de reſt.ſpol.
89 Non obſtat textus † in l.duobus.§. qui iu
rauit.ff.de iure iuran.ideo enim obijcitur ex
ceptio iuriſiurandi, quia actio rerũ ammo-
tarum,petitorium extenuare uidetur, quod
iureiurando deciſum fuit, quo caſu ſeruãda
eſt uulgata regula, quod dato iureiurando,

nihil ultrà quæratur l.non erit.§.dato.ff. de
iureiur. Vel etiam dicitur, quòd,ibi res non
reſtituatur,quia ſi mulier iuramento proba
uerit rem ſuam eſſe,non cadit in illam hæc
actio.l.qui res.ff.rerum amotarum, ubi hæc
actio datur ob res iure proprias, uel dotales
tantum.

Nec obſtat id, quod de notorio latè fuit
allegatum, cum pluribus ſit ſupra deductũ,
quod petitio reſtitutionis adeo ſit priuilegia
ta,ut nec etiam exceptio notorij dominij il
li obſtare poſſit.

90 Tex.etiam † in capit. ad decimas,in pro-
poſito noſtro nihil obſtat, etenim ſicuti in
capite conſtitutus loquitur, nimirum in poſ
ſeſſorio habēte cauſam proprietatis:annuas
etenim decimas, nō poſſunt habere laici ſine
titulo:ideo meritò ibi denegatur reſtitutio.

Nec obſtat illud de euidenti calũnia;quia
hæc ratio non habet locum in poſſeſſorio,
uidemus enim magnam & euidentem eſſe
91 † calumniam in.§.recuperādę inſt.de interd.
& in l.ſed ſi ui.ff.de ui & ui armata in cap.in
literis extra de reſt.ſpol.& tamen ſit de reſti
tutio poſſeſſionis, nec allegatur quicquam
de inutili circuitu:quia hoc etiam non ha-
bet locum in poſſeſſorijs,ut notat glo.in.l.ſi
de ui.ff.de iud.& eſt caſus expreſſus in.l.ſi qs
conductionis. C. loc. & caſus in. l. me-
minerint. unde ui ubi ſi tutor inuadit rē pu-
pillo debitam, licet tutor,non pupillus pu-
niatur, tamen adhuc res ablata reſtituitur.
Nec dicatur de euitando animæ periculo:
quia dicitur quòd imo æquitas cap. ſæpe de
reſt. ſpol fundetur in ea cum res eſt affecta
uitio,illud uitium debeat purgari,quod ali-
ter fieri non poteſt,niſi ſpoliatus in priſtinũ
ſtatum reſtituatur, quandoquidem uiolen-
tiæ uitium tranſit cum re in quemlibet poſ-
ſeſſorem, quæ ęquitas ſubeſt in caſu noſtro:
& ideo facienda reſtitutio. Textus etiam
92 † in capit.1.extra de reſt.ſpol.non loquitur
in terminis noſtris.dicit enim ꝙ ibi imponi-
tur ſilentium agenti poſſeſſorio,quia actum
fuit prius poſſeſſorio iudicio, & agenti fuit
oppoſita exceptio dominij, quæ quidem ex
ceptio non obſtat, tamen actor expreſſe cō
ſenſit,quod admitteretur ut patet in tex.ibi
cōſcientie illo &c.& ſic conſentiebat cogno
ſci de exceptione dominij ad excluſionē iu-
dicij poſſeſſorij prius intentatis,quod nō eſ-
ſet,quando ipſemet ab initio proponeret pe
titorium:quia non diceretur conſentire co
gnoſci de dominio,niſi ſi ad finem excluſio
nis a dominio contra ſe fuerit iudicatum. &
quòd ibi fuerit intentatum poſſeſſorium, pa
tet: quod ante omnia actor eſſet reſtituen-
dus in poſſeſſionem, patet etiam, dum tex.
dicit quòd reus probauerit conſentiente a-
ctore, ſic enim præſupponitur quod ſi non
conſenſiſſet, de dominio probare non potu
iſſet, cum tamen in petitorio hoc poſſit eo
inuito.

Nō obſtat etiam tex.in.l.fin.§.fin.ff.quod
metus cauſa, quia loquitur in actione quod
metus cauſa, in qua id facile conceditur. ſe-
cus eſt ſi agatur aliquo remedio poſſeſſo-
rio.tunc enim uerum hoc non eſt,prout hāc
differentiam expreſſè facit Bart.in.l pen.cir
ca princip. ff. de cond.ob turp.cauſam & in
l.2.C.quod met.cau.

Non obſtat quod reus fortius allegat ius,
uidelicet dominium & poſſeſſionem. illud
enim argumentum non eſt bonum. conclu-
deret enim in omni domino ſpoliante cōtra
l. ſi quis in tantam. C.unde ui &.l.meminе-
rint eod.& in poſſeſſorijs non attenditur an
ſimul habet etiam proprietatē: nec per hoc
alicuius iura dicūtur potiora, cum omnino
ſit ſeparata poſſeſſio a proprietate.l. natura
li.§. nihil commune.ff.de acquir. poſſ.l.1.§.
huius autem.ff.uti poſſid.

Nō obſtat quod ultimo loco dictum fuit
Genuenſibus etiam ex interuallo oblata cō
moditate licuiſſe recuperare rem ſuam,cum
hactenus nō habuerint occaſionē recuperan
di:ideoq; totum illud tempus medium iudi
cis arbitrio ſit ſubſtrahendum ſecundũ Rui.
& Pariſi.in locis ſupra allegatis. Nā & ad
hoc facile etiam reſpōdetur,quia dicitur Ge
nuēſibus ſemper fuiſſe tantũ facultatis & po
tētię,ut potuerint rem ſuā uel de iure,uel de
facto recuperare ab illis de Carreto.ſi enim
potuerūt recuperare Sauonam,ſi eam ciuita
tem munire, & parare exercitũ in Sardiniā,
utique potuiſſent etiam illos de Carreto ad
præſtandam obedientiam, & recognoſcēdā
Rempub.compellere,maximè cū dicant Ge
nuenſes ſtatum ita in uiſceribus Reip.ſitum,
ut inuitis Genuēſibus Marchiones eo uti nō
poſſint.Deinde ſemper fuit liberũ iure cum
Marchionibus de Carreto agere, cum non
de fuerit copia iudicis, ſiue uelint Genuēſes
quòd cauſa a Genuenſibus iudicibus deter-
minata ſit,ſiue uelint Imperatores eius loci
eſſe iudices,prout re uera ſūt.Et ita expreſſe

habetur per Pariſ.in d.conſ.24.in.1.uol.uo-
93 lens quod imputari poſſit † negligentia ei,
qui per uiam iudicij potuit perſequi ius ſu-
um, & illud non fecit ſecundum Bald.Salic.
& Fulgoſ.in l.ſolemnibus.C.de rei uind. do
ctores maximè Præpoſitus in ca.1.quo tem
pore miles &c.in caſu uero ſuo nō poterat
94 copia iudicis haberi. Item loquitur † Pariſ.
in caſu,in quo Eccleſia,quæ ingreſſa eſt,ſem
per retinuerat poſſeſſionem ciuilem: quod
in propoſito dici non poteſt. nam conſtat
quod Reſp. oblita ſit ſuæ poſſeſſionis & iu-
ris, & ſic non poteſt dici quod animo reti-
nuerint ciuilem. etenim in informatione,
quæ incipit.Genua ciuitas,fatentur Genuen
ſes, quod fecerūt per deputatos quærere in
ter antiqua Reip.inſtrumenta,& quod qua-
ſi ex inſperato inuenerint illud laudum. Itē
ſæpe fatentur ſe ignoraſſe quo iure Mar-
chiones poſſiderent ſtatum & quod credide
runt illos poſſidere bona illa tamquàm allo
dialia. cū ergo expreſſe conſtet ipſam Rēp.
dubitaſſe,& ignoraſſe ius ſuum, iam ampli-
us non quæritur an per decennium, an uerò
longiori tempore inducatur obliuio. Cum
in claris non ſit opus, coniecturis l. conti-
95 nus.§.cum ita.ff.de uerbor.oblig.† Ruin.ue
rò in conſil.42. per Genuen. allegatus loqui
tur de Duce Ferrariæ, qui a Pontifice fue-
rat tractatu recuperandi per quod apparet,
quod nunquàm depoſuerat animum poſſi-
dendi,qui animus,ex ijs, quæ fecit & tracta
uit,probatur, ſecundum gloſ. in l.fulcinius.
§.ſed is qui in uerbo animus.ff.quibus ex ca.
in poſſ.eatur: nec poterat Duci aliqua negli
gentia imputari, cum ab occupatore Leo-
ne decimo haberet ſpem de reſtituendo.am
plius,ibi contra aduerſarium Dux Ferrariæ
nōn habebat Iudicem,quo caſu potuit lici-
tè ex interuallo recuperare.aliàs autem nō
licet,etiām domino recuperare ex interual
lo,olim oblata noua occaſione,ita habetur
per Ruin. in d.conſil.42.in princ.ubi ad hoc
plura allegat.

Quāuis itaque ex hactenus allegatis ſatis
appareat,quod Genuēſes in hoc iudicio poſ
ſeſſorio non poſſunt Marchioni reſtitutionē
petenti,quidquam de iure, uel dominio ipſi
us Reip.obiicere: operæ tamen pretium ui-
debitur, ſi examinemus,quis eorum hacte-
nus circa ipſum petitorium, & dominiū po-
tiora iura adduxerit:nam ſi conſtaret Mar-
chionem etiam in ipſo petitorio Genuenſi-
bus preferendum,eo minus de omnibus ha-
ctenus deducti dubitandum eſſet.

Fatentur autem Genuenſes dimidiam par
tem ſtatus Finarij , non ad ſe ſed ad ipſum
Marchionem pertinere:& ſic in ea parte cō
ſtat de notoria ipſorum iniuſtitia.

Quod ad alteram dimidiam attinet, di-
cunt eam partem iure directi dominij pertī
96 nere † ad Rēp.Genuæ.& quòd anno. 1385.
dominium illud fuerit in ipſos tranſlatum
titulo oneroſo ab Emanuele quondam Hen
rietti,& Antonio quondā Alerami de Car-
reto,per laudum cuiusdam Antonioti Adur
ni,tunc temporis Ducis ipſorum Genuenſi-
um,qui ſub nomine proprio,non tamquam
in Ducem ipſorum. Fuerat per ipſam Rem-
pu. inter Lazarinum, & Carolum Marchio
nes de Carreto, filios quondam Georgij,
nomine ſuo, & nepotis Georgini quondam
Henrietti de Carreto,fratris eorum de Cra
ueſana, ex una parte, & dominum Emanue
lem quondam Henrietti,& Antonium quon
dam Alerami de Carreto, ex altera parte,
erat compromiſſum , quam partem ſtatus,
excepto Caſtro Franco, poſtea retento di-
recto dominio, in feudum conceſſerint La-
zarino, & Carolo de Carreto,qui, ſicuti &
eorum ſucceſſores, eam partem a Genuen-
ſibus ſemper in feudum recognouerint, uſ-
que ad annum 1451. ita ut ea pars ſtatus ab
eo tempore ſemper fuerit poſſeſſa per Rēp.
retento penes ſe dicto dominio. & ad pro-
banda hæc omnia ut iam relata ſunt,conti-
97 nentur quæ † tranſumpta uidentur facere
fidem, cum originalia ſint in Archiuo pub.
repoſita,& tranſumpta facta de auctoritate
iudicis,quo caſu dicuntur plene probare C.
fin.de fide inſtr. ubi Abbas poſt alios. Bart.
in l.chirographus.in primo. ff.de adminiſtr.
tut.glo.& Bart.in.§.& in ſuper.ut ſponſ. lar
git.Spec. Dec. in authen.ſi quis in aliquo.C.
de edendo & quòd magis ualidū ſit hoc cō-
promiſſum, oſtendunt ipſi originem ſtatus
Finarij, quę ꝓceſſit ex donatione facta per
98 Imperatorem † Othonem ſecundū Aledra
mo de Saxonia,de anno.967.cum poteſtate
donandi,commutandi,& diſponendi ad libi
tum.nam inter bona nominata in prædicta
donatione,cuius copiam Genuen.exhibue-
runt,continetur etiā ſtatus Finarij,ut uoluit
Alber.de Roſ.doctor antiquus,in ſuo dictio
nario,in uerbo feudum,uer.Item quęro pul
chram & difficilem quæſtionē.Et quod illa

donatio fuerit prima & ſimplex cum facul-
tate diſponendi de bonis in ea compreheñſis
ad libitum, tenuit latè Gozad. in conſi.8. cui
dicunt accedere uulgatã regulam, quòd quę
libet res præſumatur potius allodialis, quã
feudalis l. altius, & ibi doctores. C. de ſerui.
& aqua. Alexan. in conſi.55. num.21. uol.4.
cum ſimil. Ex hoc iure ſibi titulo prædicti
laudi ſiue arbitralis, quæſito, multa contra
Marchionem inferre conantur Genuenſes.

Primò, ex eo fundamento impugnant in-
ueſtituram Maximiliani, & Caroli quarti,
dicentes, quòd in præiudicium iuris directi
ipſius Reipub. non potuerint ſucceſſores eo
rum, qui Remp. directam dominam reco-
gnouerunt ſe alteri ſubijcere, & quòd dici
debeat illas inueſtituras clam, ſubreptitiè, &
malafide impetratas poſt titulum quæſitum
per Rempub. & ſæpius factam recognitio-
nem, & quòd illæ inueſtituræ intelligantur
ſine præiudicio tam reſpectu dominij, quàm
poſſeſſionis.

Nec obſtat (dicunt Genuenſes) inueſtitu-
ra facta Genuæ de anno.1536. Nam non in
fertur ſcientia: quia ille actus fuit geſtus in
ſecreto, non palam & publice, ita ut nõ poſ-
ſit illis quaſi aliqua ſupina negligentia im-
putari argumento. l. regula. ff. de iur. & fact.
99 ignor. cum generaliter dicatur † ignorantiã
facti potius quàm notitiam eius præſumen-
dam eſſe. l. fi. ff. pro ſuo. l. uerius. ff. de proba.
Alex. in conſ.172. incip. uiſis & optime di-
ſcuſſis num.2. in 2. uolumine.

Secundo adducunt pro ſe pręſcriptionem
temporis immemorialis, cum eam partem
per tempus immemoriale ſaltẽ ciuiliter per
uaſſallos ſuos poſſederint quiete, pacifice, &
ſine interruptione. nam in inſtrumentis pro
ducti, ex ordine apparet qualiter illi de Car
reto a tempore laudi, uſq; ad annum 1451.
recognouerint Remp. directam dominam,
& tamen dicatur, quòd in omnem caſum ha
100 beat locũ † præſcriptio etiã contra Impe-
riũ, dato quòd illud prius habuiſſet directũ
dominium, allegant glo. in cap. præterea de
ca. Conrad. & ibi Bald. Aluarot. Afflict. Cur.
Sen. conſi. pe. Balb. in tractat. de præſcrip.5.
parte.4. partis. quæſt.4. col.44. Aluarot inter
conſil. Bruni.6.1. col. fin. Io. And. in addit.
ad Spec. tit. de feudis, in Rub. col.2.

His tamen non obſtantibus, concluditur
Imperium Romanum, & ipſum Marchionẽ
Finarij, etiam in petitorio habere cauſam
potiorem ipſis Genueñſibus, & ut omittamus
duas inueſtituras Federici primi & ſecundi,
conſtat, quod duę tertiæ ſtatus Finarij, & ſic
octo unciæ eius ſtatus, fuerint per Carolum
quartum anno.1355. & ſic per 30. annos an
te latum laudum, de quo ſupra, in feudum
conceſſæ Georgio, Emanueli, & Aleramo
de Carreto Marchionibus Sauonæ, & Cra-
ueſanæ. Siue ergo bona ab illis de Carreto
ante præfatam inueſtituram poſſeſſa ſunt,
ut feudalia, quod ueriſimilius eſt, & ex inue
ſtituris ipſius Federici primi & ſecundi appa
ret. ſi enim donatio Othonis ſtatum Finarij
comprehendit, ut ipſi Genuenſes uolunt, cer
tè fortius duæ illæ inueſtituræ, quæ magis
ſunt ſpeciales, loquentes de omnibus bonis,
quæ poſſidentur a Marchionibus Sauonæ,
& Craueſanæ in ciuitate, Marchionatu, at-
que adeo epiſcopatu Sauonæ, in quo epiſco
patu hæc bona ſita ſunt, prædictum ſtatum
comprehendent ſiue ea poſſederunt, ut allo
dialia: conſtat tamen quòd eo tempore duæ
tertiæ ſæpedicti ſtatus, & ſic illæ octo unciæ
iure directi dominij pertinebant ad Impe-
rium Roma. iure uerò utilis dominij per-
tinebant ad præfatos de Carreto. Nam po-
101 teſt quis bona ſua † allodialia offerre Princi
pi, & ea poſtea ab alio in feudum recogno-
ſcere, ut expreſſe refert Zaſius in tract. feud.
in 3 par. in fi. tradit. Iacob. de Sancto Georg.
in tract. de Homag. nu.10. Imò etiam ſi abſq;
ulla inueſtitura tenuiſſent ea, quæ ab Impe-
rio habuere. 30. annos tamquã feudalia, ex
hoc feudalia facta fuiſſent. Goza. in conſi.9
nu.6.7. & ſequent. Cui inueſtituræ non pòt
quicquam obijci ex ſcriptis Alber. Nã dato
quòd bona initio fuerint allodialia, dato
quod fratres duo ad inuidiam tertij, cũ quo
ratione prælegati paterni litigabant, ſub-
iecerint ſe Imperio, & fecerint bona illa feu
dalia, certum tamen eſt, ut etiam Alberic. re
fert, quòd cõtrouerſia illorum fratrum fue-
rit tranſactione finita, & quod fratres illi,
qui in feudum partes illas recuperarunt, eaſ
dem partes retinuerint.

Hoc præſuppoſito, conſtat, quod illi ipſi
fratres & eorum ſucceſſores non potuerunt
amplius bona illa alienare, nec de ijs, non re
quiſito Imperatore domino directo, cõpro-
102 mittere † poſteriora enim inſpicienda ſunt,
& ex ijs res iudicanda l. pacta nouiſſima. C.
de pactis, etiam dato quòd inuidioſe ſe ſubie
cerint Imperio, nam non tam ille animus q̃

ipſe effectus eſſet inſpiciendus,& hęc res tã-
quam inter alios acta non confirmaret iura
Genuenſium,nec quicquam tribuere poſſet
Ipſis Genuenſibus. Imò etiam ſi ab initio
propter patris prælegatum nõ potuiſſet fra
tres ſe ſubijcere Imperio,tamen cũ per tran
ſactionem partes illæ remanſerint penes fra
tres,qui ſe ſubijcerunt, uel etiam ſi quoquo
modo ad ea poſtea de nouo peruniſſent,fuiſ
ſent ex poſt illa ſubiectio confirmata, lege
prima in principio & ibi Bartolus. ff. de pi-
gnoribus,l.ſi Titio.ff.eodem,& cum ipſi ſu-
bijcientes de hoc non potuerint quicquam
obijcere ipſi Imperatori,ſequitur,quòd nec
Genuenſes,qu a ab ipſis cauſam habuerunt
hoc poſſint, quia ſemper res cum ſuo trãſit
onere, & ſubiectione, ut ſupra plenius dedu
ctum fuit. Quod autem illæ partes reman-
ſerint penes eos ipſos & eorum ſucceſſores,
qui a Carolo Quarto inueſtiti ſunt,uel ſaltẽ
ad eos poſtea peruenerint,apparet,cum ipſi
& eorum ſucceſſores aliquot annis poſtea
tamquam poſſeſſores ſtatus Finarij compro
miſerint,nam inueſtiti ſunt a Carolo Quar-
to tres de Carreto Aleramus, & Emanuel
fratres,cum Georgio patruo. Emanuel eſt
is,qui compromiſerat,erat filius Henrici,ut
habetur in laudo frater Alerami,ut habetur
in inueſtitura,q duo Emanuel & Aleramus
ſimul ſunt inueſtiti a Carolo Quarto,Anto
nius,qui pariter compromiſit erat filius Ale
rami ut habetur in laudo: Lazarinus uero,
& Carolus fratres,q compromiſerunt, ſunt
filij Georgij,ut in laudo, qui Georgius erat
prius inueſtitus a Carolo Quarto ut in inue
ſtitura:Georgius uero, qui etiam compro-
miſit erat nepos ex fratre ipſi Lazarino &
Carolo, & pater eius erat Henricus ſecun-
dus,qui fuit filius Georgij. Sic itaq; apparet
eos ipſos,qui uel ipſi uel eorũ parentes fue-
runt inueſtiti, & de eodem ſtatu Finarij,qui
fuit in feudum,cõceſſus cõpromiſiſſe in An-
toniotum Adurnum per cuius laudum Ge-
nuenſes putant ſe ius antiquum conſecutos.
Ex quo ſequitur quòd laudum erat ipſo iu-
re nullum & conſequenter nõ potuerit per
illud dominium aliquid in Genuenſes tran-
103 ferri,quia de re feudali non poteſt † cõpro-
miſſum fieri niſi concurrentibus illis de qui-
bus Afflictus in capit.1.§.1.in 1. nunt. de leg.
Corne.late per Marian.Socin. in conſil. 77.
nu.26.& ſequenti uolum.1.inde in ſpecie di
cit Bal.in cap.1. in uerbo Marchio de his,q
feudum dare poſſunt quod compromiſſum
104 non potuit facere † Dux Sabaudiæ in Regẽ
Franciæ de rebus,quæ ſunt de regalibus Im-
perij:nam quicunque non poteſt alienare,
nõ poteſt etiam compromittere iuxta tex.
in cap. cum tempore extra de Arbit.ſ.uaſſal
lus adeo non poteſt alienare rem feudalem
ſine conſenſu dominij,ut ſi tres attentauerit
priuetur feudo cap.1. de prohib. feud.alien.
per Lothar.cap.Imperialem de prohib.feu.
alien.per feu.hoc modo argumentatur,Nos
Anthoni. de Butr.Ioãnes de Imola & Abb.
in d.cum tempore quos ſequitur Iaſ.in l.fin.
nume.9.C.de iure emphyt. Et ad hoc uide
tur inſpexiſſe Imperator Maximilianus in
ſua inueſtitura,dum mentionẽ facit de alie-
nationibus quę antea deductis bonis ſine Im
peratoris licentia factæ fuerãt, ex quibus di
cit illa bona ad imperium eſſe deuoluta, ut
iam admittatur laudum eſſe nullum cũ ſine
cauſæ cognitione latum puta ſtatim ſequen
ti die poſt compromiſſum,ut etiam omitta-
tur illud compromiſſum fuiſſe uiolẽtum me
ticuloſum & tẽpore belli ex tortura ab his
de Carreto qui Genuenſibus & alijs ex cõ-
plicibus & adhærentibus longe erant infe-
riores. Imo apparet ſententiam illam arbi
tralem latam fuiſſe circa id tẽpus quo apud
ciuitatem Ienuę non erat iuſta forma Reip.
105 utpote, cum Ciuitas ipſa nomine † Regis
Franciæ a Bucucaldo ipſius miniualio guber
naretur, unde cum ſatis omnibus notum ſit
Francorum Reges ab antiquo ſemper fuiſſe
inimicos ſacri Imperij precipue in rebus Ita
liæ uerisimiliter colligitur calamitatem in-
de non uulgarem ad uicinos imperii uaſſal-
los inter quos etiã Marchiones de Carreto
ſemper cõnumerati ſunt permanaſſe, ut ipſi
timore ſimul & compulſione Francici Ma-
giſtratus,ea fecerint quę ſua ſponte nunquã
106 feciſſent:ex quo ſequitur quòd facta † tẽpo
re Tyrannidis cenſentur metu eſſe facta,ma
xime in quibus iura partium læduntur,& ſic
nullius momenti exiſtimantur, ſed reuocan
da ſunt ubi antiqua Reipubli. forma fue-
rit reſtituta iuxta tex. in l. decernimus ibi
Bartol. & Bald. C. de ſacroſanctis eccleſijs
Bartol. in Tracta. de Tyrannide, Petrus de
Anch. in capi. fin. de electio. in ſexto, Ale-
xand. conſi.127. uolumine ſecundo, Dec.in
conſil.191.num.5.

Hoc ſic præſuppoſito,corruũt omnia quæ
aGenuẽſibus ratione dicti laudi pro ſe addu

euntur, nam primo retorquentur, quod Genuenſes aſſerunt per inueſtituram Maximiliani & Caroli Quinti nullum illis fieri potuiſſe præiudicium, nam iam illis per laudũ eſſe ius quæſitum ſic enim in propoſito e cõuerſo dicitur, quod per compromiſſum non potuerit fieri præiudicium ipſi imperio, cũ ex inueſtitura Caroli.4. appareat, ꝙ directũ dominium eius partis ſtatus Finarij de quo compromiſſum fuit penès Imperium utile, penes uaſallos inutiliter compromittentes, non enim potuit per compromiſſum fieri directo domino præiudicium, cum uaſallis alium recognoſcens in dominum non priuet uerum dominum, nec dominio ſuo, nec poſſeſſione ut habetur late per Doctores in cap. uerum de foro competente. Amplius etiam dici non poteſt inueſtituram Maximiliani fuiſſe clam & obreptitie impetratam, nam tunc per Maximilianum fuerunt reuocatæ alienationes & maxime illa, quæ ſecuta eſt ex compromiſſo illo inutili & inualido. Nec obſtat ꝙ inueſtitura Caroli Quarti ſolum faciat mentionẽ de duabus tertijs ſtatus Finarij, nam primo ſufficit de ea parte fuiſſe inutiliter compromiſſum & per eos, qui de iis partibus fuerunt inueſtiti.

Amplius animaduertendum eſt quod Carolus Quartus inueſtiuit Georgium de Carreto ex tertia parte. Item Emanuelem & Aleramum de Carreto nepotes ex fratre dicti Georgij ex alia tertia, ſi ergo uera eſt narratio Alberici dicitur quæ ſupra uidelicet, quòd Antonius tertius frater ſuper ſtatu Finarii contentionem habuerit, cum duobus ſuis fratribus, cum Georgio (quem Albericus ibi expreſſe nominat) & cum parte dictorum Alerami & Emanuelis, nihil poteſt uero tam eſſe ſimile, quàm quod iam dicti duo fratres ſiue per deciſionem iudicis, ſiue etiam per uiam concordiæ (ut uult Alber.) cauſam ſuam contra .d. Antonium tertium fratrem obtinuerint, & ſic pro duobus tertijs fuerunt deinceps a Carolo.4. tanquã domino feudi inueſtiti conſtat enim Albericum fuiſſe contemporaneum Barto. ut atteſtatur Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino in Tractat. de modo ſtudendi Bart. autem uixit tempore Caroli Quarti, fuitque eius cõſiliarius, ut ipſemet gloriatur in Tractat. de inſig. & armis, & hæc coniectura longe probabilior eſt, quam coniectura Genuenſium, dum exiſtimant dictos Georgium, Aleramum, & Emanuelem, inueſtituras ſuas contra ſententiam, quam Antonius uigore prælegati reportaſſe autumant obtinuiſſe, per hanc enim concluderetur præſumptio delicti, quæ tamen per illam excluditur, & ſic illi longe erit præferenda cum ſemper in du-
107 bio capiatur † illa interpretatio, quæ excluſiua delicti eſt. l. merito pro ſocio Bartol. & Doctores in. l. non ſolum. §. ſed & reprobari, de no. op. nuncia. quo ſtante, facile deinde potuit contingere, quòd poſt inueſtituram Caroli Quarti illa portio Antonij, ſiue in te ſucceſſionis, ſiue ob aliquod delictum Antonij uel eius ſucceſſorum, ſiue ob non petitam inueſtituram ab ipſo Antonio ſiue titulo alienationis, ſeu etiam iure accreſcendi, ad lineam dicti Georgij ex inueſtitura Impera. Maximiliani, quæ poſtea ſubſecuta eſt, totum ſtatum Finarij una cum Caſtro Franco complectitur, quæ etiam ex hoc remanebit tanto ualidior, quia in huiuſmodi
108 † factis antiquis, in quibus omnis alia probatio difficilis eſt, plurimum ualent coniecturæ, iuxta not. per Innocent. in cap. ueniens, de uerborum ſignificatione iunct. not. per Angelum in. l. ſi quis ex argentarijs. § Prætor. ff. de edendo multum etiam obſeruan-
109 tur illæ † coniecturæ, ex quibus ſuſtinetur ualiditas actus, iuxta notata per Baldum & Ioannem de Imola. in. l. cũ in reſtam. §. hæc uerba. ff. de hæred. Inſt. Imo ſi ex alia cauſa Genuen. eas inueſtituras dicerent ſubreptitias & obreptitias, cogerẽtur hoc probare,
110 cum enim † ſubreptio, & obreptio dicatur crimen, & dolus ideo per eum, qui crimen obijcit debet probari. l. quoties. §. qui dolo.
111 ff. de probat. Et in terminis, quòd † obreptio & ſubreptio probanda ſit ab opponente habetur per Ioan. Andr. in cap. 1. de litis cõteſtat. in. 6. Abb. cap. fin. colum. fina. de præſumptio. Felinus. in ca. ex literis num. 19. de probatio. Dec. in cap. porrecta numer. 3. de confirmatione utili & inutili. Oldra. conſil. 209. nume. 9. & 10. Pariſi. conſil. 3. numer. 50. uol. 4. Cra. conſi. 68. nu. 9. Præterea, quia inueſtituræ ipſorum Imperatorum, non ſolum ſunt geminatæ, uerum etiam quintupli-
112 catæ: & in illis quoq; inſertæ † clauſulæ motu proprio ex certa ſcientia & non obſtantibus, Ceſſat inde omnis obreptionis & ſubreptionis opponendæ materia, iuxta ea quæ habentur per doctores. l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel util. publ. in. l. reſcripta & in. l.

nec dãnoſa.C.de precibus Imperator.offer.
113 Quibus accedit, quod † tranſumptis per
Genuẽſes non poteſt haberi fides in iudicio
etiam ꝙ illa facta ſint mandato & authori-
tate iudicis. Nã ut tranſumpta probent in
præiudiciũ contradicentis, non hoc ſufficit,
quod fiãt authoritate iudicis, ſed etiã requi
ritur ut aduerſarius, (ſi is certus eſſet) ſpecia
liter ad hoc citetur, Alexander, Dec. & alij
in auth.ſi quis in aliquo.C.de edẽdo, Alexã.
in conſi.112.incip.in cauſa & lite.in princip.
in.4.uolum.ubi etiam alia requiſita enume-
rat, quæ omnia omiſſa ſunt in propoſito.

Quod uero attinet ad præſcriptionem al
legatã per Genuenſes, dicitur, primo cõtra
114 dominium feudi, hoc eſt contra † ipſum do
minum Imperatorem & Imperium Roma-
num, nullius temporis currere præſcriptio-
nem, probatur hoc per tex.in cap.1.§.præte-
rea de Capi.Corrad.ubi dicit textus, quod
liceat dominis omnes alienationes feudi fa-
ctas, nulla obſtante præſcriptione reuocare
ad idem eſt textus in capitulo Imperialẽ, de
prohi.feud.alien.per Fred.ubi Fredericus uo
lens plenius prouidere circa prohibitionem
alienationis feudorum uaſſallorũ, dicit illici
tas citationes hactenus impetratas, hac præ
ſenti ſanctione caſſamus, & in irritum dedu
cimus, nullius temporis præſcriptiõne impe
diẽte glo.in ca.1.in uerbo beneficio de pro-
hib.feud.alien.per Lothar.dũ ibi dicitur, be-
neficiũ dominus recuperabit, nulla præſcri-
ptione obſtãte, quia quod ab initio tẽporis
non ualuit, tractu temporis confirmari non
põt Andr.de Iſer.in.d.§.præterea, expreſſe
reprobãs gloſam ibi, idẽ uoluit Cardin.Ale
xand.in.§.quid ergo, de Inueſtitura feudi de
115 re aliena facta, ubi uult, † ꝙ ſi conuaſallus
tradiderit rem feudalẽ tertio, & ille poſſede
rit longo, uel longiſſimo tẽpore, non habe-
bit locum præſcriptio, idem Præpoſitus in
d.§.quid ergo, Barto.Socin.in conſi.86. inci
pit, in ea communitatis Caſtri colum.tertia
uerſicul.tertio. & ultimo, prima parte, cum
pluribus, qui eidem conſilio ſubſcripſerant,
pro quo facit, quod illa iura feudorũ ſupra
allegata, loquuntur indiſtinctè ideo indiſtin
ctè debent intelligi, maximè attenta cauſa
prohibitionis, iuncta reuocatione alienatio
nis bonorũ feudaliũ reſpiciente publicã uti
litatẽ.cap.1.prohib.feud.alie.per Lotha. ibi
per quod Imperij minuatur utilitas, quæ ra
tio, ita militat in longiſſimi ſicut in longi tẽ-
poris præſcriptione, cui accedit ſignum uni
uerſale negatiuum poſitum in.d.§.præterea
dum dicitur, nullius temporis, quæ omnem
omnino præſciptionem uidetur excludere,
argumento eorum, quæ habentur, per Abb.
in ca.graue, de offi.ord.iuncto cap.paſtora-
lis extra eodem, & per Socinum in loco præ
allegato, & per d.cap.Imperialem excluda-
tur etiam longiſſimi temporis præſcriptio,
probat per decem argumenta Io.Ang.de Bi
ſutio in conſilio ſuo poſito inter conſi.Zaſi.
xv.in.2.parte. Nec obſtabit.l. omnes &.l.
ſicut.C.de præſcript.30.uel.40.annorũ, quia
non extendi poterunt illæ leges ad caſum,
quo ſpecialiter inhibita eſt præſumptio, cũ
in toto iure communi generi per ſpeciẽ de-
rogetur.l.in toto.ff.de regulis iuris, nec ad
prouiſionem potentiorem maxime feuda-
116 lem, cum regulariter cauſæ † feudorum,
non regulentur ſecũdum regulas iuris com-
munis, potiſſimum ſi caſus ſit in libris feu-
dorum deciſus, Bald. Aluarot.in capitu.1.in
princip.de ſucceſ.feud. Ad glo.uero, in.d.§.
præterea pluribus reſpondet Angel.de Biſu
tio in præallegato conſil. quare breuitatis
ſtudio omittuntur, & ſic poſſet negari præ-
ſcriptionem aliquam in materia feudali lo-
cum habere.
117 Secũdò conceſſo, quod † præſcriptio etiã
in feudis locum habeat, minor tamen cente
naria non ſufficit, ut habetur per And.de
Iſer.in.d.cap.præterea, contra gloſam ibi,
quam etiam communiter probatam eſſe at
teſtatur Matthæus de Afflict.ibi & opinio-
nem Iſerniæ communem eſſe dicit Cur.Iun.
in tract.feu.in.4.parte in ult. cauſa priuatio
nis in prin.n.82.ideoq; ſi maxime credatur
inſtrumentis productis per Genuenſes, non
tamẽ ꝓbatur de poſſeſſione centũ annorũ,
cum tamen contra Imperium ſiue ſimus in
bonis feudalibus, ſiue allodialibus non pro-
ſit breuius tempus centum annis.l.fin.auth.
quas actiones & ibi docto.C.de ſacro ſanct.
eccleſiis, & ibi per doctores allegatos, pluri
bus per Franc.Balb.in tract.de præſcrip.1.q.
2.partis quartæ principalis partis.

Tertio conſiderandũ eſt etiam, ſi Genuen
ſes uel immediate ex dicta ſententia uel etiã
mediate perſcriptione poſt inſecuta, plenũ
uel perfectum ſtatus Finarienſis dominiũ ac
quiſiuiſſent, tamen illud deinde rurſus præ-
ſcriptiõe cauſata ex inueſtitura Impatoris
Maximiliani fuiſſet extinctũ. Quod aũt præ-

ſcriptio hæc habeat omnia, quæ de iure ad
præſcriptionem requiruntur, patet, Nam in
primis, quod attinet ad titulũ Marchionis,
habet titulum feudalem, de quo ex ipſa in-
ueſtitura apparet: Imperator uero habet ti
118 tulum ex † ſententia cōfiſcationis, qui quidē
titulus ſufficit ad pręſcriptionem, non obſtā
te, quod ſentētia per ſe nulla eſſet. l. Pompo
nius. §. ſi iuſtus. ff. acquir. poſſ. ubi doct. Balb.
in tractatu de præſcriptioni. in. 11. q. 1. partis
principalis, deinde habet etiā titulũ pro ſuo.

Nam ex inueſtitura Caroli. 4. tanquam
119 ex inſtrumento ualde antiquo † dicitur do-
minium Imperij plene eſſe probatum, & ēt
inter alios, iuxta ea quæ ſcribit Corneus cō
ſil. 161. uol. 1. Soc. conſi. 86. col. 1. uol. 1. & con
ſil. 87. col. 2. uol. 2. & latius Ruinus in conſi.
14. num. 7. uolum. 4. Vnde poſito quod Reſ-
pub. Genuenſis, poſt Carolum. 4. preſcripſiſ-
ſet illud dominium contra Imperium, tamē
poſtea, quando poſſeſſio redijt ad Imperato
rem, tanquam antiquum dominum, Impera
120 tor dicitur poſſidere pro ſuo † & talis titu-
lus præſtat cauſam præſcribēdi, ut not. Gul.
de Cun. in. l. ſiquis emptionis in. 2. quæ. C. de
præſcrip. 30. uel 40. annorum, quem refert
& ſequitur Bal. in cap. 1. §. ſi quis per trigin-
ta, ſi de feudo fuerit controuerſia.

Deinde quod attinet ad bonam fidem, cō
ſtat, quod ſtantibus titulis de quibus ſupra,
etiam ſi illi non eſſent ueri ſed putatiui &
121 cauſati etiam errore iniuſto, tamen † bona
fides præſumitur, iuxta ea, quæ pleniſſime
habentur per Bar. & doctores in. l. Celſus. ff.
de uſucapion.

Præterea, quoad poſſeſſionem illam, non
difficulter probatur ex ipſa inueſtitura Ma-
ximiliani, ubi dicit Marchionem Alphon-
ſum auum iſtius Marchionis, poſſidere in
præſentiarum dicta bona, & authores quo-
122 q; ſuos ea poſſediſſe, aſſertioni. n. † principis
in tali caſu eredendũ eſt, iuxta tex. in Clem.
1. de probat. & hoc maxime hic locum ha-
bet, attēto quod Imperator Maximilianus
atteſtatur ſe de hoc negotio habuiſſe plenā
ſcientiam & notitiam, quo caſu creditur aſ-
ſertioni Principis, etiam ſuper facto tertij,
etiam dato quod non eſſemus in antiquis,
ut per Ioan. de Imol. in d. Clem. 1. per. Ang.
in conſi. 363. col. 1. num. 2. Et quoniam ex li
teris Maximiliani conſtat de inueſtitura ip
ſius Marchionis, conſtat etiam de ſeruitijs
& iuramento a Marchione præſtito, etiam
in hoc ipſo dicitur probata poſſeſſio, quem
admodum alias probatur per cōceſſionem
123 in emphyteoſim, & † præceptionem penſio
nis, quando non conſtat, quod tempore ſo-
lutionis alius poſſideret, Bar. in. l. qui uniuer
ſas. §. quod per colonum & in. l. quamuis. §.
1. ff. de acquir. poſſ. & eſt communis opinio,
ut per Imol. & Aret. in. d. §. quod per colo-
num, qui addit, quod in dubio non præſumi
tur, quod alius poſſideat eo tempore, ſequi-
tur Ruinus conſi. 14. num. 5. uol. 2.

Poſtremo quod attinet ad continuatio-
nem poſſeſſionis ſtantibus ſupradictis, ſtanti
bus etiam inueſtituris Caroli. V. & illi poſ-
ſeſſione quā modernus Marchio nuper no-
124 torie habet, ſequitur quod etiam † cōtinua
tio illa erit probata, imo etiam non probato
poſſeſſionis initio dicitur & mediũ tem-
pus probatum glo. in cap. uolumus. 16. q. 4.
Anto. de Butrio & Imol. in proœmio decre
talium Bart. Rui. & Claud. in. d. l. Celſus cū
allegatis per Rui. in. d. conſi. 14. num. 5. & ſic
in hoc caſu omni reſpectu ꝓcedit pſcriptio.
E conuerſo, non obſtat, quod Genuenſes al
legant authores huius Marchionis fuiſſe in
mala fide eamque malam fidem adeo noce
re ipſi Marchioni, ut nec præſcriptionem in
cohare nec inchoatam perficere potuerit.
Nam ad hoc reſpondetur quoniam Genuē-
ſes malam fidem, & ſolam ſententiam arbi
tramentalem inducere conantur, quæ uigo
re præteriti compromiſſi lata eſſe dicitur.
hactenus nō eſt ꝓbatũ, ꝙ Marchio iſte ab il
lis qui compromiſſum fecerūt, deſcenderit.
Quāuis. n. illi appellent hoc nomine de Car
125 retto, tñ ſatis conſtat † familiā de Caretto
in Italia ualde eſſe diffuſam, & forte adhuc
aliqui ſuperſunt ex illa familia, qui hūc Mar
chionē Alphōſum aliquo agnationis gradu
attingūt Deinde poſito quod ab illis deſcen
derit, qui cōpromiſſum illud fecerunt, tñ ex
inueſtitura Maximiliani conſtat, quod Al-
phōſus Senior huius Marchionis auus ſtatū
Finarij ex nouo titulo ex immediata cōceſ-
ſione Imperatoris Maximiliani, qui prætẽ
debat illum ſtatum, ob indebitas alienatio-
nes ad ſe eſſe deuolutum, obtinuit, unde ſe-
126 quitur, quod † mala fides defuncti, non no-
cet ſucceſſori uolenti præſcribere ex titulo,
quæ a tertio, non autē a defuncto ſunt poſ-
ſeſſa Bal. in. l. cum qui. §. in hac de Publicia.
Rom. & Iaſ. in. l. Pomponius. §. cum quis de
acquir. poſſ. Bald. in tract. præſcrip.

Quar

: Quarto (& in hoc diligenter aduertendũ eſt) Marchio iſte nihil aliud prætendit, nec prætēdere poteſt, niſi utile dominiũ, de iſto autem utili dominio in præſentiarum nõ po teſt eſſe quæſtio. nam ex literis Genuenſiũ anno.1482. ad Alphonſum Seniorē ſcriptis quarum copiam ipſimet Genuenſes exhibēt apertiſſime colligitur, eos, nõ diffiteri, quod utile illud dominium ad Alfonſum ſpectet. cum nihil aliud petant, quàm ut Alfonſus id ab eis recognoſcat, nota ergo quæſtio eſt de directo dominio dumtaxat, uz, utrũ illud ad rempub. Genuenſem, an potius ad Imperium pertineat, in quo conſtanter dicitur & reperitur dominium illud directum, poſito, quod antea apud Genuenſes fuiſſet, tamen deinde ad ſacrum Romanum Imperium, ſaltem ex preſcriptione per Imperatorem Maximilianum inchoata, perque eundem ſpatio.10.uel.20. aut ſaltem per Imperatorem Carolum Quintum ſpatio.30.uel.40. annorum perfecta pertinuiſſe, & adhuc pertinere, ideo in tali caſu nequaquam obſtat mala
127 fides a Genuenſibus allegata, cũ enim † malafides nihil aliud ſit quam rei alienæ ſcientia.l.ſi quis fundum.ff.de acquir.poſſ.cumq; Genuenſes prætenſi ſui dominij proram & puppim, ut ita loquamur in ſæpe dicta ſententia arbitramentali conſtituant, non puto in æternum ab ipſis probari poſſe, quod ullus ex Imperatoribus Romanis pdeceſſoribus Maximiliani, ullam ſcientiam dictæ ſententiæ habuerit, & poſito ꝙ aliquis habuiſſet non tñ inde requiritur, quod Imperator ille ſciuiſſet rem eſſe alienam.i. ad directum dominium Genuenſium ſpectare tum
128 quia per ſententiam † non tranſit dominiũ ſecundum in glo.in.l.exceptio.ff. de except. rei iudicatæ idq; præcipue in ſententia arbitrali tradit Bal.in.l.fin.§.fin.ad finem.C.cõmunia de legatis, tum etiam quia non obſtā te illa alienatione, quæ a Marchionibus de Carreto in Genuenſes per uiā compromiſ-
129 ſi facta eſſe dicitur, poſito quod aliter illa † alienatio de per ſe fuiſſet ualida, ſaluum tñ remanebit ius & directum dominium Imperij, ut concludunt And.de Iſer. Aluarot. Præpoſ.in ca. Imperiale in principio de proph. feu.ali.per Feder. non enim potuerant Marchiones de Carreto directum dominium in Remp. Genuen. transferre, cum ipſemet illud non haberent.l. nemo plus iuris.ff.reg.
130 iu.neq; debebat Imperiũ † iure ſuo ſine cauſa priuari, capit. ſatis peruerſum.56. diſt.ca. iniuſtum.16.q. ult.cap. quæſiuit de his quæ fiũt a maior.por.cap. ſancimus.ca.de pœnis.

Vltra omnia prędicta & ſic dato, quod aliquis Imperatorum præcedentium manifeſte fuiſſet in mala fide, tamen illa mala fides non nocuiſſet Imperatori Maximiliano, tāquam ſucceſſori, attento quod ſucceſſio illius, non fuit in hereditate, ſed potius in of-
131 ficio † & dignitate, iuxta ea quæ habētur per Abb.in cap.iura.de iure patr.per eundem & alios in cap. de quarta de præſcrip. per Baldum in tractatu præſcrip.in.12.quæſt.2. partis.3.partis princip.num.15.poſtremo, poſito, quod non ſolum prædeceſſores Maximiliani, uerum etiam Maximilianus ipſemet in mala fide fuiſſent (quod nũquam probatur) tamen aduertendum eſt, quod dum Genuenſes ui & Armis Marchionem de poſſeſſione ſua naturali, quam habuit, tamquam feudatarius deijciuntur, dumque Genuenſes negant ſtatum Finarij a ſacro Imperio deſcendere, ſequitur, quod Genuenſes ex hoc nõ ſolum ipſum Marchionem, uerum etiā Imperatorem ſua poſſeſſione ciuili, quam haber tamquam dominus feudi iuxta not.in.l. 3.§.ex contrario & in.l. naturali in princip. de acquiren.poſſ. quantum ad ipſos eſt ſpoliare conatos fuiſſe, quemadmodum in ſimili, quādo uſusfructuarius expellitur de poſſeſſione a tertio, idq; fit eo animo, ut uterq;
132 & ſic † etiam dominus ſua poſſeſſione priuetur, uterque dicitur ſpoliari, & utriq; cõpetit actio iuxta glo. in.l. ſi quis in tantam. C.unde ui, quam ita ibi declarat Bar.& Sali. ſequitur Marcus Ant. Natta in cõſi.101. nu. 2.lib.1.ex quo infertur etiam ſi Genuenſes ante hac fuiſſent ueri indubitati domini, tñ propter uiolentiam ab illis illatam Imperator qui ultra.30. annos rem poſſedit, dato quod eſſet in mala fide, tñ haberet contra Genuēſes, non ſolum remediũ poſſeſſoriũ,
133 uerum etiam † rei uendicationē, ut eſt caſus quem Bart. ubi dicit eſſe ſingularē, & perpetuo notandum in.l. ſi quis emptionis.§. ſed hæc ſuper illis.C.de præſcrip.30.anno.habetur per Baldum tract.præſcrip.in.6.quæ.ſecundæ partis princip.num.7.tacemus hic de præſumptione Caroli.V. quę & ipſa ſpatio 30.annorum omni iure completa eſſet, cum de mala fide Caroli nunquā poſſit edoceri.

Non obſtat, quod ultimo loco Genuen. allegant priuilegium Henrici, quo cautum

eſſe dicitur,quod contra Rempub. Genuen. non habeat locum niſi cẽtum annorum præſcriptio. Ad hoc enim. primo reſpondetur,
134 quod per priuilegium non poteſt tolli † præſcriptio uel ei derogari,niſi adſit clauſula nõ obſtantibus uel ex certa ſcientia,uel de plenitudine poteſtatis, ut per doctores omnes in authen. quas actiones. C. de ſacro ſanct. eccleſiis,& late per Antonium in conſil.15. in 2.dubio,quarum tamen clauſularum nulla mentio eſt in priuilegio quod a Genuenſibus exhibitum reperitur.

Deinde conſiderandum eſt, quod Alfonſus Senior titulũ habuit ab Imperatore Maximiliano,qua propter,non ſolum præſcriptione iuris communis. 10.uel 20.annorum,
135 uerum † etiam ſpeciali illa præſcriptione de qua. In l. bene a Zenone C. de quad.præſcriptione ſecurus eſſe potuit,& hæc ſane præſcriptio per prætenſum illud priuilegiũ Genuenſium,quod in genere dumtaxat de præſcriptione mentionem facit,non poteſt dici eſſe ſublata:nam lex generaliter loquens,nõ intelligitur loqui in caſibus ſpecialibus, uel habentibus ſpecialem fauorem.gloſ.in leg. ſciendum in princ. ubi Bar. & alii.ff.qui ſatiſ. cog. cum alijs allegatis quod Iaſ. in l. 1. in 3.not.ff.ſolut. matr.

Quamuis reuera(ut ſupra diximus) quod ad Marchiones Finarij attinet,res hæc omni ſcrupulo careat,quia illorum utile dominium non poteſt eſſe controuerſum, quod uero attinet ad directum dominium Imperatoris,quod diximus ab Imp.Maximiliano præſcribi ſi antea ad Imperium non pertinuiſſet,ſimiliter non obſtat iam allegatum priuilegium Genuen. Quia cum Genuenſes
136 † priuilegium illud ab Imperio habuerint, non poſſunt eo contra ipſum Imperiũ uti. l. amiciſsimos. §. fin.de excuſ. tuto. Ex iſtis omnibus demonſtratur Genuenſes aliquod dominium ſiue utile, ſiue directum in ſtatu Finarij prætendere non poſſe.

Sequitur itaque ut propius ad iudicium poſſeſſorium a Marchione inſtitutum accedamus. eſt autem in hoc iudicio poſſeſſorio eo uſque proceſſum, quod per Marchionem de Carreto fuerit productus libellus ſummarius, adductis ſtatim probationibus,procurator uero Genuenſium ſufficienti mandato. Inſtructus citatus comparet, libelli copiam ſibi dari petijt. Deinde etiã libello reſpondit, nihil ad ſuam defenſionem propoſuit, ut expreſſe fatetur, & refert ipſe procurator in ſcriptura præſentata 13.Decembris. 1559. Incip. Mag. Dominus Octauianus de Nigro.

Vlterius propoſuit procurator Genuenſium poſitiones, quas medio iuramenti calumniæ in animam ſuorum principalium ſe ueras credere dicit,petens per Marchionem Finarij eis conſimili iuramento medio reſpõderi, & ſi reſpondere differat eum illos habere pro confeſſis in uim iudicialis confeſſionis,ut habetur in ſecunda ſcriptura,incip. Mag. D. Octauianus de Nigro.

Item in ea ſcriptura, quæ incipit Mag. D. Octauianus de Nigro propoſuit idem procurator articulos probatorios petens ſibi aſſignari dilationem probatoriam iurans ſe non petere dilationem calumnioſe, ſed credens neceſſariam rogans partem citari ad uidendum uerba exhibita, & ad faciendam interrogatoria, item conſtituit procuratorem in ſtatu Genuæ, qui uideat iurare teſtes.

Deinde Marchio oppoſuit exceptiones contra articulos probatorios, afferens illos impertinentes irreleuatorios, quorum probationem non eſſe admittendam concludẽs, tam in negotio reijciendorum articulorũ, quàm etiam in cauſa principali.

Ex parte procuratoris Genuę aliud ſubſecutum non eſt, quàmquam extra iudicium per literas ipſius Reipub. & per ſe procuratorem a ſua Maieſtate petierit totã cauſam remitti ad iudices Genuenſes, cum tñ antea ſit tantum, quo ad dimidiam partem ſtatus Finarij de incompetentia proteſtatus, ut habetur in ſcriptura exhibita, incip. cum excelſa Reſpu. Genuenſis,quę petitio,cum eſſet per Maieſtatem ſuam reiecta, ſtatim ex ſpeciali mandato Reip. appellatum fuit per procuratorem Genuenſ.a ſua Cæſarea Maeſtate ad ſummum Pontificem, quæ appellatio plane fuit repulſa, & ipſi procuratori reſtituta,poſt quæ omnia ipſe procurator ab aula receſſit, cum ergo & Reſp:& procurator eius ſit contumax, uere apparenter exi-
137 ſtens,ut quia pluſquã ſatis dixit,† ſe nõ uelle uenire,utiq; nec is nec Reſp.amplius citãda eſt,ſed põt,ac debet contra illã procedi, & ſententiã diffinitiuam proferri.C.eũ qui. de dolo,& contu. ubi tex. propriè loquitur in eo, qui appellauit ab interlocutoria, uolens, quod talis debeat proteſtari, ſe nolle

coram iudice de cætero litigare, & quod ob hoc non ſit amplius citandus, idem in Clem.1.de dolo & contum. Iaſon poſt.Bar. in l. qui Romæ.§.Seia nume.21.ff.de uerbo. obligat. Succedit itaq; ut ſua Cæſ. Maieſtas
138 ſuppleat uices † abſentium in inueſtigando negotio,& rei ueritate, cum abſentia litigatoris Dei præſentia repleatur. l. & poſt. in prin. & §.1.l. properandum. §. ſin autem reus.C.de iudicijs.

Cum itaq; Marchio Finarij propoſuerit exceptiones contra articulos probatorios Genuenſium,procurator uerò nõ replicarit nec ſuper hoc puncto conduxerit, ſupplẽdæ erunt eius uices, & examinandũ,an illi articuli ſint releuantes,& conſequẽter an ſuper illis ex officio recipiendæ probationes.

Primo autem ponit, & aſſerit Procurator Genuen.quod Caſtrum Gouonis a tempore immemoriale ſit, & fuerit fortiſsimũ. Iſte articulus dicitur non eſſe releuans, cum non agatur ſolum de reſtituẽdo illo caſtro, ſed de reſtituendo toto reliquo ſtatu Finarij de reſtituendis bonis mobilibus ablatis, de damnis,& intereſſe,quorum reſpectu, caſtrum illud erit minima pars eorum de quibus eſt controuerſia:amplius ſupra latè deductum & probatum fuit, etiam ſi caſtrũ ſit fortiſsimum,quod tamẽ ex eo capite in propoſito non impediri poſsit Iudicium poſſeſſorium,& reſtitutio in eo iudicio facienda, fruſtra ergo petit, ſe admitti ad probandũ, quod probatum non releuat.

Secundo & tertio loco ponit & aſſerit ꝓcurator,quod ab anno 1480.uſque ad 1529. fuerint partialitates inter ciues,& ſic fuiſſet impoſſibile facere exercitum pro recuperatione,& quod ab anno 1529. citra Reſpub. fuit impedita in reformatione ſtatus,& exhauſta pecunia,ꝙ non potuiſſet recuperare. Quod ad hos duos articulos attinet, ſupra deductum fuit,quamuis de nouo fuerit Reipub. oblata occaſio occupandi,quod tamen hoc ei facere non licuerit, cum Genuenſes non poſſint dicere ſe interea retinuiſſe ciuilem poſſeſſionem,cum habuerint copiã iure experiendi & maximè,cũ deductum fuerit Genuenſes nullum penè habere ius, nec in parte,nec in toto ſtatu Finarij, ita ut de eorum iniuſtitia uideatur de facto & de iure notoriè conſtare.

In quarto quinto & ſexto articulo,ponitur qualiter ſubditi rebellarunt contra Marchionem dominum ſuum, & quod aliqui ſe iam Gallis dederint, cum tamẽ & circa hoc ſupra deductum fuerit, quod in eo ſubditi non ſolum non iuuandi erant, ſed potius ſedandi ſicut hoc Reipub. conſultum fuit per oratorem & agentem. S. Cæſ. Maeſtatis & Regis Hiſpaniarum,imò non potuiſſet uaſſallus ipſorum Genuenſ. de facto,non præcedentibus monitionibus priuari & expelli etiam ſi omnia uera fuiſſent,quæ aſſerebant ſubditi,nedum Genuenſes non delato prius negotio ad ſuam ſacram Cæſaream Maeſtatem potuerint una cum ſubditis ſpoliare uaſſallum Imperij Romani.

Septimus de metu Gallorũ propoſitus eſt. Hic ultra illud,quod marchio in exceptionibus ſuis propoſuit,ex ea parte nullũ imminere periculum,conſtat notoriè, iam planè ſublatam eſſe cauſam illam,cui accedit notorium eſſe de iure,quod ob hoc non potuerit auferre rem ſuam at ſua poſſeſſione eijcere poſſeſſorem,imò,ſicut conſultum fuit a prædicto oratore ipſis Genuenſibus, potius debebant eſſe ſolliciti de ſedandis illis tumultibus ſubditorum, quàm cõſilium illis datum fuiſſe, ut fatetur Reſp. in literis ad S. Cæſaream Maeſtatem tertio idus Decẽbris anno. 1558. datis,& per Marchionẽ reproductis.

Octauus & nonus articulus ꝓpoſiti, ſunt de Caſtro Franco,qualiter tunc fuerit omnino deſtructũ,& quod ſitum eſt intra Coruũ & Monacum. Hos duos articulos confitetur ipſe Marchio in ſcriptura, incipiente in iudicio intentato,& ſtante euidẽti,& ſic nõ egẽt ulla probatione. Quod autẽ ſint penitus irreleuãtes ſupra ſatis deductum fuit,dum locuti ſumus de priuilegio Maximiliani,faciẽte mentionẽ de Coruo,& Monaco,& ſufficit,ꝙ Caſtrum Frãcum ſit pars ſtatus & eorum bonorum,de quibus per Carolum 4.inueſtiti ſunt illi,qui poſtea compromiſerũt, pro ut hoc expreſſe habetur ſæpe in allegato laudo & ſententia arbitramentali.

Decimus,& ultimus articulus propoſitus ẽ QuodMarchio Finarij ſpõte nullo metu precedente depoſuerit ſtatũ Finarij penes And. Auream.Hic de cõtrario apparet manifeſte & notoriè,primo ex ꝓpria confeſſione ipſorum Genueſium, cum in informatione,quæ incipit.Genua Ciuitas,referant,quòd ſubditi excitarint ſeditionem, & quod cõtra Marchionem,habito pleno conſilio decreuerint bellũ gerẽdum, & quod expedita ad eam rẽ

fuerit pecunia, conſcripti milites, præparata tormenta bellica. Item obuiam itum, & repulſi, qui Marchioni uolebāt ferre opem, quod cœperint conquaſſare mœnia caſtri Gouoni, quo iclusus erat Marchio, & quod poſt illa omnia fuerint inita illa Capitula prius præſcripta ab ipſis Genuenſibus, quæ tamen recuſauit Marchio ab initio, ut habetur in reſponſione Marchionis trāſmiſſa ad ſuam Cæſaream Maieſtatem per Gomeſiū Schvvam de Figueroa in qua Marchio prouocauit ad Imperatorem & Imperium Romanum profitendo ſe ſtatum Finarij ab Imperio recognoſcere, & quod nō deberet eo ſpoliari, nec compelli ad eum deponendū.

Item de cauſa depoſitionis & quod illa non fuerit ſpōte facta, apparet per ipſa Capitula inita & firmata ſicut ipſi Genuenſes illi produxerunt, in quibus inter cætera habetur, quod inter agentes Reip. & Marchionem Finarij ortæ fuerunt contentiones, & diſcordiæ ac bellum occaſione Marchionatus Finarij & iuriſdictionis eius, quod bellū nō potuit eſſe iuſtum, cum iudicis copia fuerit, & ſtatus nullo iure ad Remp. pertineat. cum ergo Bellum a Genuenſibus cœptum & per capitula illa ſedatum, ut ibi dicitur, & habetur. In literis Reip. 3. idus Decēbris ad dictos, anno. 1558. Dum dicunt ſe per illa Capitula, ut arma deponerent, ſequitur manifeſte, non ſponte, ſed coactæ Marchionē depoſuiſſe ſtatum penes Andream Auram, cum ergo Genuenſes hæc omnia præcepiſ-

139 ſe † fateantur, dicitur de ijs conſtare notoriè capit. finali de cohabitione clericorum & mul. cum ſimilibus ſupra adductis, facit. l. cum te. C. de tranſactio. per Alexand. conſi. 223. incip. uiſo & opport. num. 152. uol.

140 Quibus accedunt præcedentes & † ſubſequētes proteſtationes ipſius Marchionis in actis productæ, cum reclamatione, in qua Marchio hucuſque continuo remanſit, per quæ talis declaratur animus eius præcedēs, quod ſtatum Finarij non ſua ſpōte depoſuerit faciunt, quæ habetur per Carolum Rui. in ſupra allegato conſilio. 41. in. 4. uol. Imo ſi per Genuēſes nulla uis illata, ſed Marchio ſtatum propter ſubditorum ſeditionem, ut ſcilicet ea ſedaretur depoſuiſſet, uel ex alia quauis iniuſta cauſa poſſeſſionem amiſiſſet, haberet tamen locum remedium cap. reintegranda ad omnia indebite facta (ut ſupra plenius deductum fuit) reſtituenda. Sic ergo articulus ille penitus contra ea de quibus ap

141 paret per propriam † confeſſionem facti proprij ipſorum Genuenſium, quo caſu nul la admittitur probatio, Barto. in. l. non fatetur. ff. de confeſſis, Corneus in conſil. 114. in eip. licet in hac conſultatione nume. 13. & nume. 15. in primo uolumine. item eſt talis articulus, qui probatus non releuaret, ideo

142 pariter † probatio nulla admitti poteſt. l. ad probationem. l. 1. in. fi. C. de prob. & habetur late per Corne. in conſil. 87. incip. circa primum eſt animaduertendum in fin. in primo uol. Ex quibus omnibus. cōcluditur reijciendos eſſe articulos productos per Genuēſes, & quod nulla ſuper illis probatio reſcipienda eſt.

Cum uero procurator Genuenſium contumax non exceperit contra probationes ipſius Marchionis, ſequitur examinare, an probata ſint ea, quę pro uictoria in iudicio poſſeſſorio reportando Marchioni probanda incombebant. dicitur autem, quod in re

143 medio † recuperandæ poſſeſſionis hæc duo ſufficiant probari,

Primo poſſeſſio eius, qui ſpoliatū dicit. Secundo ſpoliatio, uel amiſſio poſſeſſionis ex cauſa iniuſta, nec eſt neceſſe probare, quod poſſeſſorium ad eum peruenerit, qui uim feciſſe dicitur, nec neceſſe eſt, quod probetur ipſum contra quem agitur uim feciſſe, ſed ſufficit quod fecerit per ſuos, ita habetur in. l. 1. in princip. in. §. interdictum aurē & ibi de hoc gloſ. Magiſtralis. ff. de ui & ui armata, Imola in cap. qualiter lo. 2. extra de accuſ. glo. in cap. conſultationibus extra de officio deleg. & in illis locis late de hoc ſcribunt doctores, ad quos breuitatis cauſa nos remittimus.

Cæterū ex hactenus deductis apparet per confeſſionem ipſorum Genuenſium, & ipſammet capitulationem per Genuenſes productam, hæc omnia manifeſte probari fatētur enim in informatione, incipienti Genua ciuitas &c. quod Marchio præſens poſſederit Marchionatum Finarij, ſub ſe continentes plures uillas, idem habetur in ipſis capitulis principio. Item fatentur, dum dicunt Marchionem poſſeſſorē male tractaſſe ſubditos, item in literis datis tertio Idus Decēbris anno 1558. dum referuntur operam dediſſe, ut arcem quandam, quam Alphonſus munitam tenebat potiri liceret, & in infinitis alijs locis, ut habetur in proceſſu.

Quod

Quod autem ipſa Reſpub. Genuæ eiecerit Marchionem probatur pariter ex ipſorum Genuenſium confeſſione. Nam in dictis literis datis tertio Idus Decemb. anni. 1558. & in informatione, quæ incipit Genua Ciuitas. dicunt, quod ſubditos Marchionis ſubleuatos in ſuam tutelam receperint, quod pleno conſilio conuocato bellum Marchioni indicendum decreuerint, quod in eam rem pecuniam expedierint, milites conſcripſerint eos qui Marchioni auxilium ferre uolebant repulerint tormenta bellica præparauerint, muros cõquaſſare ceperint. quòd eo res deducta fuerit ut dubitari non poſſet, cum ipſum Caſtrum cui Marchio incluſus erat. in poteſtatem Reipublicæ deueniret & propterea quod Marchio conſenſerit ſtatum deponere in ſequeſtrum, Reſpubli: arma depoſuerit. Tum quod in capitulis illis continetur ꝙ Andreas Auria, nõ ſolum nomine Marchionis, ſed etiam nomine Reipub. debeat detinere. Item quod Andr. Aur. non poſſit diſponere de ſtatu niſi accedente conſenſu ipſius Reipub. Item quòd Marchio de facto una cum ſuis debeat exire Caſtro, atq; hæc omnia probantur ex ipſorum Genuenſ. confeſſione, ut iam dictum eſt, q̃ cõfeſſio facti, ꝓprij ſatis eſt, quæ faciat notorium, & quæ nullam admittat probationem in contrarium, ita ut nõ, tam plene, quàm potius pleniſſimè probata ſint omnia; quæ in iudicio poſſeſſorio probari debent,
144 bent, cum iudicatur, quæ in poſſeſſorijs † nõ requirantur ex arte probationis Bar. in l. 1. ff. quorum bonorum, habetur per Cor. in conſ. 172. incip. primus conſultationis articulus num. 24. in 2. uol.

Supereſt ergo toti negotio, ut per ſuam Cæſar. Maeſtatem contra ipſos Genuenſ. feratur ſententia in fauorem ipſius Marchionis, qua non ſolum condemnentur ad reſtituendum ablata ad relaxandum ex parte ſua ſequeſtrum, uerum etiam ad præſtan-
145 dos † uel ſoluendos fructus non iam perceptos ſed qui percipi potuiſſent. Item ad reſtituendas expenſas intereſſe ad damnum, quod paſſus Marchio propter illam deiectionem. cap. accedens, & ibi Abbas. extra ut lite non conteſtata cap. grauis de reſtitutione ſpolia. & habetur plenius per Ripam in l. naturaliter §. nihil commune nu. 50. ff. de adquir. poſſeſſ.

Laus Deo.

SVMMARIVM MOTIVORVM

QVATVOR ELECTORVM *Venerandi Collegij Ticinenſis.*

1 *Imperator an index competens inter Rempub. Genuenſium & Marchionem Finarij.*

2 *Imperatori, qui ſe non ſubeſſe dicit, probare debet.*

3 *Imperatorem ſemper fuiſſe in quaſi poſſeſſione ſuperioritatis non ſtatus Finarij.*

4 *Imperatorem poſſe in cauſa propria ſibi iuſdicere.*

5 *Genuam Ciuitatem liberam eſſe.*

6 *Genuæ fines quo ſe protendant.*

7 *Antonioti Adurni Genuenſium ducis laudum.*

8 *Priuilegium Genuæ, ut conquerente de Ciuitate Genuenſium adeat ordinarium.*

9 *Præſcriptio ſola centenaria contra Rempublicam Genuenſium currere poteſt.*

10 *Argumentum ab extremis non concludere.*

11 *Priuilegia ſine præiudicio tertij intelligi.*

12 *Priuilegium generale non præiudicat priuilegio ſpeciali alterius.*

13 *Finarium quos fines habeat.*

14 *Præſcribens iuriſdictionem contra imperatorem non priuatiuè ſed cumulatiuè dicitur præſcribere.*

15 *Priuilegiorum interpretatio ſpectat concedenti.*

16 *Succedens in ius alterius iure illius tã tum utitur;*

17 *Præſcriptio temporis immemorialis requiritur cum de præſcribendis regalibus agitur.*

18 *Malæfidei poſſeſſor hodie nõ præſcribit.*

19 *Declinatoriam non poteſt amplius proponere, qui ſemel conſenſit in iudicem.*

20 *Perſona loquentis in generali ſermone non comprehenditur;*

21 *Conueniri poteſt in loco delicti, qui alias ex priuilegio alio in loco conueniendus eſt.*

22 *Præſcriptio. 30. uel. 40. annorum ex Priuilegio non tollitur, niſi adſit clauſula, non obſtantibus &c.*

23 *Præſcriptio. 20. annorum reddit poſſeſſorem tutum.*

24 *Probanda quæ ſint in remedio Canonis Reintegrandæ.*

25 *Sequeſtro an ſua poſſeſſione priuetur poſſeſſor.*

26 *Spoliatus contra ſpoliatorem, qui non poſſidet nunc agere poteſt ad æſtimationem, poſſeſſionis, & ad damna expenſas.*

27 *c. examinata de iudicijs declaratur.*

28 *Actio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta.*

29 *Spoliatus conſentiens agi petitorio nõ reſtituitur ante omnia.*

30 *Spoliatus fortilitio, ut caſtro, uel oppido munito & forti an reſtituitur ante omnia.*

31 *Spoliato exceptio notorij obijci poteſt.*

32 *Spoliatus in compulſiua obijci an poſſit.*

33 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet.*

34 *Poſſeſſorio quando agi poteſt ſuſpenſo petitorio.*

35 *Petitoriũ ante litẽ conteſtatã per actorem põt ſuſpendi et petitorio agere.*

36 *Caſtrum inexpugnabile dicitur inſpecta perſonarum qualitate.*

37 *Caſtro ſpoliatus, cum aduerſus bellica tormenta non poſſet ſe defendere expulſus dicitur.*

38 *Titulus ex ſententia præſtat, eſt legitimus, ad præſcribendum.*

39 *Notoriũ dicitur, quod probatione indiget.*

40 *Citãdus amplius nõ ẽ, uerus cõtumax.*

41 *Probationes nõ recipiuntur contra propriam confeſſionem.*

42 *Metus probatur ex præcedentibus proteſtationibus.*

43 *Spoliatus Caſtro an occupatori expenſas in Caſtri refectione erogatas reſtituere teneatur.*

44 *Poſſeſſor an priuetur iure ſuo, cum iniuſte ſe poſſidere negat.*

MOTIVA EXCITATA PER QVATVOR

Electos Iureconſultos a Venerando Ticinenſi Collegio,

Dum Reſponſum expoſtularet S.C.M. quid ubi foret agendum in Finarienſi controuerſia.

PRIMVS erit articu-
1 lus diſcutiendus an † ſcilicet in cauſa iſta ſit iudex competens Imperator, & pro parte affirmatiua facit. l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iact. l. bene a Zenone C.

de quadrien. præſcriptio. Iaſ. in l. p. C. de
ſumma Trinit. & fide cathol. adde quod Re
ſtaur. dicit hanc eſſe communem in tract. de
Impera. q. 52. uide. Bar. & alios, præcipue Ca
gnol. in proœmio digeſt. & in capit. quæ in
eccleſiarum de conſti. & Dec. in conſil. 588.
in princ. præcipue in Italia l. Imperialem, §.
firmiter de prohib. feud. alie. per Fride. Reſta
ur. in d. tract. de Imperat. q. 52. nume. 14. &
2 † qui ſe exemptum dicit a iuriſdictione Im-
peratoris id probare debet C. Adriã. 2. lxiij.
diſt. Bertac. in tract. de gabell. in prima part.
q. 2. & in tract. de epiſc. car. 91. col. 4. q. 16. nu.
56. quod Imperator habet fundatam inten-
tionem ut ſupra, & per Alexan. in conſ. 87. in
fine. lib. 6. Reſtaur. in d. tract. de Imperato. q.
53. nume. 19.

2. Facit quia hodie, & ab anno 1495. citra
3 imperator ſemper fuit in poſſeſ. ſuperiori-
tatis dicti ſtatus Finarij, cum præſens Mar-
chio, & eius pater, & auus dictum Marchio-
natum ab eo tempore citra ſemper recogno
uerint in feudum ab Imperatore, prout de
hoc extant tres inueſtituræ, prima Maximi
liani: Aliæ Caroli Quinti, de quibus in pro-
ceſſu.

4 3. Facit quia non uidetur dubiũ quin † Im
perator ſit iudex in cauſa propria, ac etiam
in cauſa ſuorum l. proxime. ff. de his quæ in
teſtamento deleant. l. & hoc Tyberius. ff. de
hæred. inſtitu. Fel. & Dec. in capi. cum uenif
ſent de iudic. Dec. in conſil. 588. & in conſil.
360. Reſtaur. in d. tract. de Imperat. q. 91. nu
mero 2. Gozadi. in conſi. primo num. 27.

Pro cõtraria parte multa obijciuntur pri
5 mo quod † Genua eſt ciuitas libera, tũ ex pri
uilegio, tum ex præſcriptione. Secũdo quod
imperator declarauit ex priuilegio territori
6 um † Genueſe protẽdi a Coruo ad Mona-
chũ, intra quos fines non eſt dubiũ quin iace
at ſtatus Finarij. Tertio præſcriptio imme-
morialis, uidelicet ab anno 1385. uſq. ad an-
nũ 1482. ſiquidem factũ fuit cõpromiſſum
7 per illos de † Carreto in Antoniotum Adur
num ann. 1385. qui protulit Laudum, in quo
aſſignauit Reipub. Genuæ dimidiũ Finarij,
quã ſtatim dicti de Carreto recognouerunt
in feudum a Repub. Genuenſi, & ſucceſſione
perſeuerauerunt in recipien. inueſt. a dicta
Rebub. & præſtandum iuramenta fidelitatis
uſque ad Alphonſum primũ, qui anno 1482.
requiſitus ad præſtan. fideli tatem prout fece
runt eius anteceſſores, ſe excuſauit q ſucceſ
ſor nouus ignorabat, quid ſibi agendum eſ-
ſet, & deinde eodem anno accipit inueſtitu-
rã ab Imperatore, & ſic cucurrerũt anni 97.
8 Quarto quod habent † priuilegium Impera
toris quo cauetur, quod qui uult conqueri
de ciuitate Genuæ, uel aliquo eius ciue adire
debeat iudicem Genuę. Quinto aliud priui
9 legium † quod nulla currat præſcriptio con
tra rem, niſi centum annorum.

Ex aduerſo uidetur poſſe replicari ſuper
hoc primo non eſſe inſiſtendum, quia non
agitur nunc de libertate, neq; de ſubiectio-
ne Genuæ, ſed de Finario, quod eſt quod
diuerſum.

Item uerum non uidetur ſecundum, quia
10 reſpõdetur quod † argumẽtum ab extremis
præſumptione tantum concludit, & data in-
ſtantia corruit Bart. in l. Celſus. ff. de uſucap.
Abb. in c. accidentibus nu. 6. de priuileg. ſane
notorie conſtat multos eſſe, qui habent feu
da intra dictos confines: quæ non obediunt
Reipublic. Genuæ, ergo &c.

11 Item † priuilegia intelliguntur ſine præiu
dicio tertij l. 2. §. merito, & §. ſi quid a princi
pe. ff. ne quid in loco publi. capit. uenicris de
præſcriptio.

12 Item † non derogat alterius priuilegio ſpe
ciali l. in toto. ff. de regul. iur.

Item ex inſtrumento conuentionis factæ
anno 1340. per Genuẽſes exhibito apparet,
13 quod † Finarium habet diſtrictum ſeparatũ
a finibus Nauli ad fines Petræ.

Ad tertium reſpõdetur, quod, dato, quod
14 ulla cucurrerit † præſcriptio intelligitur cu-
mulatiue cum Imperatore non autem pri-
uatiue, Angel. in l. hæc autem in fin. ff. de ſer
ui urb. prædio. nec per hoc poteſt excutere
iugũ ſubiectionis quin dicatur recognoſcen
dus Imperator reſpectu Finarij, Abbas in ca.
cum liceat colum. ultima, qui Fel. ſine legit, ſu
perioritas enim ſicut non eſt cõceſſibilis, ita
non eſt præſcriptione quæſibilis, Iaſ. in l. Im
perium num. 20. ff. de iuriſdictione omnium
iudicum. Secundo reſpondetur quod agi-
15 tur de interpretatione † priuilegiorum utri
que parti cõceſſorum ergo adeundus eſt Im
perator a quo habita ſunt priuilegia, & ipſe
ſit iudex cũ cõ ueniſſent & ibi doct. de Iudic.

Tertio reſpondetur, quod ex quo Genuẽ
ſes prætendunt ſe ſucceſſiſſe in ius illorũ de
16 Carreto non poſſunt † habere plus iuris, quã
illi de Carreto, qui erant feudatarij Impera-
toris l. qui in ius. ff. de regulis iuris, & ſic nõ

poſſunt prętendere niſi utile dominorum,&
ſic remanſit ſuperioritas penes Imperato-
rem, & ſic Imperator erit iudex. Quarto
reſpondetur,quòd quemadmodum non po-
teſt præſcribi contra Rempublicam,niſi ſpa
tio centum annorum, ita nec ipſa Reſp.po-
tuit præſcribere niſi ſpatio centum annorũ.
l. 1. ff. quod quiſque iuris, & ibi Doctores
ſunt computatione facta tantum ea quæ prę
ponuntur Genuenſibus cucurrerunt tantum
anni.97.ergo non ſubeſt præſcriptio. Quin
to reſpondetur quòd etiam de iure commu
17 ni † præſcribendis regalibus & ſuperiorita-
te requiritur tempus, cuius initij non exte-
memoria in contrarium capi. ſuper quibuſ-
dam.§.præterea,& ibi gloſ.Doctores de uer
borum ſignificatione,uideatur latè Balb. in
Tracta. de præſcriptio.ſecunda parte quintę
partis princip. q.6.nume.13.cum multis ſe-
quentib.quod tempus requiritur ſpatium cē
tum annorum Balb.ubi nume.24.ibi uidea-
tur, & ſic nec etiam de iure communi cucur
rit præſcriptio contra Imperatorem. Sexto
reſpondetur, quòd ex quo nunc non eſt lis
inter Imperatorem, & Rempubl.ſed incidē
ter tantum quæritur an ſit iudex inter par-
tes, quæ coram eo comparuerunt, ſufficit,
quod Imperator ſit in quaſi poſſeſſione ſu-
perioritatis prout eſt inueſtituris nouis ab
anno.1596.citra,& ſic non eſt dubium,quin
Imperator ſit iudex competens.

Septimo reſpondetur quòd ſæpe interru-
pta eſt huiuſmodi præſcriptio ut patet ex
proceſſu. Item uidetur quòd cœpta fuit,cũ
mala fide de qua apparet in laudo,in quo ſe
fundãt Genuenſes,& eius qualitates ſibi nõ
fuerunt ignotę. Cum igitur non habuerint
18 † bonam fidem,ſine dubio uidetur quòd nul
lam poſſint allegare præſcriptionem; ca.ult.
de præſcript.quod etiam procedit in præſcri
ptione immemoriali ut per Balbum in dicto
Tracta.de præſcriptio.in ſecũda parte tertię
partis.q.6.num.2. Vltimo reſpondetur, da-
to quòd poſſet de hoc ambigi ſublata uide-
tur difficultas ex quo procurator Reipubl.
conſenſit in iudicē reſpondendo petitioni,&
proponendo merita cauſæ, & producendo
poſitiones, & peten.terminos probatorios,
& proponen.petitorium,ut cumulet cũ poſ-
ſeſſorio,& ſic reconueniendo aduerſarium,
per quę uidetur excluſus a iure proponendi
19 † declinatoriam,ut in lege ſed & ſi ſuſcepe-
rit in principio & ibi nota. ff. de iudic.& in

capit. inter monaſterium de ſenten.& re iu-
di.& Practica Papienſis in libello ad declinan
do iuriſdicti.iudic.in uerſiculo nec fuiſſe, nu
mero primo: Felyn. in d.capit.paſtoralis de
exceptio.
20 Ad quartũ reſpondetur quòd in † genera
li ſermone non comprehenditur perſona lo
quentis & ſic non comprehenditur Impera-
tor cap.quiſquis.2.de prehen.

Item non continent id quod quis in ſpe-
cie non eſſet conceſſurus.

Item intelligitur actione perſonali non
autem quando agitur in rem,uel poſſeſſorio
de re alibi ſita Socin. in ca.ſane.in.7.declar.
de foro competenti.
21 Item ratione delicti poteſt Reſp. † conue
niri in loco commiſſi delicti cap.1.de priui-
leg.lib.vj.Socin.in ca.poſtulaſti. q.9.de foro
competenti:& quòd illi,qui habent priuile-
gium ne conueniãtur niſi in certo loco,poſ-
ſent eo non obſtante conueniri in loco deli
cti,uel bonorum occupatorum per potentiã
tenet Iaſon in.l. ult. colum.12.in fin.nu.52.
uerſiculo ſecundo principaliter.ff. de cõſtit.
princ.

Ad quintum reſpondetur quòd non com
prehendit imperatorem,ut ſupra dictum eſt
& eo non poteſt uti contra conceſſorem l.
ſi iudex circumuento, ubi Bart. Bald.ff. de
mino.
22 Item non habet clauſulam non † obſtãte
contra,uel ex certa ſcientia,uel ex plenitudi
ne poteſtatis,ideo nõ prodeſt Doct. in auct.
quas C.de Sacroſanctis Eccleſijs, Aretinus in
conſilio decimoquinto.

Item retorquetur contra Rempubl.quòd
nec ipſa Reſpu.potuit præſcribere: nec præ
ſcripſit,tamen quia eodem iure debet uti ut
ſupra: tamen, quia etiam de iure communi
regalia non præſcribuntur minori ſpatio,
quam centum annorum,ut dictum eſt.

Itē ſtante inueſtitura Caroli Quarti tunc
imperator erat in quaſi poſſeſſione directi
dominij,& ſuperioritatis quando fuit ſpolia
tus a Genuenſibus tempore laudi. lati Ideo
cũ Imperator poſtea rurſus nactus fuerit ſu
am poſſeſſionem. Ciuilē uidelicet tempore
Maximiliani anno.1496.ſpatio annorũ.30.ui
23 detur † ꝙ fuerit effectus tutus Imperator ad
uerſus Genuēſes:l.ſi quis emptionis. §. hæc
ſuper ubi Bart. C.de præſcriptio.30.annorũ
Balb.de prœſcriptionibus in ſecũda parte ter
tiæ partis princip.q.6.Hęc ſunt quæ nunc ſu

per

per hoc articulo excitare uiſum eſt, ſuper quib.cogitandum relinquimus.

Secundus articulus præſuppoſito,quòd ſit firmata iuriſdictio, an rectè inſtitutum fuerit iudicium poſſeſſorium reintegratorium contra Rempublic.quę non poſſidet ex quo bona data fuerunt in ſequeſtrum, uidetur

24 † quòd non,quia in remedio reintegratorio duo extrema requiruntur, primo ex parte actoris,ꝙ priuatus fuerit poſſeſſione ſua, ſecundo ex parte rei quòd poſſideat capit.reintegranda 3.q.1.& capit.ſæpe de reſtitutione ſpoliatorum Soc.in l.rem quæ nobis col. nona uerſicu.circa quartam.ff.de adquirenda poſſeſſione ſane facto ſequeſtro

25 † nō poſſidet Reſpu.ſed poſſidet ſequeſter.l.licet.§. res.ff.depoſiti,Saly. in.l.1.nume. 2. de proh. ſequeſt.pec.& ſic deficere uidetur unum extremum requiſitum.

Ad hoc reſpondetur, quòd reſpectu Caſtri Franchi &

26 † aliorū quę detinet res caret dubio,item dicitur de expēſa damnis & interesſe,Abbas in ca.accidens in pen.not.ut lite non conteſt.Ripa in d.§.nihil commune nu. 50.quoad id,quòd non eſt in manu Reipub. uidetur agi poſſe cōtra eam ſpoliatricē,quæ poſſeſſorio licet non poſſideat uidelicet ad rei æſtimationem,ut ſcribit Abbas in ca.cōquerente nume.13.de reſtitutione ſpoliatorum,& Barb.ibidem nume. 18.per tex. in.l. 1.§.ex interdicto. ff. de ui & ui armata,& l. ſi ui me.eodem titulo.

27 Cōtra hoc tamē obſtare uidetur tex.† in cap.examinata de iudic.cui reſpondetur,Abbas in d.cap.conquerente num.13 quòd procedit, quādo quis uult agere petitorio, nec enim agendum eſt contra poſſeſſorem. ſed quando agitur poſſeſſorio pro ſpolio, aliud eſt ſecundum Abb.ubi ſupra.

Præterea conſiderandum eſt, quòd deciſio Abbatis forte habet locum tantum,quādo agitur de ui expulſiua non ſi ſumus in quo agitur de ui cōpulſiua.

28 Etſi quis reſpondeat quòd etiam † actio, quòd metus eſt in rem ſcripta & datur tam cōtra eum qui metum intulit, quam contra eum qui poſſidet.l.metum.§.animaduertendum,quod metus cauſa. Item.§. unde &.§. pedius eodem titulo, replicari mihi poſſe uidetur,quòd Marchio non agit hoc remedio prout uidebimus infra,alioquin obſtaret exceptio dominij , quod non uult admittere Marchio.

Ideo conſiderandum erit,numquid defendi poſſit,Rembuplicam adhuc poſſidere mediate perſona ſequeſtrarij in ſequeſtro adijcitur,quòd ſequeſter teneat omnia nomine amborū,uidelicet Reipubl.&Marchionis,& ſic ſequeſter non poſſidet,ſed Reſpu.& Marchio quorum nomine tenet,Alexand.conſi. 94. colum,2.circa medium uerſi.poteſt li.2. per.l.quod meo.ff.de adquirenda poſſeſſione.Itē poſtea facta fuit additio ad capitula, quòd non intelligatur factum aliquod pręiuditium iuribus partiū per hanc ſequeſtrat. ſed ambæ partes ſint in eo ſtatu,in quo erāt ante ſequeſtrationem igitur ille intelligitur poſſidere,qui ante poſſidebat,& ſic arce excepta, uidetur quòd poſſideat Reſpubli. & adhoc uidetur poſſe agi iudicio reintegratorio,quo uero ad arcem,cogitabitur,nunquid poſſit agi interdicto retinendæ.

Tertius eſt articulus,nunquid debeat cumulari petitorium cum poſſeſſorio : uidetur pro parte affirmatiua, quòd Marchio ſi

29 bi præiudicauerit, ex quo conſenſit † ab initio quòd agatur utroq; tam petitorio, quā poſſeſſorio ex quo conſenſit decreto facto ſub die 21. Nouemb. & ſic ſibi præiudicaſſe uidetur ca. 1. de reſtitu. ſpoliat.Secundo ex

30 quo agitur de † reſtitutione tortillicii uidetur,quòd non debeat reſtitui,niſi cognitis iuribus partium etiam ſuper proprietate,Alexand.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de adquirenda poſſeſſione Soc.in conſil.87. lib. 1.Goza.in conſil.7.Rui.in conſ.37.nume. 2. lib.4.Pariſ.conſil.22.num.100.lib.1. Tertio

31 præſuppoſito † quòd notorie conſtet de dominio Reipub.uidetur quòd poſſit opponi ſpoliato defectus notorius dominij, ut per Doct.in d.§.nihil commune.

32 Quarto ex quo agitur † de ui compulſiua non autem expulſiua,uidetur,quod admitti debeat exceptio dominij notorij Bart. in l. penul.ff.de cond.ob tur.cau.& in l.2.ff.quod metus cauſa Alexandr.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de adquirenda poſſeſſione.

33 In contrarium facit † quod ſpoliatus debet ante omnia reſtitui.l. ſi quis ad ſe fundū. C. unde ui Barto.& alij in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirenda poſſeſſione.

Ad contraria reſpondetur & primo negatur Marchionem cōſenſiſſe, quod agatur utroq; nec Imperator illud ſtatuit, quòd ego uiderim & decretū factum ſub die 21. Nouembris non dicit hoc,licet procurator Rei

pub.Genuẽ.aliud affirmẽt in folio 190.ideo
uideatur ipſum decretum in fonte,quia nõ
habeo proceſſum. Secundo reſpondetur,
quòd illa ſunt extraiudicialiter acta & facta
ante petitionẽ,quę fuit porrecta die.22.No
34 uembris. Tertiò reſpondetur † quòd ſim-
plex conſenſus non præiudicat,quin adhuc
poſſit ſuſpenſo petitorio procedi ſuper ſolo
poſſeſſorio fauore ſpolij,& hoc ante conclu
ſum in cauſa cap. paſtoralis & ibi Doct.de
cauſa poſſ.& propriet. Quarto reſpõdetur
35 quod ſaltem hæc pœnitẽtia licita eſt ante li
tem cõteſtatam ut per Bartolũ & omnes in
d. l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de ad-
quirenda poſſeſſione,&nõ eſt dubium,quòd
Marchio ante litem conteſtatam aliam peti
tionẽ dedit,in qua de ſolo poſſeſſorio ageba
tur,& proteſtatus eſt nolle cumulare petito
rium,cum poſſeſſorio,que emendatio libelli
fuit licita, ut per omnes Doct.in.l.edita. C.
de edẽdo.Immo etiam magis uidetur cõmu
nis opinio,quòd etiam pòſt litem conteſta-
tam ſuper petitorio poſſit ſuſpendi petito-
rium,& introduci poſſeſſorium recuperan-
dæ in odium ſpoliatoris,& hoc magis com
muniter teneri ſcribit Ripa in.d.§. nihil cõ-
mune nume. 161.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd arx nõ
eſt inexpugnabilis,ut in pluribus locis faten
tur in proceſſu Genuenſes,& ſic ceſſat obie
ctio.

Secundo reſpondetur, quòd conſiderata
36 † qualitate,& potentia Imperatoris,& Mar
chionis debilitate,ac etiam potentia Genuẽ
ſiũ arx iſta eſt facilis expugnationis, & hoc
caſu ceſſat limitatio illa,& debet omnino re
ſtitui ſpoliatus ante omnia Rui. in conſ. 37.
nume.3.lib.4.Iaſ.conſi.60.nume.4.lib.1.

Tertio iſtud obiectum uidetur, quod poſ
ſit militare in arce ſola,in alijs autem bonis
non militat,Ruinus in conſil.37.numero. 3.
libro quarto.

Quarto uidetur quod dici poſſit, etiam†
37 ex arce in expulſus,ex quo amplius non po
terat ſe defendere aduerſus tormenta belli
ca Paul.Caſt.in conſil.27.lib.ſecundo.

Quinto uidetur quod ceſſet omnis diffi-
cultas ſi Cæſar cogit Marchionẽ ad ſatisdan
dũ de parendo iudicato prout offert.facere,
Clau.Seyſ.d.§.nihil commune nu.14. Goza.
conſil.69.Pariſ.conſi.22.num.100.li. primo.
Grammat.in conſil.10.nume.29.Fab.in d.§.
nihil commune nu.54.Boer.Dec.238.

Ad tertium reſpondetur,& negatur quòd
notoriè conſtet de defectu Dominij in per-
ſona Marchionis,& quoad unam dimidiam,
eſt expeditum ex confeſſione ipſius reipub.
ut in proceſſu, quoad reliquam dimidiam,
idem dicitur quòd ex quo Marchio habet ti
tulum in inueſtituram a Cæſare Maximilia-
no factam anno.1496.cum præſcriptione an
norum.60. & ultra non poteſt dici quòd cõ
ſtet notoriè de defectu eius dominij, imnò
ipſæ Marchio preſcripſit legitimè ſtante ma
ximè ſententia lata per Maximilianum eo
tempore in quo caſſauit omnes alienatio-
nes de huiuſmodi bonis factas, & bona con
fiſcauit deinde de eis inueſtiuit Alphonſum
38 auum moderni Marchionis, qui titulus † ex
ſententia confiſcationis ſufficit ad præſcri-
ben. Dato quod eſſet nulla l. Pomponius.§.
ſi iuſſu.ff.de acq.poſſeſſ.& ibi Doct.Balb. de
præſcript.in prima parte prin.q.11. & titu-
lus pro ſuo reſultat ex inueſtitura Caroli 4.
quæ cum ſit antiqua plene probat domini-
um etiam inter alios,Cor. conſil.17.libr.4.
Soc.conſil.861.lib.primo & conſil.87. Ruin.
conſil.14.nume.7.lib.4.

Deniq; reſpondetur, quod in præſentia
agitur inter partes de utili dominio,& hoc
apparet eſſe Marchionem tam ex inueſtitu-
ris Genuenſium quàm etiam ex inueſtituris
Imperatorum,& ſic etiam ex cõfeſſione Ge
nuẽ.apparet de notorio dominio ipſius Mar
chionis, & ſic quoad reſtitutionem faciẽdã
nulla uidetur ſubeſſe difficultas. Quo uero
ad directum dominium, & ſuperioritatem
hæc eſt quæſtio,cum Imperatore,de quo an
tea ſatis fuit tractatum in primo art. amplius
non repetitur.

Vltimo reſpondetur quod quãdo aliquid
39 indiget probatione † aliqua,illud nõ dicitur
notorium,tale quod impediat reſtitutionem
ſpoliati l.emptorem.§.1.& ibi Bart.ff.de act.
empt.l.ciues,& ibi Bald.C.de appell.& pro-
batio quę poteſt reprobari nõ facit notori
um Abb.in ca.cũ olim in 2.not.de uerb.ſign.
non dicitur notorium id de cuius ualiditate
diſputatur & contra quod aliquid obijci po
teſt,ut per Bar.in auctẽ.at qui ſemel col.ult.
C.de probat.ſanè in caſu noſtro ipſimet Ge
nuenſes fatentur multa in facto eſſe proban
da pro demõſtrandis iuribus Reipub. & ad
hunc finem petitæ fuerunt,cũ magna inſtan
tia dilationes probatoriæ, & multa etiã op
ponunt contra ea, quæ exhibuerunt Genuẽ

ſos,qui indigent probatione, ergo uidetur cō
ſtare dominium non eſſe notorium, & pro-
pterea non eſſe admittendam exceptionem
dominij : quia, quod dicitur obſtare defe-
ctum notorium dominij, uidetur procedere
in notorio, quod non eget probatione, pro
ut eſt in notorio iuris,uel facti permanentis,
ut in cap. ad decimas de reſtitu.ſpolia.lib.6.
& in cap. ſignificaſti de diuor.& de huiuſmo
di notorio quod ſtatim,conſtat.nec indiget
probat.uidentur loqui doct.in d.§.nihil cō-
mune l. naturaliter.ff.de acquir. poſſ.& hęc
ſunt ſuper quibus quoad tertium articulum
erit cogitandum.

Quartus articulus eſt quid ſit nunc agen-
dum in cauſa ex quo procurator reip.appel
lauit ab interlocutoria Imperatoris in qua
ordinauerat procedendum eſſe ad ulteriora
in cauſa,&deinde receſſit ab aula ſubſtituto
40 non dimiſſo.† Hic art. eſt deciſus in cap.eſi,
qui de dolo & contum. lib. 6. & in Clem. 1.
de dolo & contum. Iaſ. poſt Bart.in l. qui
Romæ.§. Seia nu. 21.ff.de uerb.obl.& ſic nō
eſt amplius citanda reſp. nec eius procur. in
cauſa ſed poterit Cæſar procedere in cauſa
indagando ueritatē, cū abſentia litigatoris
Dei præſentia repleatur.l.& poſt in prin. &
§.1.ff.de iudi.l.properandum.§.ſin autem C.
de iudi. ſuper quo etiam erit cogitādum.

Quintus eſt articulus an capitula reipub.
ſint admittenda,qui & ipſe breuis eſt & qua
tēnus reſpiciunt petitorium dependent ab il
lo articulo an petitorium ſit cumulandum
41 cum poſſeſſorio† quatenus uerò nitūtur cō
tra confesſionem propriam iudicialem uide
tur quòd nō debeant admitti Bar. in l.nō fa
tetur ff.de confeſſ. Cor, in conſi.114. nu.13.
& 15.lib. primo idem uidetur dicendum de
his quæ probata non releuant, qualia præ-
ſupponetur per conſiliarios fere eſſe omnia
l.ad probationem in fi. C.de probat. Corn.
in conſi.87.in fi. lib.primo.

Vltimus articulus eſt qualis ſententia ſit
ferenda, in quo aduertat . quòd conſtat de
poſſesſione Marchionis tempore ſpolij ex
confeſſione ipſorum Genuenſium.Conſtat
etiam quòd ipſi Genuenſes uim intulerunt
mittendo exercitum cum bellicis tormentis
ad arcem expugnandam, & hoc fatentur ip
ſimet Genuenſes & ex inſtrumento capitu-
42 lationum conſtat de bello, ac ex † proteſta
tionibus Alphonſi uidetur cōſtare de metu
Ruin.conſi.42.lib.4.

Vltimo dubitari poterit numquid ſaltem
43 debeant † refundi expenſæ Reipub. quas fe
cit in inſtaurando Caſtro Franco : prout de
huiuſmodi reſtauratione ſit mentio in pro-
ceſſu per procuratorem Reipu. in quo caſu
conſiderandum erit,nunquid habeat locum
deciſ.Martin. Lauden. in tract. de Caſtella.
quæſt.13.ubi ait caueant,qui inuadunt Ca-
ſtrum iniuſtè quia ſi in eo fecerint expēſas,
eas non repetent,per tex.& gloſ.in l.ex ar-
gento.ff.de condictio.furtiua: cogitabitis.

44 Erit etiam aduertendum † ex quo negāt
Genuenſes ſe poſſidere, nunquid poſſit ha-
bere locum remedium de quo loquitur lex
ult.ff.de rei uend, & quod ſcribit Curt.in ad
ditio. ad Pract. Papien. in primo libel. in fi.

Super his, dignabitur uenerandum Colle
gium cogitare, quæ motiuorum gratia ex-
hibentur.

SVMMARIVM

SVBSEQVENTIS

Reſponſi ſeu uoti.

1 *Scæuola iureconſ. in arduis ſubſiſtere conſueuit.*

2 *Iudex extra ſuam iuriſdictionem ius dicere non poteſt.*

3 *Imperator totius mundi dominus dicitur.*

4 *Imperator Italiæ dominus dicitur.*

5 *Imperator fundatam habet intentionem, ſe in uniuerſum terrarum orbem poſſe iuſdicere.*

6 *Imperator dicitur Deus in terris.*

7 *Imperator iuriſdictionem fontem apud ſe habere dicitur.*

8 *Genuam Romano Imperio ſuppoſitam olim fuiſſe.*

9 *Genua a Magone Pæno funditus euerſa.*

10 *Genua a Sp. Lucretio Romano reædificata.*

11 *Genua & tota Liguria a M. Popilio Coſ. capitur, & multi captiui efficiuntur.*
12 *Paulus Aemilius Coſ. contra Ligures bellum gerit, eosq; Romano Imperio ſubijcit.*
13 *Rothais Lomgabardis Rex Genua potitur, eam diripit & euertit.*
14 *Fridericus Barbarubea Imperator Genuæ dominus factus nouos creauit Magiſtratus.*
15 *Carolus Quintus Imperator multa Genuenſibus conſulit priuilegia.*
16 *Priuilegiorum conceſſio ſubiectionem arguit.*
17 *Carolus Imperator, Genuam Ciuitatẽ ſuam appellare conſueuit.*
18 *Conſentire dicitur actui, qui ad ſui detrimentum fit, cum ſcit, nec contra eum proteſtatur.*
19 *Verba enuntiatura Principis probãt.*
20 *Feudi Dominus iudex eſt competens in cauſa feudali.*
21 *Spolij cauſa a iudice ordinario cognoſcitur.*
22 *Imperator in cauſa propria iuſdicere poteſt.*
23 *Finarium ab Otthone ſecundo Aledramo Saxono conceſſum.*
24 *Finarij Marchiones Imperij Ligij uaſſalli & homines effecti a Carolo Quarto.*
25 *Feudum Ligium a quibus concedatur, & de illius natura.*
26 *Vaſſallus ligius duorum, quis eſſe non poteſt.*
27 *Vaſſallus ligius habet, non modo res, ſed & bona domino ſubiecta.*
28 *Iudex competens eſt ratione rei ſitæ.*
29 *Antonioti Adurni Genuenſium ducis laudum, in cauſa Finarij, quo tempore latum.*
30 *Succeſſor utitur iure ſui prædeceſſoris.*
31 *Res tranſit cum onere ſuo.*
32 *Imperator delicta perpetrata, ubiq; locorum punire poteſt, ſed infra aliter.*
33 *Vniuerſitas quãdo delinquere dicatur.*
34 *Spoliare dicitur, qui ſpolium factum ratum habet.*
35 *Priuilegium exemptionis a iuriſdictione ob perpetratum delictum perditur, iſque iterum ſubijcitur.*
36 *Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat & Priuilegium.*
37 *Priuilegium exemptionis a iuriſdictione, reuocatum dicitur, cum concedens ſe cauſæ iudicem declarat.*
38 *Princeps præſumitur uti plenitudine poteſtatis cum actus ab eo geſtus aliter non ualet.*
39 *Iudex ſemel approbatus, recuſari amplius non poteſt.*
40 *Declinatoriam qui tempore debito nõ proponit, in iudicem conſentire uidetur.*
41 *Iudex ordinarius eſt, qui rei conuentĩ iudex eſt.*
42 *Liberi ſumus a natura omnes.*
43 *Libertas non ſeruitus præſumitur.*
44 *Ciuitas iure alteri ſubiecta non præſumitur.*
45 *Sauonæ Ciuitas Genuenſi ſuppoſita.*
46 *Genuæ ciuitas ſui origine Imperio non ſuppoſita.*
47 *Ligures ab Aecadibus originem traxerunt.*
48 *Liuij locus declaratur.*
49 *Genua plenam conſequitur libertatem a Friderico primo.*
50 *Baldus Peruſinus, qua ætate uixerit.*

51 Baldus Peruſinus Georgij xi. Pontificis max. Præceptor.

52 Genuenſes ſuperiorem non recognoſcũt, quod multorum teſtimonio comprobatur.

53 Genuam eſſe liberam a ſuperioritate Imperij teſtatus eſt Carolus Quintus Imperator.

54 Beneficium Principis latè interpretatur, & quomodo beneficium eſſe cognoſcatur.

55 Aſſertiua uerba aſſerenti præiudicant ac illi conſentiant.

56 Clauſula, ſaluis Romani Imperij iuribus, in conceßione priuilegij ab Impera. facta, quid operetur, & paulo poſt.

57 Reſeruatio quid operetur, & cuius naturæ ſit.

58 Clauſula in executiuis poſita, nihil operatur.

59 Genua Camera imperialis eſt, & quomodo intelligatur.

60 Communis loquendi uſus, obſeruandus eſt.

61 Contraria ſeu pugnantia euitanda ſunt omnino.

62 Reipublicæ liberæ iura habent fiſci, & Imperij.

63 Venetorum Reſpublica & Dominium ſuperiorem non recognoſcit nec de iure, nec de facto.

64 Venetiarum Ciuitas communis patria dicitur.

65 Coſmus Medices Florentinorum Dux Sereniß. laudatur.

66 Florentinorum Reſpu. olim ſuperiorem, nec Imperium recognoſcebat.

67 Florentina Reſpub. libertatem a Rodulpho Imperatore conſecuta eſt.

68 Lucenſium Reſp. ab Imperio libera eſt, & a Rodulpho libertatem conſecuta eſt.

69 Imperij ſupioritas transferri an poſſit.

70 Reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis uerbis uniuerſalibus poſſunt trãſferri.

71 Reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis præſcribi quando poſſint.

72 Ciuitas Imperij iura & ſuperioritatẽ præſcribere quando poſſit.

73 Appellationis ſecundę & tertiæ cognitionem qui habet, Imperij ſuperioritatem habere dicitur.

74 Perſona cõcedentis Priuilegium in eo non comprehenditur, ex eo ligatur.

75 Perſona loquentis in fauorabili diſpoſitione comprehenditur ex ea que ligatur.

76 Perſona loquentis & concedentis in conceſſione comprehenditur ratione ſubiectæ materiæ.

77 Perſona loquentis in conceſſione ex certa ſcientia facta includitur.

78 Perſona loquentis in diſpoſitione comprehenditur, quando illa alias nihil operaretur.

79 Interpretatio illa ſumitur ne fruſtra diſpoſitio facta ſit, etiã in priuilegijs

80 Finarium intra fines Genuenſiũ eſſe.

81 Genuenſium fines, qui.

82 Alua Pompeia intra Liguriæ fines.

83 Pollentia oppidum antiquiſſimum intra Liguriæ fines.

84 Argumentum ab extremis præſumptiue concludit.

85 Præſumptio transfert probandi onus in aduerſarium.

76 Totum integrale ſuas partes comprehendit.

87 *Finarij Marchiones per tempus immemoriale Genuenſium Rempub. in dominam directi recognouerunt.*

88 *Præſcriptione temporis immemorialis directum Dominum in re feudali adquiri poteſt.*

89 *Iudex ordinarius cum iuſtitiam recuſat adminiſtrare ſuperior, & maximè Pontifex maximus adiri poteſt.*

90 *Superior ubi eſt ſuſpectus ſuſpecti ſunt & illius officiales.*

91 *Suſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando.*

92 *Qualitas iuriſdictionis fundatiua ante omnia diffinienda eſt.*

93 *Feudi dominus non cognoſcit ſuper qualitate, qua eum feudi dominum negatur.*

94 *Qualitas iuriſdictionis fundatiua, quãdo ſummariè, & quando plenariè tractanda ſit.*

95 *Feudi dominus inter uaſſallos Iudex non eſt competens, cum alter illorum ſe uaſſallum negat.*

96 *Libelli & petitionis qualitas conſiderari debet, ad iuriſdictionem fundandam.*

97 *Spoliatus feudo non a feudi domino tã quàm iudice, ſed ab ordinario conuenti ſpoliatoris reſtituendus eſt.*

98 *Imperatorem totius Mundi dominum non eſſe, iure diuino, Naturali, & poſitiuo probatur.*

99 *Oldradus iureconſultus Legum pater et maximè authoritatis habetur.*

100 *Didacus Couarriuas Hiſpanus iureconſul. laudatur.*

101 *Sermo uniuerſalis in uno falſus in omnibus falſus dicitur.*

102 *Rex Catholicus Hiſpaniarum Imperatorem non recognoſcit.*

103 *Rex Chriſtianiſſimus Galliarum Imperatorem non recognoſcit.*

104 *Dux Sabaudiæ Sereniſſimus Imperatorem non recognoſcit.*

105 *Dux Mediolani Imperatorum non recognoſcit.*

106 *Priuilegiorũ conceſſio præſumptiue tã tum ſubiectionem arguit.*

107 *Verba enuntiatiua Imperatoris alteriuſue Principis probant, quãdo ſumus in antiquis non in recẽti facto.*

108 *Verba enuntiatiua Principum probant, cum ſunt de negotio plene informato, non ſemper.*

109 *Verba enuntiatiua Principis non probant, quando præiudicaretur iuri alteri iam quæſito.*

110 *Genua olim a Rege Gallorũ dominata*

111 *Exceptio, tua non intereſt, litis finita dicitur.*

112 *Dominus feudi Iudex non eſt de re feudi, cum eſt controuerſia inter uaſſallum & non uaſſallum.*

113 *Inno. in cap. ex parte. de foro compe. declaratur.*

114 *Baldus in l.3.col.1. uerſi. quarto quid C. ſi a non compe. Iud. declaratur.*

115 *Imperator non eſt iudex competens in cauſa propria contra non ſubditos.*

116 *Imperator licet certis caſibus in cauſa propria poſſit iudicare, ex honeſtate tamen cauſam debet non ſuſpecto delegare.*

117 *Aledrami & Adelaſiæ Hiſtoria.*

118 *Hiſtoricorum uarietas in Aledrami & Adelaſiæ Hiſtoria.*

119 *Aledramus ex Adelaſia ſeptem procreat filios ex multorum authoritatibus.*

120 *Marchia ab Otthone ſecundo donatæ Aledramo Genero.*
121 *Finarij Marchia & Sauonæ una & eadem.*
122 *Aledramus ex Adelaſia quatuor filios tantum ſuſcepit ex Volaterrani authoritate.*
123 *Aledramus ex Adelaſia duos tantũ ſuſcepit filios, ex antiquis Chronicis Montiſferrati.*
124 *Aledrami linea quo tempore extincta.*
125 *Chronicis antiquis credendum.*
126 *Montiſferrati Marchia & Finarij eãdem habuerunt originem.*
127 *Probare eum debet ſe talem qualem ſe facit.*
128 *Otthonis Secundi conceſsio Aledramo facta donationis uim non feudi habuit.*
129 *Imperator delinquentem ubique locorum punire non poteſt.*
130 *Delictum extra locum originis commiſſum in loco originis puniri minime poteſt.*
131 *Conueniri ciuiliter non poteſt in loco originis ob delictum, qui extra locũ illum deliquit.*
132 *Præſes prouinciæ cognoſcit, cum uaſſallus ſpoliatus fuit.*
133 *Delictum non cõmittit, qui facit quod facere poſſe iuſtè credidit.*
134 *Dolo carere dicitur, qui paratus eſt de iure ſuo docere.*
135 *Priuilegiorum reuocatio non præſumitur.*
136 *Priuilegium, quod tranſit in uim contractus reuocari non poteſt.*
137 *Princeps legem ſibi poteſt imponere, a qua non poterit recedere.*
138 *Pontifex Maximus contra Imperatorem iudex eſt competens.*
139 *Priuilegia conceſſa ob bene merita ad libitum reuocari non poſſe.*
140 *Priuilegia conceſſa ob benemerita iuſta ex cauſa reuocari non poſſe.*
141 *Cauſa iuſta in Imperatore non præſumitur dum reuocat Priuilegium nõ ſubdito conceſſum.*
142 *Cauſa iuſta præſumitur in Principe, cum ex motu proprio aliquid agit, ſecus ſi ad partis inſtantiam.*
143 *Cauſa iuſta reuocãdi Priuilegium ſubeſſe dicitur cum illud maximum adferebat detrimentum.*
144 *Clauſula plenitudinis poteſtatis nihil operatur contra non ſubditum a natura.*
145 *Clauſula plenitudinis poteſtatis nihil operatur ad tollendum ea, quæ per uim contractus fuerunt conceſſa.*
146 *Clauſula Plenitudinis poteſtatis uti, non præſumitur Princeps, cum ex ea reſultaret iniquitas.*
147 *Clauſula plenitudinis poteſtatis, uti præſumitur Princeps, ut actus ualeat. quod inibi declaratur.*
148 *Declinatoria oppoſita dicitur, cum qualitas iuriſdictionis fundatiua negatur.*
149 *Declinatoria oppoſita dicitur, cũ quis ſe illi Iudici ſuppoſitum negat.*
150 *Appellatione pendente nihil innouandum.*
151 *Sententia lata a Iudice incompetenti eſt ipſo iure nulla.*
152 *Nullitas ſententiæ, quæ a iuriſdictione prouenit, cæteris eſt maior.*

RESPONSVM SEV VOTVM SECVNDVM A IACOBO MENOCHIO

Iureconſulto habitum in Sacro & Venerando Collegio Papienſi, in motiuorum præcedentium reſolutione.

INITIVM A DOMINO.

MAgna profectò & præclara eſt, conſultiſſimi Patres, quam Ferdinādus Auſtria Impetatorū iuſtisſimus de amplisſimo hoc ordine concepit, opinio: cum, in tanta excelſæ Genuenſium Reipubli. & Alphonſi Carreti Marchionis Finarij illuſtrisſimi controuerſia, veſtram requirat ſentētiam, ſic etenim videre videor hunc ordinem, vel Apollinis Delphici oraculo, vel Areopagitarum ſenatui comparatum, quæ niſi de grauisſimis, cæteriſq; rebus dubijs conſulebantur. quare merito vobis gloriari nunc licet, cū vera ſit laus, quæ a maximis ac probatisſimis viris proficiſcitur, ſic gloriari ſolebat Lucius Cerbidius ille noſter Scæuola, quod a M. Antonio Philoſopho Imperatore maximo de iure ſæpisſime interrogaretur, ſic lætari conſueuit Aemilius ille Papinianus iureconſultorū acutiſſimꝰ, quod Septimio Seuero amicisſimus foret, ipſaque eius reſponſa plurimi faceret. Muneris ergo veſtri erit. P. A. (qui veſter mos eſt) quæ iuſtitiæ partes ſunt, eas veſtra auctoritate tueri, illiuſque fines non tranſilire, quandoquidem in tam ardua finienda controuerſia, ut pro æquo & bono ſententiam ferat, ſummus hic Imperator, non tam ampliſſimo prudentiſſimoq; deferre voluit conſiliariorum ordini, quàm, vt veſtrū hoc conſultaret oraculum. Dabò ipſe operam totis uiribus, donec apud vos ſum, vt veritas in tenebris deliteſcens in lucem prodeat.

Cæterum veſtrum erit. P. C. rationibus noſtris diligenter cognitis ac perſpectis, quid rectius, quid iuſtius erit iudicare. Hac verò in controuerſia, cum plures ſint, quæ pulchro ordine excutiendæ ſoluendæq; proponuntur dubitationes, illa vna eſt omnium prima.

Prima inquam, utrumnè controuerſiæ huius competens ſit iudex Imperatorum hic Auguſtisſimus.

Secunda utrumnè ab Illuſtrisſimo hoc Finarij

narij Marchione ritè rectèque inſtitutum
fuerit iudicium hoc Reintegrandæ poſſeſſo
rium.

Tertia utrumnè, in hoc tam controuerſo
iudicio, Petitorij cauſam cum poſſeſſoria cu
mulare liceat.

Quartam adijciemus nos, quorum alte-
rum, uel Illuſtriſſimus ipſe Marchio, uel Ge
nuenſis potius excelſa Reſpubli. in Petito-
rio ius foueat.

Quinta ex ordine erit. Quid hac in cau-
ſa iudiciouè agendum nunc ſit, poſteaquam
excelſæ Genuenſis Reipub. Procurator, in-
terpoſita appellatione, a lata per ipſum Im
peratorem interlocutoria, qua ad ulteriora
procedendum eſſe declarauit, iudicium de-
ſeruit, ab aula receſſit, domumque, nullo
ſui loco ſuffecto, reuerſus eſt.

Sexta erit, utrumnè excelſæ Genuenſis ca
pitula iam in cauſa porrecta recipi admit-
tiq; debeant.

Septima, qualis ſit in cauſa hac ferenda
ſententia.

Vltima, utrumnè ſaltem excelſæ ipſi Rei
publicæ reſtituendæ ſint impenſæ, quas in
Caſtri Franchi refectione erogauit.

Dubitationum ergo propoſitarum egre
gium ordinem, ut omni cura, & ſtudio pro-
ſequar ac explicem, in hac omnium prima
1 difficilimaque, non mediocriter more † Sce
uolæ iureconſulti in. l. ſeruum quoq; in prin
cip. de procura. & in. l. ſi me & Titium. ff. de
reb. cred. & ſi cert. peta. ſubſiſtebam. in eam
enim ſententiam, prima (ut aiunt) fronte de
ſcendendum uidebatur, Inuict. Ferdinādum
Imperatorem noſtrum, cauſæ huius & con
trouerſiæ iudicem fore competentē, in hāc
que opinionem multis aliquādo adducebar
rationibus & argumentis.

Primo ſic argumentabar. cōpetens iudex
is iudicatur, qui in ſuos Iuriſdictionem exer
cet, ſibique ſubditos coercere poteſt. at Rei
publicæ Genuenſi Diuus ipſe Ferdinandus
præeſt illiuſque Dominus cenſetur. in eam
ergo iuſdicere poterit. maior propoſitio ut
de ſe nota eſt, ſic nec noſtra ꝓbatione eget.
teſtantur enim iureconſulti ſepiſſime, ut in
l. eum, qui in. l. ultima. ff. de iuriſd. om. iud. &
in integro illo titulo. C. ſi a non compe. iud.
illiſque in locis fuſius noſtri interpretes, in
2 † ſubditos tantum iuſdicere poſſe Magiſtra
tus, quando quidem in alienæ ditionis ſup-
poſitos, nulla eſt poteſtas, uel Imperium.

minor propoſitio, ut maioris eſt ponderis,
ſic clarius probari uidetur, Genuenſium ſci
licet Rempub. eſſe Imperio ſuppoſitam. Id
3 enim ex eo ſatis conſtat, quoniam † iure
uniuerſi orbis Moderatorem, & Dñm, Impe
ratorē credimus, quod Eudemoni Nicome
dienſi reſpondidiſſe Diuum Antoninum te
ſtatur Mætianus Voluſius in. l. deprecatio.
ff. de legem Rodhiam de iactu. Ego quidem
Mundi Dominus, lex autem maris, reſpon-
dit ille, quæ enim differentia introducitur
(inquit Iuſtinianus in. l. Bene à Zenone. C.
de quadrienn. præſcrip.) cum omnia Prin-
cipis eſſe intelligantur, quod ex noſtris in-
finiti propè affirmarunt, ut apud Reſtaurū
Caſtal. inſignem iureconſultum in Tracta.
de Imperatore. q. 52. qui receptiſſimam hāc
eſſe ſententiam teſtatur quod in noſtris his
4 † Italiæ Regionibus maximè procedere in
telligimus, ex cap. Imperialem. §. firmiter de
prohibi. feudi aliena. per Frider. hinc factū
eſt, ut interrogatus reſpondiderit Alexand.
Imolenſis conſi. 87. in fin. lib. 6. à quo non re
ceſſit Reſtaurus loco, quem paulò ante cita
uimus. q. 53. num. 19. eſſe ſatis ſuperque fun-
5 datam (ut illi aiunt) † Imperatoris intentio
nem, ſe in omnes poſſe iuſdicere, eumq; pro
bationis onere grauari, qui ſe Imperatoris
iuriſdictioni non ſubiacere contendit, quod
etiam ex Hadriani conſtitutione in cap. Ha
drianus. 63. diſtinctione admonuit Bertachi
nus tracta. Gabellarum parte prima. q. 2. &
Tractat. de Epiſcopo. pagina. 91. q. 16. num.
36. nec immeritò certe hoc factum dicitur,
6 cum in terris Deus habeatur imperator, ut
teſtatur Iuſt. in auth. de conſulibus in fi. qua
re docuit Inno. in cap. cum M. Ferrarienſis
7 de conſtitu. & poſt eum Baldus in † Impera
tore eſſe iuriſdictionum fontem, è quo cæ-
teræ omnes fluunt ac refluūt, quod & anno-
tarunt Cur. Iun. conſi. 157. num. 12. Rubeus
conſi. 77. nu. 1. Pariſ. conſi. 1. nu. 12. lib. 2. ſic di
cimus ſacrilegij inſtar eſſe aduerſus impera
toris poteſtatem ſentire. l. 2. C. de crimine ſa
crilegij. & ex noſtris affirmarunt Iaſ. in. l. re
ſcripta. nu. 6. C. de præcib. Imperat. offeren.
Dec. conſil. 588. num. 2. & conſultiſſimus Ay
mo Crauet. mihi compater colendiſſimus
conſil. 241. nu. 2. 3. cæteros ſciens prætereo.
Quin? (ut cætera omittamus, & re in hanc in
8 ſpecie magis attingamus) † Genuam eſſe Im
perio ſuppoſitā, illud eſt argumento, quod
Romanis fere ſemper paruit, ut non uno in

loco literis mandarunt rerum diligentiſſimi
ſcriptores,unus omnium preſertim optimus.
Liuius , is poſtea quam libro octauo tertiæ
Decadis,in hæc uerba ſcriptum reliquit.Ea-
9 dem æſtate † Mago Amilcaris filius ex mi-
nore Balearium inſula, ubi hybernarat,iuuē
tute lecta in claſſem impoſita,in Italiam tri-
ginta ferme roſtratis nauibus & multis one-
rarijs,duodecim millium Peditum,duo fer-
me equitum traiecit:Genuamque nullis Præ
ſidijs maritimam oram tutantibus,repenti-
no aduentu cœpit , inde ad orā Ligurorum
Alpinorum,ſi quos ibi motus facere poſſet,
claſſem appulit , ſic libro decimo Decadis
10 tertiæ, in hæc ſubijcit uerba. Et † Lucretio
prorogatum Imperium , ut Genuam oppi-
dum a Magone Pœno dirutū exædificaret:
idem libro ſecundo Quintæ Decadis.M. Po
11 pilio Coſ.† hæc literis mandauit. Poſt hanc
pugnam ex diuerſa fuga in unum collecti Li
gures, cum maiorem multo partem ciuium
amiſſam, quam ſupereſſe cernerent. (nec.n.
plus decem milia hominum erant) dedide-
runt ſe ſe,nihil quidem illi pacti ſperauerant
tamen non atrocius, quam ſuperiores Impe
ratores Coſ.in ſe ſæuiturū:at ille arma om-
nibus ademit,oppidum diruit , ipſos bonaq;
eorum uendidit,literasque ſenatui de rebus
a ſe geſtis miſit.Apud Plutarchum quoq; in
Pauli Aemilij uita ſic legimus.Coſ.autē fa-
12 ctus † Aemilius,bellum geſſit aduerſus Ligu
res,homines bellicoſos,& ob uicinitatē Ro
manorum bellandi peritos. Incolunt enim
extremā Italiæ orā, quę ad Alpes pertinet,
ipſamq;Alpium,quantum Tyrreno abluitur
Pelago,& cōtra Libyā conſurgit, permixti
Gallis & Iberis maritimis: Tunc autem præ
datorijs nauigijs mare uſq; ad Herculeas co
lumnas infeſtabant.Contra eos igitur Aemi
lius Coſ.cum octo millibus militum miſſus.
Hæc paucitate copiarum triginta millia ho
ſtium conflixit; eisque in fugam uerſis,& in
tra mœnia compulſis, ſpem bonam humani-
tatis præſtitit neq; enim uolebāt Romani,
Ligurum gentem omnino delere , ſed ueluti
ſpem ac præſidium aduerſus Gallicos tumul
tus,qui Italiæ continue imminebant , relin-
quere.Aemilij igitur fiducia adducti Ligu-
res,naues & oppida illi dederunt . Ipſe uero
dirutis mœnibus,nec genere ullo iniuriæ il-
lato,urbes quidem reſtituit, naues uero ade
mit , nec illius multitudinis nauigium ſupra
triſcalmum eis reliquit. Homines autem tā

mari , quàm terra a Liguribus antèa cap-
tos,ciues peregrinoſque liberauit. Genuam
itaque Romano ſuppoſitam Imperio fuiſſe,
olim intelligimus,reſque ita ſe habuit ad an
num uſque ſepticenteſimum ſalutis noſtræ,
ut Blondus de Illuſtrata Italia ſcripſit , uel
ad annum uſque ſexcenteſimum ſexageſi-
mum,ut Leandro Alberto in Deſcriptione
13 Italiæ, placuit,quo tempore † Rorharis Lō
gobardorum Rex ſumma ui ea potitus eſt
ſæudeque dirupuit ,ac impiè Tyrannicèque
funditus ferè euertit: quibus adſtipulatur
Raphael Volaterranus in commentarijs ur
banis libro.4.capite.primo , & ab anno illo
ad annum uſque centeſimum primum ſupra
milleſimum Genuam ſub Imperio fuiſſe in-
nuit Georgius Merula libro.6.Hiſtoriarum
14 uice comitum Quin.anno 1190.†Fridericus
Barbarubea uulgo appellatus,dum ille impe
raret,nouos eligi iuſſit Magiſtratus,nouoſ-
que adminiſtrationis inſtituit ordines , ut
Leandro Alberto placuit. Nec diſſentit Ne
bienſis Epiſcopus in Genuēſium Annalibus.
15 Accedit præterea,quod anno 1528. † Caro
lus Quintus Imperatorum feliciſſimus, no-
uum a Genuenſibus in rebus publicis admi-
niſtrandis inſtitutum ordinem, cum iſtic eſ-
ſet,confirmauit, nouaque & ampliſſima cō
tulit priuilegia, quod teſtatur Leander Al-
bertus , quem mox retulimus,& nobis ipſis
ſatis oſtendunt exhibita ipſorum priuilegio
16 rum documenta, quæ ſane † priuilegiorum
conceſſio,Imperatoris in Genuenſes iuriſdi
ctionem arguit , & Imperium oſtendit,ut
poſt Ioannem Lignanum interrogatus re-
ſpondit Riminal.conſil.268.num 4.libro.2,
17 Accidit & illud † Carolum. Quintum con-
ſueuiſſe in multis,uel reſcriptis, uel conceſ-
ſis Priuilegijs in hæc uerba, Genuam appel
lare ciuitatem,datum in Ciuitate noſtra Ge
nuæ ut inter cætera legitur in priuilegio cō
ceſſo Illuſtriſſimo Ioanni Carreto,Alphonſi
huius illuſtriſſ. Marchionis patri, q̄ ſanè ra-
tio eo fortior & firmior redditur,quo nulla
unquā a Genuenſibus facta reperitur prote
18 ſtatio , † qua illæſum ius proprium eſſe uo-
luerint , ob idque in Imperatorem con-
ſenſiſſe dicuntur,iuxta iureconſulti reſpon-
ſum in.l.ſi filiusfamil.ff.ad.S. C. Macedo. &
egregiè ſcribunt Matheſ. nota.22. Iaſon in
l.quæ doris nume.92. ff.ſoluto matrimonio
& in conſil 47.nume.2.libro.1.Dec. conſil.
430. in fine,& conſi.632.nume.16.Ripa.in.l.

admonendi numero.139.ff. de iure iurando Goza.conſil.23.numero.6.Et cum ita atte-
19 ſtatus fuerit is Diuus Carolus.V.illius † uer bis etiam enuntiatiuis deferendū eſt ut pro bat tex.Clē.1.de,pbatio, & ſcribūt egregiē Afflictus Deci.305.nu.13.14.& Rui.cōſ.103. nu.10.lib.5.cum præſertim propter ſe, non propter aliud emiſſa uideantur: ſatis ergo conſtare uidetur Imperatorem huius cauſæ iudicem eſſe competentem.

Secundo loco, ut huius eſſem opinionis, ea Innocētij adducebar authoritate in ca.
20 ex parte de ſacro compe.dū affirmauit † in feudorum controuerſijs, feudi dominum iudicem eſſe competentem cuius ſententiā uiſi ſunt probare Baldus,Imola,Soc.& Dec. in c.ex transmiſſa de foro compe.& in cap. ceterū de iudicijs,reiecta(ut aliqui credunt) gloſæ authoritate ibi eo fortius hæc confir tur,quo cauſa hæc poſſeſſorij eſt iudicij,dū ut deiectus reſtitui petit Marchio, in qua iu
21 dicis partes ſuſtinet, qui † ordinarius eſt ſic Bald.in.l.3.col.1.C.ſi a non compe.iud.in c. 1.§.ſi inter pares de lege Corradi, & Aretinus in cap.cæterum de iudicijs. idē uiſus eſt reſpondere.Iaſ.in conſil.60.col.2.uerſ.ſecūdo & fortius.l.1. cū ergo Impator iudex ſit ordinarius,ſequit̃ iuſdicere i hac cauſa poſſe

Tertio ſic argumentari poſſe quandoq;
22 eſt uiſum. † Imperator in propria ac ſuorū cauſa ſibi iuſdicere poteſt.l.,pximē.ff. de ijs qui in teſta.del.l.Et hoc Tiberius.ff.de here. Inſt.§.ultimo.Inſt.de hered.Inſt. & ex noſtris annotarunt Baldus in.l.unica.C.ne quis in ſua cauſa.Dec.conſil.588.num.1.2.Goza. conſi.1.nu.27.Reſtaurus Tract.de Imperat.
23 q.91.num.2.at feudum † Finarienſe Imperij eſſe,inueſtitura Otthonis ſecūdi anno.967. Decimo Calen.Aprilis Carretēſibus cōceſſa,oſtendit cuius rei meminit etiam Albericus Roſitus i ſuo Dictionario in uerbo. feudum,oſtendit & inueſtitura Caroli Quarti
24 anno.1353.cōceſſa,qua hos Imperij † Ligios uaſſallos eſſe probatur,quorū natura eſt, ut uni tantum ſubſint concedenti, præterea nemini,quod ſatis ſuperq; probat text.in cap. ſi quis inueſtierit de feudo dato in uicē legis commiſſo.glo.Clem.Paſtoralis.§.deinde in uerbo,Ligius.de re iudicata. Iſernia i.c.1.§. omnem de noua forma fidel. Ioā.de Anna. conſil.7.nu.9.Iacobinus a Sancto Georgio in inueſtitura feudali in uerbo feudum colu. 3.uerſicul.ſeptima diuiſio,quo loci affirma-
25 uit,† feudum hoc ligium ſolum concedi ab eo,qui ſuperiorē nec habet,nec recognoſcit quare nulla alteri in ea conceſſione reſeruari ſolet fidelitas,ut ſcribunt oēs cap.1.§.feudum de prohib.feud.alienat.per Frideric. & ſcripſit Guido Papę.q.309. Vltra oct. Iaſon in præludijs feudorum nu. 106. 107. Iacobinus a Sctō Georgio Tractatu de Homagijs colu.3.uerſ.Tertius caſus,ob idq; affirmarūt
26 † uaſſallum duorum ligium eſſe non poſſe, quod placuit & cæteris præſertim Iacobo Aluaro in cap.1.§.ultimo in fine.Hic finitur lex Corradi, Afflicto Deciſione.307. nu.3. Quin&interrogatus reſpondit Guido Papæ conſi.213.ſequuntur &c.nu.4. etiam pro diuerſis rebus,quem duorum uaſſallum ligium effici non poſſe.alia docuit Iaſon in.l.de pupillo.§.ſi plurimum.ff.de operis noui nunti. & in hanc ſententiā præter cæteros adfero elegans Baldi reſpōſum in conſi.291.Ad cui dentiā præmittendum eſt lib.2. quo loci in primis uerbis capituli ſi quis inueſtitus de capitulis extraordinarijs, non impreſſi forte, uerba retulit reſponditque,uaſſallum ligium duorum eſſe non poſſe. Quin& Iacobinus, quem mox citaui.d.Tracta.de Homagijs colu.3.uerſ.quartus caſus ſcripſit,non perſonas
27 modo horum † uaſſallorum,ſed & bona ipſa concedenti feudum ligium eſſe ſuppoſita. ſequitur ergo hac in cauſa Imperatorem iuſdicere poſſe.
28 Quarto ſic aliquādo iuſtabā † ratione rei ſitę in alias ſubditos,poteſt iudex ſuam exercere iuriſdictionem,at Genuenſes partē feudi Finarij quod Imperij eſſe diximus,poſſident,ergo in eos iuſdicere poterit Imperator.maior propoſitio ſatis de ſe nota eſt,cū tex.ſit clarus in cap.ſanē & ibi Soc.q.7.de foro competenti: minor autē pariter probari
29 ſatis dicit̃ ex laudo † Antonioti Adurni prudentiſſimi olim Genuenſium Ducis,lato anno.1385. quo tempore is Adurnus Rempublicam hanc excelſam moderabatur, (ut ſæpius relati Nebienſis Epiſcopus in Genuenſium Annalibus & Leander Albertus in Italiæ deſcriptione teſtantur)ex eo itaque laudo Reſpublica hęc partem huius Finarienſis feudi conſecuta dicitur, quo fit, ut in ius
30 † ſuccedens eo iure prædeceſſori competēti uti & ad commodum ac incommodum debeat.l.qui in ius de regalis iuris:tranſit enim
31 † res ſuo cum onere.l.is cui opus,ubi late Iaſ. num.6.ff.de operis noui nuntia.& late ſcri-

bunt Affl ct.Deciſi.95.nu.3.4.Soc.Sen.conſi.
45.lib.3.conſi.12.lib 4.Goza.conſi.15.num.
13.Pariſ.conſi.127.num.12.lib.4.Tiraq. Tra
cta.de retractu conſang.§.1.glo.10.num.13.
& Soc.Iun.conſi.74.num.8.lib.3.

Quinto argumentari ſic licere uidetur: Im
32 perator † delicta ubique locorum perpetra
ta punire poteſt, & de eis iudicium ferre, cũ
proprium ſit imperatoris illud exequi, ubi
te inuenero ibi te iudicabo.l.1.ubi glo.C.ubi
de crimine agi oportet glo. in ca.ultimo de
foro competẽte quo loci annotarũt Abbas
& cæteri, & clarius ex facto interrogatus re
ſpondit Rubeus Alexand.conſi.77. numero
primo ſed Genuenſes occupando oppida &
Caſtra Finarienſia, acerrimo bello illato, de
liquiſſe dicuntur, ac in pœnam legis Iuliæ
de ui publica. &.l. ſi quis in tantam.C.unde
ui, incidiſſe nec hæſitandum eſſe uidetur Rẽ
33 publicam non deliquiſſe † cum uexillis leua
tis, habitoq;(ut teſtantur acta) inter eos con
ſilio ac deliberatione, indictum fuerit bellũ,
ſic docuit Bartol. in.l.aut facta.§. nonnum-
quam num.9.ff.de priuatis delictis, Boe.Tra
ctat.de ſeditioſis.quæſtio.ult. & in ſpecie no
ſtri caſus annotarunt Cynus & Albericus in
d.l.ſi quis in tantam ille colum.4.iſte colum
na.2.in fine, egregie Pariſ.conſi.21.num.30.
lib.4. qui receptã apud omnes eſſe teſtatur,
quod fortius procedere & clarius eſſe dici-
tur hoc caſu, ubi facta occupatione, Reſpu-
34 blica geſta omnia † dicitur ratum habuiſſe,
quo fit ut ipſamet Reſpublica ſpoliaſſe &
uim intuliſſe dicatur.l.1.§.deieciſſe.ff.de ui et
ui armata, quem in hanc ſententiam citauit
Bartol.d.§. nonnunquam num.10.& reſpon
dit Iaſ.conſi.139.colum.2.lib.4.in.l. Ciuitas
nu.3.ff.ſi certum petatur, Afflictus Deciſio-
ne.376.num.3.Pariſ.conſi.21.num.32.lib.4.
Confirmatur quia & ſi Genuẽſibus aliquod
conceſſum alias dicatur Priuilegiũ, quo Im-
peratoris iuriſdictionem & iudicium euita-
35 re, declinareque potuerint, † attamen ob
perpetratum delictum illud amiſiſſe dicun-
tur, ut ſatis probari uidetur in auth.qua in
Prouincia.C.ubi de crimine agi oportet, &
poſt a ſe relatos docuit Iaſon.in.l.beneficiũ.
num.52.ff.de conſtitu.Princip.ſenſit Maria.
Soc.Sen.in cap.Propoſuiſti.q.9.de.foro cõ-
petente, qui ea ratione affirmant ſubijci iu
riſdictioni ordinarij qui alias ab illius iuriſdi
ctione erant exempti.

Sexto in hanc opinionem ex eo aliquan-
36 do adducebar, quod ceſſante cauſa † priuile
gij ceſſat priuilegium.l.athletæ.§.1.l. Geo-
metræ.l.idem Vlpianus.ff. de excuſa.tuto.l.
Titia Seio.§.uſuras de lega.2.latiſſime Tira
quellus Tracta. Quod ceſſante cauſa ceſſet
effectus parte prima nume.203.ſed Genuen
ſium Priuilegium, quo ſe ab Imperatoris iu
riſdictione tuebantur, ceſſat ergo ipſius im-
peratoris iudicium euitare non potuerunt.
probatur.illa minor propoſitio duplici ra-
tione, tum ob commiſſum delictum (ut mox
37 retuli) tum quia ipſemet imperator † Priui-
legium ex eo reuocaſſe dicitur, quod ſe hu-
ius cauſæ iudicem competentem declarauit,
quamobrem in antecedens neceſſarium, Pri
uilegium illud exemptionis reuocatum cen
ſetur: argumento.l. illud.ff. de adquirenda
hereditate & tradit Afflictus Deciſione.5.
38 nume.3 quod tanto fortius procedit cum †
Princeps clauſula plenitudinis poteſtatis uti
tur, qua in dubio uti præſumitur, ut actus ua
leat, ut docuerunt Caſtr.in.l.ex imperfecto.
C. de teſtament. Alexand.l. quamquam nu.
5.C.de teſtam. milit. Dec.l. in teſtamento
num.11.in fine.C.eodem de teſtament. mili
tar.conſil.11.colum.penul.& reſpondit Rui
nus conſil.23.nume.4.lib.2.Soc.Iunior.con.
134.numer.27. libro. 3. Crauetta conſilio.
7.5.numero tertio.

Vltimo, ut ita ſentirem, non me urgebat
39 mediocriter illud, quod † iudex ſemel appro
batus, recuſari illiuſque euitari iuriſdictio
amplius non poteſt.l. ſed & ſi ſuſceperit.ff.
de iudicijs, ſed Imperatoris iuriſdictionem
iam ſemel approbaſſe dicuntur Genuenſes,
40 cum debito tempore † declinatoriam non
propoſuerint, ut omnes ſcribunt in.d.l. ſed
& ſi ſuſceperit Practicus Papienſis in forma
declinatoria, in uerbo nec fuiſſe nume.1.Fe-
ly.in ca.Paſtoralis, de exceptio. euitari ergo
Imperatoris iudicium non poteſt. Hæc me
non parum hæſitantem, ut contra excelſam
hanc Genuenſium Remp. ſentirẽ reddebant.

Re tamen ipſa diligentiſſimo ſtudio om-
ni que cura & opera perpenſa, totus in con-
trariam ſententiam diſceſſi, Ferdinandum
Imperatorem noſtrum Auguſtiſſ.huius con
trouerſiæ iudicem non eſſe competentem,
quod ut dicam, multis adducor rationibus,
& argumentis.

Primo eo adducor fundamento. Compe-
41 tens & † ordinarius is eſt iudex, qui rei con-
uenti iudex eſt.glo.in cap.1.§.ultimo de pro

hib. feudi aliena.per Frider.omnes in. l.ulti.
de iuriſdictione omnium iudicum at Im-
perator Genuenſium ordinarius iudex non
eſt eum ab eius iuridictione & ; Imperio
liberi & exempti ſint, ergo iudex eorum
competens non erit.maior eſt probata,mi-
nor uera ſic multis demonſtratur, eaque ra-
42 tione † prima, quod liberi ſumus natura &
origine omnes.l.libertas.ff.de ſtatu ho.l.ma
numiſſiones.ff. de Iuſti.& iure.§.1.Inſt.de li
43 bertinis,hinc diximus non ſeruitutem,ſed †
libertatem, ut potè iuri naturali conſenta-
neam præſumi.l.altius.C de ſeruit.& aqua.
ob id in noſtris terminis reſpondit Iaſ.con-
ſil.60.colum.3.in princip.lib.1.feudalem rẽ
non eſſe, ſed liberam. alia congerunt plura
Cur.Iunior conſil.140.num.4.Pariſius conſ.
20.colu.ri.lib.1.Alciat.late Tract.præſump.
4.Crauet.conſilio 1 c.num. 9. & in ſpec.ex
relata regula reſpondit Decius conſil.360.
44 nume.4.in dubio non præſumi † unam Ciui
tatem eſſe ſubiectam alteri, conſuluit enim
45 Dec.pro Ciuitate † Sauonæ,an ſubeſſet Ci-
uitati Genuæ, ut in eadem met.facti ſpecie
conſuluit Curt.Iunior.conſil.124. aduerſus
quos,in indiuiduo eiuſdem caſus, conſuluit
Ruinus conſil.1.lib.4. & ad rem magis, ſua
46 origine † Genu. non eſſe alicuius Imperio
ſubiectos demonſtratur auctoritate uiri dili
gentiſſimi ac antiquitatum obſeruatoris fi-
deliſſimi Dionyſii Halicarnaſſei,qui li. pri
mo Antiquitatum Romam. in hæc uerba
ſcribit. Alij Rurſum Ligurum colonos eos
fuiſſe fabulabuntur,Vmbris confinium. Li-
gures enim & Italiæ quaſdam partes habi-
tant & Galliæ incertum ab utra profecti pa
tria, nam hactenus incomperta origo eius
gentis eſt.Sed ſcriptorum Romanorum do-
ctiſſimi, & in his Porcius Cato,qui diligen
tiſſime ſcripſit de conditoribus Italicarum
urbium, Caiuſque Sempronius & aliquod
alij, Græcos eos eſſe adfirmãt profectos ex
Achaia multis ante bellum Troianum æta-
tibus, nec tamen diſertè tradũt,ex qua Græ
ca natione, qua ue urbe migrauerint, ac ne
tempus quidem, aut Ducem coloniæ, aut
quo caſu antiquam patriam reliquerint,tã-
tum fabulam ſecuti Græcanicã nullius Græ
ci authoris eã confirmant teſtimonio.Itaq;
rei ueritas, quomodo ſe habeat incertum
eſt, quod ſi iſtorum ſermo ſanus eſt, non
poſſunt eſſe coloni alterius generis, quam
47 † Arcadici, hæc ille. Libertatem autem hos

populos, ad tempora illa uſque Magonis,
cuius(paulo ante meminimus)amiſiſſe & in
Romanorum poteſtatem Ditionemque ue
niſſe ſcriptorũ nemo eſt,qui affirmet.Quin
nec iam relati Liuius & Plutarchus id ſen-
48 tiunt,nam Liuius eo † loci quem ſupra retu
limus lib.2.ſecundæ decadis,ſubdit poſt re-
lata uerba hæc ipſa. Quas ob res placere
Senatui.M.Pompilium Coſ.Ligures pretio
emptoribus, ipſos reſtituere in libertatem,
bonaque ut ijs, quidquid recuperari poſſit,
reddatur curare:arma quoque tempore fie-
ri in ea gente:Conſulem de prouincia dece
dere cum deditos in ſuam ſedem Ligures re
ſtituiſſent:claram uictoriam uincendo oppu
gnanteis,non ſeuiendo in afflictos fieri.. qui
ſane locus Genuenſium libertatem potius,
quam ſubiectionem oſtendit,quod is aliquo
49 tempore conſtare poteſt † Genuenſes im-
perio paruiſſe, iam clarius conſtat anno ſa-
lutis noſtræ 1162. Friderici liberalitate ple
na libertate donatos imò in antiqua confir
matos,quod fecit & Henricus Friderici ſuc-
ceſſor anno 1191.ut Nebienſis Epiſcopus in
ſæpius citatis Annalibus ſcripſit, & ex no-
ſtris multi affirmarunt,ut Baldus conſi.182.
caſus eſt.Rex Cipri libro.5. quo loci inge-
nuè teſtatur,Genuenſium Rempubl.nullum
uel Imperatorem,uel Regem,aliumue in ſu
periorem ac dominũ recognoſcere, qua au
50 tem † uixerit ætate Baldus Peruſinus norũt
omnes, ex marmore in ædibus Diui Franci
ſci huius Ciuitatis.in humanis enim agebat
ante annum. 1400. cum eo anno.4. Calend.
51 Maij uita functus ſit,& † Gregorij.11.Pon-
tificis maximi præceptor fuit,ut i illius Gre
gorij uita ſcripſit Platina,ex quo etiam in-
telligimus,Grægorium illum anno.1371.Põ
52 tificatum aſſecutum fuiſſe † Genuen.quoq;
ab omni nexu ſeruitutis & ſubiectionis ſolu
tos eſſe teſtatur Andreas Barba.Siculus cõſ.
38.colum.penul.uerſicul.præterea dicitur in
iſto lib.1. qui reſpondit Genuam tempore,
quo aliquas cũ Regibus Aragonũ iniuit cõ-
uentiones fuiſſe in plena & abſoluta liberta
te, ꝙ forte contigit propè annũ.13.35. quo
tempore Robertus Aragonius Rex una cũ
Ioanne.22.Põtifice Maximo ea Ciuitate po
titus eſt,ut rerum diligentiſſimi annotarunt
ſcriptores,ab eo itaque anno.1335. ad annũ
uſq;.1529.Diuos Imperatores aliquos in eã
Ciuitatem, uel Imperium uel iuriſdictionẽ
exercuiſſe,nemo eſt qui ſcribat.Quin ex no

ſtris Decius cõſil.534.num.1.& conſil.649.
nu.2.dum Piſis doceret,reſpondit Genuen-
ſes ſuperiorẽ non recognoſcere,id enim cõ-
tingit prope annum.1515.idẽ clare affirmat
Reſtaurus Caſtaldus Tractã.de imperatore.
q.54.nu.10. Quare factũ eſt,ut iuſta opti-
53 maque ratione permotus Diuus † Carolus
Quintus,eo anno.1529.cũ per aliquot dies
in ea Genuẽſi Ciuitate commoraretur,hãc
ipſam a Romano Imperio illeſam libertatẽ
eſſe uoluerit,ſuoque ampliſſimo confirma-
uerit teſtimonio, Genuenſium Rempub. ab
immemoriali tempore citra eſſe in quaſi
poſſeſſionem libertatis affirmans, quæ uer-
ba in ſuo uero ac potentiori(ut iuri conue-
nit)ſignificatu ſumpta,oſtendunt Genuen-
ſium Rempublicam, etiam a ſuperioritate
imperij liberam exemptamque fore.cũ præ
54 ſertim ſimus in † beneficio Principis,ex quo
conceſſio ei tantum nocere poteſt, iuxta de
clarationem Iaſ.in.l. Beneficium nume.25.
ff.de legibus, quod beneficium latam habet
ac amplam ſignificationem, ut in noſtris ter
minis affirmarunt Roma conſil.271.Iaſ.con
ſil.45.colum.2.uerſic.tertio moueor quia li.
1.& Crauet. conſil. 209.nume. 7.ſenſus iſte
ex claris illius Priuilegij, ſeu uerius conceſ
ſionis Beneficij uerbis elicitur,dum affirma
uit imperator in controuerſiis Genuenſium
iudicem eſſe adeundum , ex his oſtendens
Rempubl. illam ſupremi Principis locum te
55 nere,quæ ſane † aſſertio,& ſi non alteri,ipſi
tamen aſſerenti non mediocre adfert detri
mentum l.quidam ff. de proba.l.optimam.
C.de contrahe.& committe.ſtipula Soc.Sen.
conſil.214.col.4.lib.2.Dec.conſil.42.in quar
to dubio.Crauet.Tractatu.de antiquitate tẽ
porum parte prima tertia particula, quæ in
cipit propoſitum.nume.19.qui nume.20.ſu-
biicit ex Socini Senioris ſententia uerba hec
detrimentum adferre abſentibus , actui tñ
conſentientibus , ſic idem Craue. reſpondit
conſil.97. nu.10.quod ipſe imperatore etiã
noſtro hoc caſu uerum intelligo, cum uer-
ba illa ſint principaliter & propter ſe prola-
ta,iuxta quæ latiſſime ſcribit ipſe Craue.d.
tertia particula nume. 16.17.Quæ ſane aſſer
tio totam hanc dirimit quæſtionem,niſi mo
do,cum maleuolis, & qui per cauillos & an
fractus rem claram ponant in ambiguo,aga
mus, quorum leuibus offendiculis & obie-
ctionibus, ut occurram quæ forte huic aſſer
tioni obiici poſſent diſſoluam illiſque pro
uiribus ſatisfaciam.

Non ergo illud primum Genuenſium ad
uerſatur libertati,eſſe a Diuo Carolo cõceſ-
56 ſum Priuilegium.† ſaluis Romani Imperij
iuribus. quoniam uerba hæc,non eam habẽt
ſenſum,quem aliqui male opinantur reſerua
tum intelligi imperij ius,oſtendiq; Romanũ
Imperium ſupremam illam in Genuenſes ha
bere poteſtatem,ut uiſus eſt ſentire Reſtau-
rus Caſtal. tractat. de imperatore. q.110.in
caſu 330.reſeruato.nam notum eſt ita omni
57 bus, ut nec id ignorent uix iuris initiati † re
ſeruationem illius eſſe naturæ, ut ius quod
eſt conſeruet,non nouum adferat,quod ip-
ſa uerbi ſignificatio oſtendit,& ſatis proba-
tur in l.ſi quis.§.pleriq; de religio.& ſump.
fune.in.l.3.§.1.ff.quib.modis pignus uel hy
po.ſoluitur l.3.§.pen.ff.de libero.hom.exhi-
ben.& poſt Angelum Socinum & alios con-
ſultus reſpondit Craue.noſter in conſil. 29.
nume.8.conſil.44. num.25.& conſi.289.nu.
9.eiuſdem addo ſententiæ Ruinum conſi.40.
nume.7.conſil.99.nu.10.lib.1.& Socinum Iu
niorem conſil.134.nume.86.lib.3. hinc dice
re ſolemus reſeruationem fruſtra appoſi-
tam, cum nullum ſubeſt ius, quod reſeruari
poteſt. l. ſi uenditione in fine. ff.communia
prædiorum.l.ſi quis legauerit,de legatis pri-
mo ibiq; annotarunt Bar.& Iaſon. & inter-
rogatus reſpondit Crauetta conſil. 15.num.
2.conſil.33.nume.20.uerſ.ſexto decido,conſ.
70.nume. 6. conſil.226.nume.6.qui ſcite ac
docte,pro illius more,alios plures in hãc re
tulit ſentẽtiam, huic ergo ſatisfactũ eſt obii
ci, cum demonſtratum minime fuerit, ante
huius reſeruationis tempora,Imperio ſuppo
ſitam fuiſſe Genuenſium Rempub.Reſpon-
deri etiam ſecundo loco ſic poſſe arbitror
clauſulam ſaluis Imperij iuribus, intelligi ſi
ius aliquod alia ex cauſa,quã ex expreſſis in
priuilegio,& cõceſſione,competeret, ut om
nium primus ex facto cõſuluit Oldra.conſ.
330.col.ult.quem ſecuti ſunt Gomeſ. in Cõ
menta.ad regulas Cancellariæ.De nõ tollen
do iure quæſito.q.1.pagina ultima.uerſ. po-
ſtremo,& Pariſius conſil.16.num. 30. conſil.
70 nu.12.li.1.nec aliter loquitur ſi recte per-
pẽdatur Reſtaurus.d.caſu.330.cum ergo nõ
modo abſoluta libertas in genere, ſed & fo
ri priuilegium in ſpecie(ut retuli)in eo priui
legio expreſſa fuerint,ſequitur clauſulã illã
Imperij ſubiectionem nõ arguere. Poteſt re
58 ſponderi,& tertio,† clauſulam illam in fine,

ĩn uerbiſque executiuis poſitam eſſe, quarè
nihil operatur, ut in ſpecie reſpondit Dec.
conſil.413. num. 8.9.& cõferunt, quę paſſim
noſtri ſcribunt, clauſulas & uerba in executi
uis poſita nihil opari, ex illo tex. Clem.1.de
prebē.ut docuit Iaſ.in.l.ius ciuile n.8.de iuſt.
& iure conſ.6.col.5.lib.3.& cõſ.99.col.3.li.4.
Dec.conſ.423.nu.19.& egregiè cõſ.500.n.9.
10.Cur.Iun.conſ.3.nu.2.conſ.56.nu.3. & cõ
ſil.131.n.6.Ripa.l.qui Romæ.§.duo.fratres
nu.45.de uerbo.oblig.Soc.Iun.cõſ.93.nu.25.
lib.3.cęteros ſciens prætereo.Non aduerſan
tur pariter huic ſententiæ, illius Priuilegij ſeu
59 conceſſionis uerba dũ † Genua, Camera Im
perialis appellaſ, quæ forte uerba ex aliquo
rũ opinione, iuxta cõmunē loquēdi uſum in
telligere debemus, locũ eſſe imperij, impera
toriq; ſubiectũ, utpote, ꝙ Impator ius Ca-
meræ, quæ impialis diciſ, in ea ciuitate ha-
60 beat, qui ſane † cõmunis loquendi uſus ob-
ſeruandus maxime eſt.l. liberorum.§. quod
tamen Caſſius, de leg.3.l.Labeo.§.idem Tu-
bero.ubi late Bart.ff.de ſuppellect.lega.late,
docte, & egregie Didaeus.lib.3.uaria.reſol.
capit.5.nu.1.Rolandus a Valle uir conſultiſ-
ſimus tracta.de Lucro dotis.q.6.n.6.Huic dif
ficultati iri ſatisfactum ſic puto, ſi dicamus
uerba illa oſtēndere, non Imperatorē in ea
Ciuitate & Repub. ius Cameræ, ſed ciuita-
tē in ſe, ad ſui cõmodũ Impij iura & camerã
habere, quaſi oſtēndere uelit imperator, Rē
pub. hanc excelſam, quoad ſibi ſubditos ſum
mo potiri Imperio, iuſq; fiſci habere multis
hic ſenſus ſuadetur. Primo quia ſi alius ſume
retur, ſibi parũ conſtans uideretur Impera-
tor Carolus Quintus, poſteaquam atteſta-
tus eſt hanc Rēpub. ab immemoriali tēpore
citra, eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis, quæ
libertas in potentiori ſigificatu ſumpta (ut
ſumi debere paulo ante diximus) oſtendit li
bertatē eſſe a ſuperioritate imperii; quo fit,
61 ut euitanda omnino ſint † pugnantia ca.inter
dilectos de fide Inſtrumentorũ cuius argu-
mento affirmãt ex noſtris quãplurimi oēm
diſpoſitionē ſic debere intelligi, ne repugnã-
tiæ in ea reperiantur. Dec.in.l.ubi repugnan
tia in fine de reg.iuris.& cõſi.517.nu.4. Alc.
tractat.præſump. reg.2.præſump. 31.Boe.q.
252.nu.1.2.Soc.Iun.conſil.125.nu.16. lib.1.
Pariſius.conſil.102.nu.19.lib.1.cæteros con
ſulto omittam. Suadetur ſecundo hic ſenſus,
62 quia ſolent hæ † Reſpub. libertate donatæ
iura fiſci, & Imperij in ſe & ad ſui cõmodum
habere, quod egregie docuit Bart.in.l.cun-
ctos populos nume.50. in fine. C.de ſumma
trini.& fide catol. cuius ſentētiam probauit
Baldus in.l.1.in fi.C.de hered.& actio.uend.
& ſi eo loci male opinetur Baldus princips
ſupremo reſeruata, conceſſa nõ cenſeri, qua
de re ſuo loco fuſius. Confirmatur tertio
exemplo aliarum ciuitatũ & Rerũpub. quæ
63 libertate fruuntur abſoluta, ut in † Ciuitate
Venetiarũ, quæ ut omnimoda libertate frui
tur, ſic nec Imperatorem ipſum recognoſcit
quod docuit Bart.in.l.hoſtes.ff. de captiuis
& poſtlim. reuer. Baldus in rub.ff. de rerũ di
uiſ.col.4.& poſt multos Iaſ.in.l. ex hoc iure
num.26.de iuſti.& iure in.l. cũctos populos
prima lectura nu.11. C. de ſum. trin. & fide
catol. & conſil.70.col.2.li.3.Reſtaur.Caſtal
dus tract.de imperatore.q.54.nu.9. qui mul
tis affirmauit ſereniſſimam Venetorum Rē-
pub. Nec de iure, nec de facto imperatori ſu
beſſe, ob idque non licere imperatori ipſi in
illorũ locis, & ciuitatibus, uoluntariam etiã
iuriſdictionem exercere; quod in eadē met
facti ſpecie conſultus reſpondit Ruinus con
ſil.66.lib.3.nec aliter reſponderunt Pariſius
conſil.2.nu.12.15.li.2.& Soc.Iun. conſi.100.
nu.10.li.2.qua ratione factũ eſt, ut Raphael
Fulgoſius conſil.62.ſtante ſtatuto. col.2. &
64 Comenſis conſil.72.uiſis pactis in fine † Ci
uitatem Venetiarũ cõmunē hodie dixerint
patriam, quod dixit & Gomeſ. Hiſpa. in.§.
fuerat.nu.5.Inſt. de actio. idem olim de No
biliſſima Florentinorum Repub. dicebatur,
65 cui nunc præeſt. † Coſmus Medices Dux pru
dentiſſimus ſimulac liberaliſſimus, cuius in
rebus publicis adminiſtrandis, curã ſtudiũ,
prudentiam, ſummamque uigilantiam, eſt,
quod cęteri uniuerſi terrarum orbis Princi
66 pes ante oculos habeant. Hæc ergo † Floren
tinorum Ciuitas nec imperatorem, nec alte
rum olim recognoſcebat ſuperiorem, ut ex
noſtris aſſirmarunt Soc. Sen.conſil.273.col.
pen.lib.2.Iaſ.conſ.70.col.2.li.3.Fely. in cap.
cũ nõ liceat.col.pē.uer. Quarto cõſidero de
præſcrip.Dec.conſi.357.nu.2.Purpura. in.l.
1.nu.329.ff.de officio eius cui mãd. eſt iuriſ.
Reſtaurus Caſtald.tract.de Impatore.q.54
nu.11.& recte ſentiunt, mea ſententia, quan
68 doquidem illa † Reſpub.(ut author eſt Plati
na i uita Honorij Quarti Põtificis maximi)
numeratis ſex milibus coronatis a Rodulfo
Imperatore libertatem aſſecuta ſit. Idem de
68 † Lucenſium Repub. eo loci literis prodidit

Platina, quæ numeratis duodecim millibus
coronatis eandem ſibi acquiſiuit libertatẽ,
cuius rei meminit & Felyn. ſtatim relatus, et
Dec.conſ.528.nu.2.& Reſtaurus.d.q.54.nu.
12.qui uno ore affirmarunt, non licere im-
peratori eas quouiſmodo uexare eſt: ergo
diſſolutus hic obex, qui malè creditur fortiſſimus,

Non quoq; noſtræ huic ſententiæ aduer-
69 ſatur, Imperatori nõ licuiſſe † imperij iura &
ſupremam illam poteſtatẽ in Genuẽſes tran
ſferre, ut uiſus eſt ſentire, quẽ paulò ante ci
tauimus Baldus in.l.1.in fine.C.de hered. &
actio.uend.cui accedunt Longouallius in.l.
imperium nu.256.ff.de iuriſd.om.iud. Caro
lus Molinæus in conſuetu. Pariſienſis titu-
lo.§.1.glo.5.n.53.54.& Didacus Couarr.li.
practicarum quæſtionum.ca.4. nu.1.in fine.
Quoniam uno uerbo ſatisfacio, ueriorẽ &
crebriorem eſſe eorum ſententiã, qui aliter
ſenſerunt, iura ſcilicet Imperij, ſupremã po
teſtatem ac illa demũ ſupremo Imperatori
& Principi reſeruata traſferri cõcediuè poſ
ſe: ut huius fuit ſentẽtiæ ſibi parum conſtãs
Baldus conſil.64.lib.1.Ange.in.l.Imperium.
col.2.uer.ex prædictis.etiam de iuriſd.omn.
iud.Caſtren.conſi.63.Quod dicti reditus ſa-
lis lib.1.Roma.conſil.371.uiſa tota latè Iaſ.
conſil.45.col.2.3.lib.1.& conſi.161.lib.2. Ru
beus cõſil.50.& alios plures retulit Crauet.
conſil.209.num.8.addo Balbum in tract.pre
ſcriptio.2.parte quintæ partis princip.col.2.
Soc. Iunio. conſil.80.nu.40.lib.3.qui uerum
affirmauit, quando in conceſſione adhibita
ſunt uerba multum generalia ac uniuerſalia
70 unũ hoc eſt † reſeruata in ſignum ſupremę
poteſtatis tranſferri poſſe, quod eorũ autho
ritatẽ confirmatur, qui negant imperatorẽ
his i locis legitimare poſſe ſpurios, nec crea
re notarios, qui actus ſupremo principi reſer
uata ſunt. Sic interrogati reſponderunt Iaſ.
conſil.70.col.2.lib.3.Ruinus conſil.66.lib.3.
Soc.Iun.conſil.100.nu.10.lib.2.Pariſ.conſ.2.
nume.13.lib.1.Confirmat ex crebriori uerio
71 rique eorum ſententia, qui affirmarunt, † re
ſeruata Imperatori, & Principi in ſignum ſu
premæ poteſtatis, centenaria præſcriptione
acquiri præſcribiq; poſſe, ut hanc ueriorẽ ac
receptiorem doctorum opinionẽ oſtendit
& tuetur Crauet.tract.de antiq. tempo.quar
ta particula quartæ partis principalis.n.73.
72 & in ſpecie † ciuitatẽ iura Imperijque ſupe-
rioritatẽ poſſe præſcriptione acquirere, cõ-
ſuluit Oldra.conſi.69.conſueuit col.4.uerſi.
Nec obſtat quod dicitur ꝙ Imperium: cuius
reſponſum retulit & extendit Craue.qui ſta
tim fuit relatus nu.76.in fin. procedere etiã
in priuato: addo eiuſdem ſententiæ Balbum
tract.præſcrip.in.4.parte princip.q.2. Ruin.
conſil.21.col.2.lib.2.Cur.Iun. conſi.158.nu.
16.Albã conſi. 62.nu.34.conſi.64. nu.91.92.
Soc.Iun.conſi.76.nu.86.87.lib.1.Rolandum
a Valle conſi.3.nu.82.83. qui duo poſterio-
res, ſic conſuluere in cauſa Marchionatus
Montisferrati, quę Marchia eandẽ habuiſſe
dicitur originem, quam habuit & hæc Fina
rij. & idem tandem ſenſiſſe uiſus eſt Reſtau
rus Caſtaldus tract.de Imperatore.q.54.nu.
7.Hæc eò fortius procedunt, quo uerò intel
ligimus excelſam hanc Rempub.non modo
73 primæ, uerum & † ſecundæ ac tertiæ appel-
lationis cognitionem hábere & a iudicatis
per illius Magiſtratus, ad alium recurſum
non dari ex quo intelligimus iura Imperij
ac ſupremę poteſtatis apud eam eſſe: ſic Cra
ue.conſil.205.num.16.Didacus libro Practi
carum quæſtio.cap.4.nu.6. ex quibus ceſſat
hæc difficultas, cum etiam ſecundo loco re-
ſpondere rectè poteſt Baldum, Molinæum
Didacum & cæteros, qui iura & Imperij ſu
perioritatem non poſſe transferri affirma-
runt, loqui cũ Dominus & ſuperior, feudũ,
ut Caſtrũ, oppidum, Ciuitatem uel Prouin-
ciã concedit. at nos extra hos terminos uer
ſamur, quandoquidem nihil Carolus Quin
tus nihil cæteri illius anteceſſores huic Rei-
pub.conceſſerunt. Sed ſolum affirmarunt eã
liberam, quod intelligitur etiam ab imperij
ſuperioritate, cum alioqui eorum aſſertio
& conceſſio nihil operaretur, cõtra regulã.
l.ſi quãdo in prin.de leg.1.& infra ſtatim ſub
ijciam. Non pariter illud aduerſatur, con-
74 ceſſionem hanc ſeu † Priuilegium, uel bene
ficium potius, a Carolo.V. & cæteris cõceſ-
ſum illorum perſonam non comprehende-
re iuxta textum.l.inquiſitio.C.de ſolutio.&
cap.quiſquis.de prębendis, & pulchre apud
Ruinum conſil.83.col.ult.lib.5.Gozad.cõſ.
76.nu.14.& conſil.101.nu.20. Quoniam re-
75 ſpondetur primo, † infauorabili diſpoſitio-
ne, & conceſſione etiam concedentis perſo
nam includi, ut poſt Socinum Seniorem con
ſultus reſpondit Crauet.conſi.274.n.12.nos
autem in fauorabili diſpoſitione uerſari du
bium nemini eſt, & iam oſtendimus. Reſpon
76 detur ſecundo ex ſubiecta materia † cõcedẽ
tis

tis perſonam in conceſſione comprehendi,
ut eo conſil.274.num.12.uerſ.tertio reſpon
deo affirmauit poſt Cynum & corneũ,quos
retulit ſubiecta autem materia hic docet,ne
rè agi de ipſiusmet imperatoris perſona, &
ſuperioritate, cum de alterius ſuperioritate
& Imperio eo tẽpore fuerit nec ſit nunc du
bitatio. Reſpondetur tertio hanc conceſſio
77 nem eſſe † ex certa ſcientia factam,quamob
rem concedentis perſonam includit: ſic re-
ſpondit Goza.conſi.76.nu.11.in fine. Reſpõ-
detur quarto,quod cũ(ut ſtatim dixi) de al-
terius ſuperioritate hic non ambigatur, eſt
enim indubitatum eo tẽpore anni. 1529. cũ
Carolus Quintus aſſeruit, excelſam hanc
Rempublicam liberam eſſe,nullum ſuperio
rem recognouiſſe; ſequitur imperatoris
78 perſonam hic † comprehẽdi,ne fruſtra ope
retur conceſſio,contra.l.ſi quando in princi
79 pio de legatis priuo † quod in priuilegijs
procedit etiam ſi ius tertij lederetur, Dec.
l.1.in fine.C.de ſecundis nuptijs, & quaſis
materia ſtricte in interpretanda uerba ita
ſumuntur,ut aliquid operentur. Calde.con-
ſil.6.in fine in tit. qui filij ſint leg. ubi in di-
ſpenſatione loquitur in renũciatione Aret.
conſil.104.col.3.uerſi.ultimo egregie Cra-
uet.conſil.272.num.7.conſil.294.nu.3.quod
fortius intelligit Soc Iun.conſil.94.num.20.
lib.3.etiam ſi uerba uix conuenirent.

Secundo loco, cum re ipſa oſtenderimus
Genuenſium Rempub.ſuperiorem aliquem
nec ipſum quidem ſupremum imperatorem
recognoſcere, ſequitur huius controuerſiæ
iudicem eſſe competentem ipſius ciuitatis
& Reipub. ordinarium hoc eo argumento
demonſtratur,quo uſi ſumus in.4.fundamẽ
to dum incontrariã argumentaremur partẽ
ratione rei ſitæ competens dicitur iudex,
qui incompetens alias dici potuiſſet cap.ſa-
80 ne de foro comp.† ſed Finarij regio,& Mar
chia eſt intra Genuenſium fines poſita,ordi
narius ergo Genuenſium iuſdicere poterit,
minor illa propoſitio multis probatur. Et
primo argumento ab extremis ſumpto, cũ
locus Finarij ſit collocatus intra Cotuum &
81 Monachum † Genuenſium confines, ut te-
ſtantur Geographi omnes, & Plinius libro
3. Naturalis Hiſtoriæ cap.5. oſtendit a Ni-
82 cea Maſſilienſium uſque ad Albam † Pom-
83 peiam Aſtam & Aquas Statyellorum ac †
Pollentiam oppidum: & præſertim Lean-
der Albertus Bononienſis,qui oſtendit Fina
rium intra hos confines comprehendi con
tinerique, eſt ergo intra fines Genuenſium,
ut annotarunt omnes in.l.Celſus.ff.de uſu-
cap.Soc.Sen.conſil.86.colum.2.uerſicul. ter
tia concluſio,& conſil.127.colum.3.libro.1.
Dec. conſil.528.num.2.Pariſius conſil.15.n.
9.conſil.27.num.13.lib.1. Crauet.conſil.54.
84 nu.9.quæ ſane † argumentatio dubio procul
præſumptiue ſaltem concludit, ut docuit
Abbas in cap.accedentibus num.6.de priui-
85 leg.& relati doctores, quæ † præſumptio
hoc operatur,ut probandi onus in aduerſa
rium reijciat.l. generaliter.§. ſi petitum in
fine.ff.de fideico.liber.& Dec.conſil.540.n.
11.Bru.conſi.109.num.1.late Didacus lib.2.
uaria.reſol.cap.6.num.1. Nec ad rem con-
fert,ſi quis obijceret ex inſtrumento initæ
conuentionis anno.1340.conſtare Finarium
habere diſtrictum ſeparatum a finibus Nau
li ad fines Petræ, quod oſtendunt & Blõdus
Leander, Albertus, Nebienſisq; Epiſcopus,
in illius loci deſcriptione.Nã (ut admonui)
ad rem non confert,quoniam ſingularis ſpe
cialisque loci deſignatio nõ efficit, quin ſuo
toto contineatur,hoc ad ſenſum patet, ha-
bet Liguria,ut Liguria eſt,ſuos diſtinctos fi
nes,ut tamen uniuerſa Italię prouincia, ſub
integro illo corpore comprehẽditur, ut mẽ
brum in toto corpore continetur, conſide
86 rata ergo Liguria,ut † totum integrale, Fi-
narium,ut partem,comprehendit:nec ſequi
tur eſt Finarium,ergo non eſt Ligurię pars,
ut animaduertunt noſtri in.l. qui uſumfru-
ctum ubi Iaſon nu.9. de uerborum obliga-
tione & per Euerardum in cẽturia legali in
argumento De toto ad partem,quo loci o-
ſtendit non licere argumẽtari, eſt pars ergo
eſt totum:eſt paries,ergo eſt domus:ut ſi di
cerem,eſt Finarium ergo eſt Liguria,ſed be
ne ſequitur eſt Finarium ergo eſt pars Ligu
rię,uel e contra eſt Liguria ergo & Finariũ
ut pars ſub toto continetur. Confirmatur ſe
cundo minor illa propoſitio,quod iam cla-
87 te cognouimus † Marchiones Finarij per tẽ
pora penè immemorialia Genuẽſibus fideli
tatem iuraſſe, ac preſtitiſſe, nam ut ſcribit
Nebienſis Epiſcopus,anno 1227.menſe Ma
io fidelitatẽ tunc iurarunt illius ętatis Mar-
chiones,inueſtituras ſumpſerunt,quod cla-
rius patet ex laudo ab Antonioto Adurnio
lato anno.1385.ad quod confirmandum ſta
tim illi Marchiones a Genuenſibus inueſtitu
ras ſumpſerũt,ſeruaruntq; fidelitatem hanc

debitis tēpibus nouas inueſtituras ſeu antiquarū renouatiuas accipiēdo uſq; ad annū. 148 ſatis ergo ſupq; demōſtrat, Genuēſes huius Marchionatus directos dños iuſto ex titulo, & longiſſimi temporis pręſcriptione factos
88 eſſe, cum prælertim † tanti temporis pręſcriptione, non utile modo, ſed & directum acquiratur dominium, ſic Iacobus Alua. in cap. 1. de feudo non habetur propriam naturam feudi. Abbas in capit. ad audientiam colum. ult. de pręſcript. Balbus Tractat. Pręſcriptio. quarta parte principali. q. 12. principali uerſic. quarto quæro, qua de relatius in quarto articulo attingemus.

Nec ſolidiſſimę huic cōfirmationi aduerſantur multa, quæ ſolent adferri, ut illud primum de conceſſione ab Otthone ſecundo, qui anno ſalutis noſtræ. 966. imperauit: ut etiam illud ſecundum, quod de inueſtitura Caroli Quarti conceſſā anno. 1355. quoniā illa nihil ſunt impedimento, ut abunde demonſtrabimus infra in quarto articulo quo loci oſtendemus etiam huic Marchioni; non prodeſſe ſuſceptam inueſtituram per Alphōſum ſeniorem huius auum a Maximiliano imperatore anno 1482. Minori itaque propoſitione ualidiſſimis probata argumentis ſatis ſuperque intelligimus huius controuerſiæ iudicem fore competentem Genuenſium ordinarium, quem adire Marchionis partes erant, ſic rectę docuit Fely. in capit. cum ueniſſent, nume. 5. uerſicu. ſecundo limita de
89 iudicijs, qui ſane † ordinarius ſi iuſtitiam adminiſtrare recuſaſſet ad pontificem maximum confugiendum illi erat, ut docuit Abbas in c. nouit, ubi Dec. num. 8. de iudicijs, & Fel. d. c. cum ueniſſent nume. 5. uerſic. ſecūdo limita. eo. & in capit. cum non liceat nume. 10. de præſcriptio. Cur. Sen. conſil. 66. ſuper præmiſſi. colum. 4. in fine idem in additio. ad Iaſon. in. l. cunctos populos prima lectura num. 11. in uerbo dominio. C. de ſumma Trini. & fide Catholica, quo loci eiuſdem ſententiæ citat Archidia. affirmarūt enim relati interpretes Principes & Dominos ſuperiorē non recognoſcentes (ut excelſa hæc Genuēſium Reſpubl.) ſub Pontifice Maximo eſſe conueniendos. Nec eſt, quod obijciatur, neceſſe minime fuiſſe confugere ad Genuen
90 ſium officiales, † quia cum Genuenſes ipſi ſint ſuſpecti, ſic & eorum officiales, ut reſpondit Brun. aſtenſis conſi. 31. nu. 9. quia reſpondetur uerius eſſe ut officiales non ſint ſuſpecti, ut quotidie uidemus Imperatorē Reges, Duces, & ſimiles officiales conſtituere, qui tam contra eos quā contra inferiores cognoſcunt, quā ſententiam probarunt crebriore calculo Doctores in. l. qui iuriſdictioni de iuriſdictione omnium iudicum, quo loci Dec. nume. 6. et Caſtren. ſententia 3 fa
91 firmauit † ſuſpectum in cognoſcendo, non eſſe ſuſpectum in delegando: poterat ergo Marchio adire officiales Genuę, uel delegatum in cauſa conſtitui petere, apud quem de rei ueritate quæreretur, nec aduerſatur illud Bruni reſponſum, qui dum num. 3. Caſtrēſ. ſententiam probat, hanc ipſam noſtram confirmat.

Tertio loco dato, nō tamē (ut dicere ſolemus) conceſſo, Finarienſe feudum non eſſe Genuenſis Reipublicæ, attamen adhuc conſtat clare & abſolute, eſſe feudum imperij:
92 quo fit, ut hac pendente dubitatione, † qualiſsit hæc, e qua iuriſdictionis principium & fundamentum ſumitur, excutiendā prius fuerit, ut docuerit Inno. in capit. ſuper literis, de reſcriptis Bart. l. præſcriptione nume. 8. C. ſi contra ius uel utili. pub. Alexand. l. 2. num. 16. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit, & conſil. 12. nume. 11. libr. 5. Soc. Sen. conſil. 187. colum. uerſic. præterea lib. 2. Cur. Iunior conſil. 124. nume. 6. Crauet. conſil. 196. nume. 5. Grammat. uoto. 31. nume. 7. Plotus. l. ſi quando nu. 826. C. unde ui, qui in his fere terminis præſertim Cur. Iun. & Soci. loquuntur. debuit ergo qualitas hæc an feudum Finarij eſſet imperij, uel non, ante omnia ad iuriſdictionem
93 fundandam cognoſci & finiri, in qua † qualitate finienda iudex competens eſſe non poteſt imperator noſter, cum ſe huius Marchiæ directum dominum (ut diximus) credat ſic poſt Abbatem clarè docuit Dec. in. d. cap. cæterū nume. 18. de iudicijs in claris noſtris terminis Iaſ. conſil. 60. nume. 2. in fine libro. 1. ex ea enim cognitione maximum ſentiret commodum, ob id non conceditur Dec. poſt alios in cap. ad audientiam nume 4. de appellatio. nec aliter ſentiunt Abbas in cap. ſi clericus laicum num. 8. de foro competente Fely. in cap. ſuper literis num. 27. uerſ. fallit. 7. de reſcriptis, quod tantū fortius hoc caſu procedit, ubi plenariè tractāda eſſet, licet
94 enim, qualitas † iuriſdictionis fundatiua, tractari tunc ſoleat ſummarie, cum plenior cognitio adhibenda eſt, ut reſpondit Alexand. conſil. 1. numero. 10. libr. 5. attamen, cum no-

ſtro hoc in caſu, nulla alia futura eſſet cognitio, plenarie hæc qualitas tractanda erat, ut egregie reſpondit Soc. Sen. conſil. 59. colum. 3. uerſiculo confirmatur, quia dicit Bartolus libro tertio, poſt Bartolum, quem citat cum ergo hoc in iudicio qualitas hæc excuſſa minime fuerit. Quinimmo dum cōtenderet Genuenſium procurator diligentiſſimus. D. Octauianus de Nigro, feudum, nō imperij, ſed Genuenſium eſſe, auditus non fuit, ſequitur imperatorem nunc poſſe nunc in cauſa cognoſcere, alias dubio procul nullum redderetur iudicium.

Quarto dato, non conceſſo tamen, feudum Finarij, Imperij eſſe, attamen adhuc cōtra Genuenſes iudicere imperator non poteſt, tunc enim † dominus directus inter uaſallos de feudo contendentes iudicat tum,
95 illi ſe uaſallos fatentur: at diuerſum eſt ſi uaſallorum alter, ſe illius uaſſallum eſſe negat, tunc enim adeundus eſt ordinarius capit. 1. §. ultimo de prohib. feud. aliena. per Frider. ubi Baldus nume. 4. & ibi Afflict. in ſeptima parte nume. 2. qui hanc eſſe communem ſentit, nec ab ea recedere eſt auſus. clarius ſic reſpondit idem Baldus conſil. 216. fuit quidam nobiliſſimus colum. ult. lib. 2. Dec. cap. cæterum nume. 9. uerſiculo ſecundus eſt, de iudicijs Soc. Sen. conſil. 12. colum. pen. uerſ. & prædicta etiam procedunt lib. 1. clare idē Soc. Sen. conſil. 187. in fin. lib. 2. Brunus conſil. 45. nume. 9. ſed noſtro hoc caſu, non modo negarunt Genuēſes ſe imperatoris uaſſallos eſſe, immo, affirmarunt, ſe Finarienſis feudi dominos, nō ergo iudex competens eſſe poteſt imperator.

Vltimo ex eo in hanc adducor ſententiā: quod ad fundandam iudicis iuriſdictionem, ſcio maxime neceſſarium fore, ut petitionis
96 cauſæque † qualitas perpendātur, præcipue in feudalibus, ut egregie reſpondit in terminis Iaſon conſil. 60. col. 3. uerſic. quarto principaliter lib. 1. ſed hic petitio non fuit ratione qualitatis feudi, iuriſque feudalis, ſed ut
97 de iure communi Marchio † ſpoliatus reſtitueretur, quo fit, ut non ipſe dominus feudi, ſed ordinarius ſpoliatoris, iuxta iuris communis diſpoſitionem adeūdus ſit, ſic clare in terminis reſpondit Iaſ. d. conſil. 60. colum. 2. uerſic. ſecundo fortius poſt Alexand. conſil. 79. colu. 2. uerſic. tertio fortificatur libr. 1. alios refert Bologn. in addit. ad conſi. Io. de Anna. conſil. 84. num. 8. non ergo imperator erit iudex competens, etiam ſi feudi dominus præſupponeretur, ſolida ſunt hæc fundamenta, quibus in hanc adducimur ſententiā, & multo ſolidiora oſtendemus, ſublatis his, quæ in contrariam partem retulimus, quæ quo plura, eo infirmiora ſunt.

Non obſtat ergo primum illud & præcipuum, quod adducebatur fundamentum, quoniam minor illa propoſitio, multis alioqui eo loci confirmata rationibus, uera non eſt. Corruit enim illa prima confirmatio,
98 qua diximus † imperatorem eſſe totius Mundi dominum, nam ut falſa eſt, ſic eam ualidiſſimis rationibus deſtruunt quatuor uiri conſultiſſimi, quorum loca recenſere ſatis ſuperque eſſe reor. Oldra. unus eſt ex antiquis cōſil. 69. conſuetuit, qui iure diuino, naturali, gētium, & ciuili, falſam hanc aſſertionem demonſtrat quantum autem Oldrado deferendam ſit, nemo eſt, qui ignoret, cum is fuerit
99 uetus † legum pater, ut meminit Caſtren. in l. is qui putat, in fine, de adquir. poſſeſ. Soc. Sen. conſi. 46. colum. 6. in fi. lib. 1. ideo Pariſ. conſil. 73. nume. 37. lib. 1. Oldr. authoritatem maximam eſſe teſtatur alter eſt ex recentioribus Didac. Couar. Hiſp. inter iurecōſultos noſtræ ætatis primarios enumerandus, qui
100 ob inſignem † eruditionem, meruit ut Epiſcopus deſignaretur, is inquam in c. peccatū in ſecunda parte relectionis. §. 9. de regulis iuris in. 6. qui multorū authoritatibus & ſoliſſimis iuribus & rationibus imperatorem totius mundi dominum non eſſe oſtendit, quod facit & Alcia. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Catholica, egregie ac docte Equina. Baro Tractatu. de beneficijs feudorum li. 2. cap. 1. hoc etiam ex eo demōſtratur, quod
101 cum hæc propoſitio † generalis multum ac uniuerſalis proponatur, ut in uno falſa eſt, ſic & in omnibus. l. ſi is qui ducent. in §. utrum. ubi Bartol. & Soc. ff. de rebus dubijs hanc ergo aſſertionem nō modo in uno, ſed & in multis falſam eſſe omnibus patet, nam
102 primo uidemus † Hiſpaniarū Regem Catholicum, (ut Turcas, Saracenos, Indos, cæteroſque Barbaros, ſilentio inuoluam) Imperatorem non recognoſcere, ut teſtantur Gom. in. §. fuerat. nu. 5. Inſt. de actio. Carolus Molineus in conſuetudine Pariſienſ. in princip.
103 num. 20. ſic † Regē Galliarum Chriſtianiſſimum, imperatorem non recognoſcere, multis late & ſubtiliter probarunt Oldra. conſil. 69. colum. 2. Ioan. Igneus in. l. neceſſarios, §.

nō alias,quarta parte nu.58.ff.ad.S. C.Silla.
idem in.l.donationes nu.3. C.de donat.Pe-
trus Rebuſtus in.l.unica.nu.52. C.de ſente.
104 quæ pro eo quod intereſt profer.ſic † Sere-
niſſimum Sabaudiæ Ducem, Imperatorem
non recognoſcere ſcripſit Purpura. in Rub.
ff.de offi.eius cui mand.eſt iurild.numer.20.
quare iuſta ac æqua ratione eſt factum,ut ſe
Dei Gratia Ducem affirmet,quo titulo ſe ſu
periorem non recognoſcere oſtendit, ſic
Eguinarius Baro doctiſſimus iureconſultus
in Tractatu de beneficijs feudorum libro.2.
Capit.1.ex textu.capit. quod. 8.diſtinctio-
105 ne ſic † Ducem Mediolani in ſuo Ducatu Im
peratorem non recognoſcere affirmat uit
Curt. Senior conſil.49. colum.11.conſil.50.
colum.32.uerſic. nono & conſil.66. colum.
4.uerſic.ſed præmiſſis.conſil.74.colum.29.
latiſſime de ampliſſima & abſolutiſſima Du
cis Mediolani poteſtate, tradit Lud. Bolog.
conſil.1.colu.17.uerſic.non obſtat illud &c.
quinimo in ſpecie paulò ante oſtendi,quã-
plures Reſpubl. eſſe a ſuperioritate imperij
liberas ut illa Venetorum,Lucenſium, & il-
la olim Florentinorum, quin oſtendimus in
induiduo Rempub.hanc excelſam Genuen
ſium, nec Imperatorem aliumuè ſuperiorē
recognoſcere, quod teſtimonio præſertim
Caroli Quinti comprobauimus.Cui nō ad-
uerſantur illa, quæ in eo adduximus funda-
mento.De priuilegiorum conceſſione,quæ
ſubiectionem oſtendit ex Riminald.d.conſ.
268.num.41.lib.2.& de nominatione, quod
enim de Priuilegiorum cōceſſione diximus
leue admodum eſt: nam illud tunc ſibi locū
106 uendicat,cum indubio ſumus † præſumptio
enim,quædam eſt, non cōcludens probatio
& demonſtratio, ut docuit Iaſon in. l. De-
cem num.46.de uerborum obligatione,quę
ſane præſumptio ceſſat in caſu claro, ut in
noſtro accedit, imo eo in caſu loqui Rimi-
nald.cum ex Priuilegio lex imponitur pri-
uilegiato,qui actus ſuperioritatem oſtendit
(inquit ille)alias nō,ut re ipſa uidemus.Prin
cipes externis Priuilegia cōcedere. Non pa
riter quod de nominatione diximus,aduer-
107 ſatur, cum illa † aſſertio ac enunciatio Ge-
nuenſibus obeſſe non poſſit, nam conſtitu-
tio Clem.1.de probatio. tunc demum pro-
cedit,cum in antiquis ſumus,at ſecus contra
in facto recenti,ut hic,ſic Crauet.Tractatus
de antiquitate temporum prima parte nu.
9.qui multos in hanc ſententiam retulit eo-
108 que loci nume.11. inquit tunc uerba † enun
tiatiua Principis probare,quãdo plene fuit
informatus quod hic non contingit rurſus
109 uerbis † enũtiatiuis Principis,non ſtatur,quã
do iure ſuo quis priuaretur, ſic ampliſſime
eo loci Crauetta nume.16.Cuius loca retu-
liſſe ſufficiat.cum is pro more multos alios
doctè & egregiè cōgerat.Rurſus ceſſat hæc
confirmatio,quoniam,non ipſis Genuenſi-
bus ſic fuit reſcriptum,ſed diuerſis,ut illi Al
phonſo Caretto & cæteris,quo in caſu non
loquitur.l.ſi filiusfamil.ad Maced.nec docto
res iam relati,qui loquuntur cum alicui da-
tæ ſiunt literæ, quæ detrimentum ei afferre
poſſunt,quibus is non contradicit. Non ad-
uerſatur quod adferri poſſet ex Decio con-
110 ſil.360.num.8.& conſil.361.num.7. †. Genu
am recognouiſſe Regem Galliarum ſicque
ſuperiorem,& ob id liberam non eſſe, quia
uno uerbo reſpondetur, quoad Imperium
Genuam dicere poſſe,quoad te liberas ędes
habeo iuxta.l. loci corpus. §. competit.ff.ſi
ſeruitus uend.Pariſ.conſi.100.nume.63. con
111 ſil.101.num.25. libro.1. quę ſanè † exceptio
tua non intereſt litis finitæ dicitur, Crauet.
conſil.182.numero.8.& conſil. 195. num.7.
accedit prætereà ſub Rege Gallorum fuiſſe
non de iure,ſed de facto, ut teſtantur Hiſto
rici omnes, & nunc re ipſa uidemus a nexu
illo liberatam.

Non obſtat nunc ſecundum illud princi-
pale fundamentum, quoniam illi eſt abunde
ſatisfactum, ex his quæ ſtatim retulimus in
tertio ac quartó noſtrę huius ſententię fun
damento,& in ſpecie magis illa confirman-
do reſpondeo gloſ.d.cap.cęterum in fine de
112 iudicijs optime loqui,dum affirmat, † quod
ſi de feudo controuerſia ſit inter uaſſallū,&
alterum non uaſſallum,Dominum feudi iu
dicem non eſſe competentem,ne in ſua cau
ſa ſibi iuſdicat, quod nec ipſi imperatori cō
ceditur ut infrà ſubijciam, nec eſt, qui illi
gloſe aduerſetur, nam Socinus.d. capitu.ex
tranſmiſſa colum.ſexta in fine uerſicul.ter-
tio limitatur,eam approbauit, dum inquit,
quando contentio eſt inter duos, quorum
alter neget feudum ſuperioris eſſe,apud quē
conuentus eſt is ſuperior iudex non erit cō
petens,quoniam eo caſu de eius commodo
agitur, & ſubdit exemplum, quod multum
ad rem confert,ſi ambigatur, an feudum ad
eccleſiam,uel ad laicum pertineat,nullus ip
ſorum iudicabit, ſed ordinarius erit compe

tens illud quo ſubdit, quod ſi duo contende
rent, & alter affirmaret eſſe feudum con-
ceſſum ab uno domino & alter, non ab eo,
ſed a ſuis prędeceſſoribus conceſſum con-
tenderet, is qui nunc dicitur feudi dominus
non eſt competens iudex, quia alias ſuum
tueri uellet factum, Non pariter aduerſatur
113 † Innocen. authoritas in capit. ex parte de
foro competente, quia Innocent. pręſuppo
nit ſatis clarum eſſe de iuriſdictione ordina
rij & poteſtate domini, neminemq; litigan
tium negare illum dominū talem eſſe, quod
114 hic non contingit: ſic † Baldus in.l.3.col.1.
uerſic. quero quid. C.ſi a non compet.iud.
qui in eo ſecundo fundamento citatur, diffi
cultatem nō facit cum is clare loquatur eo
caſu, cum ambo contendentes fatentur rem
eſſe feudalem, immo ſubijcit Baldus, quod
quando, quis eſt expulſus a caſtro, cum mul
titudine gentium (ut ille ait) ſicq; ui armata
Pręſidē illius prouincię cognoſcere debere
ſi ergo ex facto Genuenſ. credebat Marchio
ſe (ut aſſerit) ſpoliatū ui arm. prouinciæ præ
ſes erat adeundus, nō feudi dñs j. imperator
ſi mō dñs eſt, quod non conceditur, ſic intel
ligo Areti. & cæteros in. d. cap. cæterum de
iud. Iaſonis autem authoritas in. d. conſilio.
60. col. 2. uerſic. 2. & fortius lib. 1. retorque-
tur, is enim clare affirmat, quod quando ua-
ſallus pretendit ſe ab aliquo ſpoliatum &
contra ſpoliatorem uult agere, debere age-
re non coram domino feudi, ſed coram or-
dinario ſpoliatoris, cum tunc actor non ex
iure feudorum, ſed ex iure communi inui-
tatur, ut ſpoliatus ante omnia reſtituatur,
quod ſupra retuli.

Non obſtat tertium, dum ſic argumenta-
bamur, imperator in propria cauſa, & ſuorū
iuſdicere pōt, ſed feudum Finarij eſt propriū
ipſius Imperatoris, ergo &c. Reſpondetur
utramque propoſitionem quoad terminos
noſtros minus ueram eſſe, nam maior eſt fal
ſa, quandoquidē.l.& hoc Tiberius &.l.pro-
115 xime intelliguntur, contra ſuos ſubditos †
non contra alios, ſic egregie docuit Abbas
in capitulo nouit numero.16.de iudicijs. Cu
ius ſententiam eſt ſecutus Felyn. in capitulo
cum ueniſſent numero.5.uerſicu. Limita. pri
mo eodem titulo de iudicijs, quo loci ſic
quandoque obſeruatum teſtatur, idem cen
ſuit Socin. Sen. conſil.187. in fine lib.2 Reſtau
rus Tractat. de Imperatore.q.91.num.4. ubi
late quo loci paulo ante is retulit, omni ca-
116 ſu ex † honeſtate teneri cauſam alteri dele
gare, cum ergo ſatis ſuperque fuerit de-
monſtratum, Genuenſes non eſſe imperio
ſubditos, dubio procul ceſſat hęc argumen-
tatio. Eſt pariter falſa illa minor propoſitio
quoniam iam multis oſtendimus, feudum Fi
narij non eſſe Imperij, ſed Genuenſium.
Nec aduerſatur, quod eo loci ex inueſtitu-
ra, ſeu cōceſſione Otthonis Secundi & Ca
roli Quarti allatum fuit, quoniā in Ottho-
nis conceſſione nullum fundamentum ſoli
dum Finarij Marchiones conſtituere poſſe
clare demonſtrabitur, nam ius ſe metiri af-
firmant ijs Marchiones a perſona Alerami,
ſeu Aledrami, uel ut uocant Alij (Sabellicus
pręſertim) Almari, & Alaſię, ſeu Adalaſię.
117 Quorum † Hiſtoriam recenſent multi, ut M.
Antonius Sabellicus lib.2. Nonę Enneadis,
Raphael Volaterr. lib.4. Geographię in de-
ſcriptione Regionis Subalpinę, & Leander
Albertus in deſcriptione Montiſferrati, & ſi
118 † in aliquibus inter ſe diſſentiant. Scribunt
enim, Aleramum Ducis Saxoniæ Filium, cū
apud Otthonem hunc eſſet, Adalaſię Ot-
thonis filię amore captum, data inter eos fi
de clandeſtinoque contracto matrimonio
una ſimul a Regia domo aufugiſſe, & longo
emenſo itinere, ad Albignaunos perueniſſe
ubi diſſimulata utriuſque perſona, egregiā
prolem procrearunt, tādem ab Albugnaunē
ſi Antiſtite agnitos in Otthonis gratiam re
ceptos fuiſſe. Conueniunt Sabellicus & Leā
119 der Albertus, † Adalaſiam ſeptem ſuſcepiſſe
maſculos ex Aledramo, & Gulielmo Pri-
120 mogenito Otthonem illum † Marchiam
Montiſferrati contuliſſe: ſecundo datam
fuiſſe Sauonam ſcribit Sabellicus, tertio
Ceuam, quarto Inciſam, quinto Ponzo-
nium, ſexto Boſchum, ſeptimo Salutias, &
ſi Sabellici codex in aliquibus corruptus cir
cumferatur: Leander uero Albertus, ſcribit
Gulielmo Primogenito datam fuiſſe Mar-
chiam Montiſferrati, ſecūdo Ceuam, tertio
Ponzonium, quarto Boſchum, quinto Sa-
lutias, ſexto Sauonam, ſeptimo Finarium.
Sed ueriorem credimus Sabellici Hiſtori-
am, tum quia in Leandri Alberti annota-
tione nullum uerbum de Marchia Inciſę cū
tamen certum ſit ab Otthone conceſſam al
121 teri filiorum. d. Alerami, tum etiam quia †
Marchia Finarij una cū illa Sauonę contine
tur, & iſtimet Marchiones Finarij ſe ab illis
Sauonę marchionibus traxiſſe originem af-

firmant(ſi uerum modo id eſt) Raphael autem Volaterr. ſcribit Adalaſiam † quatuor
122 tãtum maſculos ſuſcepiſſe ex Aleramo, nec uerbum de his Finarij Marchionibus facit. Antiqua uerò Chronica Montisferrati, ut ex noſtris meminerunt Pariſi. conſil.23.nu. 235. 253. lib.1. & Socinus Iunior conſil. 76.
123 nu.63.in fine lib.1.habent † Aleramum ex filia Otthonis ſecundi duos tantum ſuſcepiſſe maſculos Bonifacium ſcilicet & Guglielmum, Bonifacium Aleramo patre adhuc ſuperſtite, ſine prole eſſe uita functum, ex Guglielmo autem deſcendiſſe cæteros Montisferrati Marchiones, quorum in numero nõ
124 reperiuntur Marchiones Finarii † lineamq; ipſius Bonifacij multis iam annis extinctam nemo eſt, qui neſciat, & teſtantur antiqua illa Chronica, ut Socinus meminit & ſcribit Volaterr. anno.1305. hanc Aledrami Lineã defeciſſe non ergo ſolidum aliquod fundamentum, eſt in hac conceſſione Otthonis conſtituendum, tum quia non conſtat hos Marchiones Finarij eſſe ex Aledrami linea, tum quia, ſi ex linea fuerunt illa dicitur iam
125 extincta, & his † Chronicis & Hiſtoriarum ſcriptoribus in antiquis maxime, nemo eſt, qui ambigat, ut apud omnes in l.1.ff.ſi certũ petatur & in noſtris terminis affirmant mul ti ex recentioribus, qui in cauſa Marchiona
126 tus † Montisferrati, (quæ Marchia eandem ab Otthone originem habuit) reſpondere, ut Soc. Iun. d. conſil.76.num.64.lib.1.Alcia. reſponſo. 199. Quinimo huius Marchionis
127 partes erant † ſe talem probare, cum ei tot & tantæ aduerſantur coniecturæ & præſumptiones, immo probationes, ut contra Marchionem Salutiarum reſpondit Alciat.d.reſponſo. 199.num.20.21.

Reſpondetur & ſecundo imperatorem non poſſe dicere hoc feudum Finarij eſſe
128 imperij, ob illam † Otthonis conceſſionem. Quoniam non feudalis, ſed libera & abſoluta conceſſio, cum tranſlatione directi dominij fuit, ſicq; donatio fuit, hoc multis poteſt demonſtrari ex his præſertim quę a Pariſio conſi.23.lib.1. Socino. Iuni. d.conſil.76.lib. 1. ab Alciato dicto reſponſo.199. a Gozad. conſil.8.& Rolando a Valle conſi.2.ſcripta ſunt, & latius excutiemus infra in quarto articulo, quo loci oſtendemus pariter Illuſtriſſimum hunc Marchionem in inueſtitura Caroli Quarti fundamentum conſtituere non poſſe.

Non obſtat quartum principale fundamentum quod ſupra aduerſus Genuẽſes fuit conſideratum, quia reſpondetur negãdo minorem illam propoſitionem, qua diximus feudum Finarij ſitum eſſe ſub Imperio, nam ſatis ex iam relatis reſpõſum eſt, demonſtratum enim fuit eſſe intra fines Genuenſium, ideoq; non licuit Marchioni Alphonſo huius Marchionis Illuſtriſsimi auo a Maximiliano Imperatore eo anno.1482. inueſtituras ſuſcipere, quod latè uerum eſſe infra in quarto articulo oſtendemus.

Non obſtat ſecundum illud principale fundamentum quo dictum fuit ratione perpetrati delicti imperatorem poſſe cognoſcere l.1 C. ubi de crimine agi opor. quia reſpondetur primo Abbatem & Rubeum ad eorum ſententiam comprobandam, unum pręſupponere, Imperatorem ſcilicet totius mũdi dominum eſſe, & ob id in uniuerſum iuriſdictionem poſſe exercere, & delictum perpetratum quouis in loco punire, quod tamen præſuppoſitum falſum eſſe demonſtramus: multis in caſibus, præſertim in Gẽnuenſes, quos Imperio ſubditos, non eſſe diximus quamobrem etiam quoad Impera
129 tore perſonam, dictum illud, † ubi te inuenero ibi te iudicabo, intelligitur, ut in cæteris, quando ſcilicet delinquens inuentus fuit in loco delicti, & ipſius principis cuius læſa fuit iuriſd. ut uerba glo. d.l.1.C.ubi de crim. agi opor. ibi intelligunt Saly. & cæteri, & cõmunem teſtatur Gramma.conſ.27.nu.7. Reſpondetur dato 2.non conceſſo tamen, Genuenſes eſſe ſub imperio, attamen, cũ ſupra oſtenderimus Marchiam Finarij nõ eſſe ſub Imperio, ſequitur, quod etiam ſi Genuẽſes in ea deliquerint, ob uiolentam illam occupationem (ut fertur) attamen adhuc ab Imperatore conueniri non poſſunt, quandoquidem uerior ac crebrior eſt illa inter-
130 pretum ſententia † iudicem ratione originis, uel domicilij cognoſcere non poſſe de delicto per ſuum ſubditum in alieno territorio commiſſo, ut ſi origine uel domicilio Papienſis in territorio uel Placentino, uel Cremenſi (quorum primum Pontificis uel Ducis Illuſtriſsimi OctauijFerneſii eſt, alterũ Sereniſsimi Venetorum dominij) delinqueret, Papiæ tamen puniri non poteſt, ſic affirmarunt Io. Andreæ. in additio.Specu.Bald. & Saly.aliique quamplures quos ſecutus fuit Gramma.Decil.26.nu.9.qui hanc crebriorẽ

eſſe teſtatur, ut multis relatis ſic etiam teſta
tur Pariſ.conſil.159.nu.8.9.lib.4.eiuſdem ad
do ſententiæ Ruin.conſil.84.in fine.libro.4.
Marſilium ſin.576.& in.l.ult.n.140. ff.de iu
riſd.om.iud.qui multis relatis aliter ſentien
tes, hanc tandem, ut ueriorem affirmat.ſic
etiam Alci.reſponſo.460.Rogatus.&c.Bo
log.conſi.57.col.2. communem teſtatur Sil
uanus conſilio.103.col.ſecunda.

Reſpondetur tertio, Genuenſes hoc no
ſtro in caſu, non criminaliter, ſed ciuiliter
conueniri,hac quæ ab eis illata dicitur uio
131 lentia,quo fit, ut etiam ſi criminaliter † ob
delictum potuiſſet accuſari, non tamen ciui
liter, ſic Cy.in auth,qua in prouincia.C.ubi
de crim.agi oportet,& Collecta.in cap.po
ſtulaſti de foro compe. quos eſt ſecutus Ca
pella Toloſana.q.319. Item fuit quæſitum.
Quidam de Narbona,ubi Aufrerius idem in
additio.firmauit.

Reſpondetur quarto ex doct.Bald. in.l.3.
col.5.uerſ.quæro numquid.C.ſi a non cōpe.
132 iud.qui in terminis noſtris affirmat † uaſallū
ſpoliatum ui armata, præſidē prouinciæ co
gnoſcere,ſed huius Prouinciæ preſes,nō Im
perator,ſed ordinarius Genuæ eſt.ergo &c.

Non obſtat ſextum illud,quo adduceba
mur in contrariam ſententiam, conceſſum
priuilegium ab Imperatoribus Genuēſibus,
cenſeri reuocatum, tū ob delictum, tum ob
expreſſam reuocationem,quia reſpondetur
ratione delicti nō potuiſſe reuocari,eo quia
133 † nullum delictum cōmiſerunt Genuenſes,
cum illud fecerint,quod iuſta ratione & cau
ſa facere poſſe crediderint,& credūt,ut egre
gie reſpōdit Bald. conſil.243. in fi.lib.3.quē
ſecutus eſt Craue.conſi.8.in fin. quam iuſtā
rationem probare ſe ſe obtulerunt Genuen
ſes,ut eorum data capitula oſtendunt. carēt
134 ergo † omni dolo, cum de iure ſuo docere
parati ſint,iuxt.l.3.§.ſi qs.ff.quod ui aut clā.

Quo uerò ad reuocationem alia ratione
(ut dicitur factam.)

Reſpōdetur primo uno uerbó, Genuēſes
ſe liberos ex Imperatorū priuilegio prætē
dere,ſed ſuo iure,ut ſupra diximus,illaq;pri
uilegia præſertim Diui Caroli quinti non li
bertatem tribuunt,ſed illam confirmant, &
talē eſſe teſtantur, ut multis iā oſtendimus.
135 Reſpondetur.ſecundo in dubio † priuile
giorum reuocationem non præſumi, & nō
eſſe reuocādum,ut conſuluit Alex. in conſi.
157.col.1.lib.7.Dec.conſi.165.col.3.uer.nō
obſtat, quod Baldus &c.quos una cum alijs
multis retulit & probauit Craue. Cōſ.21.in
fine.ex ea ergo ſimplici declaratione,nō eſt
dicendum Priuilegium illud fuiſſe reuocatū.

Reſpondetur & tertio,quod cum atteſte
tur Diuus Carolus Quintus ſe eam cōceſſio
nem,ſeu Priuilegium ea ratione concedere,
propter Genuenſium benemerita & in Cæſa
ream maieſtatem collata beneficia,ſequitur
136 † Priuilegiū uim cōtractus obtinere ob idq;
reuocari nō poſſe:ut tradunt Afflict. Deciſ.
128.nu.10.alijq; quamplures,quos infra ſta
137 tim referā, & ideo ceſſat quod dici ſolet †
Principem legem ſibi nō poſſe imponere, a
qua recedere non liceat cap. ſignificaſti de
elect.Alex. conſil.224.nu.6. lib.6. Reſpon
detur & quarto,dato non conceſſo tamen,
hoc reuocari potuiſſe Priuilegium, id fieri
debuit cauſa, cognita,& ex cauſa, ob deli
ctum ſcilicet ipſorum,Genuenſium, ut affir
mant: quo ergo modo ex hac declaratione
poteſt dici reuocatum,cum adhuc non con
ſtet,an rectè uel nō facta ſit huius Marchię
a Genuenſibus occupatio, cum factæ adhuc
non ſint probationes,an occupare, uel non
occupare licuerit, debuit ergo ante omnia
conſtare de delicto,ut de cauſa cauſante Pri
uilegij reuocationem, quæ quidē cauſa cau
ſans,non coram ipſo Imperatore tractanda
138 erat,ſed coram ſummo † Pontifice, uti iudi
ce competenti inter ipſum Imperatorē præ
tendentē uelle reuocare.d. Priuilegium, ob
Genuenſium delictum, & Genuenſes ipſos,
quod multi ſupra relati affirmant. Nec dicē
dum eſt ad libitum hoc exemptionis Priui
legium ab Imperatore conceſſum potuiſſe
ad libitum reuocari ex ſententia Alex. cōſi.
316.nu.14.lib.2.Fely.in cap.nouit nu.9.de iu
dicijs,Goza.cōſ.5.nu.27.quia Reſpondetur
139 † priuilegia fuiſſe conceſſa ob benemerita
& collata in Romanum Imperium benefi
cia, quare reuocari minime poſſunt,ut af
firmāt omnes,hic latiſſimè ſcripſit Tiraquel.
in.l.ſi unquam.in uerbo.donatione largitus
nu.14.C.de reuoca.dona.idem cenſuit Cra
uetta tract.de Antiq.tēpo.prima parte prin
cipali in principio.nu.54.& conſi.135. nu.5.
hic Soc.Iun.cōſi.102.nu.18.lib.2.Goza.cōſ.
5.nu.10.11.præſertim, quando non ſubdito
conceſſum eſt priuilegiū hoc,Romanus cōſ.
436.Quod indultum col.4. uerſicu. ſeptima
140 principalis ratio. Nec dicatur poſſe † iuſta
ex cauſa,ut reſpōdit poſt alios Goza.d. cōſ.

ſ.num.23.nec diſſentit,quia reſpondetur de
141 cauſa hic non conſtare:nec illa hoc in † caſu
præſumitur,cum procedatur cõtra Genuen
ſes Imperio regularitet nõ ſubditos, ut egre
gie reſpondit Cur.Sen.conſil.20. incip. ſepe
num. animo &c. col.4.uerſi. 2. ad hoc fun-
damentum &c. nec enim in hoc caſu credi-
tur aſſertioni Imperatoris cauſam ſubeſſe,
ut in clariſſimis noſtris terminis conſuluit
Soc.Sen.conſil.27.col.3.uerſic.aliquando &
tertio &c.lib.3.pulchrè,& egregiè in noſtris
terminis Alcia.tracta.præſumptio.reg.3.pręſumptio. 8. in fine. Reſpondetur ſecundo
142 † cauſam in principe præſumi,quãdo ex mo
tu proprio,nõ quando parte inſtante (ut no
ſtro hoc caſu)procedit,ſic Iaſ.conſi. 105.nu.
4.uerſ.2.reſpondetur.lib.1.Roma. d. conſil.
436.col.5. uerſ. Reſpondeo & intelligo &c.
143 Nec eſt dicendum † iuſtam hic ſubeſſe cau
ſam,& de ea clare conſtare,cum hoc priuile
gium aliàs tendat ad maximum ipſius Mar-
chionis detrimentum, & ob id eſſe omnino
reuocandũ cap. ſuggeſtum,de decimis gloſ.
in capit. ſtatutum in uerbo ad noxam de re-
ſcrip.in 6.Goza.conſi.5.num.20.quia reſpõ
detur hic non lędi ius Marchionis,tum quia
aliàs eſt Genuenſium uaſallus , tum quia a-
liunde ei eſt ſuccurſum ſi adeat ſummũ Pon
tificem,nec iura & authoritates relatæ pro-
cedunt hoc caſu cum loquatur Goza.quan-
do priuilegium re ipſa detrimentum ſingula
ri perſonę detrimentum in ſpecie adferebat,
in caſu autem noſtro non infert in ſpecie de
trimentum ipſi Marchioni. Cuius ratio,ſi ue
ra eſſet,ſequeretur,quòd nullus unquàm li-
bertatem a ſuperiore poſſet conſequi , cum
ſemper aliquis poſſet ſentire quale quale de
trimentum quod tamen dicendum non eſt.
Nec ad rem illud confert,quod dicitur,impe
ratorem in neceſſarium antecedens uti uo-
luiſſe plenitudine poteſtatis, quia . Re-
ſpondetur primo ex relatis ceſſare om-
nem difficultatem , Reſpondetur & ſecun-
do quod cum Genuenſes non ſint uere
nec naturaliter, nec per accidens Imperio
nunc ſubditi, Imperatorem non potuiſſe cõ
144 tra eos aliqua † poteſtatis plenitudine uti, ut
docuerunt Butrius & Imola in Clem. Paſto
ralis de re iudica.egregiè.Soc.Sen.conſi.164.
colum. 6. uerſic. quartus caſus conſil. 266.
col.16.uerſi. quartus caſus lib.2.quos eſt ſe-
cutus Craue.conſi.241.nu.17.uerſi.4. princi
paliter eiuſdẽ ſententiæ addo Cur.Sen.conſi.
20.ſepe nume. &c.col.4. in fi.& col.6. quod
eſt reſponſum Socini Seni. Idem Soc. in cla-
ris noſtris terminis d. conſil.27.col.3.uerſic.
aliquando & tertio lib.3. Reſpondetur ter-
145 tio † poteſtatis plenitudinem nihil operari
ad tollendum ea, quæ per uim cõtractus fue
runt conceſſa Dec. conſil.711.col.5.uerſi.&
ad hoc.Pariſ.conſi.11.nume.125.lib.1.Brun.
conſil.117.nu.307.cum ergo dixerimus pri-
uilegium Genuẽſibus conceſſum eſſe ob be-
nemerita, & in contractus, ſequitur aduer-
ſus illud Imperatorem poteſtatis plenitudi-
ne uti non potuiſſe. Reſpondetur etiã quar
146 to † Principem non præſumi plenitudine po
teſtatis uti, quando ex ea aliqua reſultaret
iniquitas,ſic affirmarunt Soc. Iun. conſi. 65.
nu.6.lib.2.Pariſius conſil.1.nu.85.conſil. 11.
nu.125. lib.1.Neuizanus inter conſilia feuda
lia Bruni conſil.12.nu.141.& Io. Iacobus de
Leonardis inter eadem conſilia conſil. 117.
nu.309. Sed cui dubium quin noſtro hoc ca
ſu reſultaret iniquitas, ſine cauſa enim & ra-
tione legitima reuocatũ diceretur illud Pri
uilegiũ,quod nulla ſubſit cauſa ſtatim ſubij-
cio,& ſuo loco ſupra attigimus. Nec aduer
ſatur illa doctrina Caſtren. in l. ex imperfe
cto.C.de teſtam.& ſequacium ut Alex.l.quã
147 quam num.5.C.de teſta.mil. † Principẽ prę
ſumi uti clauſula plenitudinis poteſtatis ad-
hoc ut actus ualeat & ſuſtineatur, quia Re-
ſpondetur dupliciter,primo doctrinam Ca-
ſtren. procedere quando ipſe Princeps non
fuit informatus de iure tertij, ſecus e cõtra,
ſic egregiè poſt multos declarat conſultiſſi-
mus uir Aymo Crauet.conſi.126.nu.3.& in
tract.de Antiq.Tempo.In 2.particula primę
partis principalis.num.42.ſed in caſu noſtro
non conſtat Imperatorem cognouiſſe iura
Genuen.tũ quia nouus adhuc eſt in Imperio
ſucceſſor iuxta l.qui in alterius de reg. iuris.
tum quia nihil adhuc corã eo ex iuribus Ge
nuen. fuit exhibitum. Reſpondetur ſecun
do Caſtren. doctrinam procedere , quando
ipſe Princeps iam cognouit ſe ex ordinaria
poteſtate actum illum facere non poſſe, ſe-
cus ſi credebat ſe poſſe ex ordinaria poteſta
te illud facere,ſic ſe ipſum declarat Caſtren.
in conſi.414.in facto pręſenti col.3.uerſ.ſecũ
dus caſus eſt.lib.1.quem eſt ſecutus Crauet.
d.tract.De Antiq.tempo.loco ſtatim citato.
nu.43.eſt in Codice meo Lugduni impreſſo
pagina.13.numer.43. ſed in caſu noſtro non
cõſtat Imperatorem ſciuiſſe ſe ex ordinaria
poteſta

poteſtate reuocare non potuiſſe, cum nihil hac de re unquàm apud eum fuerit controuerſum, nec is iura Genuenſium hactenus perpendit, ceſſat ergo quod in dubio uoluerit uti hac poteſtatis plenitudine.

Non obſtat ultimum, quod malè creditur ſolidum fundamentum ob non oppoſitam debito tempore declinatoriam, prorogatã
censeri Imperatoris iuriſdictionem, quia Re
148 ſpondetur primo † ſatis ſuperq; oppoſitam
fuiſſe declinatoriam, cum qualitatem illam iuriſdictionis fundatiuam negauerint Genuenſes, negarũt enim feudum hoc eſſe Imperij, ob ergo negatam qualitatẽ Iudex ordinarius, uel alius competens, non Imperator, qui ſe feudi dominum facit, cognoſcere debet; ut docuit Marianus Soc. Sen. in capit. ex traſmiſſa. col. 4. uerſi. quarto limitatur de foro compete. Felyn. in cap. ſuper literis nu. 24. uerſ. fallit quarto de reſcriptis. Reſpon
149 detur ſecundo ob illam † negatam qualitatem, qua ſe Imperio ſuppoſitos negarunt ſe exemptos ac ob omni nexu liberos affirmãtes, ſatis dicitur oppoſita declinatoria, ideoque non potuit ulterius Imperator cognoſcere. Alex. conſi. [illegible] nu. 11. lib. 5. Soc. Sen. conſil. 187. col. ult. uerſi. præterea negatur lib. 2. Felyn. d. cap. ſuper literis nu. 27. uerſi. fallit ſeptimo de reſcrip. Dec. cap. ad audientiam nu. 4. de appella. & uerè Felin. & cæteri in noſtris his terminis loquuntur. cũ ergo Imperator hac in cauſa cognoſcere non poſſit, nullo modo illius iuriſdictio prorogata dicitur, ut egregiè docuit Cur. Iun. in. l. 2. nu. 22. 23. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit.

Nec eſt, quod obijciatur oppoſitas has exceptiones ab Imperatore reiectas fuiſſe, quia
Reſpondetur ab ea reiectione fuiſſe appel-
150 latum, qua pendente † noui nihil fieri moliriue debuit integro illo titulo. C. nil nouari appella. pend. Dec. in. l. 1. col. 1. C. de bono. poſſeſſ. ſecundum tab. & alibi ſæpiſſimè. Ceſſant ergo difficultates omnes ex quibus dubio procul in primo hoc articulo eſt concludendum, Imperatorem noſtrum Sereniſſimum non eſſe Iudicem huius cauſæ competentem, ob id non poſſe in hac controuerſia
151 aliquam ferre † ſententiam, quæ ſi ferri ab eo contingeret, ut ab incompetenti Iudice lata nulla eſſet, ſemperq; de nullitate obijci poſſet, ut integro illo titulo C. ſi a non compete. Iud. clarè in his ferè terminis noſtris Son. Sen. conſil. 27. col. 3. uerſic. aut uolumus
lib. 3. qui ex gloſ. in Clem. 1. de ſequeſtra.
152 poſſeſ. & fructuum hanc † nullitatem non cenſeri a ſtatuto reiectam cæteris omnibus reiectis, latè & pulchrè Sebaſtia. Vantius Tract. nullitatum titulo, de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſd. ordinariæ num. 3. 4. ad do Corſetum in ſuo ſing. in uerbo ſtatutum incipit ſtatuto cauetur. &c. Decium conſilio 8. nu. 6. conſil. 38. nu. 7. conſi. 360. nu. 1. & cõſ. 520. in fine Pariſ. conſi. 45. num. 28. lib. 1. cõſil. 24. num. 102. lib. 2. qui alios deinde plures citant, oſtenduntq; quàm ſit huius nullitatis defectus. ueſtrum ergo erit Ampliſſimi Patres, Cæſari inuictiſſimo ne in cauſa hac ipſa procedat, ne ue ſententiam ferat, ne perperam aliquid agat hortari ac multis ſuadere.

SVMMARIVM SECVNDI RESPONSI.

1 *Reintegrandæ remedium ex cap. reintegranda 3. q. 1. cæteris pinguius ad poſſeſſionem conſequendam.*

2 *Interdictum unde ui, cui conceditur, eidem fortius conceditur remedium ex cap. reintegranda. 3. q. 1.*

3 *Remedium cap. reintegranda, in laicis ut clericis conceditur contra infra num. 31.*

4 *Remedium capit. Reintegranda. 3. q. 1. conceditur etiam cõtra poſſeſſorem cum titulo & bona fide, ſed contra infra num. 19.*

5 *Solemnitas proceſſus non exigitur, cũ ſpolium notorium deducitur.*

6 *Iudicij ordo & ſolemnitas non ſeruatur cum coram imperatore cauſa tractatur.*

7 *Princeps ſupremus non cogitur iudicare ſecundum acta & probata.*

8 *Princeps in terminandis controuerſiis non debet ire per ambages.*

9 *Acta apud Imperatorem tractata nõ redduntur nulla ob non ſeruatam iudicij ſolemnitatem.*

10 *Remedio cap. reintegranda 3.q.1.ut ſit locus, duo concurrere debent.*

11 *Poſſeſſio poſita in ſequeſtro a ſequeſtrario poſſidetur.*

12 *Sequeſtrum uoluntarium poſſeſſorem ſua poſſeſſione non priuat.*

13 *l.licet.§.rei.ff.depoſiti, cum l. intereſſe ff.de acquir. poſſeſſ. conciliatio.*

14 *Poſſeſſionem non perdit uaſſallus ſi eã apprehendit dominus & apud aliquem cuſtodiæ cauſa, donec lis finiatur, deponit.*

15 *Interdicto unde ui, quando agi poſſit ad conſequendam poſſeſſionis æſtimationem.*

16 *Spoliatus ante omnia ex remedio cap. reintegranda.3.q.1.nõ reſtituitur, cũ ſuo facto & culpa fuit ſpoliatus.*

17 *Voluntas coacta non eſt propriæ uoluntas.*

18 *Metu geſta ualent, reſcindi tamen poſſunt ex prætoris edicto.*

19 *Remediũ reintegrandæ non datur contra poſſeſſorẽ cũ titulo & bonafide.*

20 *Alexandri Cornei et aliorum notatur inconſtantia.*

21 *Compromiſſum de re feudali fieri non poteſt.*

22 *Feudum ſine titulo retineri poſſideriq; non poteſt, ſed contra paulo infra.*

23 *Titulum coloratum ſufficit oſtendere ad tuenda rei feudalis ſeu iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem.*

24 *Titulus feudi a pari procedit, cum titulo rei beneficiariæ.*

25 *Remedio reintegrandæ agens deducere debet conuẽti poſſeſſionem reſpectu ſuæ clandeſtinam eſſe.*

26 *Qualitas ubi non conuenit minus diſpoſitio.*

27 *Vim non committi, qui in continenti poſſeſſionem propriam recuperat.*

28 *Incontinenti recuperaſſe is dicitur, qui recuperauit quàmprimum potuit.*

29 *Ciuiliter poſſidens ſua ſponte naturalẽ poteſt ingredi.*

30 *Citari amplius non debet, qui uenire negauit ſemel.*

31 *Remedium ex capit. Reintegranda. 3. q.1.pro rebus eccleſiæ tantũ cõcedi.*

32 *Petitorij & poſſeſſorij cauſa coram Imperatore, uel ſupremo alio Principe tractari debet.*

SECVNDVS *ARTICVLVS.*

SECVNDVS, qui a nobis hodie excutiẽdus eſt, propoſitarum ex ordine dubitationum articulus, utrumne rectè inſtitutum fuerit ab illuſtriſsimo Finarij Marchione Reintegrandę iudicium, nõ parum difficilis eſt, & perplexus (Ampliſſime Conſeſſus) uidebatur tamen (ut rem paucis abſoluam) prima (quod aiunt) facie dicendum, rectè inſtitutum fuiſſe.

1 Primo, quia hoc †remedium dicitur cæteris pinguius, ut quamplurimi ex noſtris affirmarunt. Abbas in cap.cum ad Sedem nu.26. de reſtir. ſpol. Caſtren.conſi.105.in quæſtione.quæ ſperatur moueri col.2. uerſ. quantũ uerò lib.1.Corne.conſil.62.nu.10.cõſil.329. nu.29.lib.1.& conſi.247.nu.13.lib.2.quo loci communẽ eſſe teſtatur, ut pariter docuit Ripa in cap.ſæpe nu.20.de reſtir. ſpolia.nec diſſentit Soc. in l. rem quæ nobis nume.3.ff. de adquir. poſſeſ. quamobrem ſpoliato, cui

2 †interdictum unde ui conceditur, cõceditur fortius & remedium hoc, ut docuit Soc.d.l. rem quæ nobis nu.3.& alij omnes. d.cap.ſæ

pe.& alibi ſæpe. cum ergo Illuſtrisſimus hic
Marchio ſpoliatus fuerit,iure hoc remedio
ut reſtituatur,uti poterit.

Secundo, ea ratione in hanc opinionem
quandoq; adducebar, quòd remedium hoc
adeo eſt generale, & amplum, ut ipſi Mar-
chioni & ſi laico,pro re ipſa prophana recu
peranda cõcedatur, cum crebrior ac uerior
3 eorum ſententia uideatur,qui affirmarunt†
remedium dicti canonis,ẽt laico concedi,ut
teſtatur Soc. & Iaſ.in d.l.rem quæ nobis,ille
nu.4.iſte nu.20.eoq; loci affirmauit Alex.ſic
in foro ſeruari, teſtatur & cõmunem Ripa
in cap. ſæpe nu.21.de reſtit. ſpol. Dec.conſ.
252.nu.2.Rubeus conſi.4. nu.1.2.& in l.na-
turaliter.§.nihil cõmune nu. 67. ubi Ioánes
Coraſius in 2.parte nu.139.ff.de adquir.poſ
ſeſſ. cæteros ſciens prætereo.

Tertio,hoc remediũ potuiſſe ab Illuſtriſ-
ſimo Marchione,etiã hoc caſu moueri,quo
Genuẽſes ſe cum titulo & bonafide poſſide
re ex laudo Anton. Adur. dicunt ex eo de-
4 monſtrari ſatis uidetur,quod hoc†remediũ
ſpoliato etiam contra poſſeſſorem cum titu
lo & bonafide conceditur,ut crebrior ac ue
rior uidetur noſtrorũ interpretũ opinio, ut
apud Abbatẽ cap.cum ad ſedẽ nu.26.de reſt.
ſpol. ia.Alexã.l.rem quæ nobis nu.8.de ad-
quir. poſſeſſ. quo loci affirmauit, ſic ſe ſæ-
pius conſuluiſſe ac obſeruari uidiſſe,& uerè
conſuluit,ut eſt in eius conſil.51.nu.1. lib.1.
conſi.117.nu.3.conſil.200.nu.8.lib.2.Corne.
conſil.56.nu.5.li.2. qui hanc eſſe communẽ
teſtatur,quod fecit & Iaſ.in d.l.rem quæ no
bis num.19.& conſil.72.col.1.lib.4.Soc. Sen.
conſil.18.col.12.uerſi.tertium remedium, &
conſi.89. in fine lib.1. Riminal.conſi.67.nu.
7.conſi.98.nu.76.lib.1. Afflictus Deciſ. 361.
nu. 63.Dec.conſi.57.col.ult.conſi.136.in fi-
ne,& conſil.252.in fi. Soc. Iun. conſi.34.nu.
12.lib.3.Alcia. reſponſo.388.nu.2. Plotus l.
ſi quando nu.66.C.unde ui. cæteros ex indu
ſtria ſilentio inuoluam, dubio procul ergo
huic Marchioni licuit hoc uti remedio.

Quarto ac ultimo,in hãc ex eo quandoq;
adducebar ſententiã;quod animaduerterim
ex latere Marchionis inſtitutum fuiſſe ſum-
marium proceſſum,notoriumq; ſpolium de
ductum, quo fit, ut ceſſare omnino debeat
5 †ſolẽnitas proceſſus, ex ſententia Abbatis
in ca.quia clerici nu.4.de iure patro. ubi af-
firmat,poſſeſſorem poſſe defacto priuari &
ſpoliari,cum notorium eſt,eum in re ius mi
nimè fouere, quod tradunt & cæteri in l. ſi
pacto quo pœnã. C.de pactis, quod fortius
6 hic procedit,ibi†coram cęſare ſupremoque
iudice agitur, qui nullum iudiciarium ordi-
nem obſeruare tenetur, Bald.in cap. 1.ſi de
inueſtit. inter dominum & uaſſal.&c.& in l.
reſcripta.C.de precibus impera.offeren. Re
ſtaur.Caſtal.tracta. de imperatore q.110. in
18.caſu,Gramma.Deciſ. 69.nu. 31. Bello.cõ
ſil.63.nume.7. Neuizanus conſil.26.num.1.
conſi..80.nu.39.& conſi.97.nu.10.quinimo.
7 non cogitur † ſupremus Princeps iudicare
ſecundum acta & probata,ſed propriam ſe-
qui poteſt conſcientiam,ſic reſpondit Dec.
conſil. pen.nume.16.Alcia. in cap.1.nu. 89.
de officio ordina.& reſponſo.256.num.7.&
Didacus lib.1.uaria.reſolutio.cap,1.num. 7.
hinc egregiè docuit Baldus in ca.1. de noua
8 forma fidel.† Principi non cõuenire per am
bages & hos anfractus ire, cum rei ueritatẽ
9 nouit. Hinc dicimus,nullam† iuris ſolemni
tatem,quæ apud imperatorem acta ſunt in-
fringere poſſe ut multis oſtendit Reſtaurus
Caſtaldus in tract.de imperatore.q.110.in 19
caſu:ſine dubio ergo omni ſolẽnitate reie-
cta rectè iudicium hoc reintegrandæ apud
imperatorem tractari uidetur.

Ceterũ, re ipſa longe melius perpenſa ac
excuſſa,contrariæ ſum opinionis,perperam
inſtitutum fuiſſe hoc reintegrandæ iudiciũ,
quod ut dicam, multis adducor rationibus,
argumentiſque.

10 Primo quia,ut huic†remedio locus ſit duo
debent concurrere extrema (ut in motiuo
dicitur)ex latere actoris,poſſeſſionis priua-
tio,ex latere uerò conuenti poſſeſſio de prę
ſenti,ſic uno ore noſtri affirmarunt, ut eſt a
pud Abba.in cap.ad ſedem nu. 28.de reſtitu.
ſpol.Soc.in l.rem quæ nobis nu.Alex.conſ.6
nu.5.lib.3.conſi.89.nu.8.lib.5.Goza. conſil.
99.nu.5.Pariſ.conſ.98.nu.24.lib.2.Rub.cõſ.
4.nu.10.Neuizanus conſi.68.nu.11.ſed in no
ſtro hoc caſu,utrumq; extremum deficit.de
ficit enim primũ illud extremũ, quia uerè il
luſtrisſimus hic Marchio non fuit ſpoliatus
ab excelſa hæc Genuenſium Repub. cum is
ſua ſponte Caſtri poſſeſſionem in ſequeſtro
potuerit,ut infra ſtatim dicemus deficit & ſe
11 cundum extremum,quia Reſpub, † non poſ
ſidet,ſed ſequeſtrarius,apud quem Caſtrum
& cætera ſunt in ſequeſtro poſita,hoc ꝓbat
tex.l.licet.§.res. ff.depoſiti Saly. in l. 1. nu.2
C.de prohib.ſequeſt.pecun.uel ſi ſequeſtra-

rius non poſſidet,poſſidet ip emet Marchio,
12 qui cũ iam ante ſequeſtrum poſſideret † ex
ſequeſtro uoluntario,poſſeſſionẽ nec amiſiſ
ſe, nec in alium tranſtuliſſe dicitur,ſic Cur.
Sen.in.l.unica nu.64.C.de prohib. ſequeſtra.
pecu.& clarius. Aret. in.l.intereſſe.ff.de ad-
quire.poſſeſſ. quem ſecutus eſt Coraſius lib.
3.Miſcella.iuris cap.2.num.15.& tacito Are
tino idem placuit Vldarico Zaſio in ſecunda
13 parte Antino.diſſolutionum num. 4.ſic † cõ
ciliantes.d.l.licet.§.res,cum. d.l.intereſſe, &
in claris terminis, quando dominus feudi
poſſeſſionem prehendit, non, ut tamquam
propriã habeat,& fructus inde colligat,ſed,
ut apud aliquem cuſtodiæ cauſa reponat.
quo facilius lis inter eum & uaſſallum finia-
14 tur, & controuerſia terminetur, †uaſſallum
poſſeſſionem non perdere, ſcribit Carolus
Molinæus in conſuetud. Pariſien. titulo pri-
mo.§.1.glo.4.num.16.17.18.quod factum &
obſeruatum hoc in caſu uidemus. Nec ad rẽ
conferr, quod in motiuo abijcitur, contra
15 Remp.ſaltem hoc† remedio ad cõſequendã
æſtimationem agi potuiſſe iuxta textum l.
1.§.ex interdicto.&.l.ſi ui me.de ui & ui ar-
ma,& docuit Abbas.in cap.conquerente nu.
13.de reſtitu.ſpoliato,quia reſpondetur pri-
mo illud procedere in ſubſidium, cum res a
poſſeſſore recuperari non poteſt,ut tradunt
ac declarant Bart. & doct.in.l.cum a te.ff.de
ui & ui arma.Ripa in cap.ſæpe nu.8 de reſti
tu.ſpolia.Io.Coraſius. l. naturaliter.§. nihil
commune ſecunda parte nu. 114.de adquirẽ.
poſſeſſ.ſed in caſu noſtro non conſtat Mar-
chionem a ſequeſtrario poſſeſſionem conſe
qui non poſſe, quare ſubſidiarium remediũ
hoc ceſſat. Reſpondetur & ſecundo iudiciũ
hoc nõ ad hunc finem fuiſſe motum,ut æſti
matio ſoluatur,ſed ad hoc ut poſſeſſionem
recuperet & ſi malè relata ratione.

Secundo dato,non tamen conceſſo,ex ſe-
queſtro in Rempub.trãſlatam eſſe poſſesſio
16 nem,adhuc tamen †Recuperandæ hoc reme
dium cõtra Rempub.moueri non potuit,cũ
ſua cauſa & facto poſſeſſionẽ amiſerit Mar-
chio,ut hanc eſſe communem doctorum ſen
tentiam teſtatur Ripa in cap.ſæpe nu.27. de
reſtitu.ſpolia.cui addo Soc.l.rem quę nobis.
nu.8.de adquire.poſſeſſ. Ruinum. conſil. 47.
nu.5.conſi.49.nu.9.lib.4.Marſil.in ſing. 660.
Brunum conſil.21.nu.2.3.Pariſ. conſi.1. nu.
164.lib.1.Soc.Iun.conſil.47.num.14.& conſi.
48.nu.6.lib.2.Neuiza.conſil.79.nu.24.53.&
Plotum.l.ſi quãdo nu.71.C.unde ui.Nec eſt
quod obijciatur Marchionem fuiſſe ſpolia-
tum ob factum iniuſtum Genuenſium,qui
metu adhibito effecerunt,ut coactus ſeque-
ſtro cõſentiret Marchio,quo fit ut Marchio
ni ſit hoc remedio ſuccurſum,ex Barto. ſen
tentia in.l. de pupillo. §. meminiſſe. num. 8.
de operis noui nuntia. & clarè Ruin.conſil.
37.nu.8.9.lib.4.licet ergo conſenſerit Mar-
17 chio, illa fuit † uoluntas coacta, quæ non
uera,ſed impropria uoluntas dicitur. gloſ. l.
ſi mulier.§.ultimo.ff.quod metus cauſa, Ia-
ſon.in.l. qui in aliena. §. Celſus nume. 35.ff.
de adquiren.hered.Dec.l.uelle non creditur
nume.4.de.reg.iuris.Quoniã uno uerbo reſ
pondetur,agendum fuiſſe prius remedio re-
18 ſciſſorio, cum omnis † actus per metum ge-
ſtus regulariter ualeat, l cet reſcindi poſſit,
ut docuit Card. Clem. 2.§.ſane.3.oppo. de
pœnis,& Felin.in capit. præterea nume. 35.
uerſ. quinta & ultima concluſio de ſponſa.
& conſulti ſic reſponderũt Signo.conſil. 75.
nume.22.& Ancha.conſil.382. in principio.
& latiùs infra in ſequenti articulo dicemus,
ubi demonſtrabimus ſpoliatum per uim
compulſiuam,non eſſe antę omnia reſtituen
dum.

Tertio,ex eo in hanc adducor ſententiã,
quod crebrior & uerior eſt interpretum opi
19 nio.† Remedium reintegrandæ non cõcedi
contra poſſidentem cum titulo & bonafide,
cum is immediate malefidei poſſeſſori non
ſucceſſit,ſic hanc ſecuti ſunt ſententiã Bar.
Ange.& Imola in.l.rem quæ nobis,ubi Soc.
nu.12.uerſ.aliquando quinto &ultimo.ff.de
adquiren.poſſ.idem Soc.Sen.conſil. 266.col.
20 6.uerſ.ſecundo eadem concluſio li.2.† Alex.
conſil.118. lib. 1.conſil.89.nu.7.conſi.90.lib.
5 qui parum ſibi ipſi conſtantes hanc proba
runt,quod fecit & inconſtans Corne. conſi.
18.nu.11.conſi.62.nu.10. conſi. 329.num.30
lib.1.& latè conſ.287.nu.7.lib.2.Calca.conſ.
116.col.2.uerſ.ſed & tertio Ancha.conſ.310.
col.ult.uerſ.iſta enim iura,Iaſ.conſ.21.col.1.
uerſ.ſecundo reſpondetur lib.3.Ruin.conſi.
49.nu.11.lib.4.Riminal.conſil.238.num. 10.
lib.2.Ripa in.d.l.rem quæ nobis nu. 27. ubi
Aleia.nu.8.ff.de adquiren.poſſeſſ.Rubeus in
l.naturaliter.§.nihil commune nu.71.72. de
adquiren.poſſeſſ.idem conſ.4.col.2.& conſi.
167.nu.9.ueram hanc eſſe & communem te
ſtatur Pariſ.conſ.1.nu.166.li.1.& ſibi parum
conſtans Soc.Iun.conſil.47.nu.15.conſil.48.
in fi-

in fine lib. 2. Brun.conſi. 9.col.ult.conſil.21.
col.1.Goza.conſ.28.num.36.Natta conſ.88.
in fi. li. 1. non refero illorũ rationes ueras &
ſolidiſſima fundamenta, quæ præſertim dili
genter perpenduntur a Soc.Sen.d.conſi.266.
col.6.& 7.lib.2.cum ergo huius Marchiona
tus partem cum titulo iuſto ac bonafide poſ
ſideat Genuenſium Reſpub.ex laudo ſcilicet
Antonioti Adurni per annos centum pluſq;
obſeruato, ſequitur perperam contra eam
eſſe intentatum iudicium hoc. Nec eſt quod
obiiciatur,laudum illud nullum fuiſſe, cum
21 de feudo in alienabili † compromitti nõ po
tuerit,Iſern.in ca.1.§. 1.num.3.de lege.Con
rad.Abbas.cap.cum tempore num.3. de ar-
bitris Soc. Seni. conſ.87.col.3.li.3.Iaſ.conſ.
22 168.colum.pen.lib.4.quare † ſi titulus eſt nul
lus retinere eam poſſeſſionem Genuenſes
non poterant, ex egregia doctrina Alciati
reſponſo 408. nume.7. & Nattæ conſil.289.
nu.2.li.2.quia reſpondetur dupliciter, primo
compromitti potuiſſe,ut latiſſime oſtende-
mus infra in quarto articulo. Reſpondetur
ſecundo, in remedio ipſo reintegrandæ ſu-
per ualiditatẽ tituli ſufficere, ſi hoc caſu de
23 titulo † colorato conſtet,ut in titulo rei be-
24 neficiariæ dicimus(qui † cum feudali a pari
procedit,Dec.conſi.76.Gomeſ.ſuper regula
Cancellariæ.De Annali poſſeſſore in præfa
tione)tradunt Caſtren.conſ.154. Ad confir
mationem eorum quæ.col.2.uerſ. ſuper ter-
tio articulo lib.1.in antiquis Caſſado.in ſuis
Deciſio. in titulo de reſtitu. ſpolia. Deciſ. 1.
Rebuffus in commentarijs regiarum cõſtit.
tomo.3.tit.de cauſis poſſeſſoris Benef.arti-
cul. 1.gloſ.1.nu.1.2.ſufficit, itaque is titulus
ad poſſeſſionem ipſius feudi retinendam, ut
ſufficit in beneficialibus. Accedit præterea,
Alciati & Nattæ ſententiam non ſatis eſſe
tutam,cũ multis, ualidiſſimis rationibus ab
eis non animaduerſus Afflictus in cap.1.§.il-
lud quoq; nume.14.15. de prohib.feud.aliẽ.
per Frider.contrariam tueatur.

Quarto, ut huius ſim ſententiæ, me illud
nõ parum mouet,quod inter alia,qum actor
25 recuperandæ † remedio experitur,deducere
debet, poſſeſſionem conuenti reſpectu ſuæ
eſſe clandeſtinam,ſic reſpondit Alex.cõſilio
91.num.2.3.li.5.Dec.conſ.57. col. ult.Ruin.
conſi.49.nu.13.lib.4.& alibi ſæpe ſed in caſu
hoc noſtro neſcio uidere, quomodo quali-
tas hæc Genuenſ.Reipub. conuenire poſſit,
cũ iuſto tit.ac per multos annos Marchioni
26 bus conſentientibus poſſederit:ſi ergo † qua
litas nõ conuenit,nec diſpoſitio l.4.§. toties.
ff. de damno infecto,& ita argumentatur in
his terminis. Cur. Iunior.conſil.17.colu.ult.
uerſ.duodecimum.Pariſ.conſ.12.nu.9. lib.4.
ſatis ergo ſuperq; intelligimus male hoc ca
ſu motum fuiſſe Reintegrandæ remedium.

Quinto & ultimo, urget illud plurimum,
quod cum Reipub.licuerit, ob oblatam ſibi
occaſionem,occupare iura ſuæ ciuilis poſſeſ
ſionis, quam ſemper retinuit, ut iam dixi-
mus,& latius in ſubſequenti articulo attinge
mus,ſequitur non incidiſſe in pœnam inter
27 dicti unde ui, † cum uim non dicatur commit
tere,qui amiſſam poſſeſſionem ſtatim recu-
perat.l.3.§.eum qui.ff.de ui & ui arma.& tra
dunt Iaſ. in l.clam poſſidere.§.qui ad nundi
nas,nu.25.de adquiren.poſſeſſ. Dec.conſilio
460.nu.17. Ruin.conſil.38.nu.1.conſ.42.nu.
2.3.conſi.43.nume.2.libr.4. Crauet. conſ.4.
nume.8.9.Neuiza.conſil.82.nume.16. & ſa-
28 tis dicitur † incontinenti cum potuit recupe
rare ratione qualitatis rei & perſonarum,
ut annotarunt Abbas.in cap.ultimo num.11.
extra de ord.cogn. Rubeus. l.naturaliter.§.
nihil commune,nu.158.de adquir.poſſ. egre
gie admodum in terminis noſtris ſic reſpon-
dit Ruinus conſil.42. nu.7.lib.4. qui optime
declarat,cum ergo Genuẽſis Reſpub. uarijs
cladibus affecta fuerit,ita,ut non ei licuerit
hactenus recuperare huius Marchionatus
poſſeſſionem,& iura ſatis incontinenti dici
tur nunc oblata ſibi occaſione. quibus au-
tem cladibus affecta fuerit Reſpubl. nemo
eſt,qui ignoret,fide optimorum authorum,
præſertim.Nebienſis Epiſcopi.Leandri Al-
berti & aliorum ciuilia in ea maxima uige-
runt bella,foris dimicandum fuit.cum Rei-
public.loca maritima preſertim ſine quibus
Reſpub.eſſe non poteſt occuparentur,ut Sa
uonam, Sardiniam, Corſicam & ſimilia,qui
bus præſto eſſe opus omnino fuit, cum ab il
lis totius Reipubli.ſalus penderet,quo fit,ut
obijci Reipubli. non poſſit, quod quemad
modum bellum in alios pararunt, locaque
amiſſa recuperarunt,ſic potuiſſe recuperare
Marchiam Finarij, ſi propriam iure ſaltem
directi dominij credebant,quia iam ſatis in-
telligimus Genuenſium negligentiæ adſcri-
bendũ non eſſe,ſi quę magis neceſſaria erãt
85 *Potentior, quis intelligatur, ut in eum ius ad aduerſarij detrimentum trāſferri non poſſit.*

86 *Probatio efficacior requiritur, cum pręſumptio & uerisimilitudo pugnat.*

87 *Citatio eſt neceſſaria, ut ſententia ualeat.*

88 *Citationis defectus, nec a ſtatuto, nec a Principe tolli, ſanari ſuppleriue poteſt.*

89 *Ius proprium, a domino ſine iuſta cauſa, auferri non poteſt.*

90 *Metus non præſumitur, ſed probandus omnino eſt.*

91 *Violentia non præſumitur, ſed probari omnino debet.*

92 *Metus in ſpecie, qualis illatus ſit, probari debet.*

93 *Clauſula ex certa ſcientia, non operatur quando ius tertij læditur.*

94 *Clauſula motu proprij nihil operatur quum ius tertij læditur.*

95 *Clauſulæ ex certa ſcientia & motus proprij pars uirtus.*

96 *Clauſulæ ex certa ſcientia & motus proprij circa ea, quæ iuris ſunt, non quæ facti, operatur.*

97 *Clauſulæ ex certa ſcientia & motus proprij, nihil operatur cum conſtat aliter rem ſe habere.*

98 *Decij conſilij. 191. declaratur.*

99 *Lex bene a Zenone, ſeptem declarationibus illuſtratur.*

100 *Reſp. & minor pari ambulant paſſu.*

101 *Præſcriptio.30. uel 40.annorum, ex Principis reſcripto & priuilegio, quomodo & quando tollatur.*

102 *Præſcriptio centenaria ex l.ultimâ.C. de ſacro. Sanct. eccleſ.neceſſaria ad tollendam iura Reipub.quæ ius fiſci & imperij habet.*

103 *Titulus pro ſuo, quando ad præſcribendum ſufficiens ſit.*

104 *Titulus ex cõfiſcatione cauſatus, quãdo ad præſcribendum ſufficiat.*

105 *Titulus ex ſententia cauſatus malæfidei poſſeſſori ad præſcribendum non prodeſt.*

106 *Titulus ſententiæ nullæ, uel iniquæ uiuente iudice ad præſcribendum non ſufficit.*

107 *Titulus putatiuus, uel errore iniuſto cauſatus, quando ad præſcribendum non ſufficiat.*

108 *Malafides poſſeſſoris, an ſucceſſori in dignitate ad præſcribendum noceat.*

109 *Malafides cauſatur in eo, cui iam denuntiatum fuit, ne rem illam acquireret, poſſideretue.*

110 *Iudicis factum, quomodo poſſeſſorem excuſet.*

111 *Spoliator Principis authoritate in poſſeſſione occupata confirmari non poteſt.*

112 *Baldi doctrina.in l ult.§. ult.in C.communia de lega. exploſa.*

113 *Dominium, ex ſententia transfertur, cùm ei acquieuit condemnatus.*

114 *Bald.doctrina in l.ult.§.ult. in fine.C. communia de leg.declaratur.*

115 *Gloſa.l. exceptio. ff. de excep. rei iud. declaratur.*

116 *Spoliator uiolentus ex diſpoſitione. l. ſi quis in tantam. C. unde ui, non ipſo iure, ſed per ſententiam, ſuo iure priuatur.*

117 *Spoliator, ut incidat in pœnam leg. ſi quis in tantam C. unde ui, debet eſſe in dolo.*

118 *Dolus in eo ceſſat: qui facit, quod iuſta ratione facere poſſe credebat.*

QVARTVS ARTICVLVS.

QVARTVS, qui diſcutiendus eſt hodie articulus (uiri conſultiſſimi) difficilis eſt admodum, & perplexus, tum quod in alto uerſatur pelago, tum quod de re maximi ponderis in eo agitur, quamobrem maxima nos uti oportet diligentia, cum ab eo præſertim omnem difficultatis nodum pendere uideamus, ſi enim intelligemus, quorum alterum, uel Marchio hic illuſtriſſimus, uel excelſa potius Genuenſium Reſpub. ius in hac petitorij ſeu dominij cauſa foueat, fruſtra certe de ſolius poſſeſſionis controuerſia ſententiam ferret Cæſar hic Auguſtiſſimus, ut ergo hãc ipſam diſſoluamus dubitationem, dicendum uidebatur, Illuſtriſſimum hunc Marchionẽ potiora iura in cauſa dominij, ſicq; petitorij huius Marchiæ fouere, ratione ſcilicet directi dominij, & ut huius aliquando eſſem opinionis, his adducebar.

Primo me plurimum illud mouebat, quia ſatis clarum eſt (& in primo articulo attigimus) hanc Finarienſem Marchiã ab Othone ſecundo anno.967. nr̃æ ſalutis fuiſſe Aledramo Saxonio conceſſam, quã is, ſuiq; pro

tempore ſucceſſores omni ſemota cōuerſia
1 poſſederunt uſque ad tēpora † Caroli quar
ti qui ſub anno.1355.præcibus Georgij Car
reti, nec non Emanuelis ac Alerami di-
cti Georgij patruelibus, illis conceſſit in-
ueſtituras, quibus clare magis poſteris con-
ſtaret, feudum hoc Imperij, non aliorū eſſe
quod iuſte ac optima ratione feciſſe uiden-
tur hi Carretenſes, cum recognouerint feu-
dum, a Carolo Quarto, quod ab Otthone
ſecundo ſui anteceſſores conſecuti fuerant.
2 † facilis enim datur ad priſtinam rei naturā
regreſſus. glo. in. l. ſi unus. §. pactus ne peteret
ff. de pactis ubi Iaſ. nu. 6. & late Tiraq. de re-
tractu. conſan. in procem. nu. 58. in. fin. Neui-
za. lib. 6. Syluæ nuptia. num. 23. 25. & hoc ca
ſu etiam in correctorijs fit extenſio Didacus
lib. 3. uaria. reſol. cap. 6. nu. 4. in fine, idē cen-
ſuit Cur. Iu. cōſ. 1. n. 32. cōſ. 5. n. 29. conſi. 6. n.
14. conſi. 9. nu. 4. & egregie cōſi. 102. n. 5. etiā
quoad tertij præiud. ciū Soc. Sen. inter con-
ſilia Bruni cōſil. 10. n. 31. ſic. poſt alios tradit
Grāma. Deciſ. 106. n. 3. Goza cōſil. 1. nu. 35.
qui loquitur in conceſſione ab Imperatore
reuocata, & primo domino iterum data, in
noſtris terminis idē Goza. conſil. 8. nu. 42. &
conſil. 9. nu. 31. & egregie idem cōſil. 26. nu.
54. & pulchre Ruin. conſil. 2. nu. 8. lib. 1.
Secundo ex eo adducebar, quod etiam ſi
præſupponeremus conceſſionem ab Ottho
ne ſecundo factam non in uim feudi, ſed ſim
plicis donationis fuiſſe attamen licuit illis
3 Georgio, Emanueli ac Aleramo, rem † pro-
priā & liberā ab altero recognoſcere, ut feu
dalē, ſic uiri plures conſultiſſimi affirmarūt,
præſertim Iacobinus a Sctō Georgio in tra
cta. de Homagijs. col. 2, uerſ. aliquādo fit ho
magiū. Vldaricus Zaſius in tracta. feudo. ter
tia parte in fine, & in claris noſtris terminis
in Marchia Mōtisferrati, quæ eandē una ſi-
mul, quā noſtra originē habuit, ab Impera
tore potuiſſe recognoſci, affirmauit Rolan
dus a Valle uir celeberrimus conſi. 2. nu. 108.
quare cognitiōe ſtāte, clare apparet Genuē
ſiū Rempublicā ius nullū metiri poſſe ex il
lo laudo Antonioti Adurni ann. 1385. cū de
4 re feudali in eum † cōpromiſſum fieri non
potuerit, ut affirmarunt Signo. conſ. 10. nu.
3. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua nu.
117. Goza. conſil. 4. co. pen. Calea. conſi. 50.
col. 2. & 3. quod præſertim pcedere dicitur
quando ex eo laudo feudum in potentiorē
trāsferretur. Specul. in. tit. de feudo. §. ſi quis

ſuper nu. 63. Arēt. conſil. 14. col. 1. Alex. con
ſil. 30. col. ult. lib. 1. repetitum conſil. 2. lib. 5.
alios plures ſciens prætereo.
Tertio urget me non parum, quia iam ſa
tis intelligimus laudum illud a quo omne
5 genuen. ius pendet, fuiſſe a † Maximiliano
Imperatore an. 1482. declaratū nullius mō-
menti, omnia quæ geſta in illam uſque diē
reuocauit, quo fit, ut ius omne Genuenſium
ſublatum extinctumq; fuerit, cum ſententia
6 illa ſit in iudicatum lapſa, ita ut † res iudica
ta pro ueritate habeat, l. res iudicata. de reg.
iuris, quæ ſanè laudi reuocatio a Maximilia
no facta iuſta ratione facta dicitur, cū com
promiſſum in Antoniotū Adurnū factū, per
metum factū dicatur, quod in actis deductū
dicitur, dū in quibuſdā ſcripturis fateri ipſi-
met Genuenſes uidentur, tunc partes in An
toniotum Adurnum compromiſiſſe, ut lites
contentiones & diſcordias ſedarēt, guerras
ac ſcandala euitarent, quinimo affirmāt, tūc
temporis illatum fuiſſe bellū illis Marchio-
nibus, multaque loca illius Marchiæ fuiſſe
igne & ferro abſumpta: conſtat ergo cōpro
miſſum fuiſſe metu factū, quamobrem recte
7 ipſo Maximiliano dicitur reſciſſum, cū † me
tu geſta, rata non habeat Pretor, l. 1. ff. quod
metus cauſa omnes in. l. nihil conſenſui. de
reg. iuris. in. l. interpoſitas. C. de tranſact. &
8 alibi ſæpiſſime, & ſatis iudicatur † iuſtus me
tus, armorū terror. l. 3. §. ſi quis uim. ff. de ui
& ui armata Alexan. conſil. 98. num. 3. lib. 3.
Quod etiam fortius confirmatur, quia eam
reuocationem fecit Maximilianus ex certa
ſcientia, & motu proprio, affirmans ſe ple-
niſſimè informatum eſſe & cognouiſſe com
promiſſum illud ac cętera omnia deinde ſub
ſecuta adulterina fuiſſe, ac inique extorta,
in eaq; reuocatione uſus eſt Maximilianus,
plenitudine ſuę poteſtatis, potuit ergo ac
uoluit illa omnia extinguere, & ſubuertere
ut multis cōcludit Dec. cōſi. 191. qui affirmat
uirtute dictarū clauſularū cenſeri reuocatā
& abrogatā donationē alias a ſupiore factā.
Quarto adducor ex eo quod præſuppoſi
to Alphonſum Carretum Seniorē, ac huius
Marchionis auum cōſecutū fuiſſe ius ſuum
a Maximiliano Impatore, poterit is uti bn̄-
9 ficio †. l. bene a Zenone. C. de quadrien. præ
ſcripti. ut ſcilicet, per quadriēnij lapſum om
nino tutus ſit, & qui in re ius aliquod prætē
dit cogatur ipſum Imperatorē concedentem
adire. qua de re plura doctè ac egregie apud
con


conſult iſſimum Craue.conſil.263. col. ult.
ſi ergo ius aliquod in hac Marchia præten-
dunt Genuenſes, non Marchionem hunc,
ſed Imperatorem conuenire debent.

Quinto moueor, quia præſuppoſito mil-
lies Rempublicam conſecutam fuiſſe.d. Mar
chionatus partem, tam ex laudo Antonioti
Adurni, quàm ex ſuſceptis deinde inueſtitu
ris, attamen, ex quo Alphonſus ille Senior
a Maximiliano conſecutus eſt inueſtituras,
10 ſatis dicitur decurſa † præſcriptio ad com-
modum Imperij, & Marchionum aduerſus
Rempub. contra quam ſatis ſuperq; dicitur
præſcriptum ſpacio annorum ſeptuaginta,
& octo, ex Caſtren. & aliorum doctrina in
l. ult. col. ult. C. de ſacroſ. eccleſ. Alexan.
conſi. 16. numero 20. lib. 5. Balbi tracta. præ
ſcriptio. 3. particula. quintæ partis princi-
palis q. 1.

Sexto illud maximè huic Illuſtriſſimo
Marchioni ſuffragari uidetur, quod Genuen
ſes ſolum ius ſuum a laudo Antonioti me-
11 tiuntur, quod ſane laudum † dominiũ tranſ-
ferre non potuit, ut in ſpecie affirmauit Bal
dus in. l. ult. §. ulti. in fine. C. communia dele
gatis, nam ex Iudicis ſententia dominium
non transferri fortius cenſuit gloſ. l. exce-
ptio. ff. de exceptio. rei iudicatæ.

Septimo ac ultimo, ex eo adducebat ali-
quando, quod etiam ſi præſupponeremus,
Genuenſibus ius aliquod in hoc Marchio-
natu fuiſſe quæſitum, attamen illud amiſiſ-
ſe, ob commiſſam uiolentiam, ex diſpoſitio
ne. l. ſi quis in tantam, ubi doctores omnes.
C. unde ui, & amiſerunt inquàm Genuenſes
ius ſuum tam ad commodum Marchionis
utilis dominij, quàm Imperatoris directi, ut
tradit gloſ. & ibi omnes in. d. l. ſi quis in tan-
tam, & egregiè apud Nattam conſi. 101. nu.
2. lib. 1. hæc me non mediocriter hæſitantẽ
reddebant, ut pro Illuſtriſſimo ipſo Mar-
chione, ſentirem.

Cæterum re ipſa paulò diligentius perpen-
ſa, ſum contrariæ opinionis, & ſententiæ,
in cauſa hac & iudicio dominij, ſeu Petito-
rij, ius optimum Genuenſes fouere, quod ut
uerum oſtendam, multis adducor, prius uno
uerbo relata facti ſpecie. Conceſſio ab Ot-
thone ſecundo Aledramo Saxonio facta eo
anno. 967. fuit. res ſe habuit pacifice uſque
ad tempora Caroli quarti, quo tempore in
rerum natura reperiebatur alter Aledra-
mus, qui tunc totius Marchionatus Domi-
nus erat, is cum tres haberet filios. Georgiũ
ſcilicet, Henricum, & Antonium, teſtamen-
tum condidit, & Caſtrum Finarij aliaque
multa illius Marchionatus Antonio præle-
gauit, qua de re duo alij Georgius ſcilicet
& Henricus conqueſti ſunt, paterno deſide-
rio uelle acquieſcere negantes, ob id litem
una ſimul habere cœperut, moritur interim
Henricus duobus filijs poſt ſe relictis. Alera
mo ſcilicet tertio & Emanuele. Georgius,
ut Antonium illuderet ac falleret, ſuo nomi
ne, ac etiam nomine duorum patruelium,
Carolum. 4. anno, 1355. adijt, & ab eo in-
ueſtituram pro duabus integris tertijs, ſicq;
pro octo uncijs totius Marchionatus conſe
cutus eſt, ſicque a Carolo quarto feudum
hoc recognoſcere cœpit. lis adhuc, quæ cũ
Antonio pendebat per multos etiam annos
perdurauit, Genuenſes ius in ipſa Marchia
prætendentes ex antiquis inueſtituris iam
conceſſis anno. 1227. ut oſtendit Nebienſis
Epiſcopus in Genuenſium Annalibus, & in
auxilium ipſius Antonij prælegatarij, una
ſimul cum eo bellum aduerſus Georgium,
& duos illos patrueles mouere. tandem, ut
quieſceret omnia, fuit in Antoniotum Adur
num eo anno. 1385. compromiſſum, & in
eo laudo interuenerunt Antonius prælega
tarius pro una parte pro altera ille Ema-
nuel & Aleramus filij Henrici, pro tertia ue
rò duo filij Georgij, qui a Carolo quarto,
adeptus fuit inueſtituram, & qui paulò an-
te erat uita functus. duo inquam filij, ſcili-
cet Lazarinus & Carolus, & deinde Geor-
gius ſecundus patruelis. d. Lazarini, & Ca-
roli ex fratre, Henrico ſecundo iam uita
functo, & ita in ipſum Antoniotũ fuit com-
promiſſum, ut etiam iudicaret ſuper iuri-
bus Reipubli. Genuenſis. & quo res redda-
tur clarior, hanc ſubijcio tabellam, qua ſin
gulorum nomina, qui in controuerſia hac
ipſa ius ſibi eſſe credebant, demonſtren-
tur.



Res ita ſe habuit uſq; ad tempora Maximiliani Imperatoris, cuius tempore hoc eſt ſecundum Illuſtriſs. Marchionẽ anno. 1482. Alphonſus auus ab ipſo Imperatore inueſtituram conſecutus eſt, & per ſententiam reuocata ſunt omnia ante geſta cum Genuẽſibus, ut iã ſupra relatũ eſt. In hac hypotheſi ſunt plura & diligenter cõſideranda, præſertim illud primum conceſſionẽ ab Otthone ſecundo Aledramo factã, non in uim feudi ſed ſimplicis & meræ donationis fuiſſe, quod ſi uerum eſt, (ut uerißimum ſtatim oſtendemus) ſequitur licuiſſe illi Aledramo ſecundo prælegatũ facere Antonio; quinimo millies conceſſo hanc Otthonis cõceßionem fuiſſe feudalem, adhuc tamen defenditur prælegatum Antonio factum, ut ſtatim aperiam. Eſt conſiderandum & illud ſecũdum, quod pendente lite inter ipſum Antonium prælegatarium Georgium, & duos illos patrueles, nõ licuiſſe Georgio adire Carolum Quartũ & in detrimẽtum .d. Antonij inueſtituras ſuſcipere. Eſt etiam tertiũ illud perpendendum, duos illos patrueles Aleramum ſcilicet ter-

tium & Emanuelem non conſenſiſſe inueſti
ræ a Georgio patruo ſuo & eorum nomine
ſuſcepte, ita, ut ratione portionis ſibi cōtin-
gētis Marchia nō ſit effecta impialis ex qui
bus eliciē clare, ex ſuſcepta inueſtitura a Ge
orgio illo ratione unius tertię partis tātum
fuiſſe imperio ſuppoſitā, & a Carolo Quar-
to recognitā, quam ſane portionem oſten-
demus ultimo loco recognoſci nō potuiſſe.

Primum ergo illud, quod conſiderandum
diximus Otthonis ſcilicet conceſſionem nō
feudalem, ſed liberæ donationis fuiſſe demō
ſtratur, Primo quia tēpore huius Otthonis
13 ſecundi nondum † feudorum iura & conſti-
tutiones editę fuerāt, nec promulgatæ, ut in
ſpecie noſtri caſus in hac Otthonis cōceſſio
ne Aledramo facta argumentantur Pariſius
conſil. 23. num. 256. lib. 1. & Alciatus reſpon
ſo. 199. num. 32. qui ambo in eadem facti ſpe
cie conſuluerunt, affirmarunt enim Primam
feudorum conſtitutionem, qua feudum ad
hæredes ſeu nepotes tranſmittere nūc licet,
14 promulgatam fuiſſe a † Cōrado ſecundo ut
patet in cap. 1. §. cum uero de iis qui feudum
dare poſ. qui quidem Conra. anno noſtrę ſa
lutis 1040. imperauit, ut authores ſunt Volā
terr. & Blondus, uel ſecundum Ioannem Ca
rionē anno 1025. & tamen Ottho ſecūdus
eam conceſſionem fecit. d. anno 967. ut etiā
retulit Soc. Iun. conſil. 76. num. 1. lib. 1. qui cū
Pariſio & Alciato eodē in caſu interrogatus
15 reſpondit. Non ignoro tamen † Carolū Mo
linæum excuſſi admodum ingenii uirum, in
conſuetudi. Pariſien. in titulo primo in prin-
16 cipio num. 22. annotaſſe, † feudalem cōſtitu
tionem primam a Lothario huius nominis
primo, anno ſalutis noſtrę. 825 ſub Eugenio
ſecundo fuiſſe promulgatam, quam quidem
17 conſtitutionem relatam habemus † in ca. 1.
in titulo. Conſtitutiones feudales. D. Lotha
rij imperatoris &c. attamen Pariſius d. conſ.
23. nu. 266. li. 1. affirmat eſſe Lotharii tertij
cuius rei argumētum præſtat inſcriptio alte
ra tituli de prohibita feudi alienatio. per Lo
tharium, quæ tertij Lotharij eſt, qui eam an
no. 1136. promulgauit, ut eo loci habetur in
data, & non fuiſſe Lotharij, primi, illud præ
ſtat ſolidum argumentum, quod uiuente Eu
18 genio ſecundo Pōtifice maximo is † Lotha
rius primus numquam imperauit, cum ſuper
ſtes adhuc eſſet illius pater Ludouicus, & li
cet is Lotharius Italię Rex declaratus fue-
rit, ut author eſt Sabellicus lib. 9. Eunead. 8
attamē (ut is etiam fatetur) nō niſi mortuo
Eugenio ſecūdo in Italia Magiſtratus ordi
nauit & aliqua ſanciuit, quod etiam uerum
an eſſet, non parum dubitauit is Sabellicus,
fieri ergo nullo modo pōt, ut Lotharii pri-
mi illā conſtitutio ſit, Eugenio ſedente, pro
mulgata, quod etiā ſi uerū eſſet, adhuc uim
legis uniuerſalis habere non potuit, cum in
ſola Italia cōſtitutū illud fuerit a Rege, nō
ab imperatore, nec ita obſeruabatur, ut ex
multis colligit Pariſi. d. conſil. 23. num. 266.
non ergo poſſumus affirmare Otthonē hūc
ſecundum feudum conſtituere uoluiſſe, cum
nullus illius adhuc eſſet uſus.

Secundo Otthonis conceſſionem, nō feu
dalem, ſed ſimplicis donationis fuiſſe oſten
19 dunt uerba illa † donamus atque elargimur,
quæ donationem arguūt, ut in ſpecie huius
noſtri caſus reſpondidere Pariſ. d. conſil. 23.
nu. 1. li. 1. Goza. conſ. 8. nu. 16. Soc. Iun. conſ.
76. nu. 42. lib. 1. Alcia reſponſo. 199. nu. 25. &
Rolan. a Valle conſil. 2. nu. 4. 5. & conſ. 3. nu.
73. qui loquitur in indiuiduo de cōceſſione
hac noſtra, ibiq; multorū authoritatibus &
rationibus nituntur, ad hāc ſentētiā uerā de
monſtrandam, quibus accedit Alcia. reſp. 172.
n. 5. & reſponſo. 374. n. 3. Rui. conſ. 208. col. 1.

Tertio ex eo demōſtratur ex illis uerbis,
20 † ut a modo in antea, prout ad nos pertinēt,
& ſubmiſſæ ſunt, ipſius Aledrami dominio
ſubdantur, & in eius ius delegentur, ac om-
nino trāsfundātur, quæ ſane uerba oſtēdūt
omne ius eſſe tranſlatum, ut affirmāt in hac
ipſa conceſſione Pariſ. d. conſi. 23. num. 5. li.
1. Goza. conſi. 8. nu. 18. Soc. Iun. conſi. 76. nu.
45. Rolādus a Valle. d. conſil. 3. nu. 72. & cla
rius Alcia. d. reſpōſo. 199. nu. 25. nam illa uer
ba prout ad nos pertinent, magni ſunt effe-
21 ctus, † dictio enim prout, ſimilitudinem de
notās, plenarie accipitur Bart. in extrauaga.
ad reprime. in uerbo. prout, et in. l. edita nu.
28. C. de eden. immo eſt ſignificatiua iden-
titatis Ang. conſi. 21. ſi dictus Ioannes Alex.
conſi. 3. col. 1. li. 2. late in his fere terminis no
ſtris Bolog. conſi. 2. col. 2. uerſ. nam ſecundū
Angelum. &c. & illa uerba omnino transfun
22 dantur, eſt enim ius † dictionis omnino illa,
ut precisam naturam habeat & reſtrictionē
aliquam non patiatur. l. ſi poſſeſſore in prin.
ff. de petitio. hered. Pariſius. d. conſi. 23. num.
5. & Soc. Iun. d. conſi. 76. nu. 45. immo impor
23 tat hec † dictio omnino idem quod in perpe
tuum gloſ. ubi Card. in Clem. 1. de uita & ho

neſta.cler. Baronus in cap.2. nume.51. extra
24 de proba. ſic & illa uerba, in eius † ius dele-
gentur ſignificat enim,ut retulit Alcia.& reſ
ponſo.593.nume.25. non utiles modo, ſed
& directas actiones fuiſſe tranſlatas. l.ſi cũ
emptore.ubi Ang.ff.de pactis,cum nil aliud
ſit delegare,quàm loco ſi alium dare.l.1. ff.
de noua. dum ergo Ottho in his bonis lo-
cum ſui delegauerit Aledramum,in eũ tranſ
latum dicitur omne ius, quod apud Ottho
nem erat.

Quarto,donationem hanc fuiſſe,ſatis o-
25 ſtendunt illa uerba,habeantque † poteſtate
uendendi,commutandi,alienandi, pro ani-
mo iudicandi, & quidquid eorum decreue-
rit authoritas faciendi, omnium hominum
contradictione remota,quę uerba(ut admo
nere Goza.d.conſ.8.nu.21.Alcia.d.reſponſo
199.nu.26.& Rolã.a Valle.d.conſ.3.nu.73.)
repugnant naturæ feudorum ca.1. de feudo
nõ hab. Propr. naturam feud.& in noſtris
terminis claris hæc uerba perpendit Alber.
Roſ.in ſuo dictionario in uerbo feudũ col.
2.& tradunt alij quos infra referam.

Quinto hoc clarius demõſtratur, quia in
25 ea conceſſione legitur † Ottonẽ non modo
de ſuo conceſſiſſe,ſed etiam confirmaſſe res
proprias Aledrami,quæ illi aduenerũt, tam
ex hæreditate parentum,quàm de acquiſitu
proprio per diuerſa loca,uidelicet in comita
tu,Acquenſi, Parmenſi,Cremonenſi,Mon-
tis ferrati,Taurinenſi, Vercellenſi,Sauonen
ſi, &c.ſed clarum illud eſt Finarij Marchio
natũ proueniſſe a Marchionibus Sauonę &
eſſe fere unum, & idem ratione originis, cũ
ergo fuerit conceſſum Aledramo, quę in Sa
uonenſi comitatu erant propria, poſſumus
immo debemus intelligere, Finarium fuiſſe
proprium Aledrami uel ex patrimonio, uel
ex acquiſitione, cum in dubio res poſſeſſa
27 præſumatur † propria,non aliena ut probat
Bald.l.quidã in ſuo nu.4. de cond.inſt. Boe.
q.42.num.8 Carolus Molinæ.in conſuetud.
Pariſie.tit.1.§.1.gloſ.1.nu.58.qui ergo uult
affirmat Finariũ,non Aledrami ex ſua acqui
ſitione, ſed Otthonis fuiſſe, probarẽ debet
hoc fundamentũ confirmãt ualidiſſime præ
cedentia:nam ſi una ſimul Ottho conceden
do Aledramo,quæ ſua erant ſeu illa ei cõfir
mando,& deinde noua illi tradendo, conce
dit ſub una forma unaque diſpoſitione,quẽ
admodum,quæ iam propria erant non ſunt
illi,ut feudalia,ſed ut libera & propria cõfir
mata,ſic & cætera.ne una diſpoſitio eiſdem
met uerbis nulla diſtinctione penitus facta
28 † ſit diuerſi iuris,cõtra.l.cũ qui ędes de uſu
ca.nec eſt,quod dicatur,Aledramũ uoluiſſe
etiam,quæ propria erant,ut feudalia ab Ot
thone recognoſcere,quia hoc non præſumi
tur,ut in ſpecie declarauit Alcia.d.reſponſo
199.nu.27.eſt ergo dicendum omnia libere
fuiſſe conceſſa & confirmata.

Sexto & ultimo,hæc omnia confirman-
29 tur,quia † actus ſequentes declarant præce
dentes.l.Iulia.§.proinde.ad S.C. Macedo.&
tradunt omnes.in.l. qui filiabus de leg.1. cũ
ergo ipſe Aledramus illiuſq; ſucceſſores nul
lam habuerint inueſtituram ab Imperatori
bus per annos tercentum octuaginta octo,
Hoc eſt ab ipſa conceſſione Otthonis uſq;
ad Carolum.4.qui anno.1355. primam in-
ueſtituram conceſſit, ſequitur Otthonis
conceſſionem feudalem nullo modo fuiſſe,
ut in noſtris his terminis clariſſimè argumẽ
tatur Alciatus d. reſponſo.199.nu.28.acce-
dit ad confirmationem,cum non conſtet ſu
ſceptam aliquam inueſtituram per. 388. an
nos,non ne plus quàm abſolutum eſt,præ-
ſcriptum fuiſſe directo quouis dominio &
omnibus iuribus Imperij,cum minor ſuffici
at temporis curſus,ut ſtatim infra ſubijciã.
cætera,quæ a Pariſio,Socino,Gozadino,Al
ciato, & Rolando perpenduntur ſciens præ
tereo.

Nunc tantum aliquibus, quæ huic ſenten
tiæ aduerſari uidebantur, ſatisfacio. Non
enim [illegible] primum mouet dubium,quod in
[illegible] ione reſeruatã fidelitatem fuiſſe,
q[illegible]dem oſtendit,conceſſionem feudalẽ
30 eſſe,cum ſui natura † feudum à fidelitate no
men ſumere Alcia.ca.1.nu.34.quæ fuerit pri
ma cauſ.benef.amittẽ.clàre Abbas conſ.82.
nu.6.lib.1.latè Iaſ.in præludijs feudo.nu.28.
Zaſius Epitome feudo.parte prima nu.2. &
hanc difficultatem in noſtris terminis ſenſit
Pariſ.d.conſi.23.nu.12.13.li.1.quia uno uer
bo reſpondeo una cum Alciato. d. reſpon.
31 199.nu.35.† fidelitatem nihil ſpeciale ratio
ne feudorum inferre, cum & ſubiecti,etiã ſi
32 feudatarij non ſint,ad † fidelitatem tenean-
tur,ut docuit Bar.in extrauaga. ad reprimẽ.
in gloſ.3.idem Alciatus reſponſo.172.nu.6.
addo ipſe in noſtris terminis Oldradũ conſ.
159.Ex præſenti themate col.pen.uerſi. nec
hoc etiam arguit.&c.qui reſpondit, hanc fi
delitatis retentionem ex neceſſitate non ar-
guere

guere conceſſionem feudalem eſſe,& magis
claré & in ſpecie ſic reſpondit Dec.cōſ.413.
nume.7.uerſ.non obſtant allegata &c.quod
Decij reſponſum retulit in hoc noſtro caſu
Soc. Iun.d. conſil.76.nu.47.lib.1.& Roland.
a Valle.d.conſil.2.num.6.

Non etiam ſecundo ad rem facit,quod in
ea conceſſione dicitur, quod nullus húc Ale
33 dramum diſueſtire habeat,quę † uerba inue
ſtituram præſupponunt,ſicque bona eſſe feu
dalia,quia una cum Alciato.d.reſponſo.199.
num.33.reſpondeo inueſtituram ſimplicem
poſſeſſionem ſignificare.cap.1. in prin. quid
ſit inueſtitura.erit ergo diſueſtire, poſſeſſio
ne priuare, quemadmodum inueſtire, eſt ré
concedere quaſi ueſtire,& diſueſtire ac ſpo-
liare contraria ſunt, ut oſtendit Plautus in
Caſin.uir te ueſtiet,tu uirum ſpolies, quare
34 † inueſtitura uox dicitur comprehendens
quamlibet poſſeſſionem, non ſolum ſi iure
feudi,ut electionis,uel ſimili apprehendatur
propoſuit de conceſſio. præbendæ Din. in
cap.1.nume.12. de reg. iuris in. 6. Alber.in.
Rub.C.locati.

Nō etiam aduerſatur tertio quod Ottho
35 in ea conceſſione hanc appellet † Marchiã,
cuius natura eſſe dicitur,ut feudum,non au-
tem directum dominium oſtendat cap. 1.de
feudo Marchię,& Marchiam eſſe feudum di
gnitatis tradunt Iaſ.in Præludiis feudorum
nu.119. Capicius Deciſ. 32.nu.11.Soc.Iunior
conſ.95.nu.92.lib.3.quia reſpondeo una cũ
36 Alciato. d.reſponſo.199. nu.36.†.Marchiam
etiam dici,quam quis iure proprio poſſidet,
ſic etenim iure ſuo haberi poteſt, & concedi
tur, ut etiam comitatus, ſic in terminis Ho-
ſtien.& Ioan.Andreæ.in cap.ult. de Iudiciis.
quos ſecutus eſt Alciatus tract.Præſumptio.
regula 2.præſump.3.nu.2.& ad rem maxime
confert, quod reſpondit Soc. Sen. conſil.67.
uiſis inueſtituris col.4.uerſ.nec obſtat,quod
prædicti nobiles. lib. 1.dum affirmauit, non
37 eſſe bonam conſequentiã,eſt conceſſus † co
mitatus & effectus eſt comes inueſtitus ille,
ergo eſt datũ feudum in uim comitatus,quia
ſtat ſimul quod conceſſus ſit comitatus,& ta
men non in feudum, & uim comitatus, ſic
etiam uidemus Marchionatus dignitatẽ, ut
perſonalem,a re ipſa diſtinctum quid habe-
re, ita ut dignitas, cum perſona non cum re
extinguatur,quod docuit Iſernia in ca.1.col.
1.de feudo Marchiæ. non ergo ſequitur, eſt
Marchia,ergo eſt feudum,quod ab Imperio
recognoſcitur.

Non quoq; quarto loco aduerſatur quod
in ea conceſſione legitur Otthonem ſub hac
38 forma conceſſiſſe, † prout iuſte,& legaliter
poſſumus, quæ uerba reſtrictiua ſunt,ut illa
dictio,prout, oſtendit,& iam diximus pau-
lò ante reſtringitur.ergo ut nō directum do
minium,ſed utile tantum, ſicque feudum cõ
ceſſum cenſeatur.nec enim directum conce-
39 dere poſſe uidetur Imperator,cum,quę † Im
perij ſunt, alienare minimé poſſe non nul-
li affirment ſic Baldus in proœm. feudo nu-
me. 32.33. Alexand. l. filio quem pater de
liberis & poſthu.Io.Baptiſta a Sancto Seueri
no in l. cunctos populos num.10.C.de ſum.
trin. & fide cathol. & in.l.Imperium nu.35.
ff.de iuriſd. om. iud. quod ea ratione affir-
mant, quia ſi hoc cōcederetur,ita paulatim
minueretur euaneſceretque Imperiũ, quod
nulla ratione concedendum eſt,ſic Baldus in
capit. intellecto de iure iuran.& poſt alios
retulit Rolan.a Valle conſil.2.num.95.Reſ-
pondetur huic duriſſimo,qui creditur,obici,
& primo nos eſſe in claris,in quibus ceſſant
coniecturæ.l.ille aut ille.§. cum in uerbis de
lega.3. l.continuus.§.cum ita de uerbo.obli
ga.cum enim donauerit Ottho ſecundus, &
per tot annos illius ſucceſſores confirmaue
rint, non eſt quod hæſitemus amplius. Reſ
pondetur ſecundo hic unum præſupponi,
quod non cōceditur,Otthonem ſcilicet Ale
dramo conceſſiſſe, quæ Imperij erant, cum
tamen iam dictum recte fuerit ſupra ſtatim,
non Imperij, ſed ipſiuſmet Aledrami, tum
ex patrimonio,tum ex propria acquiſitio-
ne fuiſſe. Reſpondetur tertio ueriorem eſ-
ſe interpretum ſententiam, Imperatorem,
40 quæ † Imperij ſunt, ita alienare poſſe, cum
non maximi detrimēti alienatio eſt, ſic poſt
Oldradum alioſque plures reſpondit Ro-
landus a Valle.d.conſil. 2.nume.95. ſic Zaſi
us in Epitome feudo.in quinta parte nume.
15.Reſtaurus Caſtaldus tracta.de Imperato
re.q.104.nu.3.qui poſt Baldum & alios affir
41 mauit,† Imperatori licere ſingulariter ciui-
tatem,oppidũ.Caſtrum uel Prouinciã alie-
nare,cum ſolum impediatur partem Imperij
per nomen quotæ,diſtrahere,cũ ergo in ca
ſu noſtro, Otthonis tempore, conceſſio ab
eo facta,non per modum quotę, ſed rerum
ſingulariũ ueré fuerit,nec ad maximam Im-
perij tunc ampliſſimi diminutionem conceſ
ſio extiterit,ſequitur donationem illã abſo-

lutam & liberam fieri potuiſſe. ſi ergo dona
tio fuit iuſta ratione, quo ad ius Imperij, qđ
nullum uere aderat prælegatum Antonio fa
ctum defenditur.

Sed dato non conceſſo tamen, Otthonis
conceſſionem feudalem fuiſſe, adhuc tamen
is Aledramus ſecundus Antonio uni filiorũ
prælegare potuit, quod multis rationibus de
monſtratur. Primo, quia conceſſio hæc cum
ea facultate ac poteſtate eſt facta, ut liceret
illi Aledramo primo huiuſq; ſucceſſoribus
42 † ad libitum diſponere (ut iam diximus) quo
fit, ut Aledramo ſecundo licuerit de eo teſta
ri ac prælegatum facere cap. 1. de feudo nõ
haben. propr. naturam feud. cap. feudum ſi
de feudo controuerſ. fuerit inter dominum
& agna. & uni filiorum licere hoc caſu relin
quere, crebrior eſt noſtrorum ſententia, ut
eã noniſſime latè ac doctè pro more tuetur
conſultiſſimus Crauet. conſi. 256. col. 2. & 3.
43 ſic in † feudo hæreditario docuit Iaſ. in l. 2.
nu. 213. C. de iure emphyteo. nec diſſentit
Tiraq. tracta. de Retractu conſang. §. 7. gloſ.
6. in fine. Pariſius conſ. 2. nu. 33. lib. 1. Dida-
cus Couar. Hiſpa. lib. 2. uaria. reſolu. cap. 18.
nu. 4. uerſ. 2. feudo. & uerſi. ſequenti, & non
eundo (ut noſtri ſæpe dicere ſolent) per emẽ
dicata ſuffragia, ſic in indiuiduo noſtri caſus
44 & huius † prælegati affirmauit Albericus Ro
ſatus in dictionario in uerbo. feudum col. 2.
& Alberici uerba ac doctrinã retulit ad uer
bum & probauit Boe. q. 204. nu. 28. &, cum
de huius Otthonis conceſſione uerba face-
ret, idem reſpondit Pariſ. conſi. 23. nu. 169.
lib. 1. ex quo illud etiam intelligimus male
reſpondiſſe Pariſium conſi. 10. nu. 7. lib. 1. nõ
licere patri uni filiorum feudum antiquum
& ſi hæreditarium relinquere, quod minus
uerum ſentiens is Pariſius, aliter deinde re-
ſpondit conſi. 106. nu. 29. lib. 1. Confirma-
tur ſecundo, prælegatum ab Aledramo ſecũ
do factũ defendi, quia etiam ſi feudum hoc
eſſet, & ſui natura non alienabile, attamen
45 † in ſuos alienari & de eo diſponi potuit ca.
1. de natura ſucceſ. feud. cap. omnes filij. de
controuerſ. inueſt. ſic ad huius prælegati fa
uorem argumẽtatur Alber. in d. Dictionario
in uerbo. feudum col. 2. uerſi. pro hoc bene
facit. &c. uere enim communis eſt & recep-
46 tiſſima omnium ſententia, uaſallum † feudũ
non amittere, ſi comprehenſis in inueſtitura
alienat, ſic affirmarunt. Alexan. conſ. 30. nu.
2. lib. 6. Craue. conſi. 303. num. 4. Brun. conſi.
38. nu. 2. conſi. 44. nu. 4. Pariſ. conſi. 1. nume.
131. conſi. 2. nu. 40. & conſi. 3. num. 23. lib. 1.
fuſiſſime Tiraquel. tract. de retractu conſan.
in proœmio n. 52. ſic in Emphyteota anno
tauit poſt multos Marſil. ſing. 28.

Accedit 3. loco ex Alberici ſententia, ſic
olim fuiſſe obſeruatũ in hac ipſa Carretto-
rum familia, ut de feudis diſponere, & ſuis
legare liceret. eſt ergo dicendum & eo rem
47 pote illi Aledramo licuiſſe legare. eſt enim †
probabilis unius familię cõſuetudo, ut certo
modo teſtentur. ſic Ang. in l. teſtamenti fa-
ctio. ff. de teſta. Barba. inter conſilia Curtij
Senio. conſ. 67. ſapienter col. 15. in fine Iaſon
conſ. 46. nu. 3. lib. 1. & in repet. l. omnes popu
li nu. 42. de inſt. & iure, late. Soc. Iun. conſ. 65
nu. 34. lib. 1. & conſi. 62. num. 2. lib. 2. Boe. q.
155. nu. 29. qui latè & in feudis idem ſentit.

Quarto extra omnem controuerſiam res
hæc poſita eſt, quia duo alij fratres Antonij
48 † prælegatarii Georgius ſcilicet & Henricus
hæredes extiterant. d. Aledrami patris, qua-
re illius diſpoſitioni aduerſari nõ poterant,
ſic Albe. qui ſupra, alias enim de euictione te
nerẽtur l. cum pater. §. euictis de leg. 2. & in
noſtris his terminis ſic Alex. conſ. 30. num. 2.
lib. 6. & latius Craue. d. conſi. 256. num. 3. in
fine, nec alij diſſentiunt, qui affirmarunt, fi-
lium non poſſe diſpoſitioni paternæ contra
uenire, cum de feudo diſpoſuit, ſi modo il-
lius hæredes exiſtant iuxta l. cum a matre.
C. de rei uend. ſic egregie & doctè affirma-
runt Rui. conſi. 1. nu. 13. conſil. 42. nu. 12. lib.
1. & conſi. 25. nu. 11. lib. 2. Iaſ. conſ. 168. in fi.
lib. 4. Boe. q. 23. num. 20. Alcia. reſponſo. 481.
nu. 20. & in claris noſtris terminis, de conceſ
ſione huius Otthonis uerba faciens, ſic re-
ſpondit Rolan. a Valle. d. conſil. 2. nu. 40. du-
bium ergo non eſt, quin illud prælegatum
iure illi Antonio fuerit factum, quod eo for
tius uerum demonſtrabitur, ſi uni difficulta-
ti, quæ tunc excitabatur ſatisfaciam. Non er
go obſtat, ea ratione prælegatum non de-
49 fendi, quia † diuiſio Marchiæ iure non con-
ceditur, ex cap. Imperialem. §. præterea, de
prohib. feudi alien. per Frider. quia multipli-
citer reſpondeo. Primo ex Alberico in. d.
50 uerbo. feudũ nos eo † in feudo loqui in quo
diſponendi facultas ac poteſtas cõceſſa fuit,
quo in caſu locum ſibi non uendicat is tex.
§. præterea, & in ſpecie Alberici declaratio-
nem probauit Car. Senio. conſil. 69. Domi-
nus Ioannes col. 6. uerſ. ſed præmiſſis nõ ob

ſtantibus. Reſpondetur ſecundo ex eiuſ-
51 dem Alberici doctrina † d.§.præterea, loqui
de ipſa dignitate,& titulis dignitatum, non
autem de bonis earum,puta ciuitatibus, ca-
ſtris,& oppidis,cum illa diuiſibilia ſint,quod
qua ratione ſit factum is latè explicat,ut fa-
ciunt & Cur. Sen.d.conſi.69.col.8.uerſic.ſe-
cundo principaliter confirmo, Boe.q. 204.
nu.28.qui ad literam Alberici uerba retulit,
ſic & Rubeus conſi.133.nu.5. Reſpondeo
ipſe tertio d.§.præterea, non procedere no-
52 ſtro hoc caſu,† in quo uni filiorum legatum
eſt feudum, cæteris autem bona allodialia,
quod admittunt noſtri interpretes.d.§.præ-
terea,ſic declarantes,ut Alex. conſ.18.nu.6.
lib.2.conſi.30.nu.1.in fine lib.6. Soc.Sen.cõſ.
67.colum.8.uerſi.tertio reſpondetur lib.1.&
conſi. 278.col.1.uerſ. tertio nam licet lib.2.
Dec.conſil. 445. num. 3. uerſi. & licet feu-
dum. Brunus conſ. 66. nu.12. Confirmatur
hæc reſpõſio,hac quarta,quia d.§.preterea,
non procedit,quando præter bona allodia-
lia,is pater alijs filijs alia caſtra,& oppida re
liquit,ſic Soc. Sen.d.conſil.67.colũ.8. uerſic.
quarto reſpondetur lib.1.& conſ.278.col.2.
in prin.li.2.& Rolan. à Valle conſil.80. nu.
14.& Pariſius conſil.10.nu.18.lib.1.Reſpon
53 deo & quarto † d. §. præterea, non habere
locum eo caſu, cum ex conſuetudine feudi
diuiſio & diſpoſitio conceditur, ſic Alex.d.
conſ.18.nu.6.lib.2.& conſ.30.nu.1.lib.6.Bar
ba. inter conſ.Cur.Sen.conſi.67. col. 12. 13.
Cur.ipſe Senior præcitato conſil. 69. col. 8.
uerſ. quarto principali fundamento Soc.Se.
d.conſil.67.col.7.uerſ.primo quod diſpoſi-
tio lib. 1. & conſ.278. col. 1. uerſ. & primo
quod in Italia.&c.lib.2.Ruin.conſil. 29. nu.
16.lib.5.Goza.conſi.62.nu.4.Pariſ.conſi.10.
54 nu.15.lib. 1. qui atteſtantur † in Italia hanc
inoleuiſſe conſuetudinem ut feuda etiam di
gnitatum diuidantur,& de conſuetudine ip-
ſius Marchiæ Finarij atteſtatur, iam citatus
Albericus, & uerè deferendum eſt doctori-
bus de conſuetudine unius patriæ atteſtanti-
bus ſaltem ut faciat præſumptionem, qua
probandi onus reiiciatur in aduerſarium,ſic
egregiè & latè reſpondit conſultiſſimus Crà
uetta in conſil.166.nume.9.qui communem
hanc & ueram teſtatur.

Hac ergo patefacta ueritate,intelligimus
iure illi Aledramo licuiſſe Antonio filio præ
legare,& per cõſequens,nõ licuiſſe illi Geor
gio adire Carolum quartũ imperatorem ad
detrimentũ ipſius Antonij & in contemptũ
litis tunc pendentis,ob quam factum eſt, ut
55 a Georgio tẽtata omnia ſint † ipſo iure nul
la ſi probat.l.2.C.de litigioſis,ubi Baldus,&
docuit Bar.in l.1.§.1.ff.eo.de litigioſis. Af-
flictus deciſ.331.nu.2.qui affirmauit, ex eo
56 actu † etiam adhibita præcarij clauſula, Poſ
ſeſſionem non transferri, quod & in dona-
tione procedit Boe.q.33.nu.2. & alienatio-
nem nullam ipſo iure eſſe reſponderunt Iaſ.
conſ.149.in fi.li.4.Cur.Iun.con.165.nu.7.&
clarius Soc.Iun.conſ.92.nu.6.lib.3. Ratione
ergo hac,inueſtitura illa Caroli.4.Illaq; er-
ga Imperium Georgij recognitio, nullũ ius
imperio acquirere potuit. Verum dato nõ
conceſſo tamen, quod legitima fuiſſet illa
inueſtitura,& iuſta ratione licuiſſe Georgio
imperium recognoſcere. hæc iure defendi
ſolum poſſunt,quoad illius Georgij portio-
nem,ſicq; quoad quatuor uncias totius Mar
chiæ. nam quoad portionem illius Antonij
res eſt clara & abſoluta, illũ nunquàm reco
gnouiſſe imperium,nec illi inueſtituræ Ca
roli quarti acquieuiſſe ſic & quoad tertiam
illam portionem ſpectantem illis duobus
Georgij,& Antonij patruelibus, Aledramo
ſcilicet tertio,& Emanueli,dicendũ eſt,cum
eorum nomine à Georgio ſuſcepta inueſti-
57 tura ratificata non fuerit ob id eorum † ius
ſine facto ſuo potuit tolli. l. id quod noſtrũ
de reg.iur.ue contra nihil eis ex illa inue-
58 ſtitura † acquiſitum fuerit ius.l.ſi ego de ne
go.ge.Bar.l.ſed ſi pupilli.§.ſi ego in fi. ff. de
neg.ge.quod aũt nõ ratificauerint ex multis
59 cognoſcitur quia,qui † ratũ habet cognoſce
re debet,qualis ſit actus & quę illius forma,
ut egregiè reſpondit Crau.con.197.in fi.nã
quod ignoratur ratificari non põt Iaſ.conſ.
107.col.ult.lib.4. Pariſ.con.47.nu.97.lib.1.
60 hinc cenſuit Rui.con.48.n.12.li.1.† ratihabi
tionẽ ad incogitata nõ trahi,ſed in caſu no
ſtro præſumptio eſt illos patrueles ignoraſ-
ſe factum Georgij patrui, cũ in dubio pręſu
61 matur † ignorãtia c.ignorãtia de reg.iu.in.6.
pſertim in facto alieno.l.ult.ff.pro ſuo.Cõij
cit & ex eo ratificationẽ nõ eſſe ſecutã,quia
62 † ratificatio eandẽ ſolẽnitatẽ poſtulat, quã
actus ipſe principalis. l. ſi ut proponis.C. de
nuptiis.g.l.1.C.ſi aduerſ.tranſ.clare Cal.cõ.
57.n.6.cũ ergo in caſu noſtro ſuſceptio inue
ſtituræ,& fidelitatis præſtatio fuerit neceſſa
ria,nec aliquo modo interueniſſe reperiat,
ſequitur nullã legitimã ratificationẽ fuiſſe

ſubſecutam, quod & tertio loco ex eo conijcitur, quod ſi ita ratum habuiſſent, & inueſtitura Caroli quarti legitimè fuiſſet, non ita de facili adducti fuiſſent, ut compromiſſo & deinde laudo Antonioti Adurni acquie
63 ſcerent, ſequens enim † actus demonſtrat qualis fuerit animus præcedēs. §. Pauonum Inſt. de rerum diuiſio. l. Iulia. §. proinde. ff. ad S.C. Macedo. Intelligimus ergo ſemota omni probabili dubitatione, octo uncias totius Marchiæ, non potuiſſe, nec fuiſſe in illa inueſtitura Caroli Quarti comprehenſas.

Quo uerò ad quatuor illas uncias Georgij, adhuc illa Caroli quarti inueſtitura prodeſt, uel ipſi Imperio, uel huic Marchioni Illuſtriſſimo idq; triplici ratione: primo, quia Carolus. 4. inueſtituram ſub eo modo & forma conceſſerat. quare intelligimus, hāc Marchiam feudalem Imperij effectā non fuiſſe, cum ſatis ſuperq; demonſtrauerimus liberā, & abſolutam donationem ab Otthone factam fuiſſe, ut in ſpecie in ſimili inueſtitura, ſeu conceſſione ab eodem Carolo quarto facta Marchionibus Montisferrati, qui ab eodem Aledramo ius ſuum metiuntur, reſpondit Pariſius conſilio. 23. numero. 66. 67. 68. lib. 1. ſecundo, quia pendente lite non potuit aliquid noui moliri, quare iam diximus illa omnia ipſo iure nulla fuiſſe: tertio, quia
64 Georgio nō licuit † ius in potentiores transferre. l. 1. C. ne liceat potentio. ubi gloſa, ſic in terminis noſtris reſpondit Crauet. conſil. 205. in fine, & Ioannes Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni conſil. 114. nu. 82. qui ea ratione affirmarunt, tranſlationem illam eſſe nullam, immo uaſallum ius ſuum amittere, ſic & qui rem habet liberam, contentioſam tamen, ut hic Georgius. d. l. 1. C. ne liceat potentio. Iaſ. conſi. 149. in ii. lib. 4. Nec eſt quod dicatur, forte mediante ſententia, Georgium & duos illos patrueles integrum feudum contra Antonium obtinuiſſe, & ita poſtmodum inueſtituram a Carol. 4. conſecutos fuiſſe, quia hoc, non modo diuinare, uerum etiam nec ueriſimile eſt, quia ſi res ita contigiſſet, non poſtmodum in Antoniotum Adurnum compromiſiſſet, ut
65 ſatis de ſe patet, & quod † ueriſimile non eſt falſitatis ſpeciem habet, ut poſt Baldum & alios docuit Iaſ. in. l. ſi. extraneus nu. 6. ff. de condi. cauſ. data. Dec. conſil. 644. nu. 6. latiſſime Tiraquel. in. l. ſi unquam in præfatione. num. 37. C. de reuoca. dona. accedit pręterea quod in omnem caſum, non conſtat duos illos patrueles eam Caroli Quarti inueſtituram ratam habuiſſe, ita ut Georgii portio tantum non aliorum imperio ſuppoſita ſit. eſt preterea abſurdum præſumere ex ſententia integrum feudum Georgio & patrueli-
66 bus fuiſſe delatum, tum quia facta † non prę ſumuntur. l. in bello. §. factę de cap. eſſet ad maximum & euidēns Antonii detrimentū qui non modo pro tertia, ſed & multo maiori ex cauſa ſcilicet legati, effectus iam erat dominus. Conſtat ergo ſatis ſuperque iuſta ratione, nihil eſſe impedimento, quin excelſa hæc Genuenſium Reſpubl. effecta ſit domina huius Marchię pro ea parte, quę in laudo continetur, tum ex laudo, tum ex iure antiquiori.

Secundo loco principali, ut demonſtrem re clara, hanc Genuenſium Rempub. in petitorio potiora iura fouere, uel ipſo imperio, uel Marchione, ex eo adducor, quod ab eo anno 1385. quo tempore latum fuit laudum uſque ad annum. 1482. (immo uſque ad annum. 1493. uel paulò etiam poſt, una ratione, quam infra ſubiiciam) Reſpub. ſemper tamquam directi domina a Marchionibus fuit recognita, & illis conceſſę fuerunt inue
67 ſtiturę. quare dubium non eſt, quin † directū dominium, quod annis. 30. & 40. acquiritur, acquiſitum cenſeatur, ut docuit Iacobus Aluaro. in ca. 1. de feudo non habente propriā naturā feudi, Abbas cap. ad audientiam colum. ult. de preſcript. Balbus Tracta. pręſcriptio. quarta parte principali. q. 12. uerſi. 4. quęro, Cratie. Tracta. de antiquitate temporum ſecunda particula quartę partis principalis incipit. Abſolutis differentiis &c. nu. 28. uerſ. primus caſus eſt, quod dubio procul etiam
68 contra † imperium locū habet, ex quo apud Rempub. adfuit bonafides, & legitimus titulus, Didacus Couar. in cap. poſſeſſor. 2. parte §. 3. num. 3. de regulis iuris in. 6. nam de fide
69 bona non dubitatur, tum quia † prę ſumitur Bart. l. Celſus num. 16. & ibi Balb. nu. 104. ff. de uſucap. Alexand. conſil. 200. num. 4. lib. 2. Alciat. Tractat. preſump. reg. 3. preſumpt. 5. num. 1. de titulo autem ſatis conſtat, ex ipſo laudo, qui dubio procul legitimus eſt, ut ſtatim dicemus, & iam ſupra attigimus, uel ſaltem ſi error aliquis interceſſit, negari nō
70 pōt, quin quoad Remp. iuſtus † is error fuerit & probabilis, ob id dubium non eſt, quin profuerit ad preſcriptionem inducendam,

ut uno ore affirmarunt noſtri, ſic Barto.d.l.
Celſus nume.2. 3. Alciatus qui ſupra & Di-
dacus d.cap.poſſeſſor ſecunda parte.§.8.nu.
2.Soc. Iu.conſi.76.nu.60.conſi.77.nu.156.li.
1. Carolus Molinæ.conſi,20.nu.2.3.
71 Nec eſt,quod obijciatur contra † Imperiū
non currere præſcriptionem minorē cetum
annorum,ut docent Iſernia & Afflictus in c.
1.§.præterea de prohib.feud.alien.per Frid.
& ſcribit Balbus Tract.præſcrip.ſecunda par
ticula quartę partis principalis.q.1.Soc.Iun.
conſil.76.nu.86.lib.1.& Rola. a Valle conſ.
3.nu.82.83. quia multipliciter reſpondetur.
Primo,hic agi non poſſe de præſcriptione
contra imperij iura, cum imperator nullum
ius in hac Marchia ſit unquam conſecutus,
ut ſtatim oſtendimus. Reſpondetur ſecun-
do(& hic eſt ſummopere animaduertendū)
non modo centum annos,ſed etiam centum
ac nouem eſſe decurſos contra imperium,
nam a die laudi lati per Antoniotum Adur-
num, hoc eſt ab anno. 1385. uſq; ad tempo
72 ra † Maximiliani imperatoris,a quo inueſti
turam obtinuiſſe Alphonſum ſeniorem affir
mat hic Marchio, tantum temporis interceſ
ſit,cum certiſſimum ſit,ut annotauit,rerum
ac temporum diligentiſſimus obſeruator Io
annes Carion in ſuis Chronicis, & nouę dili
gens uir admodum Ludouicus Dulcius in ui
tis Imperatorum Maximilianū anno. 1494.
imperium ſuū fuiſſe auſpicatum , cum Fede
ricus tertius illius pater ſuperiore anno uita
functus eſſet & licet uiuente patre certo mo
do adminiſtraret imperium, non tamen , ut
imperator potuit inueſtituras concedere, &
ſententias contra iura Genuenſium ferre,
quinimo etiam ſi , ut is Carion annotauit,
Maximilianus imperiū adminiſtrauit,id fuit
tantum per annos octo, antequam ipſe illud
ingrederetur, ita ut clare adhuc cōſtet,nihil
imperio fuiſſe acquiſitū per unum & centū
73 annos. Reſpondetur & tertio † Imperij iura
etiam priuatiue minori ſpacio annorum cen
tum pręſcribi poſſe.poſſe enim pręſcribi pri
uatiue tradunt late & docte Crauet.Tracta.
de antiquitate temporum quarta parte prin
cipali quarta particula,quæ incipit. Materia
iſta ſingularitatis nu. 72. eiuſdem ſententiæ
addo Ruinum conſil.21.col.2.lib. 1. Curtiū
Iuniorem conſil.158.num.16.Albam conſil.
62.nu.34.& conſi.64.nu.91.92.communem
teſtatur Didacus in capit. poſſeſſor ſecunda
parte. §. 3. nu.1. de regulis in ſexto.tempus
autem minus annorum centum ſufficere af-
firmauit Cur.Iu.d.conſil.158.nu.16. qui ſuf
74 ficere ſcripſit † tempus,cuius initij memoria
non eſt , quod minus annis centum eſſe po-
teſt, ut late & recte probat Clariſſimus Cra
netta noſter Tractat.de antiquitate tempo-
rum quarta parte principali ſecunda parti-
cula incipit. Abſolutis &c.num.22
75 Non eſt pariter, quod obijciatur † in feu
dis nullam præſcriptionem currere cap.1.§.
præterea de cap. Conradi,ubi Iſernia,capit.
Imperialem de prohib.feudi alien.per Frid.
ibi, nulla præſcriptione obſtante &c. quod
clare affirmarunt Soc. Sen. conſi.86.colum.3
uerſi. tertio & ultimo lib.1. Afflictus Deci-
ſione 254. nume.3.4. plures citat Roland. a
Valle conſi.3.nume.18.19. & hanc ſuſiſſime
tuetur Ioa. Angelus Beſutius Mediolanenſis
inter conſilia Vldarici Zaſii conſi.15.lib.12.
affirmatq; non ſufficere præſcriptionem.30.
uel 40. annorum,ſed centenariam ſaltem e-
xigi,quod & ſcripſit Afflictus præcitato lo
co, nec aliter uiſus eſt ſentire Soc.Iun.conſi.
6.nume.16.lib.1.Reſpondetur multipliciter.
& Primo , quod aut intelligit Illuſtriſſimus
hic Marchio de præſcriptione Genuenſium
contra imperium uti contra directum domi
num,& tunc dico,nihil hoc eſſe, duplici ra-
tione,prima quia iam diximus ius nullū im-
perio unquam fuiſſe acquiſitū,ſecundò,quia
ſi Genuenſes eo modo præſcripſiſſent , non
feudum tamquam directi domini dominiū
illud , quod prætendebat imperator præſcri
pſiſſent,quo in caſu relata iura & doctorum
authoritates non loquuntur , aut intelligit
hic Marchio de Genuenſium præſcriptione
aduerſus ipſummet Marchionem & ſuos an
teceſſores , qui ut uaſſalli Rempubl.per tot
annos recognouerunt,& tunc non eſt etiam
dubium tanto tempore huic etiam Mar-
76 chiæ potuiſſe † præſcribi , cum eius naturæ
ſit ut præſcribi potuerit , cum & alienabilis
fuerit,ſitque,ut de Otthonis huius ſecundi
conceſſione uerba facientes uno ore reſpon
derunt Pariſius conſil. 23. numer.195. lib.1.
Soc.Iun.conſi.76.nume. 61.62.lib.1.Rolan
dus a Valle conſil.3.nume. 79. quod ſine du
bio procedit,poſteaquam oſtendimus pluſ-
quam centum annis Rempublicam pacifice
poſſediſſe,antequam imperio aliquid acqui-
reretur , ex relatorum interpretum autho-
ritate , qui in contrarium adducebantur.
77 Reſpondetur ſecundo etiam † in feudis præ

ſcribendis ſufficere præſcriptionum 30. uel.
40.annorum ex ſententia gloſæ.d.§. præte-
rea,quam crebriore calculo ſecuti ſunt inter
pretes, ut communem teſtantur Curt. Sen.
conſi.penult.colum.2. Pariſius conſi. 1.nu-
me.123.conſil.15.nume.14.& conſil.27.nu.
66.lib.late.Iacobus Alua,inter cõſilia Bruni
conſi.61.& latiſſime Soc.Iun.conſ.6.num.15
lib.1.Balbus Tract. præſcriptio. quarta par
ticula.quartæ partis principalis.q.12.princi-
pali uerſic.primo igitur quæro &c. Crauet.
Tracta.de antiquitate temporũ quarta par-
te principalis ſecunda particula. Incipit. Ab
ſolutis &c num.29.quo loci reprehendit Af
flictum d.Deciſione.254. latiſſime hanc mul
torum authoritatibus confirmat Tiraq. de
retractu conſang.§.1.gloſ.10.nu.15.& hanc
affirmauit ueram Roland.a Valle.d.conſi.3.
nu. 79.imo orẽ enim relati omnes interpre
78 tes intellexerunt.d.† cap.1.§.præterea &.d.
capit. imperialem,locũ ſibi uendicare in ſo-
la longiſſimi. 30.ſcilicet uel 40. annorũ præ
ſcriptione,cum tanto tempore præſcribens
plena ſecuritate fruatur.l. omnes & l. ſicut.
C.de præſcrip.30.uel 40. anno.

Non obſtant nũc,quę ſupra adducta ſunt
in oppoſitum ad fauorem illuſtriſſimi huius
Marchionis,in quorũ diſſolutione nõ parua
ua uerſatur difficultas: ad primum itaque re
ſpondeo ex late deductis ſupra,nec Ottho-
nis ſecundi,nec Caroli Quarti cõceſſiones
& inueſtituras huic Marchioni prodeſſe poſ
ſe. ſæpius dicta non repeto,ne(ut eſt in uete
ri prouerbio) repetita Crambe officiat.qua
re non aduerſatur illa regula,quod res de fa
cili ad ſuam naturam reuertitur, quia non
potuit noſtro hoc caſu reuerti ad feudi na-
turam,cum illa talis nunquam fuerit. Rur-
79 ſus † regula illa non procedit, quando priſti
na natura iam fuit extincta,natura enim ſu-
pereſſe debet,cũ qualitas immutatur, ſic So-
ci.Senior conſil.260. colum. 4. uerſic.prima
ratio eſt lib.2.ſed in caſu noſtro, iam extin-
cta eſt feudi natura (ſi modo talis fuit) cum
ab eo anno. 967. uſque ad annum.1355.poſ
ſeſſores huius Marchiæ Imperium non reco
gnouerint.

Non obſtat ſecundum quia reſpondetur,
ſatis ſuperq; fuiſſe demonſtratum inueſtitu
ram Caroli.4.nihil penitus prodeſſe, ſaltem
reſpectu octo unciarum totius Marchiona-
tus,quare conſtat in Antoniotum Adurnum
dubio procul compromitti,& ab eo laudum
ferri potuiſſe.Reſpondetur ſecundo Carolũ
quartum ſub ea forma & qualitate Inueſti-
turam conceſſiſſe,ſub qua Otthonis conceſ
ſio emanauit,quæ in omnem caſum,ſi feuda
lis dici poſſet, eſſe tamẽ impropriè feudalis,
hoc eſt, cum facultate uendendi,alienandi,
80 & pro libito uoluntatis diſponendi † quare
ſine Imperatorum authoritate & conſenſu
compromitti & diſponi de illo potuit, ſic in
terrogati reſponderunt ex noſtris quàmplu
res,ut apud Decium conſil.163.num.3.uerſ.
reſpondetur conſil. 171. colum.2.& conſil.
390. nume.8.Crauet.conſil. 84.nume.10. &
conſil.92.nume.6.& in ſpecie immo in indi-
uiduo huius conceſſionis Otthonis reſpon-
dit Rola.a Valle conſ.3.num.60.61.qui affir
81 mauit † Marchionibus Montisferrati ad libi
tum ſine alterius authoritate & cõſenſu Mar
chiam alienare & de ea diſponere potuiſſe,
82 ſic in † Marchia Ceuæ pro Illuſtriſſimo hoc
Finarij Marchione reſpondit idem Rolan.a
Valle cõſ.42.cũ tamen intelligamus ex olim
relatis hanc Marchiam Ceuæ eandem habe
re originem, quam & hęc Finarij habuit eo
q; loci is Rol.nu.16.ingenuè teſtatur multo
rum authoritatibus citatis,aduerſus relatam
83 † Speculatoris opinionem, eſſe aliorum in-
terpretum ſentẽtiam,quod facit idem Rol.
in tracta.de luchro dotis.q.54.nu.22. cui ad
do Soc.Iun.conſ.124.nu.72.lib.3.conſ.70.n.
11.li.3.& Alciatum reſponſo.138.nu. 3. nec
ad rem cõfert, quod eſt dictum ſaltem ſpecu
latoris & Signoruli opinionem procedere,
quando in potentiorem eſt facta alienatio,
quia reſpõdetur relatos interpretes uerè lo
qui,cũ alienandi poteſtas data non eſt, nã
84 ſi tunc alienetur etiã cum † clauſula ſaluo &
reſeruato domini conſenſu adhuc non ſuffi-
cit ad pœnam euitandam.ſic clarè Aret.con.
164.col.1.&.2.& poſt multos ſic declarat Ne
uiz.inter conſ.Bruni conſ.12.num.56.& Ru
beus conſ.13.nu.18.Reſpõdetur ſecũdo hoc
caſu dici non poſſe alienationem eſſe factã
85 in potentiorem † cum potentior cõſideratur
habita relatione ad perſonam in cuius detri
mentum fit alienatio ut illi ſcilicet per nouũ
dominium metus inferri poſſit. cum in eum
Imperium & iuriſdictionem habet, ſic egre
giè reſpondit cõſultiſſimus Crau.conſ.205.
in fine.& latè Ioan.Iacobus de Leonardis in
ter conſ.Bruni conſ.114.nu.348.ſed in caſu
noſtro iam clare apparet Genuenſium Rem
pub.non eſſe, uel fuiſſe Imperio, uel maio-

233815

rem uel potentiorem,non ergo dici poteſt
in potentiores factam alienationem.
Non obſtat tertium fundamentum princi
pale de declaratione & ſententia Maximilia
ni,quia multipliciter reſpondetur,& primo
non leuj ſuſpicione carere poſſe,ex his,quę
pauló ante diximus,qua enim ratione eam
ſententiam ferre potuit eo anno.1482. Ma-
ximilianus,ſi Imperatoris adhuc munere nô
86 fungebatur. eſt ergo maxima † urgentiſſi-
ma præſumptio contra Illuſtriſſimum hunc
Marchionem,quam euidentiſſimis conuelle
re debet probationibus iux.l.ul.ff.quod me
tus cauſa & cap. quia ueriſimile de præſum
ptionibus. Reſpondetur ſecundo Maximi-
liani prædicti ſententiam non iniquam mo-
do(ut ſic dicā)ſed & nullam omnino eſſe,cū
87 aduerſus Rempub. minimè monitā & † ci-
tatam lata dicatur. quare ſententia nulla ue
rè dicitur.l. de unoquoque ubi doctores. &
in.l.ſi furioſo ubi Alex.& Iaſ. ff. de re iudica
ta Alex. 114.lib. 6.late Sebaſtianus Vantius
tractatu nullitatum, in titulo. de Nullitate
ſenten.ex defectu citationis nume. 10. qui
iam nume.9.multorum authoritatibus affir-
88 mauerat, adeo † maximum eſſe citationis
defectum,ut uel a ſtatuto uel a Principe tol
li,ſanari,ſupleriue non poſſit; cuius ſenten-
tiæ preter eū fuit & Dec.conſ.603.nu.11.12.
iure ergo dicere poſſumus Genuenſes a Ma
ximiliano non iuſtè per ſententiá condemna
tos,ſed perperam & de facto ſpoliatos,ut e-
gregiè reſpondit Ruinus conſ. 17. nu.4.lib.
3.nec aliter ſenſit Barba.con.13.col.1.li.3.&
clarè Marſil.Sing.195.Nemo eſt &c. Ruſſus
ſententiam iniquam fuiſſe ex eo detegitur,
quod ſine cauſa iuſta & legitima contra Ge
89 nueſes eſt lata,nec enim † ſine iuſta cauſa po
teſt,uel debet quis iure ſuo priuari, ut latiſ-
ſimè tradit Craue.conſ.135.nu.19.20.& am
pliſſimè in tract. de antiquit. tempo. prima
parte principali nu.50.qui fortius eloquitur
in Principe qui ſibi ſubiectum & uaſallū iure
ſuo quærit priuare quanto fortius in noſtro
hoc caſu,in quo iam preſupponimus Remp.
Genuenſium non eſſe ſub Imperio,quare in
clauſula plenitudinis poteſtatis uti nô poſſe
Imperatorē abunde ſuprà demonſtrauimus.
Nec eſt quod dicamus iuſtam cauſam adfuiſ
ſe quia ex latere Marchionis Alphonſi Senio
ris allegabatur,ac certis rationibus demon-
ſtrabatur, compromiſſum in Antoniotum
Adurnum factum,per metum fuiſſe factum,
ob idq; laudū deinde latū futuris Marchio-
nibus & ſucceſſoribus nocere non potuiſſe,
90 quia reſpondetur de † metu nô conſtitiſſe ue
re,qui tamen erat omnino probandus.l. me
tū.C.de his quę ui metus uè cauſa.Dec. côſi.
219.nu.6.Pariſius conſil.10.num.36.lib.1. &
91 conſil.5.nu.168.li.4.ſic nec † uis præſumitur
illata, quare probanda eſt clarè l. non eſt.ff.
quod metus cauſa.Alciatus reſponſo.504.n.
92 7.& in ſpecie qualis illatus fuerit † metus pro
bandum erat. l.3.in fine.ff.quod metus cau-
ſa.Alciatus.l.interpoſitas nume.3.C.de tran
ſact.& metus qui allegatur illatus non oſten
dit,nec concludit,quoniam bellum inter Ge
nuenſes & illos Marchiones geſtum, ita ad
Genuenſium incommodum eſſe potuit,quā
ipſorum Marchionum, quorum caſtra ali-
qua & oppida etſi fuerint expugnata,non ta
men fit,quod metu tandem compulſi com-
promiſerint,quia ſtat ſimul, quod aliqua dā
na hinc inde ſubſecuta fuerint,& tamen ad-
huc illi Marchiones eſſent admodum poten
tes,ut cum Genuenſibus bellum gerere po-
tuerint,cum præſertim Imperatoris Vinceſ
lai,qui pauló ante Carolo quarto ſucceſſe-
rat,adiuarentur, tamquám imperij Vaſalli,
nô ergo ſequitur paſſi ſunt bellum Marchio
nes,ergo metu compulſi compromiſerunt.
Non pariter aduerſatur illud, quod adferri
uideo,Maximilianū uſum fuiſſe clauſulis il-
lis ex certa ſcientia, & motu proprio, quia
93 multipliciter reſpondetur, primo † clauſu-
lam ex certa ſcientia, non operari eo caſu,
quando ius tertij læditur,ſic Aret.conſil. 15.
num.6.Cur Iun.conſil.142.nume.8.uerſ.nec
obſtant. Pariſius conſi.11.nu.121.lib.1.& pre
ſertim,cū maximum eſt,quod adfertur præ
iudicium,ſic Pariſius conſil.1.nume.84.lib.1.
94 ſic in † clauſula motus proprii dicimus,quæ
ius concedentis,non tertij lædit,ut poſt mul
tos quos citauit clarè cenſuit Craue. conſil.
241.col.9.uerſ. ſecundo reſpondeo. eiuſdem
ſententiæ addo Ruinum conſ.226.nume.12.
conſil.228.nu.3.& conſil.229.nu.7.lib.1.Go
zad.conſ.14.nu.18.Pariſium.d.conſ.11.num.
120.& conſ.1.nu.75.conſ.80.nu.67.li.1.Cur.
Iun.d.conſ.142.n.9.Neuiz.inter conſ. Bruni
95 con.12.nu.35.idem eſt in † clauſula ex certa
ſcientia, cuius uis tanta eſt,quanta clauſulæ
motus proprij,ut reſpondit Pariſius conſilio
3.nu.57.lib.4. Reſpondetur ſecundo rela-
95 tas † clauſulas ſupplere tātum,quę iuris ſunt
non quæ facti,ſic Pariſ.d.conſ.1.nu.81. lib.1.

cuius facti apud Principem præſumitur igno
rantia ſic Pariſius qui ſtatim ſupra & in cõſ.
4.nu.28.& conſ.74.num.29.lib. 4. cum ergo
metus in facto conſiſtat, nec de eo facta fue
rit fides, ſequitur his clauſulis ſatisfactũ non
97 eſſe. Reſpondetur tertio.d.† clauſulas nihil
prodeſſe, cum conſtat rem aliter ſe habere.
Pariſ.d.conſi.1.num.82.lib.1.ſed hic conſtat
iuris ſaltem præſumptione, quæ probandi
onus reijcit in aduerſarium, nullum eſſe illa-
tum metum, non ergo clauſulæ hæ operari
98 poſſunt. Non quoque aduerſatur illud † De
cij reſponſum in conſil. 191. quia loquitur
Dec.in donatione prius a Rege facta deinde
reuocata ex certa ſcientia, & alteri collata,
quod facere licuit, cum ſuam liberalitatem
reuocare ad libitum ſui animi potuerit, di-
uerſum eſt in caſu noſtro, ubi Imperator ab
ſtulit a Genuenſibus, non quod eis conceſ-
ſerat, ſed quod eorum proprium erat. Rur-
ſus Decius eo in caſu loquitur, in quo illa do
natio priore loco facta, & deinde reuocata,
iam a ſui initio erat nulla ac indebite facta,
ut is Decius eo loci numero 5. uerſ. ſecus ui
detur eſſe &c. clare ſenſit, quod in caſu no-
ſtro non contingit, in quo nihil indebite, ni-
hil nulliter Reipu. acquiſitum delatumue fu
it, ut iam late oſtendimus.

Non obſtat quartum, quod dictũ fuit hos
Marchiones uti potuiſſe ac poſſe beneficio.
99 † l. Bene a Zenone. C. de quadrienn. præſcrip.
quia reſpondetur multipliciter. Primo. d. l.
Bene a Zenone, procedere ſolũ, cum is Prin
ceps, qui bona aliena donauit, illa cum bona
fide poſſidebat, ſic docuit Abbas conſ. 3. nu.
8. uerſ. primo quod illa lex. lib. 2. Roma. ſing.
737. anno præterito Soc. tracta. fallen. regu.
342. fallent. 2. Ruinus conſil. 31. num. 18. li. 5.
Decius conſ. 445. nu. 50. uerſ. & quia lex. &c.
Balbus tracta. præſcriptio. quinta parte prin
cipali ſecunda particula in octaua quæſtione
uerſ. quarto limita. Soc. Iunior conſil. 69. nu.
65. lib. 1. at in caſu noſtro nõ poſſidebat Ma
ximilianus ſaltem cum bona fide, non ergo
cõceſſio ab eo Marchioni Alphõſo Seniori
facta profuit, ut illi deinde beneficium. l. be
ne a Zenone concederetur. Reſpondetur ſe
cundo. d. l. Bene a Zenone procedere, quan-
do Princeps ſimpliciter concedit rẽ tamquã
ſuam cauſa non adiecta, qua oſtendit quo-
modo res illa ſua eſt, ſic reſpõdit Socin. Sen.
conſ. 46. nume. 19. lib. 4. idem cenſuit Balbus.
d. quæſtione. 8. uerſ. quinto limita. & Gram-
maticus Deciſ. 65. n. 79. uerſ. item lex illa, ſed
in caſu noſtro cõceſſit Maximilianus ex cau
ſis iam relatis, quæ cum ueræ non ſint, ſequi
tur illi beneficio locum minime fore.

Reſpõditur tertio. d. l. Bene a Zenone, ini-
quitatem quãdam continere, quare ex iuris
Pontificij diſpoſitione ceſſare debet etiam ſi
inter laicos res agatur ſic clare reſpõdit Soc.
Iun. d. conſ. 69. num. 60. lib. 1. Reſpondetur
quarto. d. l. Bene a, procedere illis in caſibus,
in quibus Princeps poteſt uti clauſula, pleni
tudinis poteſtatis, ſic Soc. Iun. d. conſ. 69. nu.
61. lib. 1. & Gramma. d. Deciſ. 65. nu. 79. uerſ.
item dicit illã legem, qui alios in hanc citant
ſententiam, cum ergo ſatis ſuperq; fuerit de
monſtratum Imperatoribus minime licere
ea clauſula plenitudinis poteſtatis cõtra Ge
nuenſes uti, ſequitur beneficio. d. l. bene a Ze
none, aduerſus eos locum non fore. Reſpon
detur quinto. d. l. bene a, non procedere, quã
do is recipiens conceſſionem a Principe fa-
ctam erat in malafide, ſic Soc. Iun. d. conſil.
69. in. fi. lib. 1. ſed in caſu hoc noſtro, iam ſa-
tis oſtendimus Alphonſum illum Seniorem,
cum inueſtituram a Maximiliano peteret, fu
iſſe in malafide, cum nulla iuſta ſubſiſtente
cauſa a Genuenſibus requiſitus, ut illius con
ſueuerant maiores inueſtituram ſuſcipere, &
Rempub. in dominam recognoſcere, recuſa
uerit. Reſpondetur. 6. d. l. bene a Zenone,
procedere, quando res per ſubhaſtationem
alienata fuit, ſic Balbus, qui ſupra. q. 8. uer-
ſic. ſeptimo limita. addo eiuſdem ſententiæ
Cur. Iunio. conſil. ultimo. nume. 8. & Gram
ma. d. Deciſ. 65. num. 78. qui hanc eſſe ueram
doctorum interpretationem multis affirma
uit. ſed clarum eſt in noſtro hoc caſu, nullam
interceſſiſſe ſubhaſtationem, ceſſat ergo diſ
poſitio illa. Reſpondetur ultimo ſaltem
remedio reſtitutionis in integrum Reipu. hoc
caſu aduerſus diſpoſitionem. d. l. bene a Zeno
ne ſuccurri, quemadmodum & minoribus
ſuccurſum dicitur ut docuit Ange. in. l. 1. C.
de fide inſtru. & iure haſt. fiſca lib. x. Soc. d.
tract. fallen. reg. 342. fallen. 7 Balbus qui ſu-
100 pra. d. q. 8. uerſic. decimo limita † Rempubli
cam autem minori æquiparari, dubium eſt
nemini ex. l. Reſpublica. C. ex quibus cau-
ſis maio. l. Rempublicam. C. de iure Rei-
pub. lib. x. & late affirmarunt Ruinus conſi.
66. nu. 13. lib. 5. Alciatus reſpon. 4. nu. 9. & re
ſponſo. 203. n. 33. Neuiz. conſ. 43. nu. 2. ceſſat
ergo omni ex latere, hoc ipſum, quod falſo
credi-

creditur ſolidum fundamentum.
Non obſtat ſecundũ ad Imperij commo-
dum aduerſus Genuenſes decurſam eſſe prę
ſcriptionem,qua Genuenſium omne ius di-
citur extinctum,quia reſpõdetur multiplici
ter.Primo a die ſentẽtiæ & conceſſionis Ma
ximiliani, in omnem caſum,quo is eo anno
1482.Imperator fuiſſet,ſolum eſſe decurſos
annos ſeptuaginta octo,cum tamen contra
Rempu.prępſcribi non poſſit minori ſpacio
centum annorum, ex priuilegio Genuenſiũ
Reipub.per Henricum Imperatorem cõceſ
ſo, & in actis producto. Nec eſt quod dica
tur in eo priuilegio appoſitã nõ fuiſſe clau-
101 ſulam; Non obſtante &c.ad tollendã † præ
ſcriptionem illam.30.& 40.annorum ex A-
retini ſententia in conſ.15.in.2.dubio a quo
ante eum non diſſenſit Bald.in auth.quas a-
ctiones colum.2.uerſi.4.quęrit.C.de ſacroſ.
eccleſ.quia reſpondetur primo ex eiuſdem
met Aretini ſententia eo loci nume.9.uerſi.
His tamen nõ obſtantibus &c.dum affirmat
ſatis hoc priuilegium operari, ſi ex certa
ſcientia fuerit conceſſum, ut uerè fuit hoc
Genuenſibus datum & certa ipſa ſcientia ex
eo etiã ſatis demonſtratur,dum in ſpecie di
ctum eſt,quod nulla niſi centenaria præſcri
ptio contra Genuenſes decurrat. Reſpon
detur ſecundo huic obiectioni, quod cum
Genuenſium Reſpublica iura fiſci & Impe-
rij habeat, ſitque omnino libera, ut iam in
primo articulo oſtendimus, ſequitur ſolum
de iure centenariam pręſcriptionem contra
102 eam poſſe decurrere ex † l.ultima.C.de ſa-
croſ.eccle.quæ,ab auth. quas actiones, hoc
caſu non corrigitur, ut rectè interrogatus
reſpondit Aretinus conſilio 154.colum. ult.
uerſ.tertio præmitto.& apud Soc. Sen.conſ.
86.col.pen.in ſubſcriptione Petri Laurentij
de Lucis.li.1.qui ambo ſic in ciuitate & Re
pub.Senarum conſuluerunt,& idẽ poſt Cor
neum conſil.268.col.10.uerſic.non enim ob
ſtat,quod primo loco lib.4.cenſuit. Crauet.
tracta.de antiq.tempo.quarta parte princi-
pali nume.105.& idem ſenſit Pariſius cõſil.
35.nume.27.lib.1.
Reſpondetur ſecundo loco principali. d.
quinto fundamento Imperatorem aduerſus
Genuenſes nullo tẽpore pręſcribere potuiſ-
ſe, deficiente titulo & bona fide, deficiebat
enim titulus,de quo uerè nullo modo con-
ſtat. Nec dicatur adfuiſſe titulũ pro ſuo,cũ
iam ſui origine Marchia fuiſſet Imperij, cõ
ceſſa ſcilicet ab Otthone,deinde a Carolo.4
& poſtmodum ab ipſo Maximiliano confir
103 mata, qui ſanè † titulus pro ſuo ſufficit ad
pręſcribendũ ſecundum Baldum in ca.1.§.ſi
quis per.30.ſi de feudo fuerit controuer.in-
ter domin.& agna. quia reſpondetur Baldũ
hoc caſu duo exigere, primum quod is præ-
ſcribẽs antea fuerit dominus alia ex cauſa &
titulo,cum alioqui titulus,generalis pro ſuo
non ſufficiat.l.1.ff.pro ſuo: ſecundum quod
is dominus ſit in bona fide ſic Baldum decla
rauit Balbus in tractatu præſcriptionum pri
ma.particula.3.partis principalis.q.12.uerſi.
requiritur tamen etiam &c. ſed in caſu no-
ſtro non conſtat, hanc Marchiam feudum
Imperij fuiſſe,non ergo pro ſuo Imperator
poſſidere potuit,ſicq; præſcribere. deficit &
bona fides, cum lata ſententia aduerſus om
nem æquitatem fuerit,ut iam diximus & ſta
tim ſubijciemus. Minus dici poteſt Impera-
104 tores præſcripſiſſe ex † confiſcationis titu-
lo, quæ ſanè confiſcatio etiã ſi nulla eſſet in
ſe,attamen iuſtam præſcribendi cauſam prę
ſtare dicitur.l.Pomponius.§.ſi iuſſu.ff.de ac
quir. poſſ. Balbus tract. preſcriptio. prima
particula tertiæ partis principalis.q.11.quia
reſpondetur, ſine cauſa confiſcari & a Rep.
auferri non potuiſſe, ſic reſpondit Iaſ.conſi.
93.colu.2.lib.3.Pariſius conſ.11.nume.116.
lib.1.quare relatus Balb.d.q.11. uerſic. quid
autem in ſententia nulla, &c. negat titulum
105 hunc eſſe ad præſcribendum † idoneum, cũ
is,qui per ſentẽtiã poſſidet,in malafide uer-
ſatur,ut uerſabatur,non ipſe modo Alphon
ſus ſenior,ſed & ipſemet Impator Maximi-
lianus.noſtra hæc reſponſio declaratur,cõ-
firmaturq; ex glo.in cap.ſi ſacerdotes.16.q.
3.in glo.2.quam citat Balbus,dum clarè af-
106 firmat uiuente illo,qui † ſententiam,uel nul
lam uel iniuſtam tulit,præſcriptionem cur-
rere non poſſe. ſi ergo uiuente Maximilia-
no nulla eſt decurſa præſcriptio,ſequitur ad
commodum Imperij à die, quo Diuus Ca-
rolus. V. ad Imperium aſſumptus eſt,ſolum
decurſos eſſe annos.39. à die ſcilicet mortis
ipſius Maximiliani, qui, ut Hiſtorici om-
nes teſtantur anno.1519.deſijt eſſe in huma
nis, uſq; ad diem occupationis Finarij anni.
1558. ſequitur ergo non eſſe decurſam præ
ſcriptionem aliquam ſaltem tãti temporis,
qua ius Genuenſium ſit ſublatum.malafides
autẽ Maximiliani ex eo ſatis detegitũ, quod
nulla iuſta ac legitima cauſa ſubſiſtẽte, tẽta

uit priuare Genuenſes iure ſuo.nec dicendũ
aliquo modo eſt,Maximilianũ fuiſſe in bo-
107 nafide,eo quia etiam ſi † titulus confiſcatio
nis fuerit putatiuus,immo iniuſtus,nihilomi
nus ex eo bonafides cauſatur,ut docuit Bar.
in.l.Celſus nume.17.de uſucap.& ſupra latè
retulimus. quia cenſeo hic animaduerten-
dum Bartoli & ſequacium doctrinam pro-
cedere,quando iuris communis diſpoſitio
refragatur,ut ſe ipſum declarat Bartolus. l.
ſed ſi lege. §. ſcire.ff.de petitio.hered.Alex.
con 73.in fi.lib.2.Cur.Sen.conſ.72.Princeps
defunctus col.5.Balbus.d.l.celſus nume. 20.
23.Grama.Neap.deciſ.79.nume.8.9.Plotus
l ſi quando nume.262.C. unde ui ſed cui du
bium, quin hoc noſtro caſu reſiſtat ac refrà
getur iuris cõmunis diſpoſitio;cum ſine cau
ſa iuſta & ratione non potuerit Genuenſi-
um Reſpub.iure ſuo priuari.Accedit præte-
rea, quod licet bonafides ex iniuſto errore
cauſetur attamen titulus ille tali errore for
mari non poteſt.ſic Bart.d.l.Celſus nu. 3. in
fi. ubi Balbus nume. 4.5.quo loci eum iniu-
ſtum eſſe errorẽ declarat, qui circa factum
prõprium uerſatur,quod preſertim hoc no
ſtro caſu procedit ubi agitur de preſcribẽda
Genuenſium iuriſdictione & Imperio,in cu
ius preſcriprione non ſuffiicit titulus cauſa-
tus errore iniuſto,ſic poſt Baldum.l. ultima
colum.8.in.15.oppo.C.de edicto Diui Ha-
dria.tollen.quem ſecutus eſt Balbus.d.l.cel-
ſus num.10.de uſucap.Non aduerſatur quo-
que quod dicitur Maximilianum, non a ſua
perſona,ſed ſuorum anteceſſorum præſcri-
108 prionem incepiſſe,quorum † malafides ipſi
Maximiliano ſucceſſori in ſola dignitate,no
cere non potuit, ut declarauit Balbus tract.
præſcript.2.particula.3.partis principalis.q.
12.propè finẽ uerſi.primo igitur limita,poſt
Alex.conſ.89.nu.8.li.2.& alios, quos ille re
tulit.quia Reſpondetur,Maximilianum nõ
potuiſſe a perſona ſuorum anteceſſorũ præ
ſcriptionem incipere,cum eorum nemo qua
ſi poſſeſſionem directi huius Marchiæ domi
nij aſſecutus ſit,uno excepto Carolo Quar-
to,qui p aliquotannos ab anno ſcilicet.1355
uſq; ad annum.1385.tempore lari laudi,quo
ſanè tempore,cum Genuẽſes antiquám qua
ſi poſſeſſionẽ amiſſam iure recuperauerint,
ſublata & extincta fuit preſcriptio, quæ cur
rere quodammodo ad Imperij commodum
cœperat.ſuam ergo preſcriptionem cõtinua
runt Genuenſes uſque ad tẽpora Maximilia
ni,& ex cuius iniuſto facto tolli aut interrũ-
pi non potuit,ex relatis iam rationibus. Ac
cedit præterea Balbi & aliorum doctrinam,
intelligi & procedere ut ipſemet præcitato
loco loquitur, quoad præſcriprionem inco
handam a perſona ipſiuſmet ſucceſſoris, nõ
autem quo ad cõtinuandam, cum illa ex tẽ
pore illius prædeceſſoris. quod & claré do-
cuit Felynus in cap. de quarta nume. 23. de
præſcriptio.quare ſi aliorum omiſſa perſo-
na, ab ipſo Maximiliano inchoetur præſcri
ptio,iam cernimus,tanti temporis non eſſe,
ut ad Genuenſium tollenda ſufficiat. Reſ
pondeo & tertio principaliter, Imperatores
cauſam habuiſſe ab Alphonſo Seniore, qui
in maxima malafide uerſabatur, cum iam il
li eo anno. 1482.denuntiatum a Genuenſi-
um Repub. fuerit,ut ad ſuſcipiendum inue-
ſtituras,quemadmodum ſui anteceſſores cõ
ſueuerant,accederet,qui Alphonſus re com
perta,ut Rempub.falleret, ſuoque iure pri
uaret,ad Maximilianum confugit. illa ergo
109 denuntiatio † malam fidem in Alphonſum
cauſauit; induxitq; ex .l.ſi fundum.C.de rei
uend.ubi Saly.Balbus in.l. Celſus nume.11.
ff.de uſucap.& in tract. Præſcri.ſecunda par
ticula tertie partis principalis. q.ſecunda,Ri
pa,in cap.Cum M. Ferrarienſis num.159.de
conſtitutio. Cremen.ſingu. 34.Tiraquel.de
retractu conſang.§.15.gloſ.1.numero 28.
&.§.36.glo.2.numero 10.18.ex quo,& illud
infertur,quod ſi hęc omnia,is Alphonſus Se
nior Maximiliano ad unguẽ(ut par erat)re-
tuliſſet,non certe is deinde iure ſuo Remp.
priuaſſet. Nec aliqua excuſatione defendi
110 poteſt Alphonſi malafides,quod factũ † Iudi
cis ſicq; Imperatoris eum teneatur ex.l.nõ
uidetur.§. qui iuſſu, de regul. iur. ex.l.iuſte
poſſidet.ff.de acquir.poſſeſſ. cum ſimilibus,
quia reſpõdetur, hic nullum iudicis factum,
ſicque Imperatoris anteceſſiſſe . namquod
actum a Maximiliano ſic eſt,ſuaſionibus Al
phonſi eſt actum, qui cum Rempubli. ſuo
111 ſpoliaſſet iure,Imperatoris authoritate non
poterat in eã cõfirmari.l.authoritaté. C.un
de ui, & egregiè tradunt Ruin. conſilio 35.
nume 10.lib. 1. Ripa. l. naturaliter. §. nihil
commune nume. 63. de adquirend. poſſeſ-
ſio.Gozа.conſil.8. numero 13. Pariſius con
ſilio 101.nume.68.li.1.Soc.Iunior conſi. 76.
numero 22.lib.1.Alciatus reſponſo.370.nu-
me. 2. & reſponſo. 450.num. 24.Neuizanus
conſi.81.num.34.quod ſi concederetur,uer.

is Alphonſus ex ſuo dolo commodum ſenti ret,quod nulla iuſta ratione concedēdū eſt. l.itaq; fullo.cum uulga.ff.de furtis.

Non obſtat ſextum fundamentū,quo dici tur,ex laudo Antonioti Adurni nullum dominium in Rempub.tranſlatū fuiſſe ex Baldi doctrina in.l.ult.§.ult.in fi.C. cōmunia de lega.quia reſpondetur multipliciter.Primo, neceſſe minime fuiſſe ex laudo ius aliquod in Rempub.transferre, cum iam ante illud ius habeat, habueritque. Reſponde-
112 tur ſecundo † Baldi doctrinam ueram non eſſe,cum eam multis & recte reijciat Iaſon in.l.ex hoc iure num.45.ff.de inſtit. & iure.
113 Reſpondetur tertio † dominium ex ſenten tia transferri,cū illi acquieſcit condemnatus ſic Baldus in.l.1.C.communia utriuſque Iu dicij.Iaſ.d.l.ex hoc iure nu.44.& ſenſit Soc. Sen.conſi.9.col.9.lib.1.ſed cui dubium, quin acquieuerint ij Marchiones illi laudo Adurni, cum in illius executionem,& obſeruanti am per nonaginta annos continuos inueſti turas a Republica ſuſceperint.Reſpondetur
114 quarto † Baldum in. d.l. ult. §.ult.loqui in emphyteota, qui quemadmodum alienare, ſic nec compromittere poteſt, ne mediante laudo emphyteoſim diſtrahat, in aliumque transferat,nos autem non concedimus,hoc eſſe feudum, quin iam clare demonſtratum fuit, quod ſi feudum eſt, alienabile
115 eſt,non repeto ſępius dict.† Gloſa autem.d. l.exceptio.ff.de exceptione rei iud. non loquitur in noſtris his terminis, ſed illius caſus,cum reus conuentus,per ſententiam nul lis hinc inde factis probationibus abſolutus fuit.nam iuſta ratione dicitur, nullum tunc in reum abſolutum tranſlatum eſſe dominium,cum nihil de iure ſuo is probauerit. ſic declarauit Aretinus in.l.Pomponius.§.ſi iuſſu numero 10.de adquir. poſſeſſ.

Non obſtat ultimū,quia reſpondetur primo licuiſſe Reipub.ius ſuum hac uia conſequi,cum aliunde ei non foret ſuccurſum, ut ſuo loco diximus. Reſpondetur ſecundo debuiſſe Illuſtrisſimum Marchionem experiri eo remedio.l.ſi quis in tantam.C.unde ui & petere Rempub.cōdemnari ac deinde priua
116 ri † cum priuatio ipſo iure non ſequatur, ut affirmant omnes in.d.l.ſi quis in tantam,ubi Bart.num.28.Baldus col. pen. uerſi.ſuper.4. Ang.col.pen.Ripa in ca.ſæpe nu.99.de reſt. ſpoliat.Tiraq.in.l.ſi nūquam nu.152.& 187. Reſpōdetur & tertio hanc diſpoſitionē tūc
117 locum habere † cum per dolum facta eſt occupatio, ut ſcribunt ſed apud Rempu-
118 blicam nullus fuit † dolus, cum id egerit, iuſta ratione facere poſſe credebat, ut poſt Baldum & Hieronimum Tortum egregiē reſpondit clariſſimus Craue.conſil. 8.in fine.

Concludamus ergo(.C.P.)excelſam Genuenſiū Rempublicam potiora iura in cauſa petitorii ſicq; dominij huius Marchionatus fouere.

SVMMARIVM QVINTI ARTICVLI.

1 *Contumax & iudicium deſerens, cum lata eſt interlocutoria citandus an ſit amplius.*
2 *Abſentis partes tuetur iudex.*
3 *Iudex ī dubio tutiorē uiā eligere debet*
4 *Procuratoris contumacia,quando domino noceat.*
5 *Cap. eum qui de dolo & contuma. in 6.duabus declarationib.illuſtratur.*
6 *Contumacia unius actus, non nocet, quoad alterum.*
7 *Appellare aliquando licet a reiectione exceptionum.*

QVINTVS ARTICVLVS.

QVINTVS exordine articulus eſt, qui breuis & ſatis facilis diſſolutionis eſt. Quid hac in cauſa iudicione agendū ſit poſteaquam Genuenſium procurator, lata interlocutoria,qua ſe iudicē declarauit Imperator, cōpetentem iudicem deſeruit nec ſui loco procuratorem reliquit,& forte dicendum uidetur,hunc articulum diffiniri ſa

1 tis † ex cap. eum, qui de dolo & contuma. lib. 6. & in clem. 1. de dolo & contuma. & per Bartolum in l. qui romæ. §. Seia ubi Iaſ. nu. 21. ff. de uerbo. obligatio. qui in motiuo in ordine quarto referuntur. ex his enim ſatis uidetur probari, Rempub. amplius citandam non eſſe, illiuſque uices poſſe ſuppleri,
2 cum litigatoris † abſentia, iudicis præſentia ſuppleatur. l. & poſt. §. 1. ff. de iud. l. properandum. §. ſin autem. C. eod.

Contrariam ſententiam ueriorem eſſe credo, excelſam hanc Rempublicam ad cæteros Iudicij actus omnino citandam eſſe,
3 & ea adducor ratione prima, quia in † dubio elingenda eſt tutior uia, qua utrique partium poſſit eſſe cõſultum, ex Caſtren. doct. in. l. 1. in fin. ff ſi quis cautio. & egregiè reſpondit Crauet. noſter conſil. 14. in fine & conſil. 23. in fine erit ergo utriq; partium cõſultum ſatis, ſine alterius incommodo, ſi citabitur Reſpub. ſecundo ex eo in hanc ad-
4 ducor ſententiam, quod † Procuratoris contumacia, domino nocere non poteſt, in his, quæ grauioris ſunt præiudicij, ſic declarat Barto. in. l. 1. §. ſi procurator nu. 2. ff. ſi quis iuſp. non obtempera. ubi Cur. Iun. num. 8. quod hoc caſu præſertim procedit, ubi nihil eſt quod negligentiæ Reipubli. aſcribatur, cum procuratorem conſtituerit unà, cum ſubſtituendi poteſtate, quare iuſtè credidit ipſum Procuratorem dimiſſurũ fore, ſi recedere ei contigiſſet, ſubſtitutum, iuxta ea quę ſcribit Cur. Iun. d. §. ſi procuratori nume. 3. in princi. cum ergo non citare Rempub. ad cæteros actus cauſæ diffiniendæ, ſit maximi detrimenti, ne illius rationibus non auditis, contra eam ferri ſententia contingat, dicendum omnino eſt citandam eſſe.

Tertio ut huius ſim ſententiæ, ea ratione contendo, quod Bartoli, & Iaſonis eſt declaratio in. d. l. qui romæ. §. Seia. ibi Iaſ. num. 21. qui pro contraria ſententia adfertur, qua
5 declaratione affirmauit. † cap. eum, qui, de dolo & contuma. procedere donec appellationis interpoſitæ durat proſecutio, ſed ea finita citandum eum eſſe; quoad cæteros actus cauſæ principalis, quod ea ratione cõfirmatur, quia contumaci, quoad unum a-
6 ctum, nõ tamen quoad cæteros † nocet contumacia. l. aut q aliter. §. ult. & l. ult. §. ult. ff. quod ui aut clam. Ang. Aretinus. §. ult. numer. 5. Inſt. de pœna teme. litiga. Boe. in. l. conſentaneum colum. 7. numero. 70. C. quomo. & quando iudex.

Quarto & ultimo adducor doct. Aretini in. d. l. qui romæ. §. ſeia num. 21. uerſi. & ex prædictis, qui affirmat. d. cap. eum qui, tunc demum habere locum, cum appellatio eſſet friuola, ſecus ſi iuſta ratione interpoſita, ut in caſu hoc noſtro, nam iure hic appella-
7 re licuit, conceditur enim † appellatio, cum iudex reiectis exceptionibus procedit ad ulteriora in caſu recuſationis iudicis cap. ſuper quæſtionum. §. ult. ubi Abbas, de off. de lega. Dec. in cap. interpoſita. col. 1. de appella. & tanto fortius, cum oblatæ fuerint probationes ſuper iuſta recuſationis cauſa ex traditi, per Decium. d. capit. interpoſita, col. 2. uerſi. ſecunda regula.

SVMMARIVM SEXTI ARTICVLI.

1 *Capitula in dubio admittenda ſunt.*
2 *Capitula admittenda ſunt cum clauſula ſaluo iure impertinentium.*
3 *Capitula notoriè impertinentia, non ſunt admittenda, etiam cum clauſula ſaluo iure impertinentium.*
4 *Capitula pertinentia dicuntur, ſi quoquomodo ad cauſam conferunt.*
5 *Capitula ſunt impertinentia, ſi nullus effectus ex eis ſequi poteſt.*
6 *Capitula eliciuntur ex libello actoris, & ex rei exceptionibus.*
7 *Poßidens naturaliter ſua ſponte ciuilem poteſt ingredi.*
8 *Recuperare incontinenti quomodo intelligatur.*
9 *Procuratoris confeßio quomodo domino noceat.*
10 *Producta in actis, ut fidem faciant, copia debet eſſe facta parti, cum termino ad opponendum.*

SEX

SEXTVS ARTICVLVS.

SEXTVS hic articulus,
facilis explicationis diſ-
ſolutionisque (mea ſen-
tentia) eſt ſi nonnulla
crebrius a noſtris rece-
pta obſeruauerimus, il-
1 lud primum † capitula
eſſe in dubio recipienda
& ad probandum admittenda, ſic docuit Iaſ.
in auth. Ad hæc nu. 3. C. de iudicijs, quem ſe
cutus eſt Neuizanus lib. 6. Syluæ nupt. num.
47. uerſi. item in dubio omnia interrogato-
ria &c. ſic Cur. Sen. quem ſtatim referã, qua-
2 re communi interpretum uoto dicimus, † ca
pitula ipſo iura eſſe admittenda, cum clau-
ſula ſaluo iure impertinentium & non ad-
mittendorum, ſic tradunt Caſtrenſ. in. l. ad
probationẽ. C. de proba. quo loci affirmãt,
in fine litis diſputationẽ, illam eſſe reſeruã
dam, an pertinentia & ad rem faciant, uel
non cuius ſententiæ fuit, & Cur. Sen. conſil.
71. ſuper controuerſia. col. pen. uerſic. uenio
ad ſecundum, Alexan. conſi. 166. nu. 6. lib. 6.
Scio tamen illud uerum & æquitate niti,
3 quod ſi notorie conſtet † capitula eſſe im-
pertinentia, non eſſe aliquo modo, cum qua
uis clauſula admittenda; ſic intelligo Imolã
in l. 4. §. toties. ff. de dam. infecto, quem uiſus
eſt ſequi Cur. Sen. qui ſupra, qui fortius in-
telligit, quod ubi uiget ſtatutum (ut in hac
ciuitate in ciuilibus ſub Rubr. de capitulis
admittendis in ciuilibus) quod cap. admittan
tur ſaluo iure impertinentium, eſſe indiſtin-
ctè admittenda; quod ipſe non concederem,
quando uerè de impertinentia conſtat. Imo
læ ſententiam probauit Gramma. Deciſ. 45.
num. 8. cum ergo ſumus in dubio Caſtren.
doctrina & aliorum procedit, tametſi alij
per multi contrarium uerius ac tutius affir-
mauerint, eſſe ante omnia diſcutiendum, an
capitula pertinentia ſint, uel non, quàm ea
admittere, cum ea clauſula, ne ſcilicet fru-
ſtrentur litigantes inanibus, & fruſtratorijs
probationibus, & ſumptibus uexentur, ſic
Dec. in cap. dilecti quarto nota. de exceptio.
& con. 162. nu. 1. quam ſententiam probauit
Purpu. in l. 1. nume. 60. ff. ſi certum peta. &
Neuizanus conſil. 30. numer. 20 & dubita-
tiuè uiſus eſt ſentire Corſetus ſing. in uerb.
iudex incipit iudex &c. & Gramma. Deciſ.
45. nume. 5. attamen diſputationem in fine
reſeruari, crebrius eſt receptum, ut Caro-
lus Molinæus in additio. ad Dec. d. cap. dile-
cti. 4. nota. teſtatur. & relata aliorum opinio
nem eo caſu procedere poſſe intelligo, cum
aliquo modo de impertinentia re ipſa con-
ſtat, ut intelligere uiſus eſt Crauet. conſil.
23. numer. 4. ſic clarius Pariſius conſil. 67.
nu. 38. 39. lib. 4.
Illud etiam ſecundum annotandum obſer
4 uandumq; eſt † capitula ſatis dici pertinen-
tia, quæ quoquo modo ad cauſam ſiue dire-
cto, ſiue per indirectum, conferunt, ſic uno
ore noſtri affirmarunt, ut Bart. in l. duo pa-
troni. §. idem Iulianus & ibi Iaſ. num. 12. ff.
de iure iuran. Bald. in l. 2. §. quod obſeruari
ubi cæteri C. de iureiutan. propt. calum. dan.
Cur. Sen. d. conſi. 71. ſuper controuerſia col.
pen. uerſi. uenio ad ſecundum, Dec. conſi. 84.
col. ult. uerſ. non obſtat quod &c. conſ. 162.
nu. 2. & conſi. 517. nu. 2. & d. cap. dilecti. 4. no
ta. de exceptio. & in cap. in præſentia num.
34. de prob. Guid. Papæ. q. 347. Craue. conſ.
5 5. in fine, qui clarè dixit † capitula cenſeri
impertinentia, quando nullus effectus ex eis
ſequi poteſt. idem cenſuit Pariſ. conſi. 67. nu.
16. lib. 4. Alc. reſponſo. 387. nu. 4.
Eſt illud tertium obſeruandum, quod
6 quemadmodum, ex latere actoris † capitula
eliciuntur ex libello, ut reſpondit Alexan.
conſi. 166. num. 6. lib. 6. quod uiſus eſt ſentire
Boe. q. 42. nume. 13. qui ſcripſit libellum ex
capitulis declarari, ſic ex exceptionibus re-
us, qui in eis actor dicitur l. 2. de except. His
ſic annotatis obſeruatiſque, per ſingula ab
excelſa Genuenſium Repub. deducta capi-
tula diſcurramus, ut intelligamus num reij-
cienda, uel admittenda potius ſint. Primum
capitulum eſt, caſtrum Gouonij eſſe muni-
tiſſimum. hoc capitulum eſſe admodum per
tinens arbitror, quia eo probato ſequetur,
Illuſtriſſimum hunc Marchionem, non eſſe
ante omnia reſtituendum, ex crebriori illa
ſententia Caſtren. l. 2. C. de edicto Diui Ha-
dria. tollend. quam retulimus ſuprà in tertio
articulo, & dato milies caſtrenſis ſentẽtiam
aliquam pati difficultatem, attamen cum
tempus non ſit, nec locus huic diſputationi
ante factas probationes, ſed tempore feren-
dæ ſententiæ, dicendum eſt omnino capitu-
lum hoc eſſe admittendum, cum non modo

parum, ſed multum ad cauſam cōferat. Eſtq; ea ratione etiam hoc cap. pertinens, quia eo probato, demonſtrabitur Excelſam hanc Rempub. non eſſe leui ex cauſa, ſed maximè urgenti motam, ad arcem hanc & cætera loca occupandum, hoc imminens ſcilicet periculum, ne incolę ſeſe proderent Gallis, cuius Caſtri recuperatio maximè difficilis deinde fuiſſet. Nec ad rem confert, quod dicitur Caſtrum Gouonij eſſe quid minimum reſpectu aliarū rerū & bonorū locorūq; occupatorū quia iam alias demonſtrauimus, maiorē habendam eſſe Caſtri rationem, quàm aliorū locorum, cum alia loca facili negotio poſſint recuperari, ſi amitti contingat. Rurſus negari nō poteſt, quin ſaltem ratione ipſius Caſtrj ſit hoc capitulum pertinens. Secundū capitulum ac Tertium continent ab anno. 1480. uſq; ad annum. 1529. in Ciuitate Genuenſi bella ciuilia, contentiones, & diſcordias uiguiſſe, & foris multa bella fuiſſe geſta, ut Rempub. ſeruarent illæſam, quæ oſtēdūt iuſta admodum fuiſſe Reipub. impedimenta quibus non potuit poſſeſſionem & iura ſui directi dominij in hac Finarij Marchia recuperare: quę ſanè capitula dicere impertinentia, eſt non modo abſurdum, ſed & ualde iniquum, cum illis probatis, demonſtretur Rēpublicam nunquam depoſuiſſe recuperandi animum, ſicque ciuilem ſemper retinuiſſe
7 poſſeſſionem, qua mediante † naturalem ingredi potuit. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas ubi Iaſon. nu. 25. de acquire. poſſeſſio. & iam alias ſupra dixi. Rurſus horum capitulorum probatio in eo releuabit commodumque adferret, quia demōſtrabitur, Rempub. adeo pecunijs fuiſſe exhauſtam, & uiribus debilitatā, ut minimè potuerit Marchioni bellum indicere, & gerere, cū præſertim iſ Marchio Imperatorum ſeſe tueretur clipeo, quod oppugnare, non difficile modo, ſed penè impoſſibile fuiſſet, & in noſtris terminis, ſic clare reſpondit Ru. conſi. 42. num. 8. lib.
8 4. demonſtrabitur ſecundum Ruinum † in continenti factam eſſe recuperationem iuxta loci & perſonarum qualitatem. ecce ergo quantum cauſæ hæc capitula conferunt.

Quartum quintum & ſextum capitulum recipiendum eſt, cum ex eis contendat probare Reſpub. ſubditos & incolas Marchionis ab eo deſciuiſſe, & ſeſę obtuliſſe Genuenſibus, qui ſi eos in ſuam fidem & ditionem recipere recuſaſſent, ſeſe Gallis dediſſent, ex qua deditione futurum erat, ut Genuenſes ipſi non modo proprium recuperare impediti fuiſſent, uerum & propria uicina loca perdidiſſent, demonſtrabitur etiam iuſtam & opportunam occaſionem oblatam fuiſſe Reip. recuperandi proprium. Nec ad rem cōfert dicere ſubditos non fuiſſe iuuādos, ſed ſedandos, quia reſpondetur, immo fuiſſe iuuandos pro ipſius Reipublic. commodo, cui conceſſum alias fuiſſe, amicos conuocare ad amiſſam poſſeſſionem recuperandam, ut affirmant. Septimum uerò capitulum quo deductum per Genuenſes fuit, metu Gallorum adfuiſſe, ob quod quamprimum tentarunt loca ipſa & Caſtra Finarij occupare, eſt admodum pertinens, tum quia eo probato demonſtrabitur non leue adfuiſſe periculum, quo cogebantur Genuenſes occupare, ne alias iure ſuo in totum priuarentur, ut paulò ante diximus. Octauum uero & nonum capitulum, eſt pariter recipiendum admittēdumq;, quia ex probatione inde facta ſequetur, quod cum caſtrum Francum deſtructum & a Genuenſibus deinde reedificatum fuerit, erogatas impenſas eſſe in omnē caſum ab ipſo Marchione reficiendas. ut reficiendas eſſe oſtendemus infra in ultimo articulo. ſequetur & illud, quòd cum Caſtrum Francum ſit intra Coruum & Monacū ſicq; intra Genuenſium fines, eſſe ipſorum Genuenſium, ſaltim iuris præſumptione, ut ſupra diximus in primo articulo; quę ſanè pręſumptio, probandi onus transfert in aduerſariū l. generaliter. §. ſi petitum in fine. ff. de. fideicom. lib. cum pluribus olim allegatis. cum ergo non modo quo quo modo, duo hæc capitula ad cauſam conferant, ſed multum illi adminiculentur, dicendum dubio procul eſt, admittenda eſſe, quę ſanè capitula ſi a Marchione ſunt confeſſata, nō erunt quidē in ſpecie admittenda, ſed ita generaliter, capitula non probata ad probandum admitti, iuxta communem praxim. Decimum & ultimum capitulum quo conatur Genuenſiū Reſpub. pbare Illuſtriſſimū hunc Marchionē, nō coactè, ſed ſpōte depoſuiſſe Caſtrum apud Illuſtriſſimū glorioſiſſimūq; uirū Andreā Aureā. quod capitulū ſi probabit maximus is ſequetur effectus, ꝙ ſuo facto & culpa, poſſeſſionem amiſiſſe dicet, ut nō immeritò nullū ei cōpetat recuperāde remedium, ut fuſius ſuo loco diximus. Nec aduerſatur, quod dicitur hic conſtare de ueritate

in oppoſitum, ex ipſorummet Genuenſium confeſſione, quia hoc uerum minime eſt, quandoquidem ſolum fatentur Genuenſes ſe bellum indixiſſe ac intuliſſe, quod autem in eo inſtanti, in quo pacta & conuentiones factæ initæque fuerunt, & Caſtrum in manibus Principis Auriæ repoſitum eſt, Marchio fuerit coactus ita facere, non ſunt confeſſi Genuenſes; quare ſtat ſimul, bellum fuiſſe illatum, & neceſſitatem ita paciſcendi non contigiſſe. Nec ad rem confert, quod plures adſint præcedentes, & ſubſequentes Marchionis proteſtationes, quibus ſatis ipſius metus probatur, nam hoc factum ipſius Marchionis reſpicit, & ſuam uoluntatem, contra quam probare Genuenſibus non dicitur prohibitum, ſed conceſſum, quia eſſe poteſt quod uno tẽpore Marchio pertimuerit è Caſtro eijci, alio uero tempore non. cum ergo aliquo modo ad cauſam conferat, de uoluntaria diſpoſitione, ac initis pactis fuerit exceptum, iure ad capitalia, quæ fuerunt negata redacta ſunt, ob id omni ſuadente ratione, cum non conſtet euidenter eſſe impertinẽtes, ſed ad rem maximè conferre, admittenda ſunt. Accedit præterea, quod in confeſſione clariſſimi Iureconſulti, D. Octauiani de Nigro, nullum ſolidum fundamentum eſt conſtituendum,

9 cum † Procuratoris ſpontanea confeſſio, ſine ſpeciali mandato, non noceat domino, ut docuit Bartol. in. l. certum. §. ſed an ipſos col. 2. de confeſſis & Alex. conſi. 122. nu. 16. lib. 2. conſi. 66. nu. 22. lib. 6. Neuiz. conſil. 17. numer. 29. Pariſ. conſil. 115. num. 21. lib. 1. q. præſertim hoc caſu procedit, ubi ſi cõfeſſio procuratoris noceret, faceret incidere Rempub. in delictũ, quod inique aliena occupauerit, iuxta tradita per Iaſ. in. l. procurator col. 1. & 2. ff. de condi. indebi. & per Cur. Iu. conſi. 149. in fine & per conſultiſſimũ Crauettam conſi. 54. num. 6. & alibi ſæpe accidit etiam de his confeſſionibus ac cęteris non

10 cõſtare, cũ legitime † exhibitę nõ fuerint decreta copia ipſi Reipubl. ut decernenda erat cum termino ad opponendũ; ut tradit Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo de Plano col. 1. Felinus in cap. ſignificauerunt de teſtibus Romanus cõſ. 157. col. 1. & egregiè Marſil. in ſing. 81. aduertas &c. qui alios in hanc ſententiã retulit concludemus ergo capitula iſta eſſe ad probandum admittenda.

SVMMARIVM SEPTIMI ET OCTAVI ARTICVLI

1 *Impenſas an repetat occupator caſtri, cum eas in caſtri refectione erogauit.*

2 *Impenſas neceſſarias regulariter deducit poſſeſſor ſine titulo & cum malafide.*

3 *Impenſas utiles aliquando, deducit poſſeſſor cum malafide & ſine titulo.*

4 *Confeſſio prædeceſſoris, ſucceſſori nocere ſolet.*

5 *Aedificare in littore maris unicuique licet.*

6 *Prouincia illa præſumũtur, quæ intra centum milliaria ab ea diſtanti ſita ſunt.*

7 *Imperator ſummusuè Princeps, ut Deus cauſas cognoſcere debet.*

8 *Impenſas neceſſarias in foro conſcientiæ Malæfidei poſſeſſor & ſine titulo deducere poteſt.*

9 *l. ultimæ. ff. de rei uend. diſpoſitio, quomodo, & quando locum habeat, contra negantem ſe poſſidere, cum uere poſſidet.*

SEPTIMVS ET OCTAVVS ARTICVLVS.

DVO poſteriore loco hi locati articuli, unà ſimul hodie explicãdi ſunt (A. P.) tum quia breues admodum ſunt, tum quia ex iam relatis ſatis clari redduntur. Dubitari ergo ſeptimo loco contingit, qualis ſit in

hac cauſa ferēda ſententia.& uerè ex jam re
latis concludendum eſt, Sacram Cæſaream
Maieſtatem declarare debere,ſe huius cauſę
iudicem non eſſe competētem, remittereq;
debere omnem hanc controuerſiam . Reip.
ordinarijs, uel ſaltem ſummo Pontifici, ut
tandem apud alterum eorum difiniatur.erit
& Cæſari ſuadendū ut ante hæc omnia ſuā
reuocet interlocutoriam,qua ſe iudicem de
clarauit competentem,quam ſi reuocare ne
gauerit, & in cauſam procedere maluerit,
erit declarandum, male inſtitutum fuiſſe ab
Illuſtriſſimo hoc Marchione iudicium poſ-
ſeſſorium,& eo reiecto eſſe ſuper cauſa peti
torij procedendum,ac diſputandum de am-
barum partium iuribus,ſuper quibus, ſi fer-
ri continget ſententia,declarandum erit ex-
celſamGenuenſium Rempub eſſe dominam
directi dominij.d.Marchionatus,ſaltem pro
portione illa, in laudo Antonioti Adurni
contenta.ſi tamen de uiribus iudicij poſſeſ-
ſorij cognoſcere ſtatuet Imperator,capitu-
la excelſæ Reipubl. erunt admittenda, &
ſuper eis recipiendæ probationes.quo uerò
ad erogatas per Genuenſes impenſas, quid
in omnē caſum ſtatuēdū ſit ſtatim dicemus.

OCtauus ergo ac ultimus ē articulus,an
ſaltē Reip.reficiēdę ſint impēſæ,quas
in refectione Caſtri Frāchi erogauit, in quo
1 articulo dicendum uidebatur, nō eſſe † reſti
tuendas,ex ſententia Martini Laudēſis in trā
ctatu de Caſtellanis.q.13.dū clarè affirmauit
Caſtrorum inuaſores non repetere impēſas
in Caſtri refectione erogatas ex tex.ubi glo
ſa l.ex argumento.ff.de cond.furtiua,& pro
bat.l.1 C.de infant.expoſitis quæ ſanè iura
de impenſis neceſſarijs loquuntur,idq; ea iu
ſta ratione,conſtitutum uidetur,quia ipſi oc
cupatori imputandum, quod malafide in re
aliena impendere uoluerit.

Contrarium tamen uerius eſſe arbitror,
Primo adducor ratione,quod regulariter
2 † poſſeſſor malefidei & ſine titulo conſequi
tur impenſas neceſſarias erogatas in refe-
ctione rei poſſeſſę,ut probat.l.planè.ff.de pe
titio.hered. & l.domum.C.de rei uendicat.
Bar.in.l.in fundo nu.11.de rei uendi.quo lo-
ci,eam adfert rationem,quia poſſeſſori im-
putaretur, ſi nihil impendendo fineret rem
perire & funditus deſtrui idem cenſuit Al-
ciatus in l.impenſæ nu.8.de uerbor. obliga.
quod & placuit Carol.Molinæ. in conſuetu.
3 Pariſien.tit.1.§.1.glo.5.nu.35.immo is † ma
læfidei poſſeſſor etiam utiles impenſas con-
ſequitur,non quidem per æſtimationem,ſed
detractionem,ut probat.d.l. domum in fine
& Bar.d.l.in fundo nu.11.quanto fortius di
cendum eſt in caſu noſtro, in quo Reſpubli.
non poteſt dici occupaſſe alienum,ſed recu-
peraſſe ſuum carereque malafide, ut ex iam
dictis apparet.

Secundo ut hoc uerum affirmem hac ra-
tione clara & euidenti contendo, Genuen-
ſes petere ſibi refici impenſas,non nunc, ſed
olim,antiquitus ſcilicet,erogatas in refectio
ne Caſtri Frāchi, quod ſumptibus Reip.fuit
reædificatum, ut eiuſdem Marchionis ante
ceſſores ſunt atteſtati in publico inſtrumen-
to confecto anno 1399.ut in actis conſtare
4 dicitur, quæ † confeſſio & ipſi Marchioni
ſucceſſori nocet.ut reſpondit Aret.conſi.36.
nu.3.Ruin.conſ.76.nu.14.lib.5.nec eſt dubi
tandum,quin tunc temporis licuerit ipſis Ge
nuenſibus Caſtrum illud funditus deſtructū
5 reædificare, tū quia eſt † in litore maris iu-
xta text.l.riparum &.l.in tantum.ff.de rerū
diuiſio.Cepola in tracta.ſeruit.ruſticor.prę
dio.capit.27.numero.3.quod tanto fortius
locum habet, cum conſtet ædificatū caſtrū
hoc eſſe intra fines Genuenſium,hoc eſt in-
tra Coruum & Monacum,ſicque præſumi-
tur ædificatum in ſolo ipſorum Genuenſiū,
6 ex quo eſt intra † centum miliaria iuxta.l.1.
§.cum urbem de offi.præfecti uerb.Specul.
in tit.de iuriſd.omn.iudi.col.2.uerſic.& ſcias
nu.3.Caſtren.conſ.179.col.2.4.lib.1.ex quo
ceſſat,quod dicitur de occupatione,quia hic
non agitur de impēſis de preſenti factis, ſed
jam antiquitus erogatis.

Tertio,ut huius ſim ſentētiæ, ex eo addu
7 cor,quod cauſa hæc † coram Cæſare tracta
tur,coram quo, eo proceditur modo, quo
coram Deo optimo maximo, ut tradit glo.
in rub.auten.de hered.& falcid.Bald. in cap.
1.§.1.nu.3.de noua forma fidelita.quare di-
cimus Imperatorem eſſe Deū in terris.§.1.
in authen.de conſul.Bald.ca.ſignificantibus
in fin.de offi.delega. & latiſſimè Reſtaurus
Caſtald.tract. de Imperat.q.2.& q.50.n.31.

Si ergo cauſa a Deo optimo maximo diſ-
finiretur,dubio procul Reipub.Genuenſi re
8 ſtituerentur † impenſæ, etiam ſi conſtaret
per uim & malamfidem occupaſſe,ſic in cla
ris terminis ſcribit conſultiſſimus Didacus
Coua.in cap.peccatum in.2.parte.§.6.num.
3.de reg.iu.l.6.quo loci declarat.d.l.ex argē
to.ff.

co.ff. de cond. furtiua.in foro animæ locum
ſibi non uendicare,utitur eo loci multorum
authoritatibus, quas cum apud eum uideri
poſſint,conſultò omittam.

Non ergo aduerſantur relata in oppoſitũ,
quia illi,ſatis ſuperque fuit ſatisfactũ ex ſta
tim relatis. eſt ergo omnino cõcludẽdum re
ticiendas omnino eſſe.

Illud unum nunc ſilentio non inuoluam
Patres, ne locus alicui dubitationi in eo re-
linquatur,quod in ultimis uerbis motiui pro
poſitum fuit,dum dicitur, eſſe cogitandum,
9 num quid ſit locus diſpoſitioni † l.ultimæ.ff.
de rei.uendica.& doctrinæ Curtij in aditio.
ad pract.Papien.in forma primi libelli quo
actione reali quibus addo ipſe Marſil. Sing.
242.tex.&c. & egregiè Affli. deciſ.18. quod
ſcilicet cum Reſpub. negauerit ſe poſſidere
Caſtrum & cætera loca Finarij, in pœnam
ſui mendacij ſit iurè ſuo priuanda. arbitror
equidem dubitationem hanc eſſe paruæ ad
modum conſiderationis,hoc noſtro in caſu,
cum re ipſa demonſtratum fuerit ob ſeque-
ſtri uim non Remp.ſed,uel ipſummet Mar-
chionem,uel ſequeſtrarium ipſum poſſide-
re.nullum ergo hic adeſt Reipub. mendaci-
um.accedit,quod.d. l. ult. procedit, quando
ex negatione aduerſarius fuiſſet probatio-
nis onere grauatus,ſic egregiè Roma.conſi.
59.col. pen.uerſ.quo ad ultimum &c.& cõſ.
70.col.antepe.uerſ.2.principaliter &c.quem
eſt ſecutus Gome.Hiſp.§.ex maleficijs num.
47.in fine inſtit.de actio.idem reſpondit Bar
ba.conſ.82.col.1.lib.3.at in caſu noſtro,eti-
am ſi excelſa Genuenſium Reſpub.negaue-
rit poſſidere,non tamen ex latere Marchio-
nis probationis aliquod onus adfuit ceſſat
ergo hæc diſpoſitio. Rurſus non habet locũ
diſpoſitio illa hoc noſtro caſu,cum iuſta ra-
tione ignouerit, & adhuc ignoret,Reſpubli
ca, an ipſa poſſideat, uel non mediante per
ſona ſequeſtrarij , quod cognoſcere iuris,
nec parum difficilis(ut iam retulimus) eſt.
ſequitur ergo Rempublica excuſari. Roma
nus. d.70. colum.5.uerſic.circa huius intelle
ctum.&c. Mea hæc eſt. A.P.hac de re ſen
tentia, quam omni ſepoſito animi affectu &
deſiderio in medium eo libentius attuli,quo
futurum ſpero, eam uos diligenter penſatu
ros examinaturosque , tum preſertim ab
uno uiro celeberrimo Michaele Girardo,
quem uideo non leui ſtudio & diligentia uti
ut munus hoc reſcribendi reſponſumque dã
di clemẽtiſſimo Imperatori ſibi demãdetur.
Cuius deſiderio,ut ſatisfaciamus, ſi ſuadere
poſſũ hortor, & toto animo ſuadeo,opinor
enim illum, ut iuſtitiæ eat ſatisfactum, & ne
ſibi multum tribuere uelle uideatur, quæ &
à iunioribus propoſita fuerunt,perpenſurũ,
nouit enim,quæ Iuſti.noſter protulit in. l.1.
§.ſed neq;.C.de ueteri iure enucle.ex autho
rum multitudine iudicandum non eſſe, quid
æquius,quid iuſtius:cum poſſit unus forſan
& deterioris ſententiæ,& multos & maiores
aliqua in parte ſuperare.ſic Deus Optimus
Maximus multa magnis abſcondit,quæ reue
lauit apertaque fecit paruulis, alterũ ex qui
bus,ut ipſe ſim rogatus toto corde illum uel
lem,qui ſolus noſtris fauere poteſt uotis.

SVMMARIVM TERTII RESPONSI.

1 *Imperator ſummus ſuperior eſt.*

2 *Imperator iuſtum Imperium ſuper omnes habere dicitur.*

3 *Imperator, nec æqualem,nec ſibi ſuperiorem conſtituere poteſt.*

4 *Inferior , cum ſuperiore , idem eſſe non poteſt.*

5 *Præſcribi an poſſit poteſtas ſuprema.*

6 *Præſcriptio cum ſuis qualitatibus allegari et probari debet.*

7 *Iura ut proſint,in actis produci debẽt.*

8 *Acceptãs ſine proteſtatione literas uel priuilegium, quod ſibi nocet , ſibi præiudicare dicitur.*

9 *Reſpub.libera dici poteſt,etiam ſi Imperator ſuperior ſit.*

10 *Priuilegium conceſſionis libertatis, reuocari ab Imperatore quãdo poſſit.*

11 *Priuilegium dicitur in neceſſarium antecedens reuocatum,quando ſine illius reuocatione explicari nõ potuit*

12 *Princeps præſumitur uti plenitudine*

poteſtatis ut actus ualeat, & ſuſtineatur.

13 *Priuilegium conceſſum, ne ſuperiorem quis recognoſcat, reuocari poteſt, cum is iuſtitiam non adminiſtrat.*

14 *Vaſſallus male tractans ſubditos ante feudi priuationem admonendus eſt, ut à Tyrannide deſiſtat.*

15 *Iudex dicitur ſuſpectus, cum uia facti procedere cœpit.*

16 *Suſpectus ubi eſt ſuperior, ſic & eius officiales.*

17 *Priuilegium debet reuocari, cum quis ex eo læditur grauiter.*

18 *Conſuetudo æqua reuocari debet, cum iniqua eſſe incipit.*

19 *Princeps legem ſibi imponere non poteſt à qua non liceat recedere.*

20 *Iudex ordinarius, quãdo de cauſa feudi inter uaſſallos cognoſcat.*

21 *Imperator in cauſa propria & ſuorum iuſdicere poteſt.*

22 *Imperator non cognoſcit in ſua cauſa contra non ſubditum, & prætendentem ſe ab Imperio liberum.*

23 *Poſſeſſorium ex cap. reintegranda. 3. q. 1. quando motum & intentatum cognoſcatur.*

24 *Actum metu geſtum reſcindi petens, quod metus cauſa actionem mouet.*

25 *Nullum quod eſt, impedimentum non præſtat.*

26 *Exceptio dominij, obijci non poteſt ſpoliato per uim compulſiuam.*

27 *Proteſtatio ob metum facta, facit, ut actus, qui ſequitur, ſit ipſo iure nullus.*

28 *Exceptio dominij obijci an poſſit cum reſtitutione caſtri munitiſſimi agitur.*

29 *Tituli etiam notorij non admittuntur contra agentem remedio reintegrandæ.*

30 *Exceptio proprij dominij ſpoliatoris, non impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui.*

31 *Exceptio defectus dominij etiam ſi notoria ſit, non impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui, ibidem declaratur.*

32 *Caroli 4. Imperatoris inueſtitura Georgio Carretto conceſſa, quibus potuerit prodeſſe & nocere.*

33 *Ratificatio ſequi debet, ut actus ratificanti poſſit uel prodeſſe, uel nocere.*

34 *Ratificatio ex ſilentio non inducitur.*

35 *Otthonis cõceſſio Aledramo facta uim donationis habuit.*

36 *Feudalis in dubio res non præſumitur non libera.*

37 *Marchionatus donationis titulo haberi poteſt.*

38 *Imperator ſine cauſa, non poteſt ius alterius tollere.*

39 *Præſcriptio quanti temporis currat contra Rempub.*

40 *Poſſeſſio unius rei, retinetur ratione mixturæ alterius rei.*

41 *Confitetur quis uera, quæ in precibus ſcripſit.*

42 *Malafides ex denuntiatione inducitur.*

RESPONSVM
TERTIVM,

A VENERANDO PAPIENſI Iuriſconſultorum collegio in cauſa Finarienſi redditum.

DE uultu tuo Clementiſſimè Deus rectum prodeat cõſilium noſtrum: Viſis literis Cæſareæ maieſtatis Sereniſsimi Imperatoris Ferdinãdi Domini. D. noſtri obſeruandiſsimi Dat. Viennæ die uigeſima ſecunda maij, Anni preſentis milleſimi quingenteſimi ſexageſimi, quæ ad nos iuris conſultos de uenerando Collegio iuris conſultorum inclitæ Ciuitatis Papiæ ac Ticinenſis noſtræ Academiæ, ſeu ad dictũ Collegium allatę fuerũt per multum. Magnificum & Illuſtriſsimum Iuriſconſultum. D. Octauium Landum prædictæ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarium, a quibus requirimur, ut acceptis à prædicto Illuſtri Lando actis & proceſſu formato in graui cõtrouerſia coram prædicta Cæſarea Maieſtate mota, inter Illuſtriſsimum Marchionem Finarij ex una, & Illuſtriſsimam Rempub. Genuẽſem ex altera parte, unà cum altero ſcripto, quod opinionem & ſentẽtiam Illuſtriſſimorum Conſiliariorum Aulicorum dictæ Cæſareæ Maieſtatis continebat abſq; mora totius dictæ cauſæ ſtatum, & merita diſcutere & perpendere diligentisſimè deberemus, nempè quod negocium ipſum non modo tam ad partes admodum inſignes, uerum & prædictam Cæſaream Maieſtatem ac ſacrũ Imperium concernat, & in euentum, quo cõceſſerimus Conſilium & ſentẽtiam prefatorum Illuſtriſsimorum Conſiliariorum iuſtitiæ & æquitati conſentaneam eſſe, illam quaſi Conſilio deciſiuo ſubſcribendo declararemus. Sinautem aliud ſentiremus, eam ſententiam noſtram ſcripto quoque clarè & dilucidè demandaremus ac dicto Illuſtri Octauio ad prædictam ſuam Cæſa. Maieſt. preferendum traderemus. Quibus reuerenter acceptis, & ſi difficile admodum uideatur huiuſmodi negocio ſcribere: in quo prius predicti Illuſtres & conſiliarij uiri in legali philoſophia excellentiſſimi, adeò eleganter doctè & copioſè ſcripſerũt, ut nihil ab eis intactum eſſe uideatur, tamen ut cauſam ipſam deguſtaſſe uideamur, & maximè quod noſtrum eſt munus, piè ſanctè honeſtè, & iuſtiſſimè prædictæ Cæſareæ Maieſtatis uoluntati ac dignitati dicti Collegij ſatisfacere in his, quæ iuri conſentanea nobis uidentur.

Viſo toto dicto proceſſu iuribus & inſtrumẽtis in illo inſertis & hinc inde productis, ac ſingulis actis, & decretis in dicta controuerſia coram prædicta Cæſarea Maieſtate factis unà cum dicta ſentẽtia & cõſilio præfatorum Illuſtrium Dominorum cõſiliariorum, & denique ſumma cum diligentia pluries & pluries inter nos collegialiter uiſis perſpectis & trutinatis totius dictę cauſę ſtatu & meritis. præſertim his, q̃ in dicto conſilio elleuata diſcuſſa fuerũt, ac alijs omnibus ſingulis, quæ conſilio dicti Collegij perſpicienda diſcutienda & trutinanda hinc inde uidebantur, ſigillatim atque diligentisſimè cõſideratis & diſcusſis.

DOMINATORIS OMNIVM dei optimi Maximi præſidio implorato.

DEclaramus & approbamus conſilium & ſententiam prædictorum Illuſtrium Dominorum Conſiliariorum prædictæ Cæſareæ Maieſtatis, iunctis tamen iam iam per nos dicendis ut inſra.

Et quatenus attinet ad illud dubium, an Cæſarea Maieſtas ſit in dicta cauſa iudex competens uel ne, tenemus firmiter & indubitanter Illuſtr. Rempubli. Genuenſem non poſſe euadere, quin in dicta cauſa Cæſarea Maieſtas ſit iudex, & de ea cognoſcere poſſit: & ultra adducta per prædictos Dominos conſiliarios mouemur. Nemo enim inficiari poteſt, quin Imperator habere cenſeatur ſuperioritatem in dictam Rempubli.
1 cum † Imperator ſit ſummus ſuperior Bal.
in l. pe. per illum tex. C. de bo. quæ libe. &
2 dicitur † habere iuſtum imperium ſuper om
nes nationes Hoſtien. in ſumma in fine de
off. ord. uer. ſed Imperator Soci. conſ. 275.
3 nu. 9. lib. 2. & adeo eſt ſummus ſuperior † ut
non poſſit ſibi ſuperiorem neq; equalem cõ
ſtituere Bald. in prelud. feu. uerbo expedita

ad finem & in titulo de prohibita feudi alie. per Fed.§.preterea colu.fin. Cur.Sen.conſi. 65.colum.5. Abbas in cap.cum non liceat num.16.de præſcrip.quia ſecundum Philoſo phum, ſtantibus terminis diſcretiuis, nullus
4 † inferior poteſt eſſe id, quod eſt ſuperior, & quin etiam ſit iudex ordinarius omnium ciuitatum,&Dominorum ſibi ſubiectorum, Socinus in conſil.99.nu.16.lib.3. ſed cum ex proceſſu non appareat per prædictam Illuſtrem Rempub.probatum ſe Imperatori nō eſſe ſubiectam ergo Imperator in eam habet dictam ſuperioritatem & iuriſdictionē.

Nec mouet,quod prædicta Illuſt. Reſpu. præſupponat in dicto proceſſu, præſcripſiſſe dictam ſupremam Imperatoris poteſtatem & iuriſdictionem,& ab ea quoq; ex priuilegio liberam eſſe:quoniam utroq; caſu decipitur,nam ſi uult uti dicta preſcriptione, dicitur quod non potuit præſcribi Soc.d. conſil.275.nume.5.ubi inquit, quod ſecundum magis communem opinionem doctiſſimo-
5 rum uirorum † ſuprema poteſtas Imperatoris præſcribi non poteſt quo minus habeat Imperatorem in dominum,& in omni caſu non poteſt negari,quin ſit oppinio dubitatiſſima,ut ex adductis per Abbat.& Feli.d.ca. cum non liceat de præſcriptio.doct.in.l. Imperium de iuriſd.omn.iud. Soc.in conſil. 99. num.16.lib.3.quo caſu non poteſt dicta Reſpub. ſuper ea ſe fundare. Accedit quod res eſt extra omnem dubitationem,quia ex proceſſu non apparet,quod dicta præſcriptio in
6 teruenerit † cum illa non ſolum debeat allegari,ſed & probari cum omnibus ſuis qualitatibus requiſitis doct.in ca.1.de preſcriptio. in.6.latē Balb.in tract. præſcrip.in ulti. par. tertiæ partis principalis, quod cum factum non reperiatur ergo &c.aut prædicta Illuſt. Reſpub. uult niti dicto pretenſo priuilegio & dicitur quod nec illud eam iuuat, ex multis,primo quia de eo non appareat ex proceſſu,unde ſuper iura non producta, non eſt faciendum fundamentum.l.illicitas.§. ueritas de offi.preſid.Secundo cum in.d. proceſſu non uideatur defiteri,quia in dicto prætēſo priuilegio adſit clauſula ſaluis iuribus imperij,&conſequenter abſque probabili dubitatione ſunt reſeruata iura imperij, duo reſultant effectus.

Primus ille eſt, quod dato,quod prædicta Reſpub. poſſet prætendere aliquod ius reſpectu dictę exemptionis a poteſtate imperatoris uigore dictæ prætenſæ præſcriptionis,
8 quod † acceptando dictum priuilegium ſaluis iuribus imperij, ſibi præiudicauit, argumento not. per Bar.in.l. quo enim,rem ratā hab.in l.ſi filius ad Macedo.Doc.in. l.quę dotis ſolu.matri.

Alter effectus eſt,quod illud,ſic ſaluis iuribus imperij per rempublicam acceptatum, non parit niſi limitatum effectum.l. in agris de acquir. rerum dom. & ſic quod Reſpub. remaneat libera quidem, ſed ita tamen, ut Imperator ſit ſibi ſuperior,nam non eſt no-
9 uum, quòd reſpublica remaneat † libera & imperator remaneat ſuperior, eſt tex. elegans in. l. non puto de capti. & poſtl.reuer. Dec.conſil.360.colum.3.

Tertio dato ſine ueri preiudicio, quòd Reſpublica ex dicto prætenſo priuilegio nō obſtante dicta clauſula ſaluis iuribus Imperij, poſſet prætendere omnimodam exemptionem, ut nō recognoſceret ipſum Imperatorē,tamen,cum non ſit dubium,quòd imperator poſſit hanc poteſtatem & ſic dictum prę
10 tenſum † priuilegium ſuprimere ac moderari,& etiam reuocare ad libitū.et ſine cauſa, Bal.in l. qui ſe patris. col. 10.C.unde liber. Alexā.conſ.216.nu.14.li.2.Felin.in ca.nouit nu.4.ubi loquitur de priuilegio iuriſdictionis,etiam non ſubdito conceſſo,& num.10. de iudic.Gozad.conſil.5.col.penul.& conſil. 62.col.2.debet in caſu iſto ſupreſſio & reuocatio ipſa cenſeri facta,cum prædicta Cæſarea Maieſtas expreſſim in dicto proceſſu declarauerit, ſe uelle eſſe iudicem, & de dicta cauſa cognoſcere. cenſetur enim pro ualiditate dictæ declarationis,& actus in neceſſari
11 um antecedens dictū prætenſum † priuilegiūm ſupreſſiſſe & reuocaſſe. l. illud de acquir. hered.Alexand.conſi.224.in fin lib.6. Afflic. Deciſ.3 nume.3 Dec.in rubr.C.qui admitti.
12 col.pen.& fin.facit quod † Princeps cenſetur in neceſſarium antecedens, uelle uti plenitudine poteſtatis pro ualiditate actus,Caſtr.cōſilio 414.nu.5.lib.1.Alexād.in l. quamquam C. de teſt. mil.Ruin.conſ.23.num.4.lib.2.at qui dicimus,quòd in caſu iſto debet omnino
13 dictum † priuilegium ſuprimi, & reuocari uel ſaltē non obſeruari.primo ſi quando nō recognoſcēs ſuperiorem eſt negligens in adminiſtrando iuſticiam ſupleat Imperator,& ſic ſuprimendo dictam poteſtatem,Abba. in cap.ex ſuſcepto num.9.de for.comp.Soc. in dicto conſi.275.num.9.multo magis impera

tor debet ſuplere & ſuprimere,quãdo fit eui
denter iniuſtitia,Doc.in.d.cap.nouit.Quod
uerò in caſu iſto adſit euidenter iniuſtitia fa
cti, patet, quia dato ſine ueri præiudicio, ꝙ
Illuſtris Alphonſus,ut aſſerit ipſa Reſpubli-
14 ca malè tractaret † ſuos ſubditos,debuit ta-
men prius ter moneri,eſt tex.cũ glo.in ca.1.
de mil.uaſal.Curt.Iun.conſi.137.num.20. &
in tract.feud.in 6.par.q.prima, Iaſ.in Authẽ
tica , Qui rem colum. 2. C.de ſacroſ.eccleſ.
quòd Illuſtriſſimam Rempub. Genuenſium
minimè feciſſe conſtat.At qui(ut ipſamet fa
tetur in proceſſu)a principio uaſallos prædi
cti Illuſtris Alphonſi , qui illi rebellauerant
& coegerant illum pro tuitione uitæ ſuæ in
Caſtrum Gouoni ſe recipere, ad protectio-
nem,& obedientiam,& uia facti dictis uaſal
lis auxilium , & fauorem adeo præſtitit, ut
confeſtim præparato exercitu pecunijs , &
bellicis tormentis,dictum Finarium occupa
uerit , ac alia fecerit prout in proceſſu,quo
caſu ita iniuſtè procedendo extra iudiciali-
ter,& de facto,dato,ſed non conceſſo,quòd
uigore dicti pretenſi priuilegij Illuſtriſſima
Reſpub.dici poſſet habere omnimodam iu-
riſdictionem, & non recognoſcere ſuperio-
rem : adeo tamen ſuſpecta redditur, ut om-
15 ninò uti † ſuſpecta ſit habenda,etiam ſi ue-
lit iudicialiter procedere, glo.in cap.ſtatutũ
uerb.copia, de reſcrip. in 6. Bru.conſilio 31.
colum.3.eſt elegans tex.in Clem. paſtoralis
16 de re iud.& hæc quoq; ſuſcipio † militat in
officialibus ſuis,iuxta late tradita in cap.inſi
nuante de offic. delega. & per Brun.in dicto
conſil. Secundo quoties p riuilegium tendit
ad noxam & ex eo apparet, quod tertius
17 † grauiter leditur, tunc a Principe reuoca-
tionem,uel moderationem recipit, capit.ſu
geſtum.de Decimis cap.primo & capitu.au-
thoritate de priuileg. eſt gloſ. communiter
approbata in dicto cap.ſtatutum uerb.ad no
xam Aretinus & cæteri in capitul. nouit de
iudicis, Gozadinus conſilio, quinto colum.
quinta faciunt tradita in capitu. cum omnes
18 de conſtitutione ubi quando † conſuetudo
quæ a principio ualuit, incipit eſſe iniqua,
quia indebitè lædit,reuocatur, ſeu reuocata
ipſo iure cenſetur,Doc.in capitu. primo de
conſuetud. ſed cui dubium eſt, ſi diceremus
illud priuilegium ſubſiſtere, quin omnino &
grauiter ac enormiter lederetur prædictus
Illuſtris Alphonſus. ultimo accedit , quòd
19 † Princeps non poteſt ſibi legem imponere,
quã nõ liceat recedere,maximè ex cauſa ca.
ſignificaſti, de electione cap.fin.de reſcriptis
in 6.Bar.in l.cum præcariò,de præcar.& Ale.
eleganter docet in conſ.124.nu.6.lib. 6. ſed
nemo eſt,qui ex proximè dictis nõ uideat,in
caſu iſto ſubeſſe cauſam & quidem probabi
lem. Et quæ omnia , maximè & a fortiori,
procedunt in prædicta Cæſarea Maieſtate,
quæ in Imperio concedentis priuilegium
ſucceſſit dict. capit.ſignific.d.capi t.fin. hinc
diluuntur omnia argumenta,quę adduci ui-
dentur pro predicta Illuſtriſsima Repu.nem
pè quòd,cum Illuſtr.Alphonſus neget ſe ua-
ſallum eſſe pro aliqua parte dicti, Finarij di
ctę Illuſtriſſimę Reipu.& ipſa quoque neget
imperatorem eſſe dominum directum dicti
Finarij,ſaltẽ reſpectu dimidiæ , pro qua præ
tendit prædicta Reſp. ſe dominam directã,
& ſic cum cauſa hæc non agatur inter uaſal
los,ſed inter extraneas pſonas debuiſſet co
20 gnoſci per † iudicem ordinarium ipſius rei-
pub.quæ eſt rea,gl. communiter approbata
in cap.cæterum de iudic. Bald.in cap.1.de in
ueſt.in mar.fact.nume.6.ubi Affli.nu.12. So-
ci.conſ.12.nu.22.lib.1.conſ.187.col.fi.li.2.&
per ſuos iudices etiam uigore priuilegij Im
peratoris Federici ſecundi,de anno.1226. in
dicto proceſſu inſerti,quod cum Reſpub. ip
ſa prætendat habere omnimodam iuriſdi-
ctionem,neq; imperatorẽ in ſuperiorem re-
cognoſcere, imperator non uideatur poſſe
21 in eam nõ ſubditam iudicare, cum † etiam
imperator in cauſa propria cognoſcere poſ
ſit,Vlp.l.& hoc Tiberius de here.inſtit.doct.
in.d.c.cæterũ nempè Dec.nu.12.etiam quod
ſit reus,Are.& Dec.in c.1.de probatio.tamẽ
nõ procedit dicta concluſio,quando contro
uertitur inter imperatorem & non ſubditum
22 † & ſic ipſam Rẽp.quæ pretendit ſe illi non
eſſe ſubditã Clẽ.paſtoralis de re iud. doc. in
d.cap.nouit & Fel.in cap.cum ueniſſent col.
pen. de iudic. Soci.d.conſ.187.nu.29.lib.2. at
qui,nec uidetur imperator poſſe cognoſcere
an iuriſdictio ad ſe ſpectet Bal.in cap.1.§.fin.
col.3.de prohib.feud.aliena.per Fede.Alex.
conſ.primo nu.11.lib.5.& hoc ratione ſuſpi-
cionis nempè,quãdo tractatur ultra cõmo-
dũ iuriſdictionis , de aliquo alio commodo
gloſ. in l.de iure in prin. ad municipal. Card.
in Clementina prima,uerbo, Abbatis in 10.
not.de exceſsibus prælat.quia ex ſupradictis
patet ſolutio,nam imperator remanet ſupe
rior,& iudex ordinarius,& prædicta Reſpu

blica cenſetur illi ſubditam,& conſequenter
ad prædictam Cæſaream Maieſtatem ſpe-
ctat cognitio dictæ cauſe, & exceptio quo-
que de iudicibus dictæ Reipub. uigore dicti
priuilegij,impertinens uidetur.nam priuile-
gium illud prædictæ Reipu. uſui erat, quan
do niti non poterat ſe habere omnimodam
iuriſdictionem & contra omnes,propter Im
peratorem,cui erat ſubdita,nūc uerò, quod
prætendit habere eiuſmodi iuriſdictionē, di-
ctum priuilegium ſuprimitur, nam pugnat,
quòd habeat omnimodam iuriſdictionem,
non recognoſcat ſuperiorem, & quod poſ-
ſit conueniri coram ſuis iudicibus, uel alijs
ordinarijs, ut de ſe patet, remanet & firma
& ualida concluſio illa, quod poſſit impera
tor in cauſa propria cognoſcere,& cum Reſ
pub. ſit maximè in caſu iſto illi ſubdita, &
ceſſat omnis de ipſo imperatore ſuſpicio,
quando maximè ultra alia imperator ipſe
uti iuſtiſſimus,& modeſtiſſimus Princeps,et
ſi poſſet per ſe, abſq; Conſilio peritorum,
cauſam ipſam terminare, non ſolum fuit cō
tentus a prædictis Illuſtribus ſuis conſilia-
rijs habere conſilium,ſed & a nobis,& ab ali
js Italiæ Collegiis iuris conſultorum,ut no
bis relatum fuit, ut iuſtitiæ in cauſa ipſa lo-
cus ſit, requirat.

Ad illud uerò an remediū capituli reinte-
granda.3.q.1. & ſic ſolū poſſeſſorium iudici
um per p[illegible] Illuſtr.Alphonſum intē̄ta
[illegible] ..ud prædicto Illuſtr.Alphōſo cū
[illegible] .. nel ne, tenemus firmiter utroq; ca-
[illegible],quod ſic,nā priore caſu res eſt clariſſima,
quia in petitione ſua narrauit ſe ſua poſſeſſio
23 ne Finarii ſpoliatū, & petiit ſe † reintegrari
ad dictā poſſeſſionem reiectis quibuſcūq; ex
ceptionibus petitoriū reſpicientibus, & ſem
per fuit proteſtatus, ut in dicto proceſſu de
nō cumulādo petitoriū cū ipſo poſſeſſorio,
ex quibus liquet intentatum remedium di-
cti ca.reintegranda, & ſolū poſſeſſoriū.nec
mouet, quod & in precibus, & in petitione
prædicti Illuſtris Alphonſi uideatur quoque
24 petitū ut reſindantur † illæ meticuloſæ con-
uentiones atq; contractus,quo caſu uidetur
quoque intenta actio quòd metus cauſa,quę
petitorium reſpicit,quoniam cum cōſtet de
ipſo metu & ex proteſtationibus ſuis,& pro
curatoris ſui,timore metus factis,de quibus
in proceſſu,ante conuentiones ipſas,conuen
tiones illæ quæcunque ſint, propter defectū
conſenſus prædicti Illuſtris Alphōſi, reddun
tur nullæ,& quidem ipſo iure, ut infra dice-
25 mus,ſicq; conſequens eſt.ut† nullū præſtent
impedimentum gl.in.l.ſi patet.C.ne de ſtat.
defunc. Bal.in.l. ſi.C. de nō num.pecu.Cor.
conſ.135. col.4.lib.1 cum ſimilibus & quod
petitio prædicti Illuſtriſ.Alphonſi intelligi
debeat ut de facto tollantur,ſicque in termi
nis interpretatur Bal.ut ſaluetur libellus in.
l.ſi qui ad ciuilia col.3. C.de appell.facit gl.
in ca.inter ceteras de re iud.& in l.prima de
ſeru.altero uerò caſu, idem quoq; patet, nec
26 nos urget,quòd hic cōtrouerti uideatur † de
ui compulſiua,in qua non uidetur compete
re remedium poſſeſſ. uel ubi competat ſaltē
exceptio dominij obijci poteſt, Alex & ple
riq; in l.naturaliter.§.nihil commune de ac-
quiren poſſ. Pariſ. conſil. primo nume.176.
lib.primo qui dicit hāc eſſe communem ſen
tentiam ea potiſſimum ratione quod ſubſit
uoluntas etſi coacta ſit, quoniam contraria
opinio uidetur probabilior ex deductis per
prædictos Illuſtres Dominos conciliarios,&
utrumq; ſaltem in caſu iſto uerior omnino
27 eſt, quoniam præceſſerunt dictæ † poteſta-
tiones ante ipſos contractus factæ, & iuxta
practicam traditam per Dinum in l.qui in a-
liena.§.fin.de acquir. hered. quibus prorſus
ipſo iure cenſetur ſublatus omnis prædicti Il
luſtri Alphonſi conſenſus,ſicque ceſſat con-
traria ſententia, quæ dicto conſenſu tantum
nititur ita eleganter docet Caſt.in d.§.fi.ubi
etiam Bal. Alexand. Imol. quam Caſtrenſis
ſententiam ſingularem dicit Alex.in.l.pacta
nouiſſima colum.penu.C. de pac.& appro-
bat Soc.conſil.263.num.9.lib.2.Ripa in cap.
cum.M.Ferr.nu.115.de conſtitutionibus ubi
inquit,hanc opinionem eſſe tenendam Rui.
in conſil.121. numero.20. libr.4.qui dicit il
lam eſſe communem,

Ad illud uerò nūc ſpectat,an in dicto poſ-
ſeſſorio debeat cognoſci de dominio an nō,
& concludimus,quod non,ut iam iam demō
ſtrabimus,tollendo Exceptiones,quæ uiden
tur ex proceſſu oppoſitæ.Etenim nō obſtat,
quod cum agatur de reſtituenda poſſeſſione
Caſtri Gouoni, quod ideo, cum ſit fortiſſi-
mum & non poſſet ſine magna impenſa tem
perari,reſtitutio dictæ poſſeſſionis debeat re
28 tardari quouſque † fuerit ſuper iuribus peti-
torij cognitum,& deciſum, ex Caſtrē.in l.2.
C.de ed.Diui Adr.toll.quoniam per fideiuſ-
ſionem oblatam per Illuſtrē Marchionē, re
ſtitutio poſſeſſionis nequaquàm uenit retar

danda, iuribus & auctoritatibus adductis per
prefatos Illuſtres Dominos conſiliarios. Ac
cedit etiam exabondanti, quod cum Illuſtr.
Alphonſus dicat ſe uaſallum reſpectu totius
dicti Finarij prædict. Cæſareæ Maeſta. & præ
dicta Illuſtriſsima Reſpub. prætendat quo-
que ſaltem dimidiæ dicti Finarij eſſe ſuum
uaſallum, & ſic mutat res petitorij, quo ſe ue
lit omnino prædi. Illuſtri Marchio Reſpub.
utilis dominij & naturalis poſſeſsionis eſt tu
tus, quod propterea non ueniat retardanda
reſtitutio dictæ poſſeſsionis naturalis, ut ſa-
tis de ſe patet nō obſtant quoqne tituli pro-
ducti per prædictam Illuſtriſsimam Rempu.
29 in hoc poſſeſ. iudicio quoniam etſi † clariſsi
mi & apertiſsimi eſſent, non tamen admitti
debent in. d. remedio. d. capit. reintegranda
receptior eſt Doc. ſententia Dec. conſil. 57.
colum. pen. conſil. 252. nume. 4. Brun. conſil.
39. colum. fin. Rub. Alex. conſil. 4. Alcia. in L.
mulieris. §. definere de uerb. ſigni. Caſſad.
Deciſ. prima in tit. de acquir. poſſ. ubi hanc
ſententiam ſequitur, & refert ita fuiſſe per
Rotam iudicatum.

Minuſque nos mouet exceptio allegati
Dominij proprij prædictæ Illuſtriſsimæ Rei
pu. nam & hoc quoq; caſu cōmuniter rece-
ptum eſt, huiuſmodi exceptionem quatenus
30 etiā de dicto † dominio conſtaret, non obſta
re nec impedire quominus ſpoliatus ante
omnia debeat reſtitui, Alex. conſ. 33. in pri-
mo lib. 6. Dec. in. d. conſil. 57. col. pen. Rip. in
cap. ſæpe num. 37. & 50. de reſtitu. ſpolia.

31 Deniq; non obſtat quoq; in hoc caſu † ex
ceptio defectus notorii dominii, ſeu iuris pre
dicti Illuſtri. Alphonſi, & quæ quatenus uera
eſſet, in poſſeſſorio admitti debet, Alex. cōſ.
77. col. pen. lib. 2. Dec. conſi. 191. & Soc. Pariſ.
conſ. 1. nume. 170. lib. primo docto. in. d. §. ni-
hil cōmune, quoniā etſi exceptio huiuſmodi
admitti ſoleat, tamē illa locum ſibi non uen
dicat, niſi notoriè copulatiuè conſtat, de non
iure ſpoliati, & de iure ſpoliātis l. fi. C. de rei
uendicat. Corſetus in tract. ſallen. ad regulā
quòd ſpoliatus &c. num. 2. Ripa in. d. §. nihil
commune, n. 35. & 70. ubi Boſſio. nu. 25. Soci.
in. l. rem que nobis, uerſ. circa nonam. nu. 20.
& acq. poſſ. Dec. d. conſ. 191. col. penu. ſed de
hoc non apparet, ut infra dicemus, ergo in
Nec etiam procedit quoties poſſeſsio, cum
uitio peruenit ad reum conuentū, prout con
tigit in caſu iſto, in quo notoriſsimè con-
ſtat dictam poſſeſsionem dicti Finarij perue
niſſe, cum magno uitio ad predictam Illuſtr.
Rempub. Soci. in. d. l. rem, quæ nobis d. num.
20. quem ſequitur Deci. in. d. conſ. 191.

Reſpectu uerò petitorij, ut et illud etiam
non omittatur, quo euidentius pateat ipſum
Illuſtr. Alphonſum reintegrari debere ad ſu
am poſſeſsionem ſtatus Finarij, & omnium
eidem ablatorū ab ipſa illuſtriſsima Repub.
Genuenſium, ut infra, & ſi res admodum dif
ficilis, & in facto perplexa exiſtat.

Tenemus tamen ſtatum Finarij ante inue
ſtituram Imperatoris Maximiliani factam,
Alphonſo antiquiori de toto Finario, ubi il
lud non comprehendatur in inueſtituris Im
peratorū Federici primi & ſecundi, quod no
bis ex proceſſu non conſtat fuiſſe rem allo-
dialem, excepta tamen dimidia illius tertiæ
partis, pro qua Aleramus fuit inueſtitus ab
32 Impatore † Carolo Quarto de anno. 1385.
ſuo & nomine Emanuelis fratris, Quoniam
& ſi predictus Aleramus legatur inueſtitus
ſuo & nomine antedicti Emanuelis, pro una
tertia parte dicti Finarij, & nomine Geor
gij patrui pro una alia tertia parte, tamen
cum non cōſtet ex proceſſu prædictos Ema
nuelem & Georgium, nec eius filios Lazari
num & Caroliī, ratificaſſe dictam inueſtitu-
ram, nec tacitè nec expreſſe, imò faciendo
compromiſſum illud potius uideātur diſſen
tiſſe ſolus Aleramus & deinde Antonius fi-
lius remanſit uaſallus Imperij, & ſola dimi
dia dictæ tertiæ partis feudalis, quia non ſe
33 cuta aliqua † ratificatione dictis Georgio &
filijs ac Emanueli, nullum fuit acquiſitū ius.
l. ſi ego de nego. geſt. Caſtren. conſil. 171. lib.
2. Dec. conſ. 226. nu. 6. & quæ quidem ratifi-
catio non cenſetur inducta, quia non cōſtat
quod dicti Georgius & filij ac Emanuel ſciē
34 tiā habuerint de dicta inueſtitura & † ratifi
catio non inducitur ex ſilentio ſeu nō facto.
Caſtren. conſ. 465. col. pen. li. 1. Ale. cōſ. 191.
col. 3. lib. 6. Decius conſ. 98. ad finem & q ex
cepta dicta dimidia tertiæ partis, reliquū di
cti ſtatus Finarij eſſet allodiale, mouemur
quia ſiue Finarium in conceſsione Imperato
35 ris † Ottonis Aleramo facta cōprehendatur
dicta cōceſsio potius cēſetur donatio, quam
feudum, ut late deducitur ex conſ. Gozad. 7.
num. 13. & col. ſeq. num. 16. conſ. 8. col. 4. nu.
16. cum ſequen. & conſ. 10. nume. . Soc. Iuni.
conſ. 76. col. 9. nume. 42. lib. primo difuſiſsi-
mè Hieronymus Gratus reſponſo. 9. nu. 94.
cum pluribus ſequen. lib. pri. quicquid dicat

Pariſi.in conſi.23.col.2.& ſequen. lib.1.ſiue
non comprehendatur etenim communis eſt
36 concluſio quod in dubio † res non preſumi
tur feudalis, ſed allodialis Ioan.And.in cap.
fina. de iudic.Curt.Iuni.conſi.184.nu.1.cum
37 uulga.etiã ſi agatur de Marchionatu † quo-
niam Marchionatus poteſt haberi titulo do
nationis ſeu allodiali,Gozad.d.conſi.8.colu.
5.Alcia in tract.preſump.in.2.regula preſum
ptio.3. quo caſu reſpectu dictorum bonorũ
allodialium ualent & tenent illi contractus
facti cum Illuſtriſsima Reſpubli.hinc ſequi-
tur dominium dictorum bonorum allodia-
lium peruentum in dictam Illuſtr. Rempub.
per illam inueſtituram factam Illuſt.Alphõ
ſo Seniori per Imperatorem Maximilia-
38 num de anno 1496. non potuiſſe ſine† cau-
ſa tolli, pro ut ſe habet communis ſenten-
tia Soc.in.l.gallus.§. & quid ſi tamen colum.
6.ubi galiaula colum.fina.de liber.&poſthu.
Soc.in. l.ſi. C. ſi contra ius & Canoniſtæ in
capit. quæ in eccleſiarum de conſtitu. quæ
concluſio etiam procedit non obſtantibus
clauſulis adiectis in dicta inueſtitura Dec. in
capit.ſuper eo colum.2.de off.delega.Pari-
ſi.conſil.1.nume.81. & cum ſequen.& conſi.
21.num.116.& ſequen.li.1.Iaſ.conſil.93.col.
2.lib.3.Dicimus tamen, uideri nobis Imperi
39 um perſcripſiſſe † dominium & iura prædi-
ctæ Reipub.ex quaſi poſſeſſione longiſſima
etiam ultra annos quadriginta. ex deductis
in proceſſu Caſtri in. l.fina. col.pen.C.de ſa
croſan.eccle.Alex.conſ.16.num.20.li.5.Bal.
in tract. præſcrip.3.parte.5.partis principa-
lis.q.1.& tanto magis quoniam prædicta Ci
uitas Genuenſi. tempore dictæ inueſtituræ
Maximiliani & ob inde litia uſq; ad annum
1528.modo unum,modo alium ſuperiorẽ re
cognouit,ut ex Hiſtoriographis deprehen-
dimus.

Reſpectu uerò dictæ partis feudalis,dici-
mus,& tenemus reſpectu tantum illius, qua
liscunq; partiunculæ dicti Finarij, quæ com
prehẽditur in illa tertia parte, de qua fuit in
ueſtitus Illuſtr.Ioannes.a prædicta Illuſtriſſi
ma Repub.de anno 1451.prædictam Illuſtr.
Rempub. perſcripſiſſe reſpectu dictæ partiũ
culę:tamen habita ratione ad totum ſtatum
Finarij dominium illud directum quod Im-
perium reſpectu dictæ partis feudalis habe-
bat,& clara ratione nos moueri exiſtimaui
mus,quoniam uidemus prędictam Illuſtriſſi
mam Rempub. ab anno 1385. uſq; ad dictũ
annum 1451.continuò retinuiſſe ſuam ciui-
lem poſſesſionem directi dominij dimidiæ
partis totius ſtatus Finarij, & Caſtri Fran-
chi,quod etiam predicti Illuſt. Cõſiliarij nõ
negant,uidemus ſententiam prædictam Illu
ſtr. Rempub.& ſi de dicto anno 1451. in feu
dum conceſſerit prædicto Illuſtri Ioanni, ſo
lum tertiam partem totius dicti ſtatus Fina-
rij,& reliquas duas prędictus Illuſt. Ioannes
dictæ Illuſtriſſimæ Reipub. dimiſerit & in di
ctis duabus partibus promiſerit illam nõ mo
leſtare;tamen dictæ partiunculæ dictæ par-
40 tis quę † feudalis erat dictam ſuam poſſeſſio
nem ciuilem continuaſſe nec re illa miſtura
rei & feudalis & allodialis,quę in dicta par-
te continebantur amiſiſſę,ſed retinuiſſe.l. re
rum miſtura de uſuca. Balb. in d.tract.præ-
ſcrip.in.3.parte.6.part.princi.q.1.in fin. uide
mus & denique dictam ciuilem poſſeſſionẽ
prædictæ Illuſtriſsimę Reipu.ſic,ut diximus,
continuatam retentam de dicto anno 1451.
reſpectu ſaltem dictæ partiũculæ cum in ani
mo conſiſtat fuiſſe continuatẽ, non autem
amiſſam uſq; ad mortem prædicti Ioannis,
41 ut patet ex † confesſione ipſiuſmet Illuſtris
Alphonſi in precibus Maximil.porrectis, ut
ex notatis per Iaſ. & Dec. in.l.cum te.C. de
tranſact & ſucceſſiuè dictam poſleſſionem
non fuiſſe interruptam, niſi de anno 1496.
quo tempore Illuſt. Alphonſus Sen.a predi-
cto Imperatore Maximiliano inueſtitus illã
facto interuertit Iaſ. conſil.37.libro primo
colum.2.ſicq; apparet prædictam Rempub.
preſcripſiſſe ultra tempus centum annorum,
quæ contra etiam Imperium admittitur iu-
ribus uulgatis.Tenemus tamẽ imperium eti
am deinde contra dictam illuſtriſsimam Rẽ
publicam præſcripſiſſe,ut ſupra. Quoad uti-
le dominium Illuſt. Alphonſi cum uideatur
nobis Alphonſum Seniorem non habuiſſe
42 † bonamfidem, tam ex denuntiatione Rei-
pub.ſibi facto anno 1482.quam maximè ex
narratis in precibus per ipſum Alphonſum
Maximiliano Imperatori oblatiş ex nota-
tis per Saly.in.l.ſi fundum.C.de rei uẽd.Rip.
in capit.cum.M.nume. 159.de conſtit. Balb.
de præſcriptio.2. par.3. part.principalis q.2.
& reſpectu ipſius Illuſtr. Alphonſi Iunioris
non conſtat de tempore requiſito ad præ-
ſcriptionẽ dicti utilis dominij ex dicto pro-
ceſſu. dicimus proprerea nobis non liquere
præſcriptionem eſſe decurſam contra prædi
ctam Illuſtr.Rempub.

Quate-

Quatenus uerò attinet ad admiſſionẽ capitulorum & ad citationẽ procuratoris tranſimus in ſententiam prædictorum Illuſtriũ conſiliariorum ſaluo, quod exiſtimamus ad cautelam procuratorũ illuſtriſs. Reip. eſſe
43 citandum uſq; ad expeditionem cauſæ, ex Abb.& Soc. in cap. accedens. 2. not. ut lit. nõ cõteſt.& ex adductis per Soc. in tract. citati. articulo. 5. q. 30. nu. 62. In eo uerò articulo, an probata ſint extra requiſita ex dicto remedio cap. reintegranda, pariter concurrimus in ſententiam prædictorum Illuſt. conſiliariorum, nempè quod Illu. Auria & nomine prædicti Illuſt. Alphonſi & prædictæ Reipub. teneat dictum Caſtrum Gouoni.

Poſtremo quò ad ſententiam ferendam per ſuam Cæſareã Maeſtatem tenemus ita ferendam eſſe, ut condemnetur prædicta Illuſtriſs. Reſp. ad reintegrandum prædictum Illuſtrem Alphonſum ad ſuam poſſeſsionẽ totius ſtatus Finarij & preſertim Caſtri Gouonij, qua ſpoliatus fuit a prędicta Illuſt. Reſpub. & reſtituendum ablata ac relaxandum depoſitum, ſeu ſequeſtrum, ex parte ipſius Reipub. & ad ſoluendum omnia damna fructuſq;, tam perceptos, quàm qui percipi potuiſſent & expenſas Illuſtr. Alphonſo, ſaluis partium iuribus in petitorio, preſtito tamen per prædictum Illuſtrem Alphõſum idoneo fideiuſſore de reſtituendo poſſeſsionem dicti Caſtri Gouonij, ubi contigerit prædictũ Illuſtriſs. Alphonſum in iudicio petitorio ſuccumbere, & hæc omnia non obſtantibus dictis conuentionibus de quibus in proceſſu nuperrimè facto inter prædictam Illuſtr. Rempub. & prædictum Illuſt. Alphonſum nullis ut ſupra.

Et ita nos doctores prædicti Collegij prius inter nos communicato dicto conſilio, repreſentantes totum prædictum Collegium, dicimus & putamus ſic iuris eſſe, ut ſupra & in fidem præmiſſorum ſolito ſigillo prædicti Collegij noſtri obſignari, fecimus, cum prædicti Collegij Cancellarij ſubſcriptione.

Dat. Papię die ſeptima Decembris milleſimi quingenteſimi ſexageſimi. Tibi ſoli Deo optimo Maximo laus & honor.

Iacobus Maria Vltrabellus publicus ſacra imperiali & apoſtolica auctoritate Notarius & Collegiatus Papiæ, præfatique uenerandi Collegij Magnificorum Dominorum Iuriſconſultorum Cancellarius & de eorum mandato ſubſcripſit.

SVMMARIVM QVARTI RESPONSI.

1 *Otthonis conceſſio Aledramo facta an feudalis, uel libera fuit.*

2 *Otthonis Priuilegium Aledramo conceſſum, quæ contineret.*

3 *Conceſſio facta cum clauſula prout iuſte et legaliter poſſumus, quam uim habeat.*

4 *Imperatorem directũ dominium rerũ Imperij transferre non poſſe.*

5 *Fidelitatis denominatio feudo conuenire dicitur.*

6 *Feudi cõceſſio eſt gratia & beneficiũ.*

7 *Donationis uerbum quando late intelligatur.*

8 *Imperator in coronatione iurat, ſe Imperij iura acturum non diminuturum.*

9 *Diſueſtire uerbum quid præſeferat.*

10 *Marchionatus titulus feudi cenſetur.*

11 *Imperatorem uoluiſſe Imperij iura minuere non præſumitur.*

12 *Otthonis cõceſſio Aledramo facta feudalis fuit.*

13 *Præſumitur ex ſtatu præſenti in præteritum.*

14 *Interpretatio illa ſumitur in dubio, qua actus ualeat.*

15 *Nemo dat, quod non habet.*

16 *Vaſſallus Inueſtituram intra annum et menſem non petens, feudũ perdit.*

17 *Feudi dominus, iudex eſt competens in cauſa feudi.*

18 *Compromiſſum de re feudali fieri non poteſt.*

19 *Tranſactio de re feudali inſcio domino*

fieri non poteſt.

20 Alienandi facultas cōceſſa in his quæ alienari nō poſſunt regulariter, quo modo intelligatur.

21 Vaſſallus etiam cum clauſula ſaluo iure domini, in potentiorem feudum non poteſt alienare.

22 Feudum cum licentia alienandi cum aliquando certis caſibus, alienari nō poteſt.

23 Feudum demonſtratur ex præſtito iuramento fidelitatis & ſuſceptis inueſtituris.

24 Res libera, ut feudalis, a ſuperiore recognoſci poteſt.

25 Inueſtitura una alteram declarat & aperit.

26 Metu geſta iure non ualent.

27 Metus iuſtus, eſt armorum terror.

28 Periculis uitæ, & amiſſionis bonorum ſubijcere, quis non tenetur.

29 Metus non præſumitur interceſſiſſe in contractum.

30 Conſilium animi præſumitur ex enormitate facti.

31 Dolus præſumitur, ſi enormis interceſſit læſio.

32 Metus ad actus ſubſequentes extenditur; cum eadem metus cauſa ſubeſt.

33 Metus eadem cauſa an ſubſit, iudicis arbitrio relinquitur.

34 Clauſulæ ex certa ſcientia & animo deliberato ex notariorum conſuetudine opponi ſolent.

35 Clauſula ſponte ita metu appoſita in inſtrumento præſumitur cum contractus per metum eſt celebratus, ſicut ipſe contractus.

36 Imperator ex plenitudine poteſtatis & ex certa ſcientia, priuilegia iam conceſſa reuocare poteſt.

37 Priuilegium conceſſum ob benemerita tolli & reuocari non poteſt.

38 Citatio non requiritur quando princeps extraiudicialiter procedit etiā tollendo ius alterius.

39 Citatio illius non exigitur, quo inuito actus celebrari poteſt.

40 Notorius defectus proprietatis, poſſeſſionem inficit.

41 Princeps eum priuare poteſt ſine citatione, quem cognoſcit in re ius non habere.

42 Vaſſallus feudo priuari poteſt ſine citatione, & ordine iudiciario cùm de notorio illius delicto conſtat.

43 Priuilegiorum ſubſtantia ſufficit ad demonſtrandum quale priuilegium fuerit conceſſum.

44 Princeps concedere poteſt authoritatem ingrediendi poſſeſſionem ſine iudicis licentia.

45 Genua Ciuitas, a quibus libera cenſeatur.

46 Imperator in uniuerſum terrarum orbem iuſditere poteſt.

47 Priuilegiorum conceſſio, ſubiectionem præceſſiſſe arguit.

48 Priuilegiatus contra concedentem, priuilegio uti non debet.

49 Libertas & ſuperioritas aduerſus imperium, cumulatinè, non priuatiuè præſumitur.

50 Imperij ſuprema poteſtas, præſcribi non poteſt.

51 Verba enuntiatiua principis probant.

52 Geminatio & reiteratio actus plurimum operatur.

53 Dictio noſter noſtra noſtrum, domi-

nium arguit.

54 *Appellatio ab imperatoris ſententia non conceditur.*

55 *Præſcribens ſpatio. 30. uel 40. annorum, plena ſecuritate defenditur.*

56 *Malafides anteceſſoris in facto arduo, nocet ſucceſſori.*

57 *Iudicis authoritate faciens, dolo caret, & in bonafide uerſatur.*

58 *Bonafides præſumitur in eo, qui iudicis ſententia poſſidet.*

59 *Bonafides præſumitur in eo, qui poſſidet imperatoris authoritate.*

60 *Imperator dei miniſter in terris dicitur.*

61 *Bonafides in dubio præſumitur.*

62 *Malafides anteceſſorum non impedit præſcriptionem incohoari & perfici à ſucceſſoris perſona.*

63 *Priuilegium conceſſum preſcriptionem non currere niſi centenaria ſit, quæ continere debeat ut ualeat.*

64 *Inſtrumentum tranſumptum & exemplatum ut probet parte citata ſumi debuit,*

65 *Priuilegium perdit, qui bona concedentis per uim occupat.*

66 *Diſpoſitione legis. 2. & l. bene a Zenone de quadrienn. præſcript. fruitur, qui a ſupremo principe cauſam habet.*

67 *Spoliato reſtituenda ſunt omnia.*

RESPONSVM QVARTVM, A VENERANDO *Bononienſi Iuriſconſultorum Collegio, in cauſa Finarienſi redditum.*

DEI Optimi Maximi implorato præſidio. Quãuis Sacratisſimus Imperator Dominus noſter clemẽtiſsimus, pro ſumma ſua prudentia & grauisſimo eius iudicio, ualeat quoſcunque legum iuriumq; nodos diſſoluere: quandoquidem omnia iura illi pateant habeatq; apud ſe cõſilium doctisſimis eruditiſſimisq; iureconſultis refertisſimum, ualentibus preſentem difficultatem & grauiores etiam decidere. Nihilominus imitatus ſententiam Diocletiani & Maxim. Imperatorum in l. dubium non eſt. C. de repud. aſſerentium, quòd omnia, quæ conſilio teſte geruntur, iure meritoq; effectu & firmitate nituntur, & alibi legitur, quod integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmetur c. extra cõſcientiam. 64. diſtinct. capit. prudentiam de off. de leg. libuit cœtum profitentium iura conſulere, exiſtimans beatitudini imperij ſui conducere, ſi aſcito prudentum conſilio, huiuſmodi res graues diſcuſſione indigentes, terminauerit. Nos uerò in propoſita quæſtione qualeſcunque fuerint uires noſtræ noſtrumq; ſtudium, illud totum ſumma fide ac diligentia, pro indaganda ueritate, ſue ſacratiſ. Maieſt. omnino pollicemur ac ſpondemus, preſertim, quod ſuis ad nos datis literis intelligimus, pro ea tantum parte conſilium expetere, quæ iuſtitiam foueat. Res ſanè Cæſare & inuictiſſimo Principe digna.

Accingendo igitur nos propoſito muneri & breuitati ſtudendo, ut res patietur, de pluribus diſceptandum erit ad dilucidationẽ illius principalis quæſtionis in preſenti iudicio uertentis, quæ eſt num Illuſt. Marchioni Alphonſo de Carreto, competat remedium ca. reintegranda. 3. q. 1. aduerſus excelſam & illuſtrem Rempub. Genuenſem.

Primo enim dicendum eſt, an conceſſio
1 Imperatoris Otthonis † Aledramo facta ſit
feudalis, an uerò allodialis & libera. in qua
dubitatione, licet apud antiquos & recentio
res iuriſco. uariè certatum ſit, ut conſtat ex
his, quæ habentur in dictionario Alberici in
uerbo feudum in 3. col. uerſi. item quæro, &
in conſil. Gozad. 8. & 9. & apud Pariſ. conſil.
23. li. 1. & alios pleroſq; citatos p iſtos, tamē
illam dil genter intuentes, nobis uiſum eſt,
2 quod priuilegium † Otthonis duo principa
liter contineat. Primo enim narrat qualiter
Aledramus ab eo petijt ſibi concedi cohor-
tes ſiue curtes, & abſas quaſdam ad Regnū
ſuum tunc ſpectantes. Subinde petijt, quòd
confirmaret & corroboraret omnes res ſuas
& proprietates, quæ illi aduenerant, tam hę
reditario iure parentum, quàm de acquæſtu
ſuo. Imperator autem reſpondendo petitis,
in primis dicit, quod concedit, donat, & lar-
gitur dictas cohortes petitas, exiſtētes intra
flumen Tanagri & Vrbani, uſq; ad littus ma
ris, & nomina dictorum locorum (quæ mul-
ta ſunt) ibi exprimit, ſubiungens, ſe illud age
re intuitu fidelitatis ipſius Aledrami, prout
iuſtè & legaliter poteſt.

Secundo confirmat & corroborat eidem
Aledramo Marchioni omnes res & proprie
tates ſuas, quæ illi aduenerunt, tam de here
ditate parentum, quàm de acquæſtu ſuo,
per diuerſa loca, uidelicet in cōmitatu Ac-
quen. Sauonenſi, Aſtenſi, Mōtisferrati, Tau
rinenſi, Vercelenſi, Palmenſi, Cremoneti,
Bergomenſi, cum omnibus eorum pertinen
tijs & adiacētijs, & finaliter quicquid dictus
Aledramus habet & habiturus eſt in Italico
Regno, conſequenter dictum Marchionatū
& omnia bona illi adhærentia & ſpectantia
confirmat & corroborat. Hac conceſſione
ita ſtante, dicimus, quod prima pars huius
conceſſionis ſapit donationem, reſpectu uti
lis dñij, tm̄, quia nō ſimpliciter donat, ſed di
3 cit † prout iuſtè & legaliter poſſumus, q̄ uer
ba ueniunt limitatiuè & reſtrictiuè ad præce
dentia iuxta. l. ædita, ibi, pro ut ædicti perpe
tui monet auctoritas. C. de edendo & in l. 2.
in prin. ibi prout iuris eſt. C. de his qui latro.
occult. ſi enim Imperator uoluiſſet liberè
donare omni reſpectu, tam utilis quàm dire
cti dominij, non fuiſſet uſus illis uerbis limi-
tatiuis, & quāuis paulò infra dicat, ita quod
a modo, dominio dicti Aledrami Marchio-
nis ſubdantur; & in eum transferantur, ueri
ficari poſſunt dicta uerba, reſpectu utilis do-
minij prædicti, & hoc modo euitabitur diffi
4 cultas illa doctorum, qui dubitant, an † Impe
rator poſſit a ſe abdicare directum dominiū
bonorum ſpectantium ad Imperium, de qua
per Balb. Abb. & Imol. in cap. intellecto de
iureiur. Bald. in prohemio feud. uerſi. expe-
dita litera. B. uſque ad numerum. 33. & conſ.
222. col. 4. lib. 3. idem Bald. & Alex. in l. filio
quem pater. ff. de lib. & poſth. in fi. princ, Ca
cialupus in repeti. l. cunctos populos nu. 10.
C. de ſumma Trin. & fide cath. & in. l. Impe
rium num. 35. de iuriſdict. omnium iudicum
& per Imo. & alios in Rub. de uerbo. oblig.
nu. 20. 21. & alibi ſæpe, qui omnes inclinare
uidentur in partem negatiuam, & hæc intel
ligentia ſatis ſuadetur ex illis uerbis Ottho
nis in prohemio dicti priuilegij, dum ait, ſe
ita agere, ut annuat honeſtis petitionibus fi
delium ſuorum, & ut eos prōptiores reddat
5 in famulatu ſuo. quæ uerba † fidelium & fa-
mulantium, benè conueniunt uaſſallis, ut in
titulo de fot. fidelit. & in titulo, Quid præce
dere debeat, fidelitas, uel inueſtitura, & per
Alua. in titu. quæ fuerit prima cauſa beneff.
amitt. numer. 34. notatur in cap. 1. §. fina, de
pace iuramen. firmanda.

Nec omnino deſtruentur illa uerba, dona
6 mus & elargimur, ſiquidem conceſſio † feu-
dalis ſit gratia & beneficium, & ſic donatio
quædam cap. 1. §. 1. ex quibus cauſis feudum
amit. Bald. in prælud. feud. col. 5. Cur. Sen.
conſi. 49. col. 17.

Non obſtat etiam, quòd ibi in diſpoſitio-
ne ſit mentio de dominio, intelligatur de di
recto. l. §. qui in perpetuum ſi ager ue. uel
7 emph. peta. itē, nec illud, quod uerba † dona
tionis latè ſint interpretāda ca. cū dilectus ex.
de donat. quia reſpōdetur, illa procedere quā
do diſpones purè & liberè, quod hic factum
non eſt, ſed dictum fuit limitatè, prout iuſtè
& legaliter poſſumus. preterea prædicta pro
cederent, quando diſponens, liberè diſpone
8 re poſſet, ſed cum hic ſimus in † Impera. qui
in eius coronatione iurat, ſe pro poſſe nō di
minuturum iura imperij, ſed illa acturum, ut
in dicto cap. intellectos, ſtricta nempe fieri
debet interptetatio, ut dicatur contrauenire
ſuo iuramento, nec ei, quod proprium eſt
Imperatoris augere ſcilicet fimbrias Impe-
rij, non autem dim nuere, iuxta nota. in
procemio. ff. & inſtitutionum.

Quo uerò ad ſecundam partem dicti pri-
uilegij

uilegij Otthonis in uerſic. inſuper, quæ con
tinent confirmationem Marchionatus & re
liquorum bonorum tentorum per Aledra-
mum, res dubitationem habere non uide-
tur, quin remanſerint feudalia, quoniam
Imperator in talibus bonis, nil aliud agit, ni
ſi quod confirmat & corroborat res Aledra
mi, quas habuit iure hereditario, uel de ac-
9 queſtu ſuo; & ſubdit quod nullus eum † diſ-
ueſtire habeat, & ſic præſupponit inueſtitu.
l. decem, de uerb. obli. item ibi, ſi quis obie-
cerit, quod inueſtituram præteritis tempo-
ribus non habuerit, liceat ipſi Aledramo ſu-
iſq; hæredibus per hanc noſtram licentiam,
affirmare uel iuramento declarare, ſe inue-
ſtitum fuiſſe, ex quibus omnibus patet, quod
Imperator non immutat nec alterat feudũ:
quinimo illud confirmat & corroborat. cer-
tũ eſt enim, quod Aledramus tunc habebat
Marchionatũ, quod patet, quia Imperator
ipſum Marchionem appellat Clemen. 1. de
10 probat. Qui † Marchionatus eſt titulus feu-
dalis, ut in ca. 1. qui dicatur Dux Comes uel
Marchio cap. 1. de feudo Marchiæ Bal. conſ.
223. lib. 1. Nec credendum eſt ipſum Impe-
ratorem uoluiſſe feudum tam nobile & an-
tiquum Cameræ Imperialis & illius directũ
11 dominium a ſe & † Imperio abdicare, quod
ſi facere uoluiſſet, non potuiſſet, per prædi-
cta alioquin Iudicatus fuiſſet & iudicaretur
una pecus, ſecundum Bal. in d. cap. intellecto
num. 5. qui etiam dicit, quod ſi aliter diceře-
mus ſequeretur, quod minueretur per parti
culas totum Imperium & illud diſſolui poſ-
ſet, quod admittendum non eſt, ſubdens hũc
eſſe neruum ſeu nodum indiſſolubilem, &
ait quod Princeps non poteſt de nouo infeu
dare ultra modum cõſuetum aliorum Prin
cipum; alias diceretur dilapidator, quod be-
ne ſeruit caſui noſtro.

12 Et ita dictam † conceſſionem feudalem
eſſe, firmat Pariſ. d. conſi. 23. numer. 17. non
nullis alijs rationibus, quæ ibi uideri poſſunt
maximè quia deſcendentes ex Aledramo
præſtiterunt fidelitatem ſequentibus Impe-
ratoribus & ſic conſenſu partium declaratũ
fuit dictum priuilegium totum ſonare in ui-
am feudi, non autem donationis, pro quo fa
cit. l. ſi hi qui adulterij. C. de adulter. ubi ex
13 † ſtatu præſenti præſumitur in præteritum.
Ex quibus omnibus firma ſtabit hæc conclu
ſio, primam & ſecundam partem dicti priui
legij feudalem eſſe.

Nec quicquam obſtabunt ea uerba in di-
cto priuilegio inſerta ibi, habeatq; poteſta-
tem tenendi, uendendi, communicandi, alie-
nandi, pro anima iudicandi, & quicquid eo-
rum decreuerit animus faciendi, &c. Quia id
erit intelligendum reſpectu utilis dominij
14 † ut conceſſio ualeat. l. quoties de reb. dub.
non autem directi, ex defectu poteſtatis con
cedentis, ut ſupra. & tunc erit feudum, non
habens propriam naturam feudi, iuxta ca-
pit. primo de feud. non habens propriam
naturam feud. Et per hæc reſpondetur ad
conſil. Gozad. 8. & 9. & ſequacium, qui cer-
tè non omnia contenta in dicto priuilegio
diligenter ſcrutati ſunt, ut per prædicta appa
ret, & inferius etiam dicetur. firma igitur
manente dicta concluſione, quòd ea conceſ
ſio Ottonis feudalis ſit, plura ſequuntur co-
rollaria, ad rem noſtram plurimum confe-
rentia. Primum eſt, quod dicti D. de Car-
retto non potuerint transferre niſi utile do-
15 minium, quod habebant in Genuenſes † per
reg. l. traditio de acqui. rer. dom. l. nemo plus
iur. ff. de reg. iur.

Secundum, quod Genuenſes non peten-
16 do † ſe inueſtiri infra diem & annum, cecide
rint ab omni præteſo iure, cap. 1. quæ fuerit
prima cauſa benef. ami. And. de Iſer. in cap.
1. §. ſi minori, ſi de feud. fue. contro. inter
dom. & agna. non. in cap. imperialium. §. præ
terea de prohi. feud. alienan. per Fede.
17 Tertium, quod † Imperator eſt iudex com-
petens Genuenſium ratione bonorum feu-
dalium, ca. cæterum extra de iud. in cap. no-
uit. eo. titu. clemen. paſtor. §. denique, ubi
Card. not. in princ. & in 4. quæſt. de re iud.
Quartum eſt, quod prædicti D. de Car-
18 retto † compromittere non potuerint ſine
conſenſu domini directi ſecundum And. de
Iſe. in cap. 1. §. ſub num. 3. uerſi. hodie puta-
mus non compromitti, de feudo de leg. Co-
ra. Abbas in cap. cum tempore, col. 2. num.
3. de arbit. Roma. in l. 1. §. & poſt operis de
no. op. nunc. qui dicit quod tranſactio & ar-
bitramentum non equiparantur, iuribus al-
19 legatis per ipſum, ſed uaſſallus † ſine conſen
ſu domini nõ tranſigit. cap. 1. de contro. feu.
inter dom. et uaſſal. & cap. ſi uaſſallus, ſi de
feud. fue. contro. inter do. & uaſſal. ergo nõ
compromittit. in quam ſententiam uenit ět
Matthæus de Afflict. in cap. 1. §. ſi uaſſal. in
titulo ius ſi de feu. fue. contro. inter domin.
& agna. dum dicit illum textum eſſe corre-

ctum, idem firmauit Iacob. de ſancto Geor. in tract. feudorum in uerbo & cum pacto de non alienan. nu. 10. diſtinguens inter arbitrū & arbitratorem, ut ibi per ipſum. Nec dicatur, quod ex quo data fuit poteſtas alienā di dictis Dominis de Carretto, uideatur etiā data licentia compromittendi &c. Quia reſpondetur, quod per hanc licentiam uendē
20 di & alienādi, intelligitur quod poſſit † alienare iuxta naturam contractus feudi, per ea quæ uoluit Signorolus de Homed. conſi. x. in quæſt. uertente nu. 3. & Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua nu. 117. uerſi. 94. ubi ex mente Iacobi & Bart. firmat, quod ſi in contractu emphyteotico ſit conceſſa licentia Emphyteoſim uendendi & alienandi, tamen intelligitur requiſito domino ſecundum naturam contractus; & quamuis illa opinio Spec. habeat aliquos contradictores, ut per Iaſ. in l. 2. ſub. num. 4. C. de iure emphyteot. tamen illam ueram omnino putamus, quan
21 do † feudatarius ſeu emphyteota alienaret in potentiorem ſe, ut in caſu noſtro contingit. l. 1. & 2. C. ne lice. poten. notatur in cap. 1. §. beneficium ubi Afflictus, ſi de feudo defuncti contentio ſit, Spec. in titu. de feud. §. quoniam ſuper homagijs num. 63. Vel quando deuentum eſſet ad tranſlationem poſſeſſionis ſine ſcientia domini, quam Genuenſes in caſu noſtro aſſerunt interueniſſe; uel quando per dominum infeudantem reſeruata ſibi fuerit ſuperioritas, ut hic, ubi Imperator Ottho prohibet, quod nullus Dux, Marchio, Comes, uel Iudex, ualeat Aledramum, nec eius heredes quouis modo moleſtare ſuper dictis bonis, ſub pœna &c. quaſi dixerit ſe ſolum iudicem ſuper his eſſe uelle. Quę ſuperioritas clarius reſeruatur in inueſtituris Feud. 1. Fe. 2. & Caroli Quarti, ut inferius dicetur.

Quorum trium ſupradictorum, ſi unum
22 interueniat, uaſallus † feudum alienare non poteſt, ſine conſenſu domini, etiam quod per prius ſimpliciter data fuiſſet licentia alienandi, ita aperte dicit Aretin. conſi. 14. uiſo col. ſecunda Paulus Caſtren. conſil. 279. nu. 2. libro primo ſecundum nouam impreſſ. Alexander conſil. 2. in cauſa colum. fin. lib. 5. Mathę. de Afflict. in cap. 1. §. feudum. ea lege datum, ſi de feudo fuerit controuerſia inter dom. & agna. nu. 31. ex mente & Imol. in cap. potuit de loc. nu. 64. qui citat Spe. & Io. And. ſic uelle: ſed in caſu noſtro, alienatio

facta eſt in potentiorem idest in populum Genuen. longe potentiorem iſtis de Carretto, & nunquam intermoriturum. l. proponebatur. ff. de iudic. item Genueſes aſſerunt in ſe tranſlatam fuiſſe poſſeſſ. ciuilem ut ſupra fuit quoque reſeruata ſuperioritas, ut ſupra docuimus, & inferius etiam dicetur, ergo ſine expreſſa ſcientia & licentia Imperatoris dictum feudum in alios transferri non potuit; alias ſequeretur, quod dominus haberet inuitus uaſallum, quem forte habere noluiſſet cap. 1. in fin. de frat. de no. benef. inueſt.

Secundo principaliter dicitur, quod dato, & non conceſſo, quod dicta conceſſio fuerit in omnibus eius punctis mera donatio, quod tamen uerum non putamus, per prædicta, ex quo ipſimet Carretti adiuuerunt Imperatores Fed. 1. & Fed. 2. & Carolum Quartum antequā ſe immiſcerent cum Genuenſibus, & ab ipſis Imperatoribus iteratis uicibus petierint inueſtituras & agnouerint
23 illos in dominos directos, & pręſtiterint † iuramētum ligium, & ſeruauerint ea omnia, quæ obſeruantur in ordinarijs & proprijs inueſtituris feudorum, ut apparet ex dictis inueſtituris, & etiam præſumendum eſt in alijs inueſtituris idem interueniſſe propter temporis longinquitatem, iuxta not. in l. ſciendum, de uerborum obligatio. cum ſimilibus. certe non uidemus, cur bona hæc feudalia eſſe non dicantur per ea, quæ dicit Spec. in titu. de feud. §. 2. uerſicu. 5. & ibi Bal.
24 in. appoſt. ubi uolunt † quod ſi quis recognoſcat res ſuas patrimoniales ab aliquo in feudum, conſtituitur feudum, idem uoluit Bal. Aluarſiū cap. 1. per quos fiat inueſtitura & in cap. 1. §. ex eadem in. 3. colu. de leg. Contra. & hanc dicit communem opinio. eſſe Curt. in tractat. de feud. in. 4. q. 2. part. prin. ſub numero. 12. uerſic. tamen in iudican. Iacobi de ſancto Georg. in tractat. de homag. num. 10. faciunt notata per Saly. in l. qui rem in fi. 1. colum. C. locati. Ex quibus quidem inueſtituris & alijs præſumptis, declaratur illa prima Ottonis conceſſio, quod ſcilicet fuerit feudalis, ſimiliter aliæ inueſtituræ declarationē uiciſſim recipiunt ab inueſtituris Maximiliani, & Caroli. V. & illis ſimul conſideratis, nemo eſt prudentis iudicij, qui
25 dicturus non ſit, bona in dictis priuilegijs contenta feudalia fore; quandoquidem † inueſtituræ iſtæ ſe ad inuicem declarant, ut ſuperius diximus, quod aperte firmat

Dec.conſi.193.colum.fina.allegando plures
auctoritates,quæ ibi uideri poſſunt,& idem
Par.d.conſi.23.num.23.24.libro primo.
Tertio conſiderauimus, quod geſta per
iſtos de Carretto cum dominis Genuenſi-
bus non obſtabant, quia uiolenta & per me
tum extorta fuere, ut uidere eſt in ſcriptu-
ris productis pro parte dictorum Genuen-
ſium, maxime in illa continente compro-
miſſum, quæ habetur in proceſſu. fol.279.
ubi dicitur, quod partes prædictæ uolentes
ſedare diſcordias guerras & ſcandala &c.
item ibi caſu præſenti, & uoluntate trium
officialium conſtitutorum ſuper conſule ſer
uitijs dictę guerrę.item ibi omnibus guerris
diſcordijs controuerſijs & quæſtionibus or-
tis,& ſuper omnibus & ſingulis iniurijs in-
cendijs damnis homicidiis & quibuſcunque
offenſionibus, realibus & perſonalibus fa-
ctis inter partes: nec non inuaſionibus &
occupationibus terrarum locorum & ca-
ſtrorum, compromittunt in ducem Genuæ
Dominum Antoniotum Adurnum &c.item
in alia ſcriptura exiſtente in proceſſu fol.
950.ibi. illato publico bello per commune
Genuæ &c.item ibi Burgo Finarii & Caſtro
Gouonii iuſſu prędicti Illuſt. Domini tunc
Ducis & excelſi communis Genuæ & igne
& ferro direptis funditusque euerſis: ex qui-
bus ſcriptis & alijs productis per dictos Ge
nuenſes exiſtentibus in proceſſu conſtat, ꝙ
dicti de Caretto fuerunt pluries, uiolenter
& de facto uexati à dictis Genuenſibus, &
coacti ſic tranſigere, prout nouiſſime conti
git moderno Marchioni Alphonſo, qui ui
& armis coactus eſt exire e Caſtro Finarii
& deſerere totum Marchionatum,ut in pro
ceſſu conſtat.
26 Quare,quod ui † metuſque cauſa geſtum
eſt ratum non habet Prętor cap.1.ff. quod
metus cauſa.l.nihil conſenſui & ibi moder.
tate.ff.de reg.iuris cap. ſuper hoc de renon.
doct.in.l.interpoſitas.C.de tranſact.Alex.in
27 conſi.98.num.3.&.4.lib.3.ubi dicit, quod †
iuſtus metus eſt terror armorũ.l.3.§. ſi quis
aut uiſis.ff.de ui & ui armata & alibi gloſ.in
ca.bonæ il primo,in uerbo metuebat,de ele
ctio.dicebat, quod ſolus timor uiolentię in-
ferẽ.eſt iuſtus metus ad infringendã electio
nẽ tãquã metu factã, q̃uis impreſſio nõ fue
rit ſecuta,neque cõminata,ſed ſufficit, quod
ſubſit cauſa ꝓpter quã debeamus timere fu-
turã uiolẽtã impreſſionẽ, ut ad hoc dicatur
quis iuſte timuiſſe,licet in ueritate impreſ-
ſio non fuerit ſecuta,neque etiã conſumata
28 quia non debet quis ſe ſubiicere † periculis
uicę uel amiſſionis bonorum,ſecundum In-
no.in.ca.cum a nobis olim in glo.in uer. nul
la,de electione quẽ refert & ſequitur Alex.
in.d.conſi.98.nu.3.&.4.li.3.Pariſ.conſil.137.
n.17.cũ ſeq.li.4.ſed in caſu nr̃o nõ ſolũ inter
uenit apparatus armorũ, ſed etiam deuentũ
fuit ad uiolentias & ad executionem ut ex
pred. ſupra relatis apparet, ergo acta cum
Genuen.ſubſiſtẽtiam habere non debent.
Confirmantur pręd. ex eo, quod uoluit
Bal.in.l.decernimus nu.6.C.de ſacro. eccle.
29 ubi dicit,quod contrahens † cũ potente,prę
ſumitur dolo inductus quando enormiter læ
ditur,ſimiliter metus pręſumitur, data enor
mi leſione cap. cũ dilectus & ibi Inn. quod
metus cau.Bal.in ca.1.§.item ſacra.nu.8. de pa
30 ce iur.fir. † ſubdens, ꝙ ex enormitate facti,
præſumitur conſilium animi,allegat Bar. in
l.fin.de pretoriis ſtipulat.in fi.dũ uult, quod
31 arbitrator † pręſumatur eſſe in dolo,ſi enor
miter lędat partẽ,late Pariſ.conſ.139.nu.67.
cum ſeq.lib.4.& con.60. col.2.&.3.eod. lib.
4. qui citat cõſ.Bal.204.in fin. lib.3. dicentis
quod lex ciuilis habet illud pro ꝓbato,cuius
contrarium non eſt credibile, nec poſſet per
ſuadere alicui bono uiro,ad cuius arbitrium
hęc rediguntur,ſed ex qualitate dicti laudi,
& perſonarum & aliis inde ſecutis,cõſtat di-
ctos Dominos de Carretto,enormiſſime lę
ſos fuiſſe,ergo Genuenſes fuerunt in mala fi
de per ea,quę ponit Curt.in tracta.de feud.
in.4. parte uerſi. 7.in fin. conſequitur, nullo
tempore pręſcribere potuerunt,ut in regula
malęfidei de reg.iur.in.6.
Nec dicatur metum fuiſſe purgatũ,ex his
q̃ poſtea acta fuerũt ꝑ dictos de Carretto,
quia ſemper uiguit eadem cauſa metus,uide
licet potentia,diuitię,& maioritas dictorum
Genuenſium propinquorum & adhęrentiũ
ſtatui dictorum de Carretto,quem Genuen
ſes met aſſerunt eſſe in uiſceribus ſuis, quo
32 fit ut talis † metus extenſus dicatur ad ſequẽ
tiam & longo interuallo interuenientia.l.
finali in fine.C.quod metus cauſa Barto.in.l.
penult.ff. de conditione ob turpem cauſam
idem Bartolus & Baldus in.l. ad uindictam
C.quod metus cauſa,ubi dicunt,quod ſi pro
batum ſit,metum fuiſſe illatum, ſemper prę
ſumitur durare ſubſiſtente eadem cauſa, idẽ
uoluit Bartolus & Iaſon in.l.qui in aliena.§.

Celſus nu.9.de acquiren.hæredi,& huiuſmo
33 di cauſa † metus arbitrio iudicis & ſuperioris
terminãda eſt, ut ſup.ca.cũ dilectus ubi doc.
extra quod met.cau.Cald.cõſ.1.q.met.cau.

Nec dictatur ꝙ cõtractus facti per domi-
nos de Carreto habeãt in ſe clauſulas ex cer
ta ſcientia animo deliberato nõ ui,nõ dolo,
uel metu inducti,&c.quia primo dici poſſet,
34 quod iſtæ † clauſulæ apponuntur ex conſue
tudine Notariorum, quæ parum operantur
ſecundum Bar.in l.1.q.6.de iure.cod.Barba.
conſil.58.col.10.lib.1.adducens.Abba.& ali-
os in capit.quinta uallis de iure iur.Dec.con
ſil.188.col. penult.

Secundo,& melius reſpõdetur, quod cum
35 iſtæ † clauſulæ fuerint inſertæ in contractu
meticuloſo, qua ratione non tenet contra-
ctus, ſic quoque clauſulæ, ut acceſſoriæ,eo-
dem uitio laborant, per ea, quæ uoluit Bar.
in l.fi.C.ad Velle.& in l.ſi ex cautione in pr.
lectu.circa fin.C.de non num.pecu.

Quarto principaliter dicitur, quod Imp.
Maximilianus ſub anno.1496.habens notiti
am eorum omnium, quæ de facto egiſſent
domini Genuen.contra uaſallos Imperij ſu
per rebus; & bonis feudalibus ſpectantibus
ad Ro.Imp. huiuſmodi alienationes,& ad-
ulterinas infeudationes,caſſauit,irritauit,&
annullauit, motu proprio, ex certa ſcientia
ac de plenitudine poteſtatis etiam abſoluta,
ac alias omni meliori modo,iure,uia,& cau
ſa, &c.aſſerens ſe pleniſſime informatum de
his, quæ retroactis temporibus geſta fue-
runt ſuper dictis bonis, in præiudicium Ro-
36 mani Imperij per quæ uerba † & clauſulas
pregnantes, dubium non eſt, quin ipſe ſub-
uertere uoluerit & potuerit omnia, & ꝗcun
que acta inter dictos Genuen. & dictos de
Carretto,per ea,quę latè deducit Dec.conſ.
191.in cauſa colum.2.qui conſuluit ſuper dua
bus donationibus factis a diuerſis ſuperio-
ribus,& cõcludit propter uim dictarum clau
ſularum derogatum cenſeri primæ donatio
ni, quoad proprietatem et poſſeſſionem, al
legando multas auctoritates, de quarũ clau
ſularũ efficacia ac uirtute, plura ſcribit Rui.
conſ.21.num.15.lib.1.& latius Pariſ.conſil.1.
lib.4.per totum,Cõfirmatur prędicta ex eo,
quod dicta annullatio & ſubſequens inueſti
tura, facta fuit a Maximiliano ob benemeri
ta,fidem, & deuotionem Alphonſi aui erga
Rom.Im.ut in proceſſu fol.220.Aſſerit quo
que Carolus quintus, gratificari uelle d.Al-
phonſo moderno,& illum de dictis bonis ita
ueſtire,ob ſtrenuam operam & fidum comi
tatum eius patris Ioãnis,quem in expeditio
ne belli Africani ſibi ſumma cum laude præ
ſtitit,aſſerens,poſt egregia eius facinora, &
multos perpeſſos labores, ipſum laudabili-
37 ter occubuiſſe. Quæ cum ita ſint † nihil eſt,
quod annullare poſſit dictam infeudationẽ
ſecun.Bal.in prœm.Decret.colum.4.idẽ Bal.
in præiud.feud. colum.9.uerſi.ſed pauca de
Principe,dicamus maximè cum Imp.Maxi-
milianus dicat,ſe pleniſſimè informatum de
dictis alienationibus, ſine eius conſenſu fa-
ctis,ſed temerè & de facto, & propterea di-
cta bona ueluti alienata in ſuo domino dire
cto,confiſcat, & declarat deuoluta fuiſſe ad
Romanum Imp.& ſedendo pro tribunali ſic
pronuntiauit & declarauit ipſe Maximil. ut
in proceſſu folio 222.& ſucceſſiue Alphon-
ſum auum præſentis moderni Alphonſi, in-
ueſtiuit,& infeudauit de bonis,quibus de fa
cto Carreti anteceſſores ſui ſpoliati fuerant,
& de nouo illi ſibi in feudum nobile conce-
dit,cũ alijs pregnantiſſimis clauſulis. Et hoc
idem poſtea bis egit Carolus V.infeudando
prius Ioannem patrem de dicto anno 1529.
in ciuitate Genuæ. poſtea de anno 1536. in
eadem ciuitate inueſtiendo modernum Al-
phõſum cum approbatione auctorizatione
& innouatione,quatenus opus eſſet dictę cõ
ceſſionis Maximiliani, inſertæ in priuilegio
dicti Caroli quinti.

Quare concludendo omnino exiſtimaui-
mus,tales inueſtituras diuerſis tẽporibus cõ
ceſſas,ab anno.1496.citra uiribus ſubſiſtere
& plenũ robur habere nec opus fuiſſe Genu
38 en.† citare in huiuſmodi declaratione extra
iudicialiter,ut dicit Rom.conſ.364.circa pri
mum in quinto dubio in fine, ubi inquit, ꝙ
quando Princeps aufert ius alterius per uia
extraiudicialem,nõ eſt illius neceſſaria cita
tio,per iura allegata per ipſum,quãuis in ca
ſu noſtro nõ auferat a Genuẽ. aliquid de ſuo
ſed ſolũ diſponit Imperator de rebus feuda
libus,de quibus Ottho.Fede.primus,Fede.2.
& Carolus Quartus aliàs diſpoſuerũt & pro
39 pterea † citandi non erant, quibus inuitis &
ignorãtibus actus expediri potuit l.4.§.illud
de fide.com.liber.l.qui poteſt de reg.iu.Ale.
conſil.2.uiſis codic.nu.47.lib.1.dicens, quòd
quãdo apparet principem alicui uelle præiu
dicare,non oportere illũ citare,ex quo actus
illo inuito fieri poteſt,& plura ad hanc rem
expen-

expendit Dec.d.conſ.191.num.7.8.& conſil.
274.in fin.faciunt not.per Abb.in capit.quia
clerici num.4.de iure patro.

Præterea,cũ ex iam deductis notoriè con
ſtitit Maximi.de defectu proprietatis Genu
en.illos potuit ſine citatione & cauſæ cogni
tione prætenſo iure & prætenſa poſſeſsione
40 ciuili priuare, & alteri concedere, quia † no
torius defectus proprietatis inficit poſſeſſio
nem, & impedit illam reſtitui,ut dicit Ale-
xãd.in.l.naturaliter.§. nihil commune colu.
12.uerſ.10.fallit de acq.poſſ.& ibi mode.om
nes not. in capit.cum olim de re iud.& dicit
Abb.in d.ca.quia clerici, quòd ſi clericus no
toriè eccleſiam teneat iniuſtè non eſt neceſ
ſe quòd Epiſcopus illum citet in iuditio,ſed
poteſt de facto illum ſpoliare Gozad.late
d.conſilio 9.nu.62.loquens præciſè in termi
nis noſtris notorietas uero patuit Maximi-
liano & poſtea Carolo quinto perſæpe di-
ctas quattuor inueſtituras dictorum Impe-
ra.inſertas in priuilegio Maximiliani iuxta
not.per Abba.in.d.cap.cũ olim.Ad predicta
facit cõſ.Baldi 17.factum ſic præſupponitur.
col.fi.lib.quinto, ubi loquitur in inferiore a
41 † Principe & dicit,quod ſi ei cõſtet aliquem
ius non habere,ſine citatione poteſt i'lũ pri
uare,multo ergo magis id cõcedendum erit
in Imperatore,& hoc idem firmauit Dec.d.
conſil.191.col.3.ad fin.facit, etiam quod uo
luit Bal.in cap.2.de feud.ſine culpa nõ amit.
& conſilio 141.Thema huiuſmodi col.2.lib.
42 2.ubi dicitur,quòd quando delictum † uaſal
li eſt notorium,poteſt princeps feudum alte
ri concedere ſine cauſæ cognitione,qui non
arctatur ad obſeruantiam ordinis iudicialis,
idem Bal. in cap.1.ſi de inue.inter dominum
& uaſallos lis oriatur nu.11.

Nec dici poteſt, non ſufficit conſtare de
dictis inueſtituris dictorum imperatorum
43 antiquorũ, cũ integrè non exhibetur † priui
legia, quia dicitur ſufficere, quod ſubſtantia
44 † priuilegiorum prędictorum fuerit expreſ-
ſa in priuilegio Maxim. & Caroli Quinti.l.
1.& ibi Alber.not.C.de Epiſco.& cleri.Rui.
conſil.31.nu.7.lib. 1.cum ergo ex præmiſſis
pateat,bona feudalia per Carrettos trãsfer
ri non potuiſſe in Dominos Genuenſes,po-
tuit Maxim.declarare ipſos de Carretto ceci
diſſe a iure feudali, ex quo alienarunt in cõ
ſulto Cæſare,dictaq; bona applicare camerę
imperiali,& poſtea eiſdẽ de Carretto ex be
nignitate & liberalitate Cæſarea infeudare,
præſertim,quod dictæ alienationes non fue
rint uoluntariæ,ſed uiolentæ & coactæ ut ſu
45 pra,pariterq; potuit concedere † facultatem
apprendendi poſſeſſionem dictorum bono-
rũ propria auctoritate,prout ſibimet Impe-
ratori competebat, ſecundum Bart. in. l. §.
uſusfructus de oper.noui nunc.Dec.in termi
nis noſtris conſi.191.num.9.col.fin.Nec ob-
ſtat,quod Impator iudicauerit in cauſa pro
pria,quia id facere põt Bar.in.l.1. C. ne quis
in ſua cauſa per.l.& hoc Tiberius, de hered.
inſtituend. in.l. proximè,de his quę in te.de
lẽtur Abb.& Dec.in cap.cũ ueniſſent,de iud.
Et ſi replicaretur , illud procedere duntaxat
46 inter ſubditos. Ciuitas uerò † Genuæ libera
uidetur a ſubiectione Imperia.ergo &c.ut p
Hoſtien.& Abb.in cap.nouit col.11.de iudic.
quos ſequitur Felyn.in.d. cap.cum ueniſſent
col.pen.uerſic.limita.pri.per.Alex. & Iaſ.in.
l.eſt receptum de iu.om.iu.poſt prin. reſpon
deretur,quod dato,quod Genua fruatur li-
bertate , illud quidẽ contingit ex priuilegio
Caroli.V.& aliorũ antiquorum Imperato-
rum,quorum priuilegia ſi uideantur,arguũt
Genuæ ſubiectionem,quia ibi dicitur,ſaluis
iuribus Imperij & quatenus nõ diceretur,ſic
47 intelligi debent & † Imperator quoad iuriſ-
dictionem,habet fundatam intentionem ſu
am in uno quoque loco,ita Alex.conſ.87.ac
curatis in fi.lib.6. Martini Laudenſis in tra-
cta.de princi.not.183.incip.ius cõmune Bal.
in rubri.Codicis colu.2.cum multis alijs au-
ctoritatibus,quæ facilè adduci poſſent. Qua
litas enim iſta priuilegium concedere,mani
feſtè arguit eorum ſubiectionem & ius com
mune in cæteris eſſe in contrarium.l.ius ſin-
48 gulare de legi.& in indiuiduo † quod priuile-
gium concedere, ſit dignum ſuperioritatis,
uoluit Ioannes de Lignano in cap.quod cle
ricis,de foro compet.quem ad hoc citat Ri
minal.conſi.268.num.41.lib.2.præterea di-
49 cta Ciuitas † non debet uti tali priuilegio
contra Imperatorem.l.amiciſſimos , de ad
miniſt.tu.not.in.l.ſed & milites.§.1. de excu
ſat.tut.doct.Bar.in.l.ſi iudex circonuento.ff.
de min.ubi etiam Bal.

Item dicitur,quod licet ipſa prætendat ſe
50 † liberam, & aſſerat præſcripſiſſe libertatẽ,
illud quidem eſſet intelligẽdum cumulatiuè
nõ autem abdicatiuè,per ea quę ponit Ang.
in.l. hæc autem in fin. de ſeruit.urban.præd.
cuius opin.ſequitur Iaſ.in.l.Imperium,num.
20.uerſi.limita.hanc concluſionem & ibi Ca

cialupus num.43. & modern.nu.127. de iu.
omn.iud.idem Cacialupus in.l.1.C.de ſum-
ma Trin.& fide catho.nu.12.Dec.conſ.307.
num.2.Bart.Soci.conſi.225.col.3.circa med.
lib.2. dicens quod ſecundum magis commu
51 nem opin.Doctiſſimorum uirorum † Supre-
ma poteſtas Imperatoris, præſcribi non po-
teſt, quominus quis habeat ipſum in domi-
num & ſuperiorem, & reſpondet his, quæ
in contrarium adduci poſſunt: Quæ opinio,
quoad ciuitatē Genuæ, procul dubio uerif-
ſima eſt, quandoquidem in priuilegio Caro
li Quinti conceſſo Genuenſibus, dicatur ciui
tas noſtra Genuæ cameræ noſtræ Imperia-
lis. item in priuilegio in feud.conceſſo Ioan
ni, patri præſentis Marchionis dicitur, datū
in Ciuitate noſtra Genuæ, quod conceſſum
fuit ſub anno 1529. ſimiliter in alio priuile-
gio conceſſo moderno Marchioni Alphon
ſo, ſub anno 1536. dicitur, Datū in Ciuitate
noſtra Genuæ, ex quibus iteratis uerbis, ciui
tatis noſtrę palam prolatis in præſentia mul
torum Heroum, & in ſcripturam redacti,
apparet, quod Ciuitas Genuæ ſubiacet Ro-
ma. Imperio, ſaltem quoad recognitionem
ſupremæ poteſtatis, de quo ſupra, quoniam
uerbis Imperatoris ſtandum eſt, etiam quod
51 † enunciatiuè emiſſa fuerint.d. Clemen.1.de
prob. præſertim, cum iterata ſint, Clemen.1.
in uerbo Dioceſanis de iur. patron. Dec.in
terminis uerborum geminatorum per Impe
52 ratorem, quod talis † iteratio plurimum ope
retur, ponit in conſi.588.nu.17.uerbo acce-
dit. His addendum eſt, quod priuilegium ob
tentæ libertatis a Carolo Quinto per domi
nos Genuenſes, fuit productum coram præ-
ſente Imperatore; quo fit, ut ipſi contenta
in eo approbare dicantur.l.cum pecunia.C.
de liber.cau.Alex.in.l.1.§.editiones num.19.
de eden. cum ſimili. ergo conſtat Genuam
53 ſubeſſe Imperatori, quia † pronomen illud
noſter noſtra arguit dominium & ſuperiori
tatem.l.id quod noſtrum de reg.iur.§. item
ea inſt.de rerum diui. meritò ceſſabit ea re-
plicatio, quæ ex aduerſo fiebat dum diceba
tur, Genuam dici noſtram, ideſt imperij iure
fœderis & amicitiæ, quia impropria nimis fo
ret loquutio, & quando propriæ uerba ſumi
poſſunt, ceſſat improprietas.l. non aliter de
lege.3.cum uulga. item habita ratione pro-
ferentis & in quem proferūtur, debemus in-
telligere noſtram eam Ciuitatem eſſe, ut eſ-
ſe debet, ideſt Imperatoris, ut in ca.1.§. ſi-
militer de proh.feu.alie.Feder.ubi de Germa
nia, & Italia, quæ præcipue ſubſunt Impe-
rio. Stante igitur iſta ſuperioritate & domi-
natione, quam habet Imperator in Genuen
ſes, optimo iure potuit ipſe Maxim.ius dice-
re in ſua cauſa, per ea quæ ſupra diximus, &
cognoſcere de iſta controuerſia feudali pro
54 nunciando ſuper ea, ut fecit † cui ſententiæ
ſtandum fuit & eſt, nec ab ea reclamare li-
cuit.l.1.ff.a quibus appell.non licet, quo fit.
dicti Domini de Carretto dicantur legitimi
Feudatarij Cæſaris, & quatenus iuribus ſuis
aliquid deeſſet (quod tamen admittendum
eſt) per prædicta dicimus dictas inueſtituras
55 Maxim.& Caroli † Quinti præſcriptione.30.
40.& plurium annorum comunitas taliter
fuiſſe, quod, ipſi plena ſecuritate frui poſſunt
iuxta rex. in cap.1.§. quidam obligauerat
ubi Bal.nume.1. de feu.da.in ui.le.comiſ. ca
pit.1.§.ſi quis per trigin.annos ſi de feu.fue
rit.contr.inter domin.& agna.

Nec huic præſcriptioni obſtat allegata
mala fides per dominos Genuenſes, contra
iſtos de Carretto, ex eo quod contrauene-
rint contractibus per ſe factis cum dictis Ge
56 nuen.& iuratis &c.quæ † malafides, inſequi
tur ſucceſſores, quādo ſumus in facto arduo
puta in occupatione alicuius feudi dignita-
tis, ut in caſu noſtro ſecundum Abb.conſi.3.
nitar.in præſenti col.24.uerſic.16.lib.2.quē
refert Felin.in cap.ſi dil.genti col.2.de præ-
ſcriptio.facit.l.uitia poſſeſſionum.C.de acq.
poſſeſſi. Quoniam ad hoc reſpōdetur, quod
in iſtis Dominis de Carretto, nullo modo
poteſt conſiderari mala fides, ſtantibus uio-
lentiis & metu ſupra conſideratis, quæ con-
ſenſui aduerſantur.d.l.nihil conſenſui de re-
gulis iuris.

57 Præterea, quod fit † inditis auctoritate,
non dicitur dolo nec mala fide fieri, in.l.non
uidentur data.§.qui iniuſſu.ff. de reg. iur. &
in reg.quod quis mandato de reg.iur.in.6.l.
iuſte poſſidet.ff.de acquir.poſſeſſ.& ſic bona
58 † fides præſumitur, ex ſententia, uel facto iu
dicis, quanto magis ea præſumetur ex præ-
59 ſentia † & facto Imperat. qui ſupremus eſt
omnium ſuperiorum, ſecundū Bald.in.l.pen.
in prin.C.de bo.quę lib.& gerit uices Dei in
terris in temporalibus, ſecundum Bald.in.l.
1.C.de iure aureorum annulorum. col.ſecū
da, ſub littera.B.& cor eius in manu dei eſt,
60 & † eius eſt miniſter, Epiſtola inter claras.
C.de ſumma Trinitate & fide catholica.ubi

Bal.in.6.not.quo ſit,ut dicatur præbuiſſe iu
ſtam cauſam mediantibus ſuis inueſtituris,in
ducendi bonamfidem,ſecundum Bald.in.l.1.
C.de fur.nu. 23.qui dicit quod auctoritas ſu
perioris inducit bonamfidem,alleg.tex.in.l.
& generaliter.ff.de noxal.quem citat Marti.
Laudenſis in tract.de princip.in 285.q.Acce
dit ad prædicta diuturnitas tãti tẽporis,quæ
61 operantur quod † bonafides preſumatur, eti
am ſi non appareat aliquis titulus,ut late de
ducit Soci. conſil.83.col.2.uerſ.non expedit
præterea dicitur, quod dato,& nullo modo
conceſſo,quod anteceſſores Alphõſi aui hu
62 ius Marchionis, fuiſſent † mala fide, tamen
ex quo ipſe habuit nouum titulũ a Maxim.
in eo potuit inchoari præſcriptio,& poſtea
perfici a filio & nepote, ſecundum Iaſ. in.l.
Pomponius.§.cum quis ſub num.20. uerſi.li
mita. dupliciter,de acquir. poſſeſſ. qui plu-
res ad hoc citat, ut ibi uidere eſt,quibus ad-
dendus eſt Balbus in tract.de præſcriptio.in.
12.q.2.par.3.part.princip.

Stante igitur iſta longæua Carretorũ poſ
ſeſſione, habente ortum ab Imperatore, du
bium non eſt,ipſum & Carretos hoc ius feu
dale preſcribere potuiſſe. Quibus non ob-
ſtabit aſſertum priuilegium Henrici Impe-
63 ratoris,qui † dicitur priuilegiaſſe Genuen-
ſes,ut contra eos non curreret niſi centena-
ria præſcriptio, quia replicatur, quod præ-
ſcriptio.30.uel.40.annorum tolli nõ poteſt,
niſi in priuilegio adſit clauſula, Non obſtan
te,uel ex certa ſciẽtia,uel de plenitudine po
teſtatis,ut per Doct.in Auth. quas actiones.
C.de ſacroſan.eccleſi.Aret.in conſil.15.in ſe
cundo dub.quarum clauſularum mentio,nõ
habetur in tranſumpto, quod a Genuenſi-
bus exhibitum eſt ergo &c. Secundo illud
64 † tranſumptum non fuit integre ſumptum,
nec modo,quo debuerat,uidelicet auctorita
te iudiciali & parte legitime citata.ergo nõ
probat Auth. ſi quis in aliquo documento.
C.de edendo. Tertio dicitur,quod.d.Genu
enſes,ex occupatione uiolenta, direptione,
&deſtructione bonorum ſpectantium ad im
peratorem, & etiam ex occiſione uaſallorũ
ipſius Ceſaris, uidentur indignos ſe feciſſe
65 † dicto aſſerto priuilegio Hẽrici,& alijs,qui
bus decorati ſunt ex text.in cap.dilecti extra
de priuileg.§. quod ſi delinquentes, ibi non
permittas aliquibus priuilegijs uti, in authẽ
tica de mand. princi.

Quarto, domini de Carretto, habuerunt
cauſam ab imperatoribus, in tantum,ut illo
rum cauſa ſit iũcta & cõnexa,cum cauſa im
peratorum centenaria præſcriptione, cum
non utatur priuilegio contra concedẽtem il
lud,iuribus præallegatis. pariter allegari nõ
poterit contra ſubiectum & habentẽ cauſam
ab imperatore,per reg.l.ſi cõ.§.qui iniu.ff.ſi
quis caut.alias enim per indirectum offende
retur ius Ceſaris,quo minus pſcriptione uaſ
ſallum ſibi acquirere poſſet:cum quo Ceſa-
re Genuenſ. uti habent ſolum iure cõmuni.
66 l.2.C.de priuil.fiſc. Pro Carretis † etiam,fa
cit tex.l.2.C.de quadrienn.præſcrip.ubi,qui
habet cauſam a fiſco modo quocunq;,qui ex
cogitari poſſet,ppetuo eſt tutus, pretẽſo au
tem domino regreſſus ſolum modo concedi
tur uſque ad quadriennium.Et quod dicitur
de habente cauſam a fiſco,idem eſt in haben
te cauſam ab Auguſto.l.bene a Zenone. C.
eo ubi eſt caſus,ergo poſt quadriennium nõ
licuit Genuenſ. moleſtare dictos de Carret
to,habẽtes iam multis annis elapſis cauſam
ab imperatoribus conſequẽter ex præmiſſis
concludendum eſt.dominos Carretos, ſi qd
ſupererat,quod præſcribi poſſet optimo iu
re ex dicta longeua poſſeſſione titulata præ
ſcripſiſſe,& dominium utile extare penes ip
ſos,& propterea non obſtare allegatam no-
torietatem dominii per Genuenſ. quoniam
illud non eſt modo aliquo penes illos, ſed
bene eſt apud Carettos,ideſt præſentẽ Mar
chionem,& quatenus obſtinatè ueritatẽ fa-
teri nolint,ſaltem negare non poſſent, quin
prætenſa ſua iura, ex dictis inueſtituris &
longeua Carrettorum poſſeſſione, obfuſca
ta intenebrataq; fuerint, conſequẽter dicto
Marchioni omnia ui ablata & occupata &
67 poſtea ſequeſtrata † reſtitui & relaxari debẽt
d.cap. reintegr.3.q.1.cap.in literis cap.ſæpe
de reſt. ſpolia.uelut illi qui meliora & potio
ra iura habet,iuxta Doct. Bart.in l.ſi oleum
ff.de dol. & in.l.ſi fideiuſſ.§.fin.ff.qui ſatiſd.
cog.non obſtãtibus ex aduerſo adductis,qui
bus probè & legaliter reſpõſum fuit per Ex
celle. Dominos conſiliarios Aulicos Sacræ
Cæſereæ Maieſtatis, quorum dicta per nos
diligenter iuſtè ac maturè conſiderata,con-
firmamus & approbamus,uelut iuſtitiæ & æ
quitati cõſentanea. Quare arbitramur par-
tes ſacratiſſimi imperatoris eſſe in pronũtiã
do ad fauorem dicti Marchionis,ſaniori ta-
men iudicio ſemper ſaluo.

Laus Deo.

VT ſupra concluſum conſultum & publicatum & iuris eſſe dixerunt & affirmauerunt Magnifici Equites & Comites ac Excellentiſſimi & famoſiſſimi iuriſconſulti Sacrorum Collegiorum Pontificij & Cæſarei iuris almi & antiquiſſimi Gymnaſij Doctorum Ciuitatis Bononiæ Studiorum matris maturo conſilio & æquitate, præuijs, D. Doctorum allegationibus, in eorum ſacro uenerandoq; cœtu, ſummopere habitis, prout ſic ego Marcus Achilinus quon. Ioannis filius Bonon. Ciuis, apoſtolicus imperialis cõmuniſque Bononien. not. publicus eorumdem. Excellent. D. Doctorum ſecretarius, & ſcriba, de mandato Magnifici Equitis & Com. ac Excell. I.V. Doc. Domini. Io. Ludouici Bouij, dignisſimi Prioris ſacri Collegij Pontificij iuris prædicti. Nec non & Magnifici Equitis & Comitis ac Excellentiſſimi legum doctoris. D. Alberti Beroi, meritiſſimi Prioris Sacri Collegij iuris Cæſarei prædicti, rogatus et requiſitus, eandem conſultationem in hanc publicam & authenticã formam redigi feci, ſigilliſque eorumdem Collegiorum, in ſimilibus ſolitis muniui, & in præmiſſorum fidem, hic me cum ſigno & nomine meis ſolitis ſubſignaui, ſub anno a Natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, indictione tertia, die uero uigeſima prima menſis Decembris, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri. D. Pij, diuina prouidentia, Papæ quarti anno primo.

SVMMARIVM QVINTI RESPONSI.

1 *Imperator iudex eſt competens contra Genuenſes.*

2 *Marchio Finarij imperio ſubijcitur.*

3 *Imperator concedendo, & donando loca imperij, ſupremam iuriſdictionẽ ſeruare præſumitur.*

4 *Iudicis iuriſdictionem prorogaſſe, ex multis actis præſumitur.*

5 *Iudex procedens ad ulteriora, oppoſitas exceptiones.*

6 *Proteſtatio contraria facto, nihil operatur.*

7 *Priuilegia a Federico Genuenſibus conceſſa, quam habeant interpretationem.*

8 *Imperialis Camera, quæ intelligatur.*

9 *Clauſula ſaluo iure imperij, quid operetur.*

10 *Libertatis conceſſio ab Imperatore facta, non liberat priuilegiatum a ſuperioritate Imperij.*

11 *Donata pro te & ſucceſſoribus, non poſſunt alienari in præiudicium ſucceſſorum.*

12 *Reintegrandæ iudicium, quæ exigat extrema.*

13 *Vis expulſiua, quomodo in ſpoliatione dicatur interueniſſe.*

14 *Reintegrandæ remedio reſtituitur per uim compulſiuam ſpoliatus.*

15 *Spoliatus proprio facto is non dicitur, qui metu adhibito ſpoliatus fuit.*

16 *Caſtrum ſui natura expugnabile eſt ante omnia reſtituendum ſpoliato, ex remedio reintegrandæ.*

17 *Spoliatus caſtro munitiſſimo, ſi offerat cautionem ſe illud reſtiturum ſi in iudicio petitorio ſuccumbet, ante omnia eſt reſtituendus.*

18 *Exceptio dominij, non impedit ſpoliatũ ante omnia reſtitui.*

19 *Compromiſſum de re Imperatoris eo inſcio non ualet.*

20 *Alienandi facultas conceſſa donatario uel uaſſallo, non tranſit ad ſucceſſores.*

21 *Spoliatus non impeditur reſtitui per criminis obiectionem.*

22 *Feudum, quo ob delictum priuatur*

naſſallus, ad dominum directum reuertitur.

23 *Capitula reÿcienda ſunt, cum factum notoriè falſum continent.*

24 *Capitula reÿcienda ſunt, cum continent, quæ probata ad cauſam non conferent.*

RESPONSVM QVINTVM, *A VENERANDO Patuino Iuriſconſultorum Collegio, in cauſa Finarienſi redditum.*

CVM Mãdatorum fines diligenter & ad unguẽ ſit obſeruãdi, præſertim eorum, qui ab ore Ceſareæ procedunt Maieſtatis: cumq; iuris ordine id ſit cautum ut iuriſconſulti a quibus deciſiuum petitur reddi conſilium, nudam eorum proferant ſententiam abſque iurium allegationibus, quæ tunc etiam eo caſu magis ſint ſuperfluæ cum ad imperialem Celſitudinem, quæ iura omnia ſacratiſſimo eius pectore tenet recondita, diriguntur. Ideo uiſis literis Sereniſſimi Ferdinandi Romanorum imperatoris electo ad nos datis die uigeſima ſecũda Maij proximè elapſi Anni. M. D. LX. ac nobis redditis per Clariſſimum iuriſconſultum ac Regium conſiliarium Dominum Octauianum Landum, quibus mandatur, ut in graui & ardua cauſa coram ſua Ceſarea Maieſtate uertente inter Marchionem Finarij ex una, & Rempublicam Genuenſium ex altera: Super qua longus fuit proceſſus formatus. Eo diligenter conſiderato ac perpenſo, ſimul etiam conſilio ſuper eadem cauſa diffuſè, & copioſè, ac etiam allegationibus iuris reddito per Illuſtres ac clariſſimos eiuſdem Maieſtatis ſuæ conſiliarios. ſi concluſio in eo propoſita ac firmata, nobis iuſtitiæ, & æquitati conſentanea uiſa fuerit, illi quaſi ſubſcribendo ſententiam noſtram ſimpliciter conſilio deciſiuo declaremus. ſin autem diuerſa ſentiremus, noſtram ſententiam ſcripto conſilio clarè ac dilucidè ſcriberemus. uiſo quoque diligenter ac maturè toto ipſo proceſſu ſimul cum doctiſſimo ac grauiſſimo conſilio prænominato, omnibusq; rationibus, & iuris deciſionibus ad utranque partem copioſiſſimè allegatis, omnibusque accuratè perpenſis, tam quæ in facta quam quæ in iure deducta fuerunt deciſiue iuxta mandata nobis data, procedendo in hanc deuenimus ſententiam, ut iuſtè ac ſecundũ terminos iuris ita dictantis, & æquitatis idem ſuadentis, fuerit per ipſos clariſſimos conſiliarios ſuę Maieſtati reſponſum ad fauorem Marchionis Finarij.

Quod enim attinet ad primam difficulta
tem, quæ in hac cauſa proponitur circa iudi
cis competentiam, an ſua ſacra Cæſarea
Maeſtas iudex ſit competens, dicimus indu
1 bitati iuris eſſe † Imperatorem in hoc ipſo
iudicio, quod uertitur inter Illuſtriſſimum
Marchionem Alphonſum de Carretto, &
excelſam Rempub. Genuenſium, iudicem eſ
ſe competentem: cum in iudicio poſſeſſorio
ille ſit iudex competẽs ſub cuius ditione, res
ſita eſt, de cuius poſſeſſione agitur, atque in
2 ea uis illata proponitur. Quod autem † Mar
chio Finarij ſubſit imperio, nedum ex illa
iuris pręſumptione fateri cogimur: quod im
perator totius mundi dominus ſit, itaq; aſſe
renti contrarium probandi onus incumbat
uerum, etiam ob donationem Otthonis im
peratoris factã Aledramo de Carret. in qua
Marchionatus Finarij includitur, unde quẽ
ádmodum Marchionatus Finarij ſuberat im
perio antè illam donationem, quo ad iuriſdi
ctionem, ita & ex poſt ſubeſſe concludendũ
3 eſt, cum in quacunque donatione † Impera
torem ſupremam illam iuriſdictionem ſibi
reſeruare uoluiſſe præſumendum ſit, ut paſ
ſim atteſtantur uirorum prudentum reſpon
ſa, & præcipue cum clara ſint uerba in do
natione illa, quam Venciſilaus Imperator
duci Mediolani fecit. Trahunt quoque nos
in hanc ſententiam inueſtituræ Federici pri
mi, & ſecundi, quæ in ſe continent omnia bo
na poſſeſſa per Marchiones in Epiſcopa. Sa
uonenſi, inter quæ Marchionatum Finarij eſ
ſe, notorij facti eſt, & atteſtantur apertè in
ueſtituræ Caroli Quinti; quod ſi iudicij acta
diſpiciamus. idem erit concludendum: quan-

doquidem clarè ex illis appareat Reipubli.
4 procuratorem in Cæſaream † conſenſiſſe Maieſtatem, uti iudicem competentem, modo petendo exemplum iurium exhibitorū per Marchionem cum termino ad reſpondendum, modò permittendo quòd Cæſarea Maieſtas uarios ſibi præſtituat terminos uti iudex competens: modo uarios faciendo actus nomine Reipub. abſq; ulla incompetentiæ exceptione, ac etiam coram delegatis à ſua Maieſtate comparendo.

Nec ad rem facit, quod procurator ipſe tali ſit uſus exceptione in ea ſcriptura exordiente, cum excelſa Reſpub. Genuen. quia oppoſita fuit poſt ipſam litis conteſtationē
5 & ea non obſtante † Imperatoria maieſtas ad ulteriora proceſſit ſæpe etiā nō reclamāte, ipſo procuratore, ideo talis exceptio reiecta dicit ex crebriori interpretū calculo.
6 Longe minus obſtat † proteſtatio illa facta per eundem procuratorem cum ex poſt, multa proteſtationi contraria fecit, atq; ēt facta fuerit tempore illegitimo, ob id perinde eſt ac ſi non facta fuiſſet. Exceptio quo
7 q; illa † priuilegij Federici ſecundi, optimè tollitur ex ualidiſſimis rationibus, de quibus in doctiſſimo ac grauiſſimo conſilio, uidelicet, quòd tale priuilegium integre exhibitū non fuit nec in forma authentica, & eliditur etiam ex eo, quia non ſe extendit ad cauſas ſpectantes ad Imperatorem, uendicatq; ſibi locum in actionibus perſonalibus tantum, quæ contra Rempub. inſtitui poſſent uel aduerſus ſingulares homines, qui Reip. Genuen. ſubſunt imperio, non in realibus uel in rē ſcriptis. Et quamuis in realibus, & feudalibus in rem ſcriptis locum haberet, nihil omnus cum limitatum ſit quo ad terras Reipu. Genuen. cōceſſas, ut uerba illa priuilegij docent, uidelicet in terris, quas eis conceſſimus uel concedemus querimoniam feceris, utiq; non extendendum ad Marchionatum Finarij, cum non ſit de terris, & locis conceſſis per ipſum Federicum Imperatorem Reipublicæ Genuen.

Nec in dubiū refricare poteſt ipſa Genu. Reſpub. quòd non ſubſit Imperio cum priuilegia quibus tueri ſuam cauſam ſtudet, eam
8 † Imperialē Cameram appellent habeantq;
9 clauſulam illam, † ſaluo iure Imperij cuius uis atque poteſtas in hoc omnibus nota eſt.
10 Nec † conceſſio illa libertatis facta ab Imperatore eā eximit à ſuprema Imperatoris iuriſdictione, & dato quòd ipſa Reſpub. non ſubeſſet imperio, nihil ad rombū, ſtantibus rationibus ſuperius in medium adductis.

Illa quoq; exceptio dimidiæ partis ſtatus Finarij acquiſito ex Laudo Magnifici domini Antonioti Adurni corruit, tum quia inualida, attento, quòd deſcendentes ab ipſo Aledramo non potuerunt alienare in præiudicium moderni Marchionis. At aui, & patris ſui, qui non conſenſerunt dictæ alienationi ex quo dicta donatio fuit facta Aledramo, & ſuis deſcendentibus utriuſque ſexus: & in pluribus donationibus Imperatoris ſæpiſſime reſponſum fuit per celebratiſſimos iureconſultos, quòd ubi ſint collatæ in aliquos
11 deſcendentes ſuos utriuſque ſexus, deſcedentes ab ipſo donatario primo, non poſſunt de ipſis bonis donatis diſponere in præiudiciū aliorum deſcendentium, tum quia poteſtas alienādi de qua in ipſa donatione reperitur limitata ad perſonam Aledrami, & non ſe extendit ad eius filios: tum etiam, quia eſto quòd ualida foret, eximere non potuit illā dimidiam tranſlatam in ipſam Rempub. ob dictum laudum à Cæſarea iuriſdictione, cū ad ipſos, qui compromiſerint nō ſpectaret, ſed ad Cæſarem.

Sed de competentia iudicis hactenus, ſatis enim ſuperq; ex prædictis edoctā cenſemus Cæſaream Maieſtatem in hoc iudicio iudicem eſſe competentem. modo, quæ ſint eius partes in iudicando circa petitam reſtitutionem ſpolij, & pactorum annullationem, breuiter aperiemus.

12 Et quoniam in materia † poſſeſſionis recuperandæ, duo extrema requiruntur habilia quorum primū, eſt quòd qui agit poſſeſſor fuerit, mox quod ui deiectus, quod utrumque in ipſo Marchione, qui actoris partes ſuſtinet inſit, dignoſcitur non minus ex confeſſione ipſius Reipub. quam ab ipſo effectu, fatetur enim Genuenſis Reſpublica & acta iudicij ubique teſtantur, inſtructo exercitu, paratis bellicis tormentis Reipublicæ milites Marchionem Finarij inuaſiſſe, agros & loca depopulatos fuiſſe ac occupaſſe, ipſumque Marchionem coegiſſe, ut in caſtro Gouoni ſeſe recluderet, illudque obſidendo eiuſque menia per dies quindecim nullo temporis ſpatio interpoſito uigintiquatuor tormentis muralibus pulſando, ipſum Marchionem e Caſtro exire coegiſſe, quæ omnia nedum utrunque in-

eſſe extremum habile in hoc iudicio teſtan
tur, uerum etiam ualidiſſime elidunt exce-
ptionem illam, ſpoliationem factam fuiſſe
ui expulſiua non compulſiua.

Quia licet fortalicij ſpoliatio dicatur fa-
cta per diſpoſitionem eius in manibus prin-
cipis Auriæ, tamen ex quo coactus illam fe
cit propter uim a Republica adhibitam in
oppugnatione caſtri, quæ tanta fuit ut res
eò iam deducta eſſet, ut pro expugnato ha-
beretur neq; Marchio amplius ſe in eo tue
ri poſſet ſed in Reipublicæ manū poſitum
pro libito uoluntatis ſuæ illo potiri ut ipſa
13 met fatetur utiq; fuiſſe † ui expulſiua ſpo-
liatum concludendum eſt: Accedente ma-
xime, quod illa oppugnatio non fuit ordi-
nata ad Caſtri depoſitionem, ſed ad Mar-
chionis expulſionem propter, quod nullum
diſcrimen conſtituendum, an deponere uel
deditione facta, cedere coactus fuerit. Quod
14 ſi etiam uis tantum † compulſiua interueniſ
ſet, in eandem ſententiam . eundum foret,
cum & hæc ſpoliatio proſit ad effectum poſ
ſeſſionis recuperandæ ſaltem ex beneficio
cap. reintegranda, quod unicuique compe-
tit, qui ex iniuſta cauſa a ſua cecidit poſ-
ſeſſione, ut doctorum omnium ſententiæ
concordant.

Et ex prædictis infertur etiam ſatis, leuē
eſſe illam exceptionem, quod Marchio non
fuerit ſpoliatus, ſed facto ſuo ceciderit ſtan-
te depoſitione Marchionatus et Caſtri uigo
re pactorum, & conuentionum initarum, cū
ipſa Reſpublica, cum clare conſtant ex his,
quæ ſupra edocuimus ex euidentia facti, &
ex multis uariiſq; proteſtationibus tam per
ipſum Marchionem, quàm per eius procura
torem factis huiuſmodi conuentiones, & pa
cta, nec non caſtri depoſitionem ui factam
15 fuiſſe: qua ſtante, abſurdum eſt dicere † fa-
cto ſuo cecidiſſe a poſſeſſione, non ſecus ac
ſi quis a poſſeſſione facto ſuo cecidiſſe eum
diceret, qui propter uim adhibitam poſſeſ-
ſionem rei ſuæ deſeruit.

Nec depoſitio facta penes illuſtriſſimum
Principem Auriam impedit poſſeſſorium re
cuperandæ tamquàm ꝙ ipſe non Reſpubli.
pro parte poſſideat nec ipſe Marchio poſſi-
deat eam partem quam detinet Princeps de
poſitarius.

Longe minus tale poſſeſſorium recupe-
16 randæ impedit † fortalicij exceptio, cum nō
ſit adeo natura uel arte munitum, & ut dici
tur inexpugnabile, ut requirūt iuris pruden-
tes, quod Marchio cogi non poſſit a Cæſa-
rea Maieſtate, coram qua petitorium iudi-
cium proculdubio uenit intentandū ad eius
reſtitutionem, ſi in petitorio ſuccumberet,
uel cū priuādo Marchionatu, uel militari ma
nu ab eo auferēdo, uel permittendo ꝙ reſpu
bli. id faciat, quod præſtare facile poſſet ut
17 ipſa docuit experientia † uel demum cautio
nem in hoc iudicio a Marchione exigendo
prout etiam quatenus Ceſareę uideatur Ma
ieſtati ſe præſtaturum obtulit.

18 Eſtque penitus reiicienda † exceptio illa
dominij hoc in caſu, ſtante notiſſima iuris
regula, quod ſpoliatus ante omnia uenit re
ſtituendus, & ſtante eo quod de nullo ipſius
Reipublicæ dominio apparet in ipſo Mar-
chionatu nedum quoad dimidiam, quæ nun
quam per anteceſſores Marchionis alienata
Reipublicæ apparet: uerum etiam, quoad
aliam dimidiam ipſius Marchionis, quæ ac-
quiſita dicitur per Rempub. & illico in feu
dum conceſſa illis Marchionibus. qui inter-
uenerant in compromiſſo Adurni. Quoniā
cum totus Marchionatus Finarij contine-
atur in inueſtituris Federici primi, & ſecundi:
ac Caroli quarti, ſequitur, quod prædicta a-
lienatio nulla ſit quo ad hoc ut præiudicium
afferat Cæſareæ maieſtati, nec auo patriuē
ipſius Alphonſi Marchionis Finarij. Cum
inſcio Imperatore de bonis Imperio acquiſi
19 tis † compromittere minime potuerint, ut
recepta doctorum omnium ſententia eſt, &
aperte declarat inueſtitura Maximiliani, &
Caroli Quinti. Quod ſi etiam demus feuda
lem non fuiſſe ante alienationem, nec conti
neri in præallegatis inueſtituris, idem tamē
concludendum foret, ſtante Otthonis dona
tione, quæ licet Aledramo facta fuerit pro
ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, cū
20 † poteſtate uendēdi, commutandi & alienan
di, tamen deficiente Aledramo, qui ſolus
talem habebat facultatem, Aledrami deſcē
dentes de dictis bonis donatis diſponere nō
potuerunt in præiudicium deſcendentium,
ut in multis donationibus diuerſorum Im-
peratorum reſponſum fuit per celeberri-
mos iuriſconſultos, circa quam conclu-
ſionem, ſi qua orire poſſet difficultas hoc
in caſu, nulla eſſe poſſet cum alienandi po-
teſtas limitata fuerit, quo ad ipſum Aledra
mum, non autē extenſa ad eius hæredes. Ex
21 ceptio quoq; illa † criminū obiectorū Mar-

chioni non eſt idonea ad impediendum iudi
cium poſſeſſorium recuperandę, tum quia le
gitimè probata non uidentur, neque dicto
ſubditorum in cauſa propria deponentium
ſtandum uidetur, tum etiam, quia non ſuffi-
cerent ad eijciendum ipſum de poſſeſſione,
& de facto ſpoliandum, ut doctores omnes
in hoc conueniunt. & poſito quòd ob dicta
22 † crimina Marchio priuãdus foret, Marchio
natus tamen ad Rempu. non deuolueretur,
cum ab ea inueſtitus non fuerit, ſed ad Cęſa
rem uel agnatos proximiores Marchionis.

Ex quibus omnibus etiam conſequens fit,
quòd capitula ultimo loco pro parte Reipu.
23 Genuenſium producta, reijcienda ſint † tum,
quia factum continent notoriè falſum, etiã
ex confeſſione ipſius Reipub. & ex facti eui
dentia, atq; etiam ex proteſtationibus Mar
chionis tum etiam, quia tendunt ad proban-
24 das exceptiones, quæ etiam † ſi probatæ fo
rent, in hoc tamen iudicio poſſeſſio exci-
pienti nullo modo prodeſſent ex his, quæ ſu
pra deducta fuerunt.

Quapropter ex his & alijs, quæ in mediũ
adduci poſſent, niſi præſens quæſtio indubi-
tati iuris eſſet, & Cæſaream alloqueremur
Maieſtatem ſatisque abunde in conſilio no
bis exhibito omnia cõprobata fuiſſent, uer-
bis pluribus uteremur. Nos utriuſq; iuris
doctores collegij Patauini dicimus, & Con
ſulimus partes ſacræ Cæſareæ Maieſta-
tis fore, & eſſe, in ſententiando, & declaran
do, capitula Reipubl. nomine, ultimo loco
exhibita non admittenda, Ipſumq; Alphon
ſum Marchionem Finarij, tamquàm de fa-
cto & indebite ſpoliatum reſtituẽdum fore
& eſſe in ſuo Marchionatu, atq; in eo ſtatu,
& eſſe, in quo erat ante ſpoliationem & ſub
ſequenter pacta, & conuentiones initas cum
ipſa Republica Genuenſium irritas, & illis
non obſtantibus teneri ipſam Rempub. quo
ad ipſam attinet ſequeſtrum relaxare, & prę
ſtare Marchioni ea damna, quæ paſſus eſt a
die inchoatę oppugnationis dicti Caſtri per
Genuenſes, pariterq; omnes fructus, & ex-
penſas; tam præſenti iudicij quam illas quas
Marchio fecit pro defenſione ſui Marchio
natus, poſteaquam Reſpu. ipſa ei bellum in-
dixit, Reſeruato iure Marchioni prout ſibi
competit cõtra ſubditos, quoad damna per
eos illata & hoc ſine præiudicio, tam iuriũ
Imperij, quàm partium in reliquis in petito
rio, & prout eis de iure competit.

L A V S D E O.

Quoniam concluſioni, & expeditioni an-
teſcripti cõſilij in ſacro collegio clariſſimo
rum iuris utriuſque doctorum generalis ſtu
dij Patauini die xiiij. Ianuarij Anno Domi
ni M. D. L XI. ad hoc more ſolito in aula
epiſcopalis curię ſpecialiter conuocato ego
Siluester Rubeus publicus Impialis & ciuita
tis auctoritate Paduæ notarius, iudexq; or-
dinarius, necnon & ipſius ſacri collegij can
cellarius interfui, ea propter mandato Ex-
cellẽtiſſimorum dominorum Prioris & do-
ctorum ſacri Collegij prædicti conſilium ip
ſum ſigillo magno eiuſdem collegij ad chor
dulam ſerici rubei impendenti muniui & ro
boraui ſigno & nomine meis ſolitis & con-
ſuetis in fidem appoſitis ad laudem omni-
potentis Dei.

F I N I S.

EORVM

EORVM QVAE IN RESPONSIS
CAVSAE FINARIENSIS
CONTINENTVR
INDEX.

A

ABSENTIS partes, ſupplet iudex.nu. 138.17
Acceptans ſine proteſtatione literas uel priuilegium, quod ſibi nocet, ſibi præiudicare dicitur. 8.52
Acta apud imperatorem tractata non redduntur nulla, ob non ſeruatam iudicij ſolemnitatem 9.32
Actio quod metus cauſa eſt in rem ſcripta. 28.19
Actus nullus, peti poteſt reſcindi quatenus de facto præceſſit 45.38
Actum metu geſtum reſcindi petens, quod metus cauſa actionem mouet 24.53
Actum ſibi præiudicialem, qui acceptat, nec aliquo modo contradicit, ius ſuum perdit. 16.4
Actus ſubſequens oſtendit præcedentem animũ. 63.44.
Actus ſubſequens animum declarat 29.42
Agenti actione, quod metus cauſa, exceptio dominij obiici poteſt 22.6
Alba Pompeia intra Liguriæ fines 82.27
Aledramus ex Adelaſia quatuor filios tantum ſuſcepit ex Volaterrani authoritate 122.29
Aledramus ex Adelaſia duos tantum ſuſcepit filios, ex antiquis Chronicis Montisferrati. 123.29
Aledrami linea quo tempore extincta. 124.eo.
Aledramus ex Adelaſia ſeptem procreat filios ex multorum authoritatibus 119.29
Aledrami & Adelaſiæ Hiſtoria 117.29
Alexandri Cornei & aliorum notatur inconſtantia 20.30
Alienandi facultas conceſſa in his quæ alienari non poſſunt regulariter, quomodo intelligatur. 20.57
Alienandi facultas conceſſa donatario, uel uaſallos, non tranſit ad ſucceſſores 20.62
Animus declaratur ex actibus ſubſequentibus. 140.17
Antonioti Adurni Genuenſium Ducis laudum, in cauſa Finarij, quo tempore latum 29.24
Antonioti Adurni Genuenſium Ducis laudum. 7.18
Appellare aliquando licet a reiectione exceptionum 7.48
Appellatio ab interlocutoria recipitur, cum alias ex ea inferri poteſt irreparabile detrimentum 54.8
Appellatio ab Imperatoris ſententia non conceditur 54.59
Appellatio a notoria iniquitate nunquam remota dicitur 76.9
Appellationis ſecundæ & tertiæ cognitionem, qui habet, imperij ſuperioritatem habere dicitur 73.26
Argumentum ab extremis nõ concludere. 10.18
Argumentum ab extremis præſumptiue concludit 84.27
Argumentum ab extremis quomodo concludat. 39.6
Aſſertiua uerba aſſerenti præiudicant ſi illi conſentiat 55.25

B

BAldi doctrina in.l.ult.§.ult.C.communia de leg.exploſa 112.48
Bal. Peruſinus, qua ætate dixerit 50.25
Bald. fuit Georgij.xj. Pontificis max. præceptor 51.eo.
Bald. doctrina in.l.ult.§.ult.in fin. C.communia de leg. declaratur 114.48
Bald.in.l.3.col.1.uerſic. quæro quid. C. ſi a non compe. iud. declaratur 114.29
Bartolus.l.quæ ſub conditione. §.1.num. 2. ff.de cond. Inſti. & Baldus in.l.hi qui ad ciuilia col. ult. uerſic. ex quibus apparet. C. de appellat. declarantur 47.38
Bart.in.l.penu. numer.2.ff.de condit. ob turpem cauſam, & in.l.2.num.12. C.quod metus cauſa, declaratur, multipliciter 39.3
Beneficio conſtitutionis.l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſcrip. fruitur, qui ab Imperatore rem acquiſiuit 9.40

Beneficium principi interpretatur, & quomodo beneficium eſſe recognoſcatur. 54.25
Bona allodialia, & libera, a ſuperiore in feudum poſſunt recognoſci. 101.12
Bonafides præſumitur, etiam ex titulo putatiuo. nu.121.14.
Bonafides præſumitur in eo, qui iudicis ſententia poſſidet 58.59
Bonafides præſumitur in eo, qui poſſidet imperatoris authoritate. 59.eo.
Bonafides in dubio præſumitur 61.60
Bonafides non præſumitur 69.44

C

CAlumniæ euidentis exceptio nō impedit ſpoliatum ante omnia reſtitui 91.11
Cap.1.de reſtitutione ſpoliatorum exponitur & declaratur 92.11
Cap.ult.ext. de cohab. Cler. & mulie. exponitur & declaratur. 85.10
Capitula reiicienda ſunt, cum factum notoriè falſum continent 23.62
Capitula reiicienda ſunt, cum continent, quæ probata ad cauſam non conferent 24. eod.
Cap.ſignificaſti, de diuor. declaratur & exponitur 87.11
Cap.ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum, in ſexto declaratur 90.eod.
Cap.conſtitutus, de filijs presby. declaratur, & exponitur 88.11
Cap.2.& 3.de reſtitutione ſpoliatorum ſenſus & intellectus 41.38
Capitula in dubio admittenda ſunt 1.49
Capitula admittenda ſunt, cum clauſula ſaluo iure impertinentium 2.eod.
Capitula notoriè impertinentia, non ſunt admittenda, etiam cum clauſula ſaluo iure impertinentium. 3.eod.
Capitula pertinentia dicuntur, ſi quoquo modo ad cauſam conferunt. 4.eod.
Capitula ſunt impertinentia, ſi nullus effectus ex eis ſequi poteſt 5.eo.
Capitula eiiciuntur ex libello actoris, & ex rei exceptionibus. 6.eo.
Capitulum imperialem.§.præterea, de prohibit. feud.alienat.per Freder. ſenſus & genuinus intellectus. 51.44
Cap.Imperialem.§.preterea de prohib.feud.alienati, per Freder. locum non habet, quando pater uni filiorum bona alodialia ſaltem feudalia reliquit. 52.eod.
Cap. Imperialem. §. præterea de prohib. feuda. alienationi per Freder. locum non habet cum ex conſuetudine feudi diuiſio & diſpoſitio conceditur 53.eod.
Cap.litteras de reſtitutione ſpoliatorum declaratur. 58.8
Cap. 1. §. præterea de cap. Conrad.& ca. imperialem de prohi.feud.alie.per Fred.in qua præſcriptionis ſpecie locum habeat 78.45
Cap.cum dilectus de ordine cognitio.intellectus, & declaratio 20.36
Cap.examinata de iudicijs declaratur. 27.29
Cap.1.de ijs quæ ui metusuè cauſa, ſenſus & intellectus 49.38
Capit.paſtoralis de cauſa poſſeſſ.& propr. declaratur 8.35
Cap.ſuper hoc de renuntiatione declaratur. 47.7
Caroli Quarti Imperatoris inueſtitura Georgio Carreto conceſſa, quibus potuerit prodeſſe & nocere. 32.54
Caroli Quarti Imperatoris inueſtitura Finarii Marchionibus conceſſa. 1.40.
